

EX LIBRIS
GILBERT MURRAY
VERITAS LIBERABIT
DOMINUS ILLUMINATIO MEA
BONITAS REGNABIT
E·H·NEW

Gilbert Murray

ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ
ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ

PAUSANIAE
GRAECIAE DESCRIPTIO

EDIDIT, GRAECA EMENDAVIT, LATINAM AMASAEI INTERPRETATIONEM CASTIGATAM ADIUNXIT ET ADNOTATIONES ATQUE INDICES ADIECIT

CAROLUS GODOFREDUS SIEBELIS

VOLUMEN QUARTUM

CUI ET TABULAE IN DEXTRO LESCHAE DELPHICAE PARIETE A POLYGNOTO PICTAE ADUMBRATIO, ET EXCERPTA EX PRAEFATIONIBUS PRIORUM EDITIONUM PAUSANIAE ADDITA SUNT

LIPSIAE
LIBRARIA WEIDMANNIA
G. REIMER
MDCCCXXVII.

ΜΑΡΚΟΣ Ο ΜΟΥΣΟΥΡΟΣ ΙΑΝΩΙ ΛΑΣΚΑΡΕΙ ΤΩΙ ΠΑΝΥ ΧΑΙΡΕΙΝ.

— — Ἄλδου τελευτῇ λίαν ἀώρῳ καὶ τοῖς λόγοις ἐπιζημίῳ μεσολαβηθέντος, συνέβαινε τῶν γραικοτύπων τὴν δαιδαλουργίαν χηρεύειν. οὐ μὴν ἀλλ' Ἀνδρέας Ἀσυλλαῖος, οὗ δαπανῶντος οἱ περὶ τὸν Ἄλδον χρημάτων καθ' αὑτοὺς ἐνδεεῖς ὄντες ἐτυπούργουν, — οὐδὲν τῆς πρὶν ὑφῆκε προθυμίας, ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τῇ πολυμαθεστάτῃ τοῦ Παυσανίου συγγραφῇ, περιήγησιν Ἑλλάδος ὑπισχνουμένῃ — τέλος ἐπέθηκε σὺν θεῷ. Ταύτην δὲ σοὶ μάλιστα πάντων τὴν βίβλον πρεπῶδες ἦν ἀνατεθῆναι. — Ἀπὸ Βενετιῶν, μηνὸς Μαΐου εἰκάδι.

Ex Aldi Manutii Praefatione in Pausaniam.

— Hosce commentarios, etsi non ad unguem emendatos (nonnusquam enim insanabilibus ulceribus depravati scatebant) codicibus tamen, qui manu scripti circumferebantur, correctiores publicamus, non sine titulis, qui ut supremos marginum vertices amplectuntur, ita quid quaeque pagina doceat, breviter perstringunt. Haec autem a nobis praestari tibi potuerunt suasore adiutoreque M. Musuro.

Ex Onesimi Xylandri F. Praefatione in Pausaniam a M. Guil. Xylandro patre correctum.

— Quum pater meus ante septem annos pie defunctus Pausaniam summa fide et industria correxisset, atque maculis ac mendis serio purgavisset, at imma-

tura morte abreptus in lucem emittere non potuisset, mirabili patronorum meorum studio conservatus vix fuit. — Hunc autorem quum de consilio paternorum amicorum typographo excudendum tradere constituissem, hanc meam cogitationem praeceptores mei comprobaverunt. — Basileae Nonis Febr. anno 1583.

Domino Hulderico Fuggero S. et F. S.

— Ego has in Pausaniam notas intra privatos parietes usque ad opportunum editionis tempus retinendas primum arbitrabar. At simulatque intellexi, quod opus Xylander vivus Tibi destinarat, id defuncti filium Tibi dedicasse, statim consilium mutavi, nec mihi vel opportunius editionis tempus exspectandum, vel benigniorem Maecenatem quaerendum esse iudicavi. Adhaec memineram, Te aliquoties per amicos apud Wechelum prius, deinde apud defuncti haeredes, sollicite institisse, ut Pausaniae a Xylandro recogniti nova editione assiduae DD. VV. petitioni tandem aliquando satisfieret. Haec itaque animo complectens existimavi me recte facturum, si optimo et desideratissimo autori has annotatiunculas adiungerem. Est certe, ut ipsa Pausaniae recognitio, ita harum annotationum pars a Xylandro profecta; et quod felicibus auspiciis ab eo fuerat inchoatum, pari successu ad finem perductum fuisset, si Deus nos quotidianis doctissimi viri lucubrationibus diutius frui voluisset. Sed quoniam id nobis divinitus obtingere non potuit, ego doctorum virorum hortatu instinctus, lampade a defuncto accepta, opus sum aggressus. Quod nequaquam fecissem (ut qui et rei difficultati, et antecessoris insigni eruditioni me imparem esse perspicerem) nisi valida mihi ad conficiendum hunc laborem in promptu fuissent subsidia. Ut enim candide profitear per quos in hoc opere profecerim, nec debita laude quempiam defraudem, quum Pausaniae novam editionem a Wechelia-

nis adornari percrebuisset, benigne ad eos missa fuere duo Pausaniae exemplaria, aliquot in locis emendata. Eorum alterum fuit magni Germaniae nostrae luminis, Joachimi Camerarii; quod eius filii, doctissimi et humanissimi viri, pro suo cum erga nos privato, tum erga omnes literatos publico studio ac fide suppeditarunt. Alterum nobis paulo ante obitum impertiit clarissimus vir Zacharias Ursinus, cui Xylander eum codicem a celeberrimo typographo Joanne Oporino acceptum donarat. In eo agnoscebam multa Jo. Hartungi doctissimi Graecarum litterarum professoris manu annotata. Eo ipso libro in sua versione usus fuerat Abrahamus Loescherus: qui, ut plerasque Hartungi notas fuerat secutus, ita quasdam illis non aspernandas adiecerat. Praeterea quae in eruditissimis Adversariorum, Commentariorum, Animadversorum, Novarum lectionum et emendationum libris Adrianus Turnebus, Dionysius Lambinus, Adrianus Junius, Gulielmus Canterus, et Paulus Leopardus in hoc autore menda deprehenderant, diligenter et ipsa conquisita erant, et suo quaeque loco a me posita. Quaedam etiam suggerebantur a Jo. Opsopoeo; qui ut aliis multis, ita et huic operi non sine magna diligentiae laude corrector praefuit. Sed omnium uberrimam mihi materiam subministrabat doctissima Romuli Amasaei, summi viri, interpretatio. Eam enim, cum Graeco textu conferre quum aggressus essem; eo consilio, ut si qua in versionem irrepsissent vitia, ea Graeci codicis adminiculo inde tollerentur; comperi quam plurimis in locis, non tam Graecum Latino, quam Latinum Graeco mutuam sanationis operam praestare. Unde coniicio, Amasaeum in sua versione, praeter sagacissimum iudicii acumen, manuscriptos etiam codices, impressis emendatiores, ad manum habuisse. His fretus adiumentis, inchoatas a Xylandro annotationes, et ad quintum duntaxat librum perductas, redordiri coepi; et quae omissae fuerant, suo quasque loco posui, ad-

scripto eius a quo petitae essent nomine. Ubi vero a propositis mihi ducibus nulla e labyrinthis aut salebris aperiebatur via, ceteros Graecorum monumentorum autores, quantum per temporis angustiam in quotidiana pensi tractatione licebat, consului; quaeque ad emendatam Pausaniae lectionem facerent, ab iisdem petii. (nam historiarum vel prolixiores vel diversas narrationes inquirere atque annotare, non semper mihi nec licuit nec libuit) Ex his praecipui sunt Herodotus, Thucydides, Xenophon, Diodorus, Polybius, Plutarchus, Arrianus, Aelianus, Polyaenus, Athenaeus, Apollodorus: Ptolemaeus item, Strabo, Stephanus: Harpocration, Suidas, Hesychius, Etymologus, Eustathius: et apud Latinos Livius, Plinius, Justinus. Zonarae quoque Lexicon, quamquam paulo serius a clarissimo viro Joanne Sambuco ad nos missum, aliquid tamen et ipsum ad huius operis expolitionem contribuit. — Francof. ex Wecheli aedibus 6 Non. Maii anno 1583.

T. G. P. observant. et studios. cliens
Frider. Sylburgius
Veterensis.

[Titulos, quos supremo marginis vertici Musurus in Aldina editione apposuerat ad indicandum cuiusque paginae argumentum, omisit editio Francofurtana ut minus necessarios. Neque hoc dissimulandum, ea verba quae nonnunquam et praecedentem librum claudebant, et sequentem inchoabant, velut otiosa, in librorum fine a Xylandro fuisse deleta. Qua re si quid detrimenti allatum operi putes, ex Aldino codice Corinthiaca sic claudes, *μετὰ δὲ τοὺς Ἑρμᾶς ἐστιν ἤδη Λακωνικὴ τὰ πρὸς ἑσπέρας.* Eliacῶn primum sic, *ἕπεται δέ μοι τῷ λόγῳ τῷ ἐς τὰ ἀναθήματα.* Eliacῶn secundum sic, *ἡ δὲ τῆς Ἠλείας μέση καὶ Σικυωνίας καθήκουσα κτλ.* Achaica sic, *Ἀθηναίοις δὲ ἡ Βοιωτία καὶ κτλ.* Animadverti autem istiusmodi duplicationem

ab aliis etiam factam esse, propterea fortassis, ut inde perspiciatur, nihil in librorum continuatione deesse. Sylburg.]

Dn. Hulderico Fuggero S. et F. S.

— Primum Aldini exemplaris Xylandri sagacitate ab innumeris mendis repurgati vestigia diligenter et fideliter observata sunt; deinde adiectum est quidquid vel a Xylandro ante obitum, vel a me postea cum ex interpretum, tum ex aliorum nostri saeculi doctorum virorum publicis privatisve annotationibus, quin etiam e veterum scriptorum monumentis, aut propriis coniecturis ad accuratam huius autoris editionem conquiri ac comportari potuit. — Quemadmodum Amasaei versio non modo ad impressos verum etiam ad manuscriptos codices examinata multa et praeclara suggerebat ad graeci contextus interpolationem, ita vicissim graecus textus adminiculo aliquo emendatus, vel accuratiori examine ponderatus, saepenumero ad Latini emendationem aut illustrationem non levia conferebat adiumenta: quorum pars in contextum est recepta, ubi hoc sine interpretis iniuria fieri posse videbatur, pars in notis exposita. — Fateri non erubuit Loescherus, si Amasaei versio (de qua inaudierat) ante suam in lucem prodiisset, se interpretationis palma libenter ei cessurum fuisse. — Francofurti e Museo Wecheliano Idib. Aug. anno 1583.

T. G. Pr. observ. et studios. cliens
Frid. Sylburgius
Veterensis.

Fr. Sylburgius candido lectori S.

— Correcta in hac editione (interpretationis Amasaei) sunt primum ea menda, quae vel ab interpretis amanuense vel a typographicis operis erant profecta. —

Occurrebant etiam menda quae autori potius quam amanuensi tribuenda videbantur. In his omnibus graeci codicis fidem secutus sum; ubi autem certo consilio a graeci codicis autoritate discessisse interpres videbatur, diversitatem in notis indicavi. — Addere quae ab interprete fuerant omissa, nihil plane dubitavi, aut apertas versionis mendas corrigere. — Ambiguae significationis vocabula non sunt omnia a me suis locis explicata. *Aediles* saepe vocat Ἑλλανοδίκας i. e. *ludorum praesides*, ad verbum *Graecorum* (solennibus videlicet ludis decertantium) *arbitros*. *Jugum* pro colle seu loco edito usurpat: atque inde *Jugalis* pro graeco Κολωνάτας· *cella* pro οἴκημα, quod interdum totam domum seu aedificium significat, interdum eiusdem partem, habitationem, conclave. Nonnunquam hoc ipso *cellae* vocabulo interpretatur graecum ἱερόν, quod est aedes sacra, sacellum. Graeca vocabula non iisdem semper Latinis interpretamentis enunciat: τέμενος alias *lucum*, alias *delubrum*, alias *fanum* vertit. *Pronepotem* aliquot in locis vertit quem Pausanias τρίτον ἀπόγονον vocat i. e. *tertium in generis propagatione*. Sed Pausaniam hoc vocabulo *nepotem* intelligere non pronepotem etc. (quae ad Paus. VIII, 22, 1 in nostra editione leges. Sieb.)

Id etiam praeter caetera in versione operam dedit, ut quae concisa et obscura sunt in Graeco plenius atque dilucidius exponeret, et contra quae luxuriosam habent verborum redundantiam, ea in concinniorem brevitatem contraheret; atque ita saepe una periodo complectitur quae autor in duas aut tres diffudit. Non raro verbum unum et alterum, quum in praecedente sententia non satis aptum invenirent locum, transtulit in sequentem. Singula singulis reddere non usquequaque studuit: nonnullis in locis non contentus assequi et aequare Pausaniam, eundem videtur superasse vel saltem superare voluisse, ita ut ingeniosae atque artificiosae versionis multa ex hac interpretatione peti

possint exempla. Quod ut clarius perspici possit, libuit duarum primarum paginarum aliam hic subiicere versionem, quae graeci quidem textus vestigiis tenacius insistit, sed ab artificiosae tamen atque elegantis interpretationis norma longius abest.

„Continentis Graecanicae, iuxta Cyclades et Aegaeum mare, promontorium Sunium praeiacet terrae Atticae. Id promontorium navi praetervecto portus occurrit, in vertice autem Suniadis Minervae templum conspicitur. Longius navi progresso Laurium offertur; (ubi quondam Atheniensibus argenti metalla fuerunt) et insula deserta, non magna, quae Patrocli dicitur, quod eam Patroclus Aegyptiae classis praefectus, cum triremibus, quas Ptolemaeus Lagi filius Atheniensibus auxilio mittebat, clam ingressus, muro excitato valloque ducto muniit, quum Antigonus Demetrii filius, ipse, cum exercitu irruptione facta, regionem popularetur, simulque navalibus copiis e mari urgeret. Piraeeus vero antiquitus oppidulum fuit. antequam enim Themistocles ad imperium apud Athenienses accessit, Piraeeus non fuit navale: sed Phalerum (hac enim parte minimum ab urbe distat mare) ipsis navale fuit. Ac Menestheum aiunt inde cum suis navibus Troiam versus solvisse; et ante hunc, Theseum, Minoï pro Androgei interitu daturum poenas. Themistocles vero, quum praeesset imperio, quoniam ei Piraeeus opportuniore navigantibus loco situs esse videbatur, ac tres habere portus, loco unius qui est in Phalero, id eis navale adornavit. Naviumque ibi domicilia vel ad mea usque tempora fuerunt; et ad maximum portum, Themistoclis sepulcrum. Aiunt enim, Athenienses eorum, quae in Themistoclem statuerant, poenituisse; eiusque propinquos ossa defuncti e Magnesia sustulisse, atque eo deportasse. quinetiam liberi eius et rediisse videntur, et in Parthenone tabulam suspendisse, in qua Themistocles est depictus. Porro eorum quae in Piraeeo sunt, spectatu maxime dignum est Minervae et Iovis delubrum, et utriusque simulacrum ex aere. habet autem

hic sceptrum et victoriam; Minerva vero, hastam. Hic Leosthenem, eum qui Atheniensibus et Graecis universis dux praefectus, Macedones in Boeotia praelio superavit; et rursus extra Thermopylas profligatos, intra Lamiam Oetae e regione oppositam vi compulsos clausit: hunc inquam Leosthenem et liberos eius ibi pinxit Arcesilaus. Sunt autem in porticu longa, ubi forum extructum est maritimis (nam iis qui longius a portu absunt, aliud est forum) in huius inquam maritimae porticus extrema parte stant Iupiter et Populus, Leocharis opus. Ad mare autem Conon Veneris aedificavit templum, postquam Lacedaemoniorum triremes circa Cnidum in Carica Chersonneso sitam devicit. Cnidii enim Venerem maxime colunt; eisque deae illius sunt sacella. Quod enim antiquius est, Doritidis Veneris appellatur: post illud, Acraeae: novissimum vero eius quam plerique Cnidiam, Cnidii vero ipsi Euploeam vocant. Sed sunt Atheniensibus etiam alii portus; unus, in Munychia; ibique Munychiae Dianae templum: alter in Phalero, (ut ante quoque a me dictum est) ibique Cereris fanum. Est ibi et Sciradis Minervae templum, et Iovis paulo remotius; ad haec arae deorum qui nominantur ignoti, et heroum, et Thesei Phalerique liberorum. hunc enim Phalerum Athenienses in Colchos cum Iasone navigasse ferunt. Est etiam Androgei Minois filii ara, quae vocatur heroa: Androgei vero esse sciunt, quibus res huius regionis certius nosse cura est. Abest etiam ad viginti stadia promontorium Colias: quo, pessundata Medorum classe, fragmenta navium fluctus detulit. Ibi Coliadis Veneris est statua, et deae quae nominantur Genetyllides: quas existimo easdem esse cum eis, quae a Phocensibus in Ionia vocantur Gennaides. Iuxta viam, quae ex Phalero Athenas fert, templum est Iunonis, nec fores habens, nec tectum: quod a Mardonio Gobryae filio incensum perhibent. At statua, quae nunc illic est, Alcamenis (ut aiunt) opus est. Id sane Medus non violaverit. Urbem ingressis occurrit Antiopae Amazonis

monumentum: quam Antiopen Pindarus a Pirithoo et Theseo raptam dicit: Hegias vero poeta Troezenius, talia in eam scripsit: Herculem, quum Themiszyram ad Thermodontem obsideret, capere non potuisse: sed Antiopen Thesei amore captam (Theseum enim cum Hercule in ea expeditione fuisse) locum dedidisse. haec scripsit Hegias poëta. Athenienses autem dicunt, postquam Amazones advenerant, Antiopam quidem a Molpadia sagittis confossam esse, Molpadiam vero a Theseo interfectam. ac sane Molpadiae quoque monumentum est Atheniensibus. Ex Piraeeo autem ascendentibus sunt rudera murorum quos Conon post navale praelium ad Cnidum, excitavit. Themistoclis enim muri, qui post Medorum egressum fuerunt aedificati, deiecti sunt sub imperio eorum, qui triginta nominabantur. Sunt autem ad eam viam notissima sepulcra Menandri Diopithis filii, et monumentum Euripidis vacuum. Sepultus enim Euripides est in Macedonia ad Archelaum regem profectus: cuius mors, quoniam a multis de ea dictum est, eo se modo habeat quo affirmant. (Versabantur autem eo quoque tempore cum regibus poëtae: et ante Euripidem Anacreon fuit apud Polycratem Sami tyrannum: Aeschylusque ac Simonides Syracusas ad Hieronem sunt profecti. Sic Philoxenus apud Dionysium fuit, qui post Siciliae tyrannidem tenuit: Antagorasque Rhodius et Aratus Solensis apud Antigonum regem Macedoniae. Hesiodus vero et Homerus aut fortunae invidia cum regibus versati non sunt, aut etiam ultro cum illis versari neglexerunt; hic quidem, ob vitam rusticam aut oberrandi taedium; Homerus autem, qui longissime peregrinatus est, emolumento pecuniario, quod e potentibus percipere poterat, postposito gloriae, quam apud vulgus erat habiturus: siquidem et Homerus in sua poësi Demodocum Alcinoo conversatum canit, et Agamemnonem apud uxorem suam poëtam quendam reliquisse). Non procul a porta sepulcrum est, impositum habens militem equo adstantem: quem equidem haud novi: at Praxiteles et

equum et militem fecit. Ingressis in urbem occurrit aedificium pompis adornandis factum, quarum alias quotannis, alias interiecto temporis spatio celebrant. Prope id, templum est Cereris: in quo statuae sunt et matris ipsius, et filiae, et facem tenentis Iacchi. Parieti literis Atticis inscriptum est, opera esse Praxitelis. Non procul a templo Neptunus est, equo insidens, hastamque in Polyboten gigantem mittens, in quem Cois fabula est de promontorio Chelones, id est Testudinis. Epigramma vero quod nostro tempore visitur, simulacrum istud alii dat, non Neptuno. A porta in Ceramicum usque porticus sunt, et ante illas simulacra aenea mulierum pariter et virorum, a quibus singulare aliquod facinus est editum, et quorum inter gloria celebres aliqua habetur ratio. Ex his porticibus altera, Deorum habet sacella: habet etiam gymnasium quod dicitur Mercurii. In eadem est Polytionis domus, in qua Eleusiniorum sacrorum caeremonias quidam ex Atheniensibus non obscuri dicuntur imitati. Mea vero aetate Baccho ea dicata erat: quem Bacchum Melpomenon vocant, ea ratione qua Apollinem Musegeten. Ibidem est simulacrum Minervae Paeoniae; Iovis etiam, et Mnemosynes, et Musarum: Apollinis quoque, dedicatum et factum ab Eubulide: et Acratus, unus ex Bacchum comitantibus geniis: cui sola est facies, parieti inaedificata. Post Bacchi delubrum, aedificium est: in quo simulacra sunt e luto, Amphictyon rex Atheniensium, tum alios deos, tum Bacchum convivio excipiens. Ibidem est etiam Pegasus Eleutherensis, qui Atheniensibus deum illum introduxit, adiutus ab oraculo Delphico, quippe quod in memoriam ei revocaret, deum Icarii temporibus in regionem venisse. Regnum vero Amphictyon obtinuit hoc modo: Actaeum, aiunt in ea quae nunc Attica dicitur, regnasse primum. Defuncto Actaeo Cecrops in imperio succedit, cui nupta erat Actaei filia. Ei filiae nascuntur Erse, Aglaurus, Pandrosus; et filius Erysichthon.“

ROMULUS AMASAEUS
Alexandro Farnesio Cardinali
Pauli III Pontificis Maximi Nepoti
S. P. D.

— Latine iam, ni fallor, mea opera loquentem Pausaniam tibi nominatim dedendum censui. Atque is quidem veterem Graeciam *in libros decem* descriptam oculis pene subiiciet. — Habuit sane nihil olim Graecia, quod spectaretur dignum — quod hic noster non eleganter atque intelligenter explicaverit. Qui praeterea ludorum et munerum apparatus, aut quae in his eventorum varietas festivius spectatorem detinere possit, quam elegantissimi scriptoris, athletarum aurigarumve, Olympici vel Pythici pulveris palmas expetentium, certamina, elogia, statuas accuratissime exprimentis et adumbrantis pura ac polita oratio? — Sed inter haec tam variae tamque eruditae lectionis oblectamenta, dum quibus vetus olim Graecia domi forisque artibus atque opibus effloruerit, considerabis, non magis illorum temporum felicitatem admiratione, quam eas, quibus nunc oppressa et confecta est, calamitates miseratione prosequere. — Romae Idibus Martii MDXLVII.

Lectori Benevolo S. D.
Ioachimus Kuhnius
P. P. Argentorati.

Non erat committendum ut te lateret B. L. qua occasione quove animo notulas quasdam in Pausaniam conscripsi. Annus scilicet quartus est et quod excurrit, quum Lipsia mihi significatum fuit, Pausaniam nova veste indutum ibi proditurum in publicum: symbolam darem, si quid in manuscriptis domi lateret, quo melior illa posset fieri editio. Ego vero tum tem-

poris de Pausania plane securus, simpliciter respondi, nihil harum rerum suppetere; irent, et aliam quercum concuterent. At illi nescio qua de causa contra niti, hortari, orare usque adeo, donec animo scrupulum iniecerunt. Male enim metuebam, ne mihi ignaviae crimen tacitumque *εἰρωνείας* convitium impingeretur, si laborem a studiis, in quibus versabar, non valde alienum pertinacius detrectarem. Ex altera parte occurrebat, nimis calidum et arrogantiae proximum esse, ab omnibus imparatam novam gravemque suscipere provinciam. In hoc cogitationum bivio haerenti commodum litterae redduntur Lutetia, quibus certior fio, in Regia Bibliotheca extare quatuor MStos Codices chartaceos Pausaniae, et primum N. 2064 incipere hunc in modum: *τῆς Ἠπείρου τῆς Ἑλληνικῆς κατὰ νήσους τὰς Κυκλάδας καὶ πέλαγος τὸ Αἰγαῖον* etc. et finire ita: *ἐν τῇ δέλτῳ γεγραμμένον στατῆρας δισχιλίους χρυσοῦ Πέτρος ὁ ὑψηλεὶς Αἰγινήτης αὐτοχειρίᾳ ἔγραψεν ἔτει χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐννενηκοστῷ ἑβδόμῳ πέντε, ἐπὶ δέκα Μουνυχιῶνος μηνὸς ἀπὸ τῆς χριστοῦ γεννήσεως ---- μεδιολανόθι.* Secundum N. 3043 totidem numerare *στατῆρας*, scriptum esse Anno Mundi 6999, Christi 1491. Tertium N. 3042 in hoc tantum abire a prioribus, quod *στατῆρας χιλίους* habet. Quartum N. 2819 inscribi quidem *Πίναξ Παυσανίου. Παυσανίου Ἑλλάδος περιήγησις Ἀττικὰ, Κορινθιακὰ, Λακωνικὰ, Μεσσηνιακὰ, καὶ τὰ λοιπὰ εὑρισκόμενα Παυσανίου*, sed sola tantum *Ἀττικὰ* continere. Quae quum ex Amici literis intellexissem, non mediocriter gavisus sum, nec mihi temperare potui, quin statim periculum facerem, num quid praesidii in tot Codicibus scriptis resideret. Propterea in chartam conieci loca quaedam mendis lacunisque maioribus obsita, quam ut ingenio expleri corrigive possent, et ad dictos libros exigenda transmisi Lutetiam. Simulatque facta est comparatio, illico apparuit, scriptos cum editis libris in eodem cubare morbo; adeoque ab Al-

dino exemplari, unde Veneta est expressa editio, aut parum aut nihil distare, si modo fas est de toto panno ex lacinia iudicare. Desertus ab hac spe, quam nondum ad liquidum deductam passim, me plane inscio, typis divulgatam nollem, oblatum negotium non deponere sed abiicere volui. Idque iam certum deliberatumque habebam; quum praeter omnem opinionem supervenit Aldinum Pausaniae exemplar, quod olim triverat eruditissimus Casaubonus, et inter legendum non margines tantum, verum frontem etiam calcemque libri manu sua compleverat. Debetur ille praestantissimo Burdelotio, illustrissimi Franciae Cancellarii medico, a quo illud Parisiis acceperat Lipsiensis Bibliopola, ut cum notis manuscriptis edendum curaret. Huius subsidii interventus effecit, ut manum referrem ad tabulam. Videbam equidem a Sylburgio pridem occupatam esse partem bene magnam e notis Casauboni: veruntamen quia plura restabant Pausaniae profutura, non debuerunt ea luce defraudari publica. Praeter dictum Codicem mecum etiam communicati sunt Dialogi Stephani Nigri a Cl. Nicasio Divionensi, viro ad literas provehendas maxime strenuo. In eo libro reperi totius Pausaniae compendium, et unius alteriusque loci variam lectionem: quamvis alias mendosa quaevis sedulo vitet autor ille, ut Ulysses Sirenum cantus et Circes pocula. Praecipuum vero, quod animum ad scribendum impulit, fuit, quod deprehendebam, Herodotum, Thucydidem, aliosque antiquissimos scriptores, saepius affecto Pausaniae succurrere. Etenim quum ab assidua illorum lectione suae dictioni colorem sanguinemque mutuatus sit Pausanias, abesse non potest, quin iidem magistri etiamnum suo commodent discipulo. Hanc igitur viam ingressus, textum spero paulo emendatiorem dedi; de aliis accessionibus ne dicam. Interim non dissimulo, esse adhuc ubi maior corruptio textus omnes ingenii conatus elusit, et proinde melioribus libris expurganda relinquitur.

Quod porro ipsum Autorem attinet, non diversum eum existimo ab illo, cuius vitam inter Sophistas retulit Philostratus et inter alia commemorat, quod Herodes Atticus eum interioris admissionis auditoribus adscripsit. *τῶν τοῦ Κλεψυδρίου μετεχόντων εἷς ἐγένετο*, inquit. Clèpsydri vero nomine denotantur decem selecti discipuli, quibus post publicam acroasin, dimissis caeteris, seorsim vacabat Herodes, iisque ad clepsydram recitabat orationem ex centum versibus conflatam, ita, ut orator nullis interpellatus plausibus perpetuo diceret, et auditores summo cum silentio dicta combiberent. Eosdem assuefecerat idem magister, ut convivia et congressus alios animis laxandis datos eruditis colloquiis condirent, eademque opera corpus epulis animum vero sermonibus pascerent. Tales fuerunt *οἱ ἀπὸ Κλεψύδρίου*, dicti etiam *Διψῶντες* sitientes, vel quod crebro rorantibus humescerent poculis, vel quod publica informatione non contenti, privatam insuper sitirent. Videatur Philostratus in vita Adriani Sophistae. Unde, credo, apparet, meruisse Pausaniae ingenium, ut in paucis imbueretur bonis artibus. Cui non repugnat, quod Philostratus tradit, quod Graecam linguam durius pronunciarit, quam delicata eius rotunditas patiebatur. Hoc enim toti Cappadocum nationi commune vitium, orisque fuit *ἐλάττωμα*, nulla exercitatione emendandum, uti clare indicat notum epigramma:

Θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας πτηνάς τε χελώνας
Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην.

Rarius alata testudine, rarius albo
Invenias corvo Rhetora Cappadocem.

Caeterum nostra non interest, rectene an secus linguam Graecam pronunciarit Pausanias: sufficit, quod stylus eius si non optimus, optimis tamen proximus sit, et antiquitatis genuinae plurimum redoleat: uti nec Philostratus negat, et ipsum orationis filum satis ostendit.

Restat ut paucis moneam, Nostrum distinxisse hanc periegesin in *λόγους* et *συγγραφὰς* adeoque videas saepe ab ipso laudari *Ἀτθίδα συγγραφὴν*, *Μεγαρίδα συγγραφήν*, *λόγον Λακωνικὸν* et sic deinceps. Stephanus de Urbibus etiam Pausaniae *λόγους* citat, quamvis nec distinctionem in libros ignoret. Exemplum succurrit in *Σχοινά*, ubi Pausanias *ἐν δεκάτῳ* allegatur. Meursius de libro sermonem esse existimans, reponit *ἐν τρίτῳ*. Servari autem lectio vulgata posset, si Stephanus loquatur de *λόγοις*. Nam Attica continent tres *λόγους*. Si *τὰ Ὠρωπικὰ* appendix fiant *τῆς Ἀτθίδας συγγραφῆς*, nempe *Ἀττικὸν*, *Σαλαμίνιον* et *Μεγαρικόν*. Secundo libro insunt *λόγοι*, *Κορινθιακὸς*, *Σικυώνιος*, cuius brevis appendix est *Φλιάσιος*, *Ἀργολικὸς*, *Ἐπιδαύριος*, *Αἰγιναῖος*, *Τροιζήνιος*. Ita *λόγος Λακωνικὸς* erit decimus, in quo adhuc extant quae de *Σχοίνῳ* habentur apud Stephanum. Sic et alibi, ubi numerus in Stephano non respondet libris editis, secundum *λόγους* poni potest calculus, dummodo corruptela absit. MDCXCVI.

Jo. Frid. Facii Praefatio.

— Illud mihi praecipue agendum esse censui, ut textum Pausaniae constituerem; ad quem emendandum et castigandum potissimum varia lectione duorum librorum manuscriptorum et Amasaei versione adiutus sum. Quod ad hos Codd. collatos attinet, alter est Caesar. Vindobonensis, qui in Catalogo Bibl. Caesar. Vindob. a D. de Nessel vulgato n. XXIII notatur, cuius lectioni in multis locis lectio Cod. Vindob. n. LI subiecta est; alter autem Mosquensis. Neuter eorum ex altero, nec uterque ex uno eodemque descriptus est exemplari, quippe cuique sua lectionis varietas.

Nec mihi defuerunt virorum eruditorum ad Pausaniam emendandum coniecturae, quas quidem in no-

P. 4.

tis proposui, nullam vero in textum recepi nisi maxime probabilem et eo demum loco, qui manifesto corruptus et mendosus esset.

Altera pars operae, quam Pausaniae navavi, nec illa mediocris, recta verborum interpunctione continetur, cuius beneficio quot loci corrupti sint restituti, quot obscuri et impediti sint expliciti, experiri licet cum textu Kuhnii collatione.

Nec minor negotii suscepti pars fuit in *summariis*, quae dicunt, disponendis. Qui vero Pausaniae scribendi morem paullo duriorem et crebris interpositionibus impeditum novit, summaria ista non ad amussim exigi potuisse intelliget. [Summaria quidem singulorum capitum iam Kuhnius delineaverat, sed ea in unum locum collecta ante limen cuiusque libri posuerat. Sieb.]

Capitum quidem distinctio identidem prava forsan fuisset emendanda; sed ne in locis ex Pausania a tot scriptoribus secundum capita a *Kuhnio* distincta excitatis et in hac ipsa editione excitandis confusio quaedam enasceretur, illam retinui, et, ubi commodius huiusmodi distinctio ponenda fuisset, abrupto *στίχῳ* et in animadversionibus notavi.

In interpretatione denique et illustratione illud inprimis spectavi, ut sententias paullo obscuriores redderem claras et scribendi ac sententias enunciandi rationem Pausaniae familiarem explicarem et adnotarem, nec, quae ex aliis scriptoribus ad Pausaniam illustrandum laudari possent, praetermitterem. CIƆIƆCCXCIX.

PRAEFATIO EDITORIS.

Extremas Pausaniae commentariorum de vetere Graecia partes quum nostra nunc protulerit editio, iam eius quae sint (si sunt) virtutes, quae sint vitia, et quid ea nobis ipsis, quid aliis, quos suo nunquam honore fraudavimus, debeat, ab eo quidem, qui quaerere simulque iustitia uti volet, facile inveniri poterit atque indicari. Idem quid mihi propositum fuerit quid non, bene memor nihil quod ultra illud sit, a me postulabit, neque me quod non dederim quod dare nolui frustra reprehendet. Quod vero in Pausaniae hac editione industriae meae curriculum fuerit quanquam saepius significasse videor, tamen ne cui quid incerti dubiique remaneat, non piget iterum iterumque, quod meum consilium fuerit, declarare. Nihil enim volui nisi ab oratione Pausaniae maculas iniuria negligentiaque hominum adspersas quantum fieri posset abstergere; deinde quid quoque loco ille dixisset aut dixisse videretur planum reddere,

idque ubi opus esset aliorum scriptorum testimoniis confirmare; tum rerum, quas ille persequutus est, ubi et quam possem explicationem addere; denique reprehensiones quae viderentur iniquae esse ab eius opere defendere; postremo, si fieri posset, efficere, ut qui mea uteretur, prioribus non indigeret editionibus. Horum quid ego non perfecerim ut facile ad videndum, ita aequum quoque erit causam, cur hoc illud ex mea desideretur editione, tenere. Duplex hic mihi persona sustinenda fuit, quarum altera est grammatici, altera rerum interpretis; saepius igitur accidere potuit, ut neutras partes recte commodeque agerem. Qua in re neque virium mearum imbecillitatem, neque otii raritatem, neque subsidiorum vel paucitatem vel tenuitatem excuso, muneris autem duplicis illius functio quam non facilis quum per se tum praecipue in Pausania sit, licebit certe paucis admonere. Aenigmata, inquiunt, loquitur Pausanias, colore illa Herodoteo tincta, neque eius commentarii hominum semidoctorum rudiumve manibus pessime depravati nisi a principibus possunt grammaticis corrigi; quod autem et quomodo quidque narrat, ad id explicandum summa ingeniosissimi interpretis doctrina requiritur. Quae quanquam rhetoricae potius amplificationis quam simplicis veritatis speciem ferant, negari tamen non potest, duplicis illius officii onus uni homini mei

ordinis modulique impositum gravius esse eius humeris. Deinde quum tam diversa hominum sint iudicia, ut Pausaniae ipsius multi exstiterunt reprehensores, ita metuo ne non pauci sint mei. Alii volunt omnia uberius explicari, alii ubi hoc ipsum factum vident, hanc esse dicunt copias doctrinae e sacco collectaneorum effundendi rationem dignam quae subsannetur. Quorum utrisque ego an ullo modo satisfecerim, valde dubito. Sunt fortasse etiam qui reprehendant, quod critica non separaverim ab exegeticis, namque alium aliis delectari, quem hoc iuvet, ei molestum esse illud. Quam meam rationem etsi summorum exemplorum auctoritate excusare possim, eam tamen ut adhibeam opus esse non existimo. Videtur enim adhuc iure dubitari posse, an quae nostris temporibus hic illic recepta est consuetudo, criticen, prosodiam et interpretationem inter se disiungendi et alteram complectendi ac tenendi, alteram reiiciendi atque excludendi vere salutaris nostris habenda sit studiis. Quibus, ut veterum monumentorum φαιδρυνταὶ habeantur, unum opus est, undique congestis editionum codicumque lectionibus utramque complere paginam, sunt illi quidem valde laudandi praesertim si iudicii acumen industriae assiduitatem consequutum fuerit, hanc vero unam esse dicere bene merendi de iis, qui harum literarum cultores sunt vel amatores, viam, hominis

esset parum aeque iudicantis, quum sua tantum aestimare, aliena omnia prae iis contemnere videretur. Quum quanta sit earum artium, quae modo nominatae sunt, necessitudo nemo eruditus possit ignorare, id tantum dico, qui historiae vel populorum vel artis operum studio deditus criticorum dumeta reformidet, eum rosas quaerere sine spinis natas, suoque eum abuti tempore et ingenio videri. *Sed defendat quod quisque sentit, sunt enim iudicia libera.*

Quod autem vel a summis viris ausus sum hic illic discedere, causa esse potuit quod non quantum illi oculis contenderem. Huc accedit, quod quantum ab affirmandi arrogantia, tantum a temeritate assentiendi me remotum esse volui, quum earum utraque a nostra valde abhorreret conditione, qua meminisse decet, homines nos esse, quorum studium veri investigandi nunquam quidem labore defatigari debeat, saepe tamen a recta via soleat cupiditate abduci. Quare etiam ubi mihi visus sum certiora sequutus iure ab aliis dissentire, cavendum putavi certe cavere volui, ne unquam effunderem ἔπος μέγα.

In verbis explicandis, in remediis orationis depravatae inveniendis, in rebus illustrandis ne saepe parum felix fuerim metuo, idem tamen spero fore, ut hi errores magnam certe partem excusabiles videantur; in iis quidem rebus, quae obscuriores

sunt, si cum aliis caecutivisse deprehendar, facilis parata erit venia, quum neque cognoscendi ea quae tenenda sunt iudici, neque ignoscendi ratio, si quis se omnes errores cavere non potuisse libere fateatur, iam sublata sit e censorum iudiciis.

Quae in hac editione vel non praetereunda vel melius tradenda fuerant, eorum nonnulla et supplebit et emendabit quam me libraria Metzleriana ut scriberem rogavit interpretatio Pausaniae germanica. Quum vero eorum quae addenda sunt acervus valde crevisset, ea omnia in unum corpus collecta putavi quinto volumine concludenda esse: neque in iis, quae scripsi, turpem habens lituram, quae promisi addendis inseram quidquid corrigendum existimavi, quod quidem vel ipse vel ab aliis monitus corrigere potui.

De tabulae in dextro Leschae Delphicae pariete a Polygnoto pictae adumbratione, quam nobis Budissae fecit de Gersheim, pingendi magister, in adnotationibus ad decimum Pausaniae librum, ubi ea inserenda est, dicetur.

Im. Bekkeri editione in mea uti per temporis rationem non potui nisi quum ad decimum Pausaniae librum operis tradendum pervenissem; quod et mea et legentium causa indicandum est. Illius enim editionis tomus quidem prior sex libros continens post volumen tertium nostrae editionis prodiit, tomus autem posterior, in quo libri quatuor

reliqui sunt, tum demum in regionem nostram venit, quum nonus Pausaniae liber cum adnotationibus, qui hoc quarto editionis nostrae volumine continetur, typis iam erat excusus. Diversas tamen lectiones libri noni memorabiles, quibus Bekkeri editio a nostra discessit simul cum coniecturis in illa propositis huic praefationi coniunctas subiunximus, e reliquis quae enotandae videbuntur libris, eae addendis suo quaeque loco inserentur. Bekkeri editionem Pausaniae cum nostra contendere non nostrum est, sed aliorum sit et eorum quidem, qui inimicitiae amicitiaeque causas procul habentes nihil sequuntur nisi veritatem, quae Germaniae nostrae populis sancta et diutissime fuit, et adhuc est, et in omne tempus maneat. Scr. Budissae d. VI ante Nonas Iul. MDCCCXXVII.

LIBRI NONI LECTIONES CUM CONIECTURIS IN IM. BEKKERI EDITIONE.

Cap. I, 3 ἀπὸ τῶν Θηβῶν τὴν πεδιάδα, τὴν δὲ ἐπὶ Ὑσιὰς ἦγε πρὸς Ἐλευθερῶν τε καὶ τῆς Ἀττικῆς, ῇ — ἐτέτακτο ὑπὸ τῶν Πλαταιέων . . . γενήσεσθαι. Bekk. putat haec fere excidisse ταύτῃ δὲ ὁδεύων ὑπὸ τὸ Πλαταιέων
ibid. Λακεδαιμόνιοι μέν γε αὐτοὺς
II, 3 καλοῦσι δὲ τὴν μὲν Ἀκταίωνος κοίτην· ἐπὶ ταύτῃ καθεύδειν φάμενοι τῇ. In cod. 1410 est καὶ τὴν — φασὶν οἱ ib. Κιθαιρωνίας 1410, quod et ipsum Bek. verum putat siquidem exciderint nonnulla inter Κιθαιρωνίου et Κιθαιρωνία.
III, 5 ὑπὸ δὲ τῆς κορυφῆς coniectura
IV, 1 Πλαταιᾶσι δὲ Ἀθηνᾶς e Buttmanni coniectura.
2 Ὀνασία δὲ Ἀργείων sed in 1410 est ὄνασι
V, 4 τὰ δὲ ἐς τὴν τιμωρ. coni.
VII, 2 ἐπελήφθη pro ἐπλήσθη
4 ὑπελίποντο malit quam ὑπελείπ.
VIII, 1 ἔτους ὥραν ἐν Δωδώνῃ φασὶν ἐπὶ . . . λόγῳ
IX, 1 τὴν σὺν ὀλέθρῳ — ὀνομάζομεν νίκην
XI, 1 εἱλίξατο
4 τὴν τῶν τριακ.
ib. τοῦ δὲ Ἡρακλείου e Buttman. coni.
5 σποδίου
XII, 1 σποδίῳ pro πολιῷ e Boeckhii coni.
XIII, 1 σχόντα malit Bek. quam ἔχοντα
XV, 1 ἡγεμόνας μὲν τῆς ἐξόδου Κλεομένην καὶ Ὕπατον ἐποιήσαντο βοιωταρχοῦντας ἐν τῷ τότε, ubi Accusat. plural. e Corayi coni.
XVII, 3 γῆς χῶμα οὐ μέγα coni. Boeckh.
XVIII, 3 ἐπηγάγοντο
XX, 3 Πόλος τε ὀνομαζόμενον χωρ.
XXI, 3 διαλύσουσιν sed 1410 διαλύσωσι
1 ἐγγύθεν τε ἀμυν. vult. Bek.
ibid. αὐτοῦ, καθὸ ὅτε — ἐδόκει
XII, 2 Ἑλλήνων· χωρὶς μέν γε αἱ (γὰρ 1410) οἰκίαι σφίσι — ὑπὲρ αὐτὰς
XXIII, 3 ἐπερέσθαι τε (1410 δὲ) φωνῇ
XXV, 6 Δήμητρος δ' οὖν Καβειραίοις
ib. ὅτι δὲ τῶν ὅρων — ἀρχαίων, Τηλώνδης καὶ ὅσοι — κατελθοῦσιν pro hoc Bek. vult κατάγουσιν nisi quid exciderit
XXV, 6 Πελαργῇ — ἔμελλον
XXVI, 2 γενόμενον — εἰδεῖεν ἂν
5 ἄγαλμα· ἐπιλέγουσι coni.

ib. τήν τε Ἀθηνῶν boni.
XXVII, 3 λίθου τοῦ Πεντελῆσι.
ib. πάρεξ ἢ τὰ ἐς
XXX, 1 Διόνυσος, οἱ μὲν Ἀνσ.
5 ἀπολομένων malit Bek.
XXXI, 4 ᾀδόμενα, ἃς μεγάλας omisso καὶ e Schleiermacheri coni.
6 γῇ Δονακών omisso ἡ e Buttm. coni.
XXXII, 2 οὐ Πελαγίῳ pro οὐκ ἄνω coni. Bek.
3 αὐτόθεν pro αὐτόθι
5 τὰς πλείους pro τὰ πλοῖα coni.
XXXIII, 3 ἐπῶν τε ἀριθμὸν ὧν γεγρ.
2 οἷς τισιν ἐποιήθησαν cum Boeckhio
3 ἐντυχεῖν τε δὴ αὐτῷ παραγενομένῳ τὸν υἱὸν e Buttm. coni.
4 αὐτῇ τὸ ὄνομα οἱ μὲν ἀπὸ ubi οἱ Bek. de suo addidit
XXXIV, 1 μαθητοῦ τε καὶ
5 extr. τῇ κώμῃ Ὀλμωνας
XXXV, 1 Ἀγγελίων τε καὶ Τεκταῖος οἵ [γε] Διποίνου τὸν Ἀπόλλωνα
XXXVI, 2 πολέμῳ μάλιστα. 1410 πολέμων
ib. ἐνταῦθα (ἐμοὶ δοκεῖν) — ἠπείρῳ λέγει· sed λέγει deest etiam in 1410.
3 οὐδὲν ὄντα ἐλατ. Sed οὐδὲ etiam 1410
XXXVII, 2 ἐπιτραφέντος ἐν Θήβαις
XXXVIII, 4 κρύψαι γῇ. 1410 etiam omittit τῇ
5 Κηφισίδα οὖσαν sed Bek. mavult φῦσαν
6 ἔπη σφίσιν ἃ
ib. τοῦδε τοῦ Χερσίου τῶν
XXXIX, 2 τὸ ἄλσος τοῦ Τροφωνίου .... φασὶν
5 ἀποδέουσα
ib. οὐκ ἀκοὴν
XL, 5 εἶδεν ἑσμὸν μελισσῶν .... ὅποι. Buttmanno iudice excidit καί οἱ παρέστη vel simile quid
3 Ἱππότη δέ οἱ
4 τε τὸ τρόπαιον .... ἀφανισθῆναι .... γνώμῃ, Κάρανον δὲ
ib. εἰ ἐς εὔνοιαν e 1410 consentiente cum Mosq.
5 ἐπιγέγραπται μὲν δὴ ἐπίγραμμα οὐδὲν, ἐπίθημα δὲ
ib. ὅτι οὐδὲ ἐοικότα
XLI, 1 ἠκολούθηκεν ἡ φήμη
2 ἐστι λίθοι χλωροί, συνδέοντος· sed συνδέοντες etiam 1410.

ADNOTATIONES

AD PAUSANIAE BOEOTICA SEU LIBRUM NONUM.

Βοιωτικὰ hunc librum ipse appellat Pausanias I, 24, 5. composita esse ante Phocica patet e X, 32, 7. *Leo Byzantius* (v. Plut. de fluv. p. 435. Hutt.) *Βοιωτικὰ* etiam scripsisse nec non *Hellanicus* et *Aristophanes* dicuntur. v. Schol. ad Hom. Iliad. II, 494. (Fragm. p. 67.) et Photii Lex. cum Stephan. B. s. v. *Χαιρώνεια.* cf. c. 40, 3. Estne ab hoc *Aristophanes* diversus ὁ τοὺς Θηβαίους ὅρους (an ὤρους? v. indic. Athen. T. IX. p. 278.) γεγραφὼς apud Steph. B. v. *Ἀντικονδυλεῖς*? *Βοιωτιακὸς* Nicandri ap. Athen. Boeotiae geographiae et rebus illustrandis utilis est C. O. *Muelleri Orchomenos.* „The tour of all Boeo„tia might certainly be made in two days without bagage." Hobhous I, p. 275. qui ibid. p. 268. omnes Boeotiae chartas dicit non satis correctas esse. Boeotiae longitudo 500, latitudo 270 stadiorum est in Dicaearchi ἀναγρ. τῆς Ἑλλαδ. sed cf. Mannert VIII, 184.

Cap. I—IV. De *Plataeis.* τὰ ἐς Πλαταιὰς σύγγράψαι plures, Pausanias ipse significat V, 23, 2 extr.

CAPUT I.

§. 1. πρὸς δὲ—Πλαταιεῖς. Cf. I, 38, 8. et de πρὸς ad II, 24, 6. Animo addendum esse ὅμοροί εἰσι, iam alii monuerunt. Ἐλευθέρων Mosq. Βοιωτοὶ δὲ τὸ μὲν πᾶν ἔθνος: Appositio similis est VI, 15, 3. Deinde toti huic opponuntur ut pars οἱ δὲ Πλαταιεῖς. Sic cap. 3, 4. ἰδιώ-

ται—οἱ πλούσιοι, οἷς δὲ οὐχ ὁμοίως δύναμις. De *Boeoto* et *Itono* item de diversitate eorum, quae narrat Diodorus dictum est in Not. ad Hellen. p. 203 et 200. adde Muelleri librum laudatum p. 391 sq. Eustathius ad Iliad. p. 270. ita: Ἄρνη νύμφη παῖδα ὑπὸ τῷ Ποσειδῶνι τεκοῦσα Βοιωτὸν ἐκ τῶν βοῶν ἐκάλεσεν· His addit Euphorionis fragmentum.

Idem Müller *Itonum Amphictyonis filium* suspicatur dictum esse, quod circa Itoniae Minervae templum in Thessalia Amphictyonia quaedam fuerit. Μελανίππης Mosq. De v. δὴ cf. ad II, 31, 4.

§. 2. sq. Plataeensium historia. Apud Thucydidem III, 61 Thebani dicunt (fortasse propter Actaeonem. v. ad cap. 2, 3), serius quam reliquam Boeotiam se condidisse Plataeas, et alia loca cum iis, eaque se expulsa hominum colluvie tenuisse. Alia habet Etym. M. v. Βουκέρας.

§. 2. ὄνομα δέ φασιν Vulgata, Kuhnius subintelligendum putabat ὡς. Nos et in Hellenicis p. 56 et in minore ed. scripsimus ὄν. δέ σφισιν quum ita iam emendasset Sylburgius: sequutus est Clavier. Fluit haec emendatio etiam e Mosq. lectione φησιν. φασὶν, φησὶν, σφίσιν saepe confusa esse notum est. cf. VI. 18, 2. IV, 31, 6. VII, 13, 5. ἀπὸ Πλαταιᾶς Vulgata, paulo post autem Πλάταιαν, cap. 2, 5. Πλαταίας, cap. 3, 1 Πλάταιαν eadem. Πλαταιᾶς secundum Eustathium ad Hom. Iliad. II, 504 esset Accusativus pluralis nominis gentilis. Ut igitur urbem singulari numero scribimus Πλάταια, ita in mulieris nomine, unde nobis ductum auctore Pausania est, accentum retrahendum putavimus cum Sylburgio. Contra Politum alia sentientem dicebamus in Observ. ad Hellen. p. 18. ἣν θυγατέρα εἶναι τοῦ ποταμοῦ νομίζουσιν Vulgata. Post εἶναι nomen fluminis Ἀσωποῦ excidisse, Facius iam monuit, quod nos stellula inserta indicavimus. Clavier εἶναι [Ἀσωποῦ] τοῦ ποταμοῦ edidit. βασιλεῖαι καθεστήκεσαν. „Principio rerum gentium naticnumque imperium penes reges erat.“ Justinus Hist. Phil. princ ubi multi citantur similes loci. βασιλεία Mosq. μὲν δὲ Ἀσωποῦ idem. De rege *Cithaerone* iterum cap. 3. init. *Montis* nomen Bochartus in Chan. II. lib. I cap. 16 p. 468 ab Oriente duxit. Cf. de hoc monte ad cap. 2, 3 adn. Pro ἀπ' αὐτοῦ videtur ἀφ' αὐτοῦ scribendum esse. Assentior Corayo corrigenti κέκληται ἡ πόλις. Mox πρὸς μὲν τῆς—καταβεβηκότος ἤδη Ξέρξη Ald. καὶ ἐς τὰς—ἐσβῆναι. Hoc illustrat Herodotus VIII, 1 et ibi Valcken. σωβρύνου

pro *Ἰωβρύου* Mosq. Pugna Plataeensis pugnata est Olymp. 75, 2. vid. Jos. Scaliger de emend. temp. p. 44 sq. §. 3. *ἀστάτους* Mosq. *ἐπὶ μὲν — ἐξεῖλον.* De hac Plataearum expugnatione cf. III, 7, 9. 9, 1. Diod. S. XII, 56. *Πλαταιᾶν* Mosq. *τοῖς Ἕλλησι πρᾶξαι Ἀνταλκίδας — καὶ τῶ Πλατ.* idem. De *hac pace* Xenoph. Hell. V, 1, 27. 28. 33. *ἐξ Ἀθηνῶν· τοὺς δὲ* Vulgata; nos maiorem distinctionem mutavimus in minimam; cum Porsono autem *τούσδε* non scripsimus. cf. ad cap. 5, 2. De posteriore Plataearum excidio cf. IV, 27, 5. Diod. S. XV, 46. *ἐκ τοῦ ἐμφανέος* etiam Herod. III, 150. *ἐκ τοῦ προφανοῦς* Thuc. 3, 109. *Καδμείαν — κατασχοῦσιν* at supra *κατασχῆσιν* Mosq. De *hac re* Xenoph. Hellen. V, 2, 11 — 21. Distinctionem, quae fuit post *λελύσθαι*, Facius sustulit, quod Sylb. iam voluerat, cuius nomen omisit Kuhn. editio. *ἂν ὕποπτα* Mosq. *διὰ φυλακῆς ἔχειν* id est *φυλάσσειν* cf. Viger p. 585. Pro eo est *ἐν φυλακῇ ἔχειν* I, 6, 3. Quae interiecta sunt inter *ἀλλὰ* et *παρεφύλασσον*, parentheticωs accipienda esse, Sylb. iam monuerat, quod sequutus est Facius. *ἤλπισαντο γὰρ τοὺς Θηβαίους πανδημεὶ καὶ ἅμα ἐπὶ πλεῖστον εἰώθεσαν βουλεύεσθαι.* Vulgata. *ἠπίσταντο* Kuhnius recte emendaverat, quanquam Facius *ἠλπίσαντο* ferendum putavit; nos Kuhnium sequuti sumus; idem fecerunt Goldhagenus, Clavier, Porsonus. *καὶ ἅμα* Sylb. mutandum suspicabatur in *καθά*. Palmerius ac Porsonus malebant *ὡς* inseri, ille ant *ἐπὶ πλεῖστον* (probantibus Facio et Clavierio), hic post *Θηβαίους*. Clavier praeterea corrigendum putabat *εἰωθότας* et scribendum *καὶ ἅμα ὡς ἐπὶ πλεῖστον εἰωθότας*. Nobis videtur ita emendandum esse: *τοὺς Θηβαίους πανδημεὶ καὶ ἅμα ἐπὶ πλεῖστον εἰωθέν βουλεύεσθαι.* Neocles enim dicitur *περὶ μεσοῦσαν μάλιστα τὴν ἡμέραν* ad urbem Plataeensium venisse cum Thebanis e concione neque via recta domo profectis; et quia longius tempus ab orta luce in concionibus Thebani consumebant, poterant Plataeensium etiam ii, qui extrema colebant, tuto sua rura obire. Pro *παραφυλάσσειν* est simplex apud Herod. III, 150 de simili re: *φυλάξαντες τοὺς Σμυρναίους ὁρτὴν ποιευμένους.* An pro *οἱ ἔσχατοι γεωργοῦντες* est *οἱ ἔσχατα γεωργοῦντες* legendum? *ἐλελύθεσαν* Mosq. *ἕκαστόν τινα εἶναι πρὸς τὴν ἐκκλησίαν* Vulgata. Sylburgio magis placebat *ἰέναι*· sed similiter *εἶναι* cum *εἰς* in motu significando fuit VIII, 10 extr. *ἀπὸ τῶν Θηβαίων* ante Facium, qui Sylburgii emendationem *ἀπὸ τῶν Θηβῶν* recepit. *τὴν*

τε ἐπὶ τὴν Πεδιάδα τήν τε ἐπὶ Ὑσιῶν ἦγε ante Facium, qui recte quidem Sylburgio auctore πεδιάδα scripsit, sed eodem non intellecto prius τήν τε perperam mutavit in τὴν δὲ, hoc enim ille in altero τήν τε fieri voluit. ἐπὶ ante τὴν πεδιάδα Mosq. omisit. Hinc cum Clavierio scripsi ἀπὸ τῶν Θηβῶν τὴν πεδιάδα, τὴν δὲ ἐπί. Deinde vulgo legitur ἐπὶ Ὑσιῶν sed in Mosq. ἐπὶ Ὑσίαν, pro quo Facius voluit ἐπὶ Ὑσίας, imo Ὑσιάς, quod recepimus. Quanquam enim ἐπὶ hanc significationem habens etiam cum Genitivo iungitur, hic tamen propter sequentia πρὸς Ἐλευθερῶν Accusativum praetuli. Cf. adn. ad II, 3, 2, ubi exempla utriusque casus. Apud Strabonem Accusativum frequentiorem esse, monuerunt interpretes ad IX, 408 (457). τῆς Ἀττικῆς· Erant enim Plataeae κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Ἀθήνας teste Strabone IX, 411 (461). ᾗ μηδὲ σκοπὸς ἐτέτακτο. Haec negatio spectat ad cogitationem rei, et Pausanias significat rem negandam videri. Quod recte animadvertit Hermannus, qui hunc ipsum locum nostrum in Vigero p. 806 ita interpretatur: *wo wohl nicht einmal eine Wache ausgestellt war.* Ante Facium legebatur ἐτέτακτο ὑπὸ τῶν Πλαταιέων, γενήσεσθαι τύχη περὶ μεσοῦσαν κ. τ. λ. Kühnii acumen vidit, distinctionem post Πλαταιέων sublatam post ἐτέτακτο ponendam, deinde ante ὑπὸ inserendum καὶ et τύχη mutandum esse in τείχη, quae omnia in contextu retulit Facius, praesertim quum vidisset, τείχη etiam a Mosq. codice suppeditari. Corayus autem vult ὑπὸ τὰ τῶν Πλαταιέων — τείχη legi. ἔμμελεν Mosq. Ut hic est ἀποκλείεσθαι τῶν πυλῶν, ita ἀποκλείειν πύλας τινὶ VIII, 51, 1. Herod. III. 150. cf. Hemsterh. ad Thom. Mag. p. 95. πρὸς ἥλιον Mosq. Pro γε post Λακεδαιμόνιοι rectius legi γὰρ putabat Sylb. idem tamen passim apud hunc μέν γε legi pro μὲν γὰρ meminerat. cf. ad VI, 3. 6. De hac *Plataearum obsidione et duplici Spartanorum muro* Thuc. II, 71 sqq. III, 21. ἀφελόμενοι „scil. τὸ ἄστυ, ὥστε μὴ etc.“ Facius male; recte enim Schaefer ad Lamb. Bosium de Ell. p. 320 ait: „arcte iungenda verba ἀφελόμενοι μὴ ἐξελθεῖν, et hoc perinde dictum ac quod modo praecessit ἀπείργοντες — μὴ ἐξελθεῖν.“ Quod similibus confirmatur locis, veluti VIII, 36, 3. ὃν οὐδὲ τυραννοῦντα ἀφείλοντο μὴ ἐπονομάσαι χρηστόν. cap. 52, 2 τὸν μὲν τὰ ὕστερον ἀφείλετο ἀδικήματα εὐεργέτην μὴ ὀνομασθῆναι. Pro vulg. Πλαταιᾶς scripsimus Πλαταίας ut §. 2. De tempore *Astei*;

archontis, cf. VIII, 25, 2. Χερωνία — ἐσαγόντος Mosq. οὕτω — κατήχθησαν· quod iam significaverat IV, 27. 5.

CAPUT II.

§. 1. Ὑσιῶν καὶ Ἐρυθρῶν. De utraque cf. Thuc. III, 24 cum Wass. et Duck. Illarum locum pagos *Gondaram* et *Veliam*, harum autem pagum *Pigadhiam* occupasse suspicatur Squire in Walpol. Turk. 338. Strabo postquam Hyriam Homericam dixerat vicinam esse Aulidi, addit IX, p. 404 (410), nonnullis Hyriam esse *Hysias* τῆς Παρασωπίας οὔσας ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι πλησίον Ἐρυθρῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ, ἄποικον Ὑριέων, κτίσμα δὲ Νυκτέως. De *Hysiarum* positu cf. et cap. 1, 3 et Muelleri Orchomenos p. 488 sq. Sed ex hoc Strabonis loco non est cur ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι scribamus cum Sylburgio, quum ἐν sit *ad.* Idem quum Amasaeus ἐν Κιθαιρῶνι omisisset, ipse interpretationi *sub Cithaerone* inseruit. Hae Ἐρύθραι Boeoticae commemoratae sunt VI, 21, 7. κατὰ τὸν B. λόγον ex Sylb. correctione, quam tacite recepit Kuhnius, quum antea κατὰ τῶν B. λόγον scriptum esset.

§. 2. καὶ ὅτι — Μαρδόνιον. Haustum hoc est partim quidem ex Herod. IX, 84. Censemus autem a Pausania scriptum esse φαίνεται — πλεῖστα μὲν δοὺς Διονυσ. — δοὺς μέντοι. Loquitur ergo Pausanias ut de re satis comperta, nec videtur eam voluisse in dubium vocare Wesselingius ad d. l. Herod. Ἀντόνικος Mosq. ὡς — Μαρδόνιον i. e. νομίζων οὐδὲ ἐκείνοις ἀμελὲς γενέσθαι ταφῆναι Μαρδόνιον. De *Eleutheris* earumque positu I, 38, 8. 9. Eleutherae n. *Aegypto-Kastro* in Dodwel. Itin. cap. 9.

§. 3. Μαγάρων Mosq. προελθοῦσιν ὀλίγον πέραν ante Facium, qui in locum ultimae vocis e Mosq. substituit πέτρα· idem in cod. Casaub. repertum probavit Kuhnius. Sed cur siletur, qui hanc emendationem et hic et 38, 3 invenerat, Sylburgius? confirmat eam Amasaeus. καὶ τὴν ἐπὶ ταύτῃ καθεύδειν φασὶν οἱ τῇ πέτρα Mosq. ἐνδεῖν εἰς etiam VII, 21, 6. ἵνα — λάβοι. cf. Apollod. III, 4, 4. Στησίχωρος δὲ ὁ ἡμεραῖος Mosq. κοινῶν pro κυνῶν Mosq. Ἀκταίωνος. De hac forma in Bekkeri Anecd. p.

1515 ita: ἀναλογώτερόν ἐστι φυλάττον τὸ αι ἐν τῇ γενικῇ; οἷον· ὁρᾷς τὸν Ἀκταίωνος ἄθλιον μόρον. (Euripides in Bacchis) τοῦτο γὰρ παρώνυμόν ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῶν συνθέτων εἰς ος· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀκτὴ γέγονεν ἀκταῖος καὶ ἀκταίων, ὅταν δὲ γένηται διὰ τοῦ ο, οἷον Ἀκταίονός τε μητέρ' Αὐτονόην λέγω, γνῶθι ὅτι διὰ τὸ μέτρον συνεστάλη τὸ αι εἰς τὸ ε ἐν τῇ γενικῇ. Cf. et Heynius ad Apollod. III, 4, 4. Heros *Actaeon* ἐν ἀρχηγέταις Πλαταιέων fuit teste Plutarcho in Arist. c. 11. cf. adn. ad cap. I, 2. Nomen ducendum a v. ἀκτὴ *fruges fractas*, non δωρεὰν significante. καθότι — ἡ συμφορά. Strabo IX, 408 (438) ubi loquitur de *Scolo*, pago τῆς Παρασωπίας ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι, addit τὸν Πενθέα ἐνθένδε κατάγόμενον διασπασθῆναί φασιν. Via Σχιστὴ iterum commemoratur X, 5, 2. Mons *Cithaero* quomodo porrigatur, monstrat Strabo IX, 405 (419) 409 (440). Cf. de eo Mülleri Orchom. p. 22. 479. Nunc vocatur *Elatias* seu *Eláteas* propter multas pinus (ἐλάτας), quae ibi nascuntur indice Hobhousio in Journey vol. 1. p. 461. adde Walpolii Turkey p. 64. 304. Dodwel. cap. 9. ἃ δὴ — μοι. Capite tertio. Pro vitioso καθήκει, quod Clavier cum Facio retinuit; scripsi καθήκῃ· nunc video idem velle Porsonum et Corayum.

§. 4. *Campus Plataearum.* Stanhopii et Allasonis *Plan of the Plain of Plataea* laudatur. τάφοι τῶν κ. τ. λ. De his sepulcris v. Herod. IX, 85. Strabo IX, 412 nil nisi ταφὴν δημοσίαν commemorat. sed apud Plutarchum de Her. malig. sunt ibi πολυάνδρια καὶ θῆκαι τοσαῦται καὶ μνήματα, ἐν οἷς ἐναγίζουσιν ἄχρι νῦν Πλαταιεῖς. Haec ἐλεγεῖα γεγρ. ἐπ' αὐτοῖς sunt fortasse Simonidis in Ἐπιτυμβίοις Anthol. Palat. 250—254. Nostrum hunc locum Facius perperam excitavit ad III, 8, 1. οὐ πόῤῥω — λίθου. Facius ad κοινοῦ intelligit τάφου, eamque vocem excidisse putat, ad illam enim referendum esse τοῦτον, quod subsequatur, manifesto patere. At in Ald. Francof. Hanov. legitur τούτων, quod Kuhnius auctore Sylburgio sed tacite mutavit in τοῦτον, ut referretur ad vocabulum intelligendum τὸν τάφον. Facius sola Kühnii editione usus non vidit, lectionem τοῦτον a Kuhnio in contexta esse illatam, et haud dubie male, nam τοῦτον referendum esset ad proximum voc. βωμὸς, quod fieri nullo pacto potest. Pro vulgato τούτων in Mosq. est τούτου. Hinc erui lectionem τοῦτο, quod refertur ad proxi-

mum τοῦ κοινοῦ, quod non postulat ut intelligatur τάφου, sed τὸ κοινὸν est quod paulo ante dictum erat μνῆμα κοινόν. Palmerius Vulgatam τούτων sequutus putabat inter βωμός et τούτων nomina quorundam deorum deesse; quod eam quoque ob causam probabile non est, quod nec Simonidis epigramma in hunc βωμὸν Διὸς Ἐλευθερίου in Ἀναθηματικοῖς Anthol. Pal. N. 50 aliorum deorum mentionem fecit. Denique, ne quod quis scire velit praetermissum videatur, Clavier hanc proposuit coniecturam: ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων τάφου τρόπαιον, καὶ Διός. Voc. τρόπαιον hinc alienum esse, docent proxima. Mox vulgo ita legitur: ἄγουσι δὲ καὶ νῦν ἔτι ἀγῶνα διὰ ἔτους πέμπτου, τὰ δὲ Ἐλευθέρια, ἐν ᾧ μέγιστα δῶρα πρόκειται δρόμου. Sed τὰ δὲ ante Ἐλευθέρια fuit offensioni; Sylburgius putabat melius esse δή, *scilicet*, quam δέ· Schneider et Corayus δὲ exterminatum volebant; atque adeo τὰ δὲ possis delendum censere, si contuleris ἀγῶνα ἄγουσι Μουσεῖα cap. 31, 3. Ἡράκλεια ἑορτὴν ἄγουσι cap. 32, 2. ἀγῶνα Πύθια ἄγουσι, ἀγῶνα ἄγουσιν Ἕρμαια X, 37, 4. VIII, 14, 7. Mihi tamen verba τὰ δὲ Ἐλευθέρια videntur παρενθετικῶς accipienda esse, ut sensus sit: *haec vero sunt Eleutheria*. Locus nostro non dissimilis est in Strab. IX p. 430 (577): Ὑπὸ δὲ σεισμῶν ῥήγματος γενομένου (τὰ νῦν καλούμενα Τέμπη) καὶ τὴν Ὄσσαν ἀποσχίζοντος ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου, διεξέπεσε ταύτῃ ὁ Πηνειός. i. e. *haec sunt quae nunc vocantur Tempe*, ubi pauci erunt, qui haec cum Tzschuckio aliunde inserta putent. De his *Eleutheriis* cf. Plutarch. Arist. cap. 21. Strab. IX, 412 et Meurs. Graec. fer. de Jove *Eleutherio* apud Plataeenses culto Kuhnius citavit πρὸς τοῦ Πλαταίασιν Ἐλευθερίου ex Aristidis tom. 2. orat. 4 Leuctr. ad Strab. l. c. Denique pro δῶρα in Mosq. est γέρα· idem in codd. Paris. invenit Clavier; cuius in editione, ubi legitur πέμπτου, τὰ γέρα Ἐλευθέρια, ἐν ᾧ μέγιστα πρόκειται δρόμου ordinem turbatum et γέρα ante πρόκειται inserendum esse, Corayus iam animadvertit. γέρα de certaminum praemiis sunt etiam in his Eustathii ad Iliad. p. 331: γέρα Θετταλικά, αἱ Θετταλικαὶ χλαμύδες, διότι ἔπαθλα ἦσαν τοῖς ἐκεῖ ἀγῶσιν.

§. 5. *Urbs Plataearum* usque ad cap. 4, 2. Parva fuit paucorum civium tempore belli Peloponnesiaci. v. Thuc. II, 77. 76. „The ruins of *Plataea* are to be seen about six miles to the southwest of Thebes near a village called *Cocli* (Cocla apud Walpolium I, p. 65). To the

west is the flat plain of Thebes; and for off beyond Livadia to the south-west is seen the mountain *Zagari*, the modern name of *Helicon*." Hobhouse's Journ. thr. Albania I, p. 273. Cf. de Plataeis Gellii Itinerary of Greece p. 110 sqq. Hoc auctore *Thebes to Kokla or Plataea 2. h. 7 m.* sed Thucydide teste II, 5 spatium intercedit *septuaginta* stadiorum, et utrique urbi interiectus est Asopus Müllerus in Orchomeno p. 28 *octoginta* sumit stadia, ut Dicaearchus in *Βίῳ Ἑλλάδος* lib. 2. A Tanagra ad Plataeas 200 stadia ap. Dicaearch. Cf. de Plataearum positu etiam Strabo IX, 411 sq. ubi et p. 408 sq. (439 sq.) pariter Asopus interponitur: quod confirmat Pausanias cap. 4, 3. add. Mülleri Orchom. 488. Commemoratur etiam in Peuting. tab. VII. *Πλαταιᾶς* Mosq. *καί μοι τὰ ἐπ' αὐτὴν ἤδη τὰ λεγόμενα, καὶ ὁποῖα αὐτοὶ εἴκαζον, ἐστιν εἰρημένα* Vulgata. Sylburgii emendationem *αὐτὸς εἴκαζον* repetitam e cap. 1, 2 receperam; idem fecit Clavier. Idem Sylb. putabat pro *ἐπ' αὐτὴν* legendum esse *ἐς αὐτὴν* vel *ἐπ' αὐτῇ*: quorum posterius probavit Corayus et praeterea scribendum censuit *τὰ ἐπ' αὐτῇ ἤδη τε λεγόμενα*. Sed nulla nobis quidem videtur opus esse correctione ita orationem construentibus: *καί μοι ἤδη ἐστὶν εἰρημένα τὰ ἐπ' αὐτὴν, τὰ λεγόμενα, καὶ ὁποῖα αὐτὸς εἴκαζον. iam exposui ad eam spectantia, quae narrantur, et qualia ea esse ipse opinarer.* De *ἐπὶ* ita cum Accusativo constructa dicebamus ad I, 25, 5. adde VIII, 15, 4. Quod Corayus inseruit *τε*, iubet nos *ἤδη τε λεγόμενα* coniungere, quod a mente Pausaniae alienum videtur. *κατειλημμένον σπαργάνοις* Vulgata. Scripsi *κατειλημένον*: idem voluerunt Valckenarius, Corayus et Porsonus, idem est in Mosq. est enim verbi *κατειλέω* non *καταλαμβάνω*. Eadem confusio fuit III, 16, 2. *Ἥρα Τελεία* cf. VIII, 22, 2. Boettigeri Mythol. der Juno p. 97. Ante Fecium *ἔργα ἐνταῦθα· καὶ ἄλλο* distinctum erat, quanquam Amasaeus meliora docuerat. *Νυμφευομένη, quae nubit, nubens. ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε, hanc ob fabulam,* reddidit Kuhn.

CAPUT III.

§. 1. *Ἥραν — ἀναχωρῆσαι.* Similiter Iuno dicitur *διενεχθεῖσα ἐφ' ὅτῳ δὴ ἐς τὸν Δία ἐπανήκειν ἐς τὴν Στύμφαλον* VIII, 22, 2. Pro vulg. *ἐφ' ὅσῳ* Facius e Mosq. dedit *ἐφ' ὅτῳ* quod Sylb. iam voluerat, a Kuhnio praeteritus. Haec *Euboea* videtur Argolidis mons esse prope Heraeum, de quo monte scriptor dixit II, 17, 2. *Ἀσωπὸν* pro *Ἀσωποῦ* Mosq. Caeterum eandem hanc fabulam Plutarchus narravit in Euseb. Praep. Evang. lib. 3 ineunt qui tamen pro Cithaerone Alalcomenem et pro Plataea Daedalam habet.

§. 2. *δαίδαλα* h. l. ampliore potestate ut in Hom. Il. V, 60 *ἐπίστατο δαίδαλα πάντα τεύχειν.* similiter in Bibl. Coisl. I. p. 232 *Δαιδάλου ποιήματα, ἐπὶ τῶν ἀκριβῶς τὰ τεχνάσματα ποιούντων.* et in Etym. M. 250 (227) *δαίδαλα, ποικίλα κατασκευάσματα, τὰ ἐκ δαήσεως καὶ ἐμπειρίας ὄντα· παρὰ τὸ δαίω (σημαίνει τὸ ἐπίσταμαι). δαίαλος, ὁ ἐπιστήμων· καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ δαίδαλος.* Quae notatio probata est Apollonio Alex. in Bekk. Anecd. p. 562. pro *Παλαμάονος* possit quispiam suspicari legendum esse *Εὐπαλάμου.* Cf. Obs. Crit. ad Hellen. nostra p. 13. Sed *Παλαμάων* videtur, quod ad significationem attinet, idem esse qui *Εὐπάλαμος.* v. Schneideri Lex. gr. v. *παλαμάομαι παλάμαι, αἱ τέχναι. παλαμᾶσθαι, τεχνάζεσθαι. ἀπάλαμος, ὁ ἄτεχνος* Suid. Haec *ἐκάλουν — ὄνομα* opposita sunt nonnullorum errori, quem refert Etym. M. l. c. *δαίδαλα ἀπὸ τοῦ Δαιδάλου.*

§. 3 et 4. De hoc *duplici Daedalorum festo* nuperrime dixerunt O. Müller in Orchom. p. 221. sq. et Welcker in Appendice libri Schwenkiani Etym. Mythol. Andeut. p. 278 sqq. Plutarchus quoque *περὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖς Δαιδάλων* scripserat, cuius libri fragmenta ex Eusebii Praep. Evang. lib. 3 sunt in T. 14 ed. Hutt. p. 287.

§. 3. Verba omnia *ἑορτὴν δι' — ἐξηγητής* absunt a cod. Mosq. Quod autem hic de *septenis* annis et postea §. 4. de *sexagenis* dicitur, quod Pausaniae ipsi difficile erat ad intelligendum, Müllerus ita interpretandum putat eo quem dixi loco: „Zwölf unvollkommene Mondmonate zu 29 Tagen bilden ein unvollkommenes Mondiahr zu 348 Tagen. 63 dergleichen Mondiahre sind nun um 9 Tage grösser als 60 Iulianische Sonneniahre. Dies führt

auf 9 Perioden, deren iede aus 7 Mondiahren besteht, von denen iedesmal das letzte um einen Tag verkürzt werden musste. Dann hatte der Exeget von Plataeae vollkommen Recht. Nach Verlauf von 7 Mondiahren (6¾ Sonneniahren) feierten die Plataeer die kleinen Daedalen; bei der neunten Feier traf der Schluss des Monden- und Sonneniahres überein, und ganz Boeotien beging das grosse Daedalenfest." *οὗτος τοῦ* pro *οὗ τοσούτου* deinde *Δαιδάλου* pro *Δαιδάλων* et *ἔτερ ἀναριθμῆσαι* Mosq. *Ἀλαλκομένων — μέγιστα τῶν ἐν* idem, qui et *ἐστιν* post *δρυῶν* omisit. *σκελέχη δρυῶν caudices quercuum*, in quibus posuisse videntur carnes. *σφίσιν εἰσὶ δι' ὄχλου*. Similia collegit Jacobs. ad Philost. Im. p. 406. *καθεσθῇ*. Cf. Matth. Gr. gr. I, p. 449 ed. 2. *τὸν δὲ αὐτὸν* Mosq. *δαίδαλον — ὀνομαζ*. Phavorinus: *δαίδαλον, συγκοπὲν ἐκ τοῦ δαιδάλεον· δαίδαλον καὶ τὸ κοσμούμενον ὑπὸ Πλαταιέων* (ita leg. cf. Hesych.) *ξύλον*.

§. 4. *οἱ* ante *Βοιωτοὶ* abest a Mosq. *ἐκλιπεῖν — ἔφευγον*. Dolemus quod hoc ut a vero alienum Müller quoque l. c. reiecerit dicens, Plataeenses primum quidem quadraginta et unum annum, deinde autem triginta quinque extorres fuisse, quum Pausaniam non quam diu Plataeenses patria caruerint sed id potius dixisse videamus, *sexaginta annos huius festi celebrationem intermissam esse illo tempore, quo Plataeenses exsules fuerint.* Et redeuntes multum temporis haud dubie consumserunt in aliis ac necessariis rebus curandis antequam de festo illo renovando cogitarent. *ξόανα δὲ — τοῖς μικροῖς*. Hic *κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον* videtur intelligi non posse nisi de *sexagesimo quoque anno* in quem inciderunt magna Daedala; sic et Müller l. c. *ἐνιαυτὸν* interdum de *orbe quodam annorum* usurpatum esse notum est. Eustathius iam ad Iliad. II, 134 et Odyss. I, 16 illud Aristophanis e Ranis 548 attulit *ἐτῶν ἐνιαυτούς*. In rebus Cadmi est apud Apollodorum III, 4, 2 *ἦν δὲ ὁ ἐνιαυτὸς τότε ὀκτὼ ἔτη*. Ergo redeunte magnorum Daedalorum festo iis, qui ea celebrabant, parata erant bis septena simulacra, facta illa in parvis Daedalis. Cur autem *bis septena?* Fortasse primum quidem *septena* tantum fabricata sunt secundum numerum septenarium maiorum Boeotiae urbium, quae hoc festum concelebrabant, nam Thebae serius ad sacram hanc societatem accesserunt; postea duplicatus est hic numerus, quum plures minores civitates se horum sa-

ctorum participes esse voluissent. Maiores autem inter se sortiebantur septem simulacra, quae reliqua erant septem postea sex daedala, ea minoribus committebantur urbibus, quae in societates coibant. *Ταναγραῖοι, Χερωνεῖς — συλλόγου κατασχεῖν* Mosq. *ἀποστελεῖν* Vulgata. *ἀποστέλλειν* e Mosq. Sic. et Clav. *ὅτε — ἀνῳκισε*. De Thebis per Cassandrum restitutis cap. 7. *τῶν δὲ — αἱροῦνται*. non *αἱρεῖται*, quum homines harum urbium significentur. Distinctionem, quae antea non fuit post *αἱροῦνται*, fecit Kuhnius a Sylb. monitus. Sensus est: *minores civitates socios sibi eligunt quibuscum Daedala communibus sumtibus concelebrent; societates inter se ineunt ad Daedala communibus sumtibus concelebranda: αἱροῦνται συνδαπανῶντας*· namque *οἱ συνδαπανῶντες συντέλεια καλεῖται* interprete Phavorino. Iisdem his urbium minorum societatibus iunctis sex seu septem daedala relinquebantur inter se distribuenda post sortitionem daedalorum a maioribus factam urbibus. Kuhnii coniectura *συντέλειαν κληροῦνται* aliena est ab hoc loco: neque Facius nobis persuasit, post *αἱροῦνται* excidisse *καὶ*, vel scribendum esse *τὸ δ' ἄγαλμα* Clav. tamen *Τὸ* [*δὲ*] *ἄγαλμα* scripsit. Nos Sylburgio auctore post *αἱροῦνται* posuimus distinctionem periodicam. In Mosq. *συντέλια* est. *Τὸ ἄγαλμα κ. τ. λ.* Primum indicat, quid quaeque faciat pars: suum quique simulacrum deportant ad Asopum, imponunt plaustro et addunt muliebrem pronubam. Deinde narrat, eos nova sortitione constituere pompae ducendae ordinem. Vulgatae *κοσμήσαντες* Sylburgii emendationem *κομίσαντες* praetulerim. *οἱ δὲ — κληροῦνται* Facius refert ad solos illos octo Boeotiae populos, qui antea recensiti sunt, sed reliquis etiam civitatibus locus in pompa videtur post maiores sorte datus esse. *τὴν πομπὴν ἀνάξουσι* Vulgata. Corayus iussit scribi *ἄξουσι*. sed cum scriptor dicat hanc pompam duci in Cithaeronis verticem, quis sibi velit eripi Vulgatam huic rei aptissimam? et quis ignorat illa Herodotea *θυσίαν, ὁρτὴν ἀνάγειν*? v. Schweighaeuseri Lex. Herodoteum h. v. *πρὸς ἄκρον τὸν Θηβαῖον Κιθαιρῶνα* ante Facium, qui cum Mosq. et Amasaeo *Θηβαῖον* omisit. De v. *οἰκοδομία* cf. Lob. ad Phryn. 487. *τὰ τέλη* videntur h. l. esse illa *πολίσματα, ἃ συντέλειαν εἵλετο* et opposita erant illis octo maioribus civitatibus: similiter Müller l. c. sed Facius cum Sylburgio interpretatur *τοὺς ἐν τέλει magistratus*. *θύσαντες* post Foemininum et Neutrum, sed viros significantia. *τελείαν — βοῦν* ante Facium, qui e Mosq. *θήλειαν* resti-

tuit. καθίζουσιν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ Vulgata. Facius opinabatur legendum esse καθαγίζουσιν *concremant*; at hoc ipsum paulo post sequitur; et occupaverat hanc coniecturam Goldhagenus. In Theocrit. I, 51 quaeri fortasse potest an ἐπὶ ξηροῖο καθίξῃ legendum sit, quum et Thucyd. I, 109 ναῦς ἐπὶ τοῦ ξηροῦ ἐποίησε dixerit. ἰδιῶται — δύναμις. Sylb. vertit: *Privati etiam homines tot et tanta offerunt quot divites*; Kuhnius antem legendum putabat: ὁπόσα καὶ ἰδιῶται θύουσιν οἱ πλ. *qualia et privati ditiores immolant*. Sed hi non videntur satis animadvertisse, inter se αἱ μὲν πόλεις et ἰδιῶται δὲ opponi. Facius ad ἰδιῶται — οἱ πλούσιοι intelligens καθίζουσιν vel, quod ipse mavult, καθαγίζουσιν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ interpretatur: *privati autem divites quaecunque immolant supra ara concremant*. at hoc istis non proprium sed commune erat cum omnibus hic sacra facientibus. Clavier emendationem in margine positam ἰδιῶται δὲ, ὁπόσα αἱ πόλεις, θύουσιν in versione ita expressit: *Quant aux particuliers, les gens riches font comme les villes.* Sed non opus erit correctione, si post δὲ et θύουσιν nobiscum distinctiones, quae absunt a Vulgata, posueris. Hi ἰδιῶται ταῖς πόλεσιν et τέλεσιν oppositi duorum generum sunt. in altero οἱ πλούσιοι, in altero οἷς οὐχ ὁμοίως δύναμις. Sensus nobis quidem videtur is esse: *Privatorum autem hominum qui sunt divites, quanta illae urbes urbiumque societates, ferunt sacra*, ergo boves et tauros, *sed qui non aeque divites sunt mactant minores pecudes*. Genus loquendi ἰδιῶται — οἱ πλούσιοι, οἷς δὲ οὐχ ὁμοίως δύναμις simile est illi de quo cap. I, 1 dicebamus. Porsonus denique legi voluit: ἰδιῶται δὲ καθ' ὁπόσα θύουσιν οἱ πλ. nulla addita interpretatione. In Mosq. pro οἱ πλούσιοι est οὐ πλούσιοι. In τοῖς δὲ, quod Vulgata habet, Sylb. vult esse ionismum, Porsonus autem mavult οἷς δὲ scribi, quod praefero. Cf. X, 4, 4 τὰ λεπτότερα τῶν προβάτων. Similiter Herodotus VIII, 137 τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων quae ibi opponuntur ἵπποις et βουσί· sunt igitur *oves et caprae*. καθαγίζειν — πάντα pendet quidem a καθέστηκε, pertinet autem ad omnes hic sacra facientes. De verbo καθαγίζειν Wessel. ad Diod. S. IV, 23. Locos Herodoteos vides in Lex. Herodot. Schweigh. ταύτην φλόγα *flammam quae hic incenditur*. An ταύτην τὴν φλ.? Hoc autem μεγίστην ταύτην φλόγα — οἶδα ἀρθεῖσαν comparandum cum ἦρετο τὸ ὕψος τοῦ τείχους μέγα ap. Thuc. II, 75. Caeterum idem III, 22 φρυκτοὶ ἤροντο dixit.

§. 5. Ὑπὲρ κ. τ. λ. *Si Plataeis profectus Cithaeronis verticem adscenderis et altera parte 15 stadia descenderis.* Clavierii coniectura est: Σφραγιτίδων μὲν ὀνομαζομένων. De his nymphis dicebamus ad Clitodemi fragm. p. 39.

CAPUT IV.

§. 1. De hoc *Minervae Areae templo* afferetur paulo post Plutarchi locus. ἄκρες pro ἄκραι et ἀπὸ δὲ pro vulgato ἀποδέει Mosq. Sed pro ἀποδέει (de qua forma cf. Lobeckius ad Phryn. p. 200) est cap. 20, 4 VII, 22, 7 ἀποδεῖ. Fortasse autem, nostro loco Pausanias scripserat ἀποδέοι. *magnitudine prope par sit ei Minervae.* τῆς ἐν — ἀνέθηκαν de illo Minervae simulacro dixerat I, 28, 2 et de hoc nostro VII, 27, 1. ἐν ἀκροπόλει. cf. Add. ad IV, 36, 4. Vix autem Clavierii coniectura τῆς — χαλκῆς Ἀθηνᾶς commemoranda fuit. ἀπαρχῆς Mosq. γραφαὶ — αἱ γραφαί. De his tabulis pictis in hoc templo Plutarchus Arist. c. 20 ita: ἐξεῖλον ὀγδοήκοντα τάλαντα τοῖς Πλαταιεῦσιν, ἀφ᾽ ὧν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ᾠκοδόμησαν ἱερὸν καὶ τὸ ἕδος ἔστησαν, καὶ γραφαῖς τὸν νεὼν διεκόσμησαν, αἳ μέχρι νῦν ἀκμάζουσαι διαμένουσιν. Cf. de his picturis Fernow in Winckelmanni Opp. I p. 507 et Meyeri Historia artium inter Graecos T. II, p. 147 sq. Pro Ὀνατᾶ δὲ Ἀργείων mira haec lectio est in Mosq. Ὄνασι δὲ ἄργους τοῦ καὶ ἀργείόυ. ex qua minime hoc eruendum Ὀνατᾶ δὲ, Ἄργος τε καὶ Ἀργείων ἐπὶ Θήβας ἡ προτέρα στρατεία, ut Argorum urbem et Argivorum agmen Thebas petens tabula ostenderit. nam repugnat c. 5, 5. ubi haec Onatae pictura iterum memoratur. Ex hoc nostro loco Thierschius de Epoch. art. fing. II not. 116 colligit rationem, Onatam post Marathonicam pugnam nasci non potuisse; quia Onatas paulo post illam pugnam cum Phidia hoc templum ornaverit. Unde vero *paulo post?* Phidias Pericle rempublicam gubernante floruit. Hic autem ad rempublicam accessit 444 a. C. id est 46 *annis post pugnam Marathonicam.* Denique ubi Onatas dicitur *eodem tempore cum Phidia* hoc templum ornavisse? Cf. adn. ad VIII, 42, 4 et ibi Add. Huius *Arimnesti* etiam Herodotus IX, 72 mentionem iniecit (cf. ibid.

Valck. ad cap. 64.) et Plutarchus in Arist. cap. 11, ut nomen certum esse videatur.

§. 2. Δήμητρος — Πλαταιαῖς. Hoc dicitur Herodoto IX, 62. Δημήτριον. cap. 65 τῆς Δήμητρος τὸ ἄλσος τέμενος et ἱερόν iterumque cap. 101. Δήμητρος τέμενος Ἐλευσινίης. In Delphico autem responso τὸ πεδίον τᾶς Δάματρος τᾶς Ἐλευσινίας καὶ τᾶς κόρας in Plutarchi Arist. cap. 11. Fuit autem hoc templum, ut idem l. c. testatur τῶν Ὑσιῶν πλησίον ὑπὸ τὸν Κιθαιρῶνα. Hinc patet ἐν Πλαταιαῖς h. l. non esse *Plataeis* sed *ad Plataeas*. Confer Herodoti verba IX, 101 ἐν τῇ Πλαταιΐδι παρ' αὐτὸ τὸ Δημήτριον ἐγένετο ἡ μάχη. Idem c. 65 dixerat ἐν Πλαταιῇσι οἱ Πέρσαι ὡς ἐτράποντο ἔφευγον. cf. mox cap. 8, 1. Hic *Leïtus* notus est ex Hom. Iliad. II, 494. μόνον pro μόνος Mosq. τὴν δὲ κρήνην — συνέχειν. Sic et X, 18, 2 συγχέαντες τὴν πηγήν· sed Herodotus IX, 48 (49) dixit τὴν κρήνην τὴν Γαργαφίην συνέχωσαν. cf. Schw. Lex. Herod. v. συγχοῦν. Est autem et hic et IV, 16, 2 p. 318. συνέχεε Aoristus. Cf. Lobeckius ad Phryn. p. 222. Pro *Gargaphia*, quod etiam apud Herodotum est l. c., *Argaphia* quoque et *Ergaphia* reperitur teste Etym. M. p. 135, 32. praetermisit hunc fontem Bochartus in Chan. II, 1, 16. p. 465. „On the left of the road leading from the *Three Heads* to Plataea is a copious fountain, now called *Vergentiani*, and was perhaps the Gargaphia." Walpolii Turk. 338.

§. 3. Πλαταιᾶς vulgo. ποταμός ἐστι Περόη Vulgata. scribendum certe esset Βερόη, ut in Virgil. G. IV, 341 Oceanitis; sed non dubitavi scribere Ὠερόη ex Herod. IX, 50 (51), unde hoc sumtum est; idem fecit Clavier. Apud Herodotum autem ipsum miratus sum, qui Ortelius Hobhousius et Larcherius hanc *Oëroen* habere potuerint pro insula, quum ea ab Herodoto dicatur ῥέουσα ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος περισχίζεσθαι χῶρόν τινα. Stanhopius in Topography illustrative of the battle of Plataea et Letronnius (censor huius topographiae in Journ. des Savans Decemb. 1817 p. 723.) recte illi quidem animadverterunt, Oëroen non esse insulam, sed iisdem τὸν ποταμὸν apud Herodotum non Asopum sed Oëroen interpretantibus, duosque amnes sumentibus insulam illam, quam Herodotus commemorat, cingentes, equidem assentiri non possum, namque ὁ ποταμὸς non potest per leges grammaticas nisi ad Asopum referri. Ex Herodoti loco nos

id eruimus: Asopus e Cithaerone lapsus ab eo loco, ubi in duo brachia diremtus illam insulam claudebat usque ad eum, ubi ea iterum coniungebantur, vocatus est Oëroe, quae causa est cur Nostro dicatur ποταμός. Nolo tamen praeterire quae *Squire* in Walpolii Turkey p. 338 scripsit: „the Asopus having its rise in Cithaeron discharges itself into the sea of Euboea, while another river which it may be coniectured was the Aeroe, also flowing of Cithaeron, has its course through the plain of Plataea, passes before the city, and then falls into the gulf of Corinth near Livadostro. Both these rivers have separate branches in the mountain, and the latter precisely forms the same sort of island, so minutely described by the historian IX, 50." quod sequitur Müller in Orchom. 488. Hobhousius, qui uno Asopo in duas partes diviso illam insulam Plataeis oppositam, nec dimidium milliarii latitudine explentem circumdari narrat, addit „about a mile to the north-west of the fountain Gargaphia the two branches of the Asopus reunite" p. 471. 472. θυγατέρα — λέγουσι· ex Herodoti loco citato, ubi additur οἱ ἐπιχώριοι. Oëroe non in Achaici Asopi filiabus quaerenda fuit; cogitatur Boeotiae Asopus, cui Antiope quoque filia tribuitur II, 6, 2. πρὶν δὲ ἢ διαβῆναι τὸν Ἀσωπόν. Asopus apud Thucyd. II, 5. μέγας ἐῤῥύη καὶ οὐ ῥᾳδίως διαβατὸς ἦν. Gellius in Itin. of Greece p. 109 commemorat pontem, quo Asopus iunctus sit, et addit: „the distance from the bridge of the Asopus to Thebes is about four miles." *Scolus* ex Hom. Iliad, II, 497 notus. cf. de eo Strabo IX, 408. 409 (438. 440). ἀποκρίνει κ. τ. λ. Cf. II, 6, 2. Quod autem h. l. ait ἀποκρίνει καὶ νῦν ἔτι, id referendum est ad id, quod Herodotus VI, 108 narrat, Athenienses Cleomenis Anaxandrida nati tempore inter Plataeenses et Thebanos Asopum constituisse terminum.

CAPUT V.

Locum de *Thebaide*, *Thebis ac Thebanorum rebus*, qui pertinet usque ad cap. 26, 3 auctor ipse appellat τοῦ λόγου τὰ ἔχοντα ἐς Θηβαίους X, 32, 7. De rebus Thebanorum exposuerant *Aristodemus* (apud Schol. Apollon.

II, 906. Schol. Hom. ad Iliad. IV init. Sch. ad Eurip. Phoen. 159. Phot. in Lex. Suid. v. *Τελμησία. Thebanus* vocatur in Phavorino v. *Ὁμόλος*) *Timagoras* (in O. Muelleri Orchomeno p. 461) *Armenidas* seu *Antimerides* (in Schol. Apollon. I, 551 ubi tamen in Paris. cod. est *Ἀρμενίδης ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς*. *Ἀρμενίδας* citatur a Steph. B. v. *Ἀλίαρτος*. adde Creuzeri Comm. Herod. p. 91. *Lysimachus* (in Schol. Apollon. III, 1179. fortasse etiam apud Suidam s. v. *Καδμεία νίκη*), *Aristophanes* (apud Steph. Byz. v. *Ἀντικονδυλεῖς*), *Lycus* (apud Tzetz. ad Lycophr. T. II. p. 957 Müller). Denique *οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφότες* ab Hesychio v. *Τευμησίαι* et *οἱ τὴν Θηβαΐδα συγγράψαντες* commemorantur in Schol. Apollon. I, 308. in quibus fuit *Antimachus* (*at populus tumido gaudeat Antimacho*. Catul. 95. adde Strabo IX, 409.) plures nominat Schellenberg ad Antim. p. 22. sqq. adde a Pausania c. 9, 5 laudatam. De aliis Heynius ad Apoll. III, 4 init. et cap. 1 init.

§ 1. *Γῆν δὲ κ. τ. λ.* De antiquissimis Boeotiae incolis cf. Strabo VII, 321. IX, 401. 410. Mülleri Orchom. 130. *ἀκτῆνας* pro *Ἐκτῆνας* Mosq. sed *Ἐκτῆνες* etiam apud Lycophron. 433 et Tzetzam. In Etym. M. *Ἐγτῆνες* vocantur. De *Ogygo* cf. Acusilai Fragm. p. 232 sq. Tzetz. ad Lyc. 1206. *ἀπὸ τούτου — Ὠγύγιαι*. Sic apud Aeschylum VII Theb. 523 *πόλιν τήνδ' ὠγυγίαν Ἀΐδι προϊάψαι*. Apollon. III, 1178. *Ὠγυγίῃ ἐνὶ Θήβῃ*. In Mosq. *Ὠγυγία* et *στρατείας* pro *στρατιᾶς* legitur. *Ὠγυγίαι* Ald. Francf. quod Sylb. correxit. *ἐς τὴν νύκτα* pro *ἐν τῇ νυκτί*. Sylburgius iam animadvertit, *ἐν* et *εἰς* interdum inter se commutatas esse, veluti IX, 14 p. 738. X, 33 p. 883. IV, 9 p. 301 ubi *εἰς* pro *ἐν*. adde IV, 35, 4. I, 29, 7. De *Hyantibus* in Phocidem fugientibus X, 35, 4. *τοῖς μὲν — ἐπήγεσαν αἱ οἰκήσεις* ante Facium. *ἐπήγεσαν* Mosq. *πεπήγεσαν* pro *ἐπεπήγεισαν*, *fixae erant*, corrigebat Sylburgius; *ἔτι ἦσαν* Kuhnius, quod a Facio receptum aegre non ferimus. *οἰκίσεις* Mosq. *Κάδμος — ᾤκισεν*. Cf. de his ad cap. 7, 4 extr. adn. *Καδμίαν* Mosq. *Ἄρειος* idem. *αἱ θυγατέρες εἰλήφασιν αὐτῷ φήμην* Vulgata. *αὐτοῦ* edidit Clavier, quod non imiter memor exemplorum Dativi pro Genitivo frequentati a Pausania; de qua eius consuetudine dicendum nobis iterum fuit ad VI, 3, 2. *Σεμέλην δὲ* pro *Σεμέλη μὲν* Mosq. De *Spartis* his cf. VIII, 11, 5, et Not. ad Hellen. p. 207. *Ἐχίονα — ποιήσασθαι* cf.

Apollod. III, 4, 3. παρευρίσκειν etiam apud Herodotum, velut I, 26. adde Lex. Herodot. Schw. ἐγένετο pro ἐγένοντο Mosq. Ἐγχέλεας· sic scribitur etiam in Herod. V, 61. ubi v. intrpp. ἀγχέλεας Mosq. De hac *Cadmi ad Illyrios migratione* Mülleri Orchom. p. 231. 232.

§. 2. De v. ἰσχύειν IV, 1, 2. φιλία Mosq. ἀσεβὴς cum Genitivo etiam cap. 27, 5. IV, 8, 1. Distinctionem post ἀσεβὴς monente Sylburgio Facius sustulit. Polydorus e *Nycteïde*, quae *Nyctei* filia, *Chthonii*, Sparti, neptis fuit, sustulerat *Labdacum*. v. Apollod. III, 5, 5. ἔμελλε κ. τ. λ. *relicturus ipsum erat puerum.* καὶ ante ἐπιτρέπει abest a Mosq. τὰ δὲ ἐφεξῆς κ. τ. λ. Haec exposita sunt II, 6. γραφὴ pro συγγραφὴ Mosq. cf. ad VII, 4, 6. ὁ δὲ Sylb. p. 926 ed. Kuhn. interpretatur οὗτος, sed δὲ est in apodosi et ὁ pro οὗτος. cf. cap. 1, 3. 32, 6. V, 2, 2.

§. 3. ζῆθος pro Ζῆθος Mosq. δύναμιν ἐγείραντες Vulgata. Hartungus correxit ἀγείραντες teste Sylburgio, qui compositum ἐπαγείρειν excitat ex VIII, 27, 2. sed ibi legendum fuit ἐπεγείρας. Hic autem praetulimus ἀγείραντες. idem fecit Olavier. Sic loquuti sunt Hesiodus Opp. 652. πολὺν σὺν λαὸν ἀγείρας, et Herodotus VII, 5. ἐπὶ Αἴγυπτον ἐποιέετο τὴν στρατιῆς ἄγερσιν, ubi ante Wesselingium scribebatur ἔγερσιν. cap. 48 στρατοῦ ἄγερσιν ποιέεσθαι. Etiam Amasaeus ita videtur legisse. Teste Apollodoro III, 5, 5. *Laius* eiectus Thebis ad Pelopem se contulit. τὴν πόλιν κ. τ. λ. Socium in condendis Thebis habuerunt *Locrum*. v. Eust. et Pherecyd. in Sch. ad Hom. Od. XI, 326. Καδμία iterum Mosq. ut 31. καὶ Θήβας — Θήβην. Haec non Pausaniae ipsius sententia, sed Phliasiorum ac Thebanorum fabula est, (repetita e Pind. Schol. Ol. VI, 143 in Etym. M. 450) ut patet ex II, 5, 2. ubi Noster tradit, Phliasios quidem narrare, Asopi Phliasiorum fluvii filiam fuisse *Theben*, et de hac Thebe urbem Cadmeae subiectam appellatam esse *Thebas*, Thebanos autem contendere hanc Theben Boeotico Asopo natam fuisse. Caeterum alios aliunde nomen Thebanum ducere notum est. Cf. Bocharti Chan. II, lib. 1. cap. 16. p. 462 sq. In Etym. M. p. 450, 41 est: Θῆβα, Συριστὶ λέγεται ἡ βοῦς· ὅθεν ἐκλήθησαν αἱ Θῆβαι. ergo ut Boeotia ipsa de bobus. In Etym. Gud. est Θῆβις, τὸ κιβώτιον πλεκτόν (cf. not. ad Greg. Cor. p. 532). quod quodam modo conspiraret cum Scaligeri opinione, nomen fluxisse a [illegible] Hesiodeum illud Theog. 978 de urbe positum ἐϋστεφάνῳ

ἐνὶ Θήβῃ God. Hermannus de Mythol. Graecor. antiquiss. p. XXII. interpretatur *florente in Caltua*, putans eo nomine *vinetum* designari, dictum ita a verbo *θήπειν*. Eidem *Κάδμος* est *Instruus* i. e. cultor vineae, aliis *δόρυ*, *λόφος*, *ἀσπίς*. v. O. Müller. Orch. 217. aliis *qui ordinat*, *ornat* a *κάζω*, *κέκαδμαι*. Cf. Beck. Obs. hist. et crit. IV) *Σεμέλη Solsequa* i. e. vitis; *Πολύδωρος Multifrux*, cf. c. 25, 1. *κατὰ συγγένειαν τῆς Θήβης* ob matrimonium, in quod Theben Zethus duxisse dicitur. Odysseae locus est X, 263. *Θήβας ἕδος* ante Kuhnium, quod correxit Sylburgius. Homericum *ἕδος ἔκτισαν* Pausaniam accepisse de *munitione*, adnotavit Barthius ad Stat. Theb. IV, 558. ductus, ut videtur, Amasaei versione verborum *αὐξηθείσης — Θηβῶν*. §. 1. Quomodo Pausanias intellexerit, videmus ex II, 6, 2, ubi *Ὅμηρος Θήβας φησὶν οἰκίσαι πρώτους* ait. *οὔ μιν* Vulgata et Harleianus Homeri codex. E Mosq. dedi *οὐ μὲν*, ut legitur in Homeri editionibus. *εὐρύχωρον* Mosq.

§. 4. Haec de *Amphione* cf. cum Eustathio ad l. c. Hom. Apollod. III, 5, 5 et Philostr. Sen. Imag. I. 10. Pro *ἠδὲ καὶ* est *ἡ δὲ η* in Mosq. *κατὰ κῆδος* etiam apud Herod. VII, 189. De hac *cognatione* seu potius confusione cf. ad cap. 16, 4. *ἁρμον* v. *Λυδῶν*. cf. Schneid. Lex. v. *νόμος*. *ὁ τὰ ἔπη τὰ ἐς Εὐρώπην ποιήσας*. Hunc Heynius ad Apollod. III, 1 princ. suspicabatur *Eumelum* fuisse. Idem antea opinatus erat C. Barthius. v. eum ad Stat. Theb. IV, 401 p. 1063. Causa est, quod in Schol. ad Hom. Iliad. VI, 138 *Εὔμηλος ὁ τὴν Εὐρωπίαν πεποιηκὼς* citatur. Ab hac ipsum opinione alienum fuisse Pausaniam, colligas ex IV, 4, 1. *Ἑρμοῦ διδαχ.* Heraclides apud Plut. de Mus. princ. a Iove patre doctum tradidit Amphionem. Pherecydes in Schol. ad Hom. Il. V, 302 narrat, a Musis ei datam esse lyram, *δι' ἧς κατέθελγε καὶ τοὺς λίθους, ὥστε καὶ πρὸς τὴν τειχοδομίαν αὐτομάτως ἐπέρχεσθαι*. Idem cur Thebae muris circumdatae sint, affert in Fragm. p. 134. *πεποίηκε δὲ καὶ λίθων καὶ θηρίων ὅτι καὶ ταῦτα ᾄδων ἦγε*. Genitivi *λίθων* et *θηρίων* pendent a verbo *πεποίηκε*. Saepe enim cum verbis *dicere* significantibus Genitivum simpliciter coniungi eius rei, de qua quid dicatur, Hermannus iam declaravit exemplis in Mus. Antiq. I, 1 p. 155. Similiter reperitur *λόγος τινός*, *fama*, *narratio de aliquo*, ut I, 2, 4. X, 17, 7. ubi v. adn. *Μύρων δὲ Βυζάντιος ποιήσας ἔπη καὶ ἐλεγεῖα* Vulgata. Mosquensis *ἐς* post *ποιήσας*

inserit. Sed apud Suidam est Μυρὼ, Βυζαντία, ποιήτρια ἐπῶν καὶ ἐλεγείων καὶ μελῶν. apud Athenaeum XI, 490 e et 491 a Μοιρὼ ἡ Βυζαντία. similiter in Anthol. Pal. T. I. p. 69 et 54 Μοιρὼ, Μοιρὼ Βυζαντιάς ubi cf. Iacobsii Annot. T. III. p. 42. Hinc fortasse nostro loco corrigendum: Μυρὼ δὲ Βυζαντιάς ἡ ποιήσασα ἔπη. Clavier scripsit Μυρὼ δὲ Βυζαντία ποιήσασα ἔπη; in quo acquievi. κατὰ δὲ τὴν τιμωρίαν τοῦ Ἀμφίονος, ἔστι ποιήσεως Μινυάδος Vulgata. Post ἔστι Sylburgio ἔπη videtur deesse: idem κατὰ τὴν τιμωρίαν accipit pro περὶ τῆς τιμωρίας. Nos interpretamur: *quae attingunt Amphionis poenam, ea sunt pars carminis Minyadis.* ergo κατὰ pro τὰ κατὰ, ut interdum apud Herodotum. v. Lex. Herodot. Schw. P. II. p. 10. et εἶναι cum Genitivo, ubi pars significatur, notum est. Haec *Minyas* εἶχε ἐς Ἀμφίονα κοινῶς καὶ ἐς τὸν Θρᾷκα Θάμυριν *spectabat Amphionis aeque ac Thamyridis poenam;* quod confirmatur loco IV, 33, 7, ubi scriptor huius poëmatis auctorem *Prodicum, Phocaeensem* sed dubitanter perhibens Πρόδικος Φωκαεὺς, inquit, (εἰ δὴ τούτου τὰ ἔπη ἐστὶν ἡ Μινυὰς) προςκεῖσθαί φησι Θαμύριδι ἐν ᾅδου δίκην τοῦ ἐς τὰς Μούσας αὐχήματος. Eadem Minyas et de Meleagri morte per Apollinem allata (X, 31, 2) et de Thesei ac Pirithoï descensu ad inferos (X, 28, 1) exposuit, sed nihil habuit de Eurynomo, qui fuit δαίμων τῶν ἐν ᾅδου secundum Delphicorum exegetarum narrationes (X, 28, 4). Quum igitur huius carminis argumentum essent inferi, sequutus Minyadem hanc Nostro videtur esse Polygnotus in rebus inferorum pingendis X, 28, 1. Quid praeterea O. Müller suspicatus sit de hoc carmine et illo *Prodico,* vides in eius Orchomeno p. 18. ἂν — ἀπέῤῥιψε *quae iecerat.* Cf. *iacere* in Clav. Ciceron. καὶ αὐτὸς *ipse quoque,* non tantum Niobe.

§. 5. Τὸν μὲν — ἠρήμωσε est interpretatio fabulae de Niobes liberorum interitu, quorum de sepulcris v. cap. 16. extr. De verbo ἐρημοῦν sic usurpato I, 10, 3. Ζῆθῳ — ἁμαρτίαν. Hanc rem Homerus quidem Od. XIX, 518 leviter tetigit, Scholiasta autem ex Pherecyde haec affert: Zethus ex coniuge Aëdone, Pandarei filia, duos procreavit filios, Itylum et Neïdem (cuius posterioris meminit etiam Pausanias IX, 8, 3). Itylum mater nocturno interfecit tempore, Amphionis putans filium esse, quem quia Niobae, Amphionis uxori, liberorum invidebat copiam, occidere voluerat. Cuius maleficii causa Aëdon

facta est ἀηδὼν, luscinia, παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον. Nomen Λάϊος ductum a λήϊος, λήϊον. v. Bekkeri Anecd. p. 567. *Laius* aequalis fuit Aegeo (Apollod. III, 15, 7) et Amphitryoni (Herod. V, 59). ἐπὶ βασιλέα κατάγουσιν ante Facium, qui Sylburgii Kuhniique emendatione suum Pausaniae reddidit. v. II, 21, 9. I, 17, 6 et adn. ἦλθε ἐκ ante Facium, qui e Mosq. ἦλθεν restituit. De causa *oraculi consulti* vide adn. ad §. 8. ἤμελλεν Vulgata, quae forma reperitur apud Diod. S. XIII, 66 et Apollonium I, 1309, ubi Scholiasta monet, hoc esse poetarum Homero iuniorum ἁμάρτημα κοινόν. revocavi igitur usitatam formam a Mosq. oblatam: recepit etiam Clavier. De *rebus Oedipodis* dicit Paus. etiam X, 5, 2. ἠξήθη pro ηὐξήθη Mosq. παῖδας — γενέσθαι. Ex Iocasta eum hos liberos sustulisse alii tradiderant veluti Euripides Phoen. 55. sqq. Apollodorus III, 5, 8. Androtio in Schol. ad Hom. Od. XI, 271. Homeri locus est is ipse, quem modo indicavimus. Ἐπ' ἰοκάστην Mosq. sic et 26, 2. duplex forma eiusdem nominis coniuncta. Quae Homero *Epicaste*, recentioribus plerumque *Iocaste* vocatur, etiam Pausaniae. *Iocasta* Menoecei filia et Creontis soror fuit. v. Eurip. Phoen. 10 sq. Argum. gr. Aeschyli VII. Theb. Apollod. l. c. *Creon* autem nobili inter Thebanos genere Spartorum natus erat. cf. Schol. ad Eurip. Phoen. 674. ὃ δ' pro ὁ δ' Mosq. In sensu verborum Homericorum ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισι explicando errari non potest, quum quid ἀνάπυστα denotet, veteres ipsi abunde declaraverint, interpretantes φανερά, διάδηλα, ἔκδηλα, ἐξάκουστα, ἀκουστά, περιβόητα, ἔκπυστα. Ducitur ab ἀναπυνθάνομαι seu a πέπυσμαι, πέπυσται, πυστόν ut ἔκπυστον, διάπυστον, ἄπυστον, non ab ἀπύω et ἀνὰ ut sit *hervorgerufen*, quod Koësio placuit. Eandem quam Homerus huic voci potestatem tribuit Herodotus VI, 64. 66. IX, 109. cum Orpheo in Argon. 1166. Tryphiod. 107 et Philost. Iun. Im. c. 11. Homerica Apollodorus III. 5, 9 ita reddidit: φανέντων δὲ ὕστερον τῶν λανθανόντων, Diodorus autem IV, 65 τῶν περὶ τὴν οἰκίαν ἀσεβημάτων γνωσθέντων. Nos igitur quid Homerus dixerit videmur scire; nescivisse autem Pausaniam credibile est? et tamen credidit Gesner, qui ad l. c. Orphei ita: „Sic argumentatur Pausanias: Si Polynices, Eteocles, Ismene et Antigone essent nati ex incesto Oedipi coniugio cum Iocaste, poëta non posset dicere, *a Iove statim abolitam eius esse notitiam et memoriam*. ponit-

que adeo *ἀνέπυστον* esse, *de quo non auditur*.“ Quod ille quidem non ut reprehenderet Pausaniam, sed ut moneret, antiquam esse hanc contrariam interpretationem, scripsit. Heynius autem ad Apoll. III, 5, 9 ausus est dicere, haec Homerica Pausaniam *male accepisse de fama abolita*. Atque etiam Lobeckius, vir praestantissimus, calculo Gesneri opinioni addito ait in Phrynicho suo p. 728: „pro *inaudito* (quae significatio Lexicis ignota) in Homeri loco *ἀνάπυστα* accepit Pausanias.“ Vereor autem ne Gesneri errorem error Amasaei pepererit, qui ultima Homeri verba et proxima Pausaniae ita vertit: *Mox facinus visum est superis abolere nefandum. Qui enim eius flagitii fama statim potuisset aboleri, si* etc. imo eorum, quae Pausanias dixit, sensus hic est: *Si igitur incestum Oedipi et Epicastes matrimonium mox in lucem protractum est, fieri non potuit, ut quatuor ex eo liberi nascerentur, namque impietate eius cognita illico dissolutum est*. Quod perspexerat iam Goldhagenius ita interpretans: *aber die Götter machten die Sache bald unter den Menschen bekannt. Wie haben sie denn die Sache bald bekannt gemacht, wenn Oedipus mit der Iokasta vier Kinder gezeuget hat?* Magis laudanda est Clavierii versio: *mais les dieux divulguèrent cela sur le champ. Comment les dieux auroient ils divulgué cela sur le champ*, quam Nibbyi: *ma inaudito ed improviso mostrar portento all'uom mortale i Numi. Come adunque fecero un inaudito ed improviso portento.* Amasaeus quem sequutus est Gedoynus, a recta via, ad quam eum a Sylburgio revocatum non esse miror, videtur aberrasse *ἀνάπυστα* et *ἄπυστα* inter se confundens, quorum posterius legitur VII. 15, 3. Hinc quoque poterit intelligi, quam facile errores inter homines propagentur, occasione eos exstirpandi non destitutos. Si Heynius Goldhageni saltem versionem dignatus esset adspectu, non esset temere Gesneri vestigia sequutus neque ea iniuria in Pausaniam usus. Mira lectio est haec Mosquensis: *τέσσαρες γενεαὶ ἐπ' Ἰοκάστης*. Mox *Εὐρυγαννας* Mosq. Sed Apollodorus III, 5, 9: *εἰσὶ δὲ, οἵ γεννηθῆναι τὰ τέκνα φασὶν ἐξ Εὐρυγανείας τῆς Ὑπέρφαντος*. In Scholiis ad Eurip. Phoen. 1760 e Pisandro scriptum est *Εὐρυγάνη*, ubi tamen quod additum legitur, Oedipum iam oculis orbatum et mortua Iocasta duxisse Euryganen ex eaque quatuor sustulisse liberos, absurdum est, quanquam non multum differt, quod ibidem ad vers. 53 ex Pherecyde

profertur; hic *Εὐρυγάνειαν* quidem, sed *Periphantis* filiam dicit hanc Mulierem. Nonnullis Euryganea soror fuit Iocastae. v. Schol. ibid. Iocasta autem Menoecei filia. v. Apollod. III, 5, 7. ὁ τὰ ἔπη ποιήσας, ἃ Οἰδιπόδια ὀνομάζουσι Vulgata. Porsonus Οἰδιπόδεια malebat. Non satis certum videtur an huc pertineat, quod nunc in Scholiis ad Eurip. 1760 legitur: οἱ τὴν Οἰδιποδίαν γράφοντες. In Schol. Platon. quae sunt in Lection. Platon. a Gaisfordo editis p. 170 de Meleto (sic) Socratis accusatore est Οἰδιποδειαν τέθηκεν, ubi videtur tetralogia tragica significari. Valckenarius autem suspicatus est, carmen fuisse cyclicum τὴν Οἰδιποδίαν, cuius quia auctor fuerit latere. Ὀνασίας vulgo; scripsi Ὀνατᾶς, ut iam Sylburgius correxerat e cap. 4, 1, ubi hoc nomen similiter in Mosq. corruptum est. ita et Clav. scripsit. Πλαταιάσιν vulgo. Πλαταιαῖσιν corrigebat Porsonus. Cf. VI, 10, 2. Mosq. δὲ inter ἐπὶ et τῇ inserit. Caeterum ex hoc loco videtur effici, ut Onatas quoque, quos pinxit, hominibus sua nomina addiderit.

§. 6. Πολυνίκης — δὲ pro δέει — εἰ ἑκατέρα pro αἱ κατάραι Mosq. De his κατάραις cf. ad §. 8. ἐς διαφορὰν — Ἐτεοκλεῖ. Eteoclis iniurias commemorat X, 5, 2. Auctor discordiae Eteocles etiam apud Apollod. III, 6, 1, et Pherecydem in Sch. Eurip. Phoen. 71. φεύγειν de iis etiam qui tristitia, iniuria, ira, metu, similibusque commoti locum aliquem relinquunt: Cf. V, 1, 3. qua potestate coniunctum cum verbo μετοικεῖν adsciscit etiam Infinitivum alius verbi, ut VI, 17, 4. κατέξουσαν — στρατείαν Mosq. πρὸς τὸν Ἐτεοκλέα κτλ. Idem apud Apollodorum III, 6, 8.

§. 7. ἄγουσι omisso nomine Ἀργεῖοι Mosq. De Glisante c. 19, 2. Γλίσσαντα Mosq. Cf. de scriptura ad I, 44, 7 adn. De *proelio* ad Glisantem commisso ibidem iam dixerat. τῶν Ἀδράστου Mosq. Ald. ἀποκτείνουσι Vulgata. Cf. ad VIII, 47, 4. κρατησάντων — Ἰλλυριούς. idem est apud Herodotum V, 61, ubi qui vocantur Encheleës sunt iidem qui Illyrii. vide §. 1. Pars tamen Cadmeorum Homolen in Thessalia eo tempore occupavit. v. cap. 8, 3 sub fin. Laodamas hoc proelio occiditur ap. Apoll. 3, 7, 3. ὑπὸ — ἀπεχώρησεν. Similiter Herodotus ὑπὸ τὴν πρώτην ἐπελθοῦσαν νύκτα ὑπέδρη VI, 2. adde IX, 58. ὡς δὲ — Μυσίαν. Cf. de his I, 4 extr. et adn. ἀποθανεῖν abest a Mosq. Καθοῦ v Mosq. Fabius testi-

tuit pro *Καΰκου*. v. ad I, 10, 4 adn. De hac *Elaea* Aeolidis urbe, cf. Steph. Byz. et Mannerti Geogr. VI, 3, 396. Post *λίθος* inserui ὁ e Mosq.

§. 8. Pro *οὐ γὰρ ἐν* est *οὐκ ἐν* in Mosq. *Πηνέλεω — Τηλέφου*· quo id auctore Pausanias tradiderit nescio, namque Hom. Iliad. XVII, 597 sqq. vulneratum quidem leviter et in fugam versum a Polydamante Peneleum memorat, non item occisum. Cineres eius in Boeotia ad Cephissum conditos testatur epitaphium in Anth. Pal. II. p. 749. Eius qui mox commemoratur filius *Opheltas* an gentis Opheltiadarum in Plut. de S. N. V. cap. 13 conditor fuit? *Δημονάσσης* Mosq. cf. ad III, 15, 6 adn. *τῶν δὲ Ἐριννύων — Οἰδίποδος*· Similiter Herodotus IV, 149 ait *ἐκ θεοπροπίου Ἐριννύων τῶν Λαΐου τε καὶ Οἰδιπόδεω ἱρὸν* Spartae dedicatum esse in Aegidarum tribu. Laius enim ab Amphione et Zetho rerum potitis expulsus in Peloponnesum se ad Pelopem contulit, eiusque filium Chrysippum, nefando amore complexus, rapuit. Ob raptum filium diris Laium devovit Pelops, eique interitum ex propria sobole imprecatus est. Quarum dirarum metu Laius quum sine prole diu vitam transegisset, tandem oraculum, an sibi expediret liberos procreare interrogavit. v. gr. argum. in Aesch. VII. c. Th. De oraculi responso fuit oratio §. 5. Oedipi, qui ipse maternis Furiis agitabatur (v. Hom. Od. XI, 280). imprecationes in filios commemoravit. Pausanias §. 6. adde Mülleri Orchom. p. 225. *Furiae autem Laii et Oedipodis* sunt Laii caedem et iniurias Oedipodi factas in filiis nepotibusque ulciscentes. v. adn. ad VIII, 34, 2. *μνῆμα* pro *μήνιμα* Mosq. *μήνιμα Εὐμενίδων* fuit etiam VIII, 34, 2. *Αὐτεσίωνι κ. τ. λ.* cf. de eo IV, 3, 5. *Δαμασίχθονα* Mosq. Eadem varietas in eodem hoc nomine VII, 3, 1. *ὃν Ἀνδρόπομπος — κτείνει* Vulgata. pro *ὃν* est *οὗ* in Mosq. Non dubitavi Palmerii emendationem *ὃν ὁ Ἀνδροπόμπου* in contexta transferre, quum Pausanias ipse II, 18 extr. hoc factum *Melantho Andropompi filio*, etiam VII, 1 commemorato, tribuerit cum aliis. Sylburgius corrigi voluerat *ὃν Μέλανθος Ἀνδροπόμπου*. Similiter §. 7. ὁ exciderat. *δόλῳ — δικαίῳ*· eodem modo loquutus est VIII, 4, 7. *Θηβαίων* pro *Θηβαίοις* Mosq.

CAPUT VI.

§. 1. *ἀγῶνες πολέμου* non est periphrasis *belli*, sed denotat *proelium*. Demosthenes *περὶ συμμορ.* p. 180 (T. I. p. 135 Dind.) distinguit *τὸν πόλεμον* et *τὸν ἀγῶνα τὸν ἐκ τοῦ πολέμου* i. e. *proelium*, ut totum et partem. *εὐτυχημάτων — ἑτέρως* oppositio est ut in illo: *in arduis, non secus ac bonis*. *καὶ ὡς ἑτέρως* e praecedentibus eruendum animoque addendum est *ἐμαχήσαντο*, *et quomodo secus pugnaverint*. *ἐκρατήθησαν — χώρας*. Quam rem exposuit Herodotus VI, 108. *προςέπταισαν — Πλάταιαν* intelligendum est de celeberrima pugna Plataeensi, qua Thebani in Mardonii exercitu oppositi Atheniensibus ab iis victi sunt. Huc pertinet locus Herodoti IX non 86 sed 67. *τῆς δὲ αἰτίας κ. τ. λ.* similiter loquitur et iudicat VIII, 27, 10 sequens Thucydidem III, 62. adde Thuc. 3, 47 ubi etiam *τῷ δήμῳ οἱ ὀλίγοι* opponuntur. *ὀλιγαρχία κ. τ. λ.* *ἡ πάτριος πολιτεία* Thebanorum fuit *διὰ πλειόνων πολιτεύεσθαι*. v. cap. 5 extr. Huic *ὀλιγαρχία* opponitur. Cf. et Wessel. ad Herod. IX, 87. *τυραννούντων ἔτι τῶν παίδων* Vulgata et Amas. E Mosq. dedi *τυραννοῦντος ἔτι ἢ τῶν παίδων*. idem dedisse Clavierium nunc video. *τυραννοῦντος* etiam Aldina habet. *ὕστερον — ἔπεσε*. Huius pugnae a Thucydide IV, 93 sqq. narratae iam facta mentio est III, 6, 1. *Ταναγρέων* Mosq. *ὁ Ἀρίφρονος*, *ὃς στρατηγὸς ἦν Ἀθηναίοις* Vulgata; sed quum Mosq. obtulisset *στρατηγῶν*, idemque omisisset *ἦν*, haec vestigia sequutus scripsi *ὁ Ἀρίφρονος, ὁ στρατηγῶν Ἀθηναίοις*. De verbo *στρατηγεῖν* ita constructo cf. ad VII, 15, 1. *στρατίας* pro *στρατιᾶς* Mosq. *διαπολεμηθέντος* idem. *Κρατηθέντες κ. τ. λ.* De pugna hac ad Corinthum, qua victi sunt Thebani cum sociis a Lacedaemoniis v. Xenoph. Hell. IV, 2, 8 usque ad fin. Dicitur hoc bellum *Corinthiacum*, de quo cf. III, 9 *καὶ ἐν Χαιρωνείᾳ* vulgo. *Χαιρωνία* Mosq. In Clavierii editione legitur *καὶ ἐν Κυρωνείᾳ*, sed in versione: *vers Corinthe et à Chaeronée*. Equidem non dubitavi scribere *ἐν Κορωνείᾳ* e Xenoph. Hellen. IV, 3, 9 sqq. Plut. Agesil. 17. 18. 19. et ex ipsius Pausaniae III, 9, 7, ubi est de Agesilao: *Θηβαίους ἐν Κορωνείᾳ καὶ τὸ ἄλλο νικήσας συμμαχικόν*. Quod ab his scriptoribus ibidem commemoratur Minervae Itoniae templum, id prope Coroneam fuisse discimus e Pausan. IX, 34, 1. adde O. Mülleri Orchom. p. 70. De pugna ad Chaeroneam est §. 2. Clavier non intelligens, quid *Κυρωνείᾳ*

esset, videtur in versione Vulgatam retinuisse. γινομένας pro γενομένας Mosq. Formam δεκαδαρχίας, quae iterum cap. 32, 6 invenitur, intactam reliquerunt in Diod. S. XIV, 13 Wesselingius et Eichstaedtius; Corayus tamen malebat δεκαρχίας, quod est apud Pausaniam VIII, 52, 2. ubi etiam de his et de *harmostis* v. adn. ἁρμοσταὶ Mosq. τὸν et τῶν Φωκ. Mosq. τὸν — ἱερὸν Sic et X, 5 init. ubi et cap. 2 de hoc bello.

§. 2. Εἴρηται — συγγραφῇ. I, 25, 3, Χαιρωνίᾳ Mosq. ἡκούσης Mosq. omisit. Θηβαίοις ἐπῆλθεν ἐξελεῖν τὴν φρουρὰν Vulgata. ἐξελθεῖν Mosq. Eodem sensu est Ἐπαμεινώνδας Θεσπιεῖς ἐξεῖλε cap. 14, 2, adde Thom. Mag. p. 321 (ubi ἐξῆρε videtur in ἐξῄρει mutandum). Wyttenbachius ad Plutarch. Praec. Sanit. Tuend. p. 127 seu 828 (136 ed. Lips. T. II) accepit Infinitivum nostri loci ἐξελεῖν pro Attica forma contracta ex ἐξελάσειν, in quo vehementer vereor ne longe a vero aberraverit vir praestantissimus. De constructione verbi ἐπῆλθε cum Dativo personae et Infinitivo, qui fere Aoristi est, dicebamus ad V, 4, 4. Infinitivus Futuri alienus est ab hoc loquendi genere. In simili re eodem verbo Pausanias usus est II, 8, 5 de Arato: Ἄρατος δεινὸν ἡγεῖτο Πειραιᾶ καὶ Μουνυχίαν, ἔτι δὲ Σαλαμῖνα καὶ Σούνιον ἐχόμενα ὑπὸ Μακεδόνων περιοφθῆναι, καὶ (οὐ γὰρ ἤλπιζε δύνασθαι πρὸς βίαν αὐτὰ ἐξελεῖν) Διογένην πείθει. ubi est *eximere ista loca ex potestate Macedonum*; ut apud Liv. 31, 29: *Syracusas oppressas ab Karthaginiensibus in libertatem eximere.* In Plut. Cleom. 36 corrigo τὸ ὕποπτον ἐξαιρῶν. In nostro autem loco habet significationem *eiiciendi, expellendi*. De hac duplici potestate verbi ἐξαιρεῖν, quam ei Herodotus quoque tribuit, v. Lex. Herodot. ἐκ. ὄλεθρ. Sic πόλεμον ἐπιόντα apud Thuc. II, 36. cf. Paus. X, 1, 2. VI, 5 extr. σημεῖα ἐγένοντο ἐναντία Vulgata; cur autem dubitemus scribere ἐγένετο, quum cap. 13, 2 legamus σημεῖα ἐγένετο ἐκ τοῦ θεοῦ? Rursus cap. 5, 1 ἐγένοντο in ἐγένετο depravatum vidimus. Ostentum his verbis comprehensum κατὰ δὲ τὴν — ἐξύφηναν Diodorus S. XVII, 10 ita refert: ἐν τῷ τῆς Δήμητρος ἱερῷ λεπτὸν ἀράχνης ὕφασμά τι διαπεπετασμένον ὤφθη, τὸ μὲν μέγεθος ἔχον ἱματίου, κύκλῳ δὲ περιφαῖνον ἶριν τῇ κατ' οὐρανὸν ἐοικυῖαν atque de eo addit oraculorum responsa, ubi Wesselingius iam citavit Aelianum V. H. XII, 57 paulo aliter narrantem. ἐξυφαίνειν *ausweben* est

h. l. *texendo tegere, webend übersiehen.* Pro προέτερον est πρόνατον in Mosq.

CAPUT VII.

§. 1. De *Thebis per Cassandrum* Ol. CXVI, 2 *restitutis* cf. omnino Diod. S. XIX, 54. Paus. IX, 27, 5. sed non in integrum plane restitutas esse monuit iam Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. cap. 7. p. 230 Hutt. T. X. *Messenii ac Megalopolitani* ut conditi et restituti a Thebanis, *Athenienses* fortasse quia Thebanos in belli societatem contra Philippum pertraxerant.

§. 2. *Δοκεῖν δὲ — οἰκίσαι* ante Facium, qui alteram Sylburgii emendationem *Δοκεῖ* recepit: Sylburgius enim putavit posse etiam servata Vulgata *Δοκεῖν* legi *ᾤκισεν.* Inter *τὰς* et *Θήβας* auctoritate codicis Mosq. *μὲν* omisi. *ὅς — παρωξυσμένοις*: his declaratur eadem de re obscurius dictum I, 25, 5. *καὶ τοὺς παῖδας — Ῥωξάνης* Olymp. CXVII, 2 et 4. Pro *Βαρσίνης* Hartungus voluit *Ἀρσίνης.* Consentit cum Vulgata Arrianus VII, 4, 6. *ἐπλήθη γὰρ ὕδερῳ* Vulgata. *ὑπλήθη* Mosq. sed ut *ἐπλήσθη* scriberetur recte censuerunt Porsonus et Schaefer ad Greg. Cor. p. 540. cf. Phavorinus et Bekkeri Anecd. p. 169, ubi etiam cum Dativo: *πλῆθεν* in Hom. Iliad. VIII, 214 male interpretantur *ἐπληρώθησαν* Schol. min. *καὶ — εὐλαί.* Herod. IV extr. *ζῶσα εὐλέων ἐξέζεσε.* De praecedentibus *ἀπέκτεινεν ὑπὸ φαρμάκων* cf. Mathiaei Gramm. §. 592.

§. 3. *ὑπολαβοῦσα* Vulg. Corrigo *ἐπιλαβοῦσα.* Cf. c. 8, 1. I, 9, 3. VII, 10, 2. *ἀπήγαγεν* similiter *κατήγαγεν.* Post *Ἀντίπατρος* Mosq. *δὲ* omisit. *ἀποκτείνουσι* vulgo. *αἰτισάμενος* Mosq. *ἀνεφάνη* pro *ἐφάνη* Mosq. *τὴν δίκην ἀποδιδόναι τινὶ* est *ἀνταποδιδόναι τινὶ κατ' ἀξίαν.* cf. Plut. de S. N. V. cap. 6. p. 226 Hut. Poenae quam Cassander numini dederit mentionem etiam Plutarchus fecit de S. N. V. p. 41 Wytt. Haec vero ille teterrimus morbus fuit, qui §. 2. commemoratus etiam in Pheretima pro poena divina habitus est ab Herodoto IV extr.

§. 4. *γεύσασθαι κακῶν* est in Eurip. Hec. 375 ut hic.

sed Pausanias etiam γ. ἀρχῆς dixit IV, 35, 4 γνωσιμαχεῖν Herodoteum verbum (v. Lex. Herod.) et Ionicis adnumeratum a Gregorio Cor. p. 539 ubi v. editt. a quibus quod affertur e Lexico Rhet. et in Etym. M. 237. legitur τὸ γνόντα ὅτι πρὸς κρείσσονας ἔνεστο αὐτῷ ἡ μάχη, ἡσυχάσαι nostro loco videtur accommodatum esse. Σύλλα pro Σύλλας Mosq. τοῦ post ἤρχετο idem omisit. ἀποκινεῖσθαι. auferendi potestate etiam Plut. v. Lyc. cap. 2. Videtur et h. l. ὑπελίποντο pro vulgato ὑπελείποντο legendum esse. στρατεία pro στρατιᾷ Mosq. καὶ σφισιν — καλουμένην. Thebas Boeotias sua aetate prorsus desolatas esse (cf. Dio Chrys. ap. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 42) et Thebarum nomen ad solam arcem paucosque incolas pertinere, Pausanias iam testatus est VIII, 33, 1. Hic tradit suo tempore, inferiore urbe vastata, solam arcem incoli, neque eam Cadmeam, sed Thebas vocari. Cum his videtur pugnare, quod idem IX, 5, 1. narravit, urbem a Cadmo conditam, quae postea Thebarum arx facta sit, etiam nunc ad suam usque aetatem Cadmeam nominari; sed nulla pugna est: qui accuratius loquebantur, hi arcem, tum solam reliquam, appellabant Cadmeam, sed vulgo eam nominabant Thebas. καλουμένου pro καλουμένην Mosq.

CAPUT VIII.

§. 1. Pro δέκα est δὲ in Mosq. Ποτνιαὶ scribitur etiam in Strabone IX, 409, ubi v. Tzschuck. aliis est proparoxytonon, ut in Etym. M. Haec Ceres et Proserpina O. Müllero in Orchom. p. 125 Cabiraeae sunt. τὰ δὲ ἀγάλματα ἐν τῷ ποταμῷ τῷ παρὰ τὰς Ποτνιὰς τὰς θεὰς ὀνομάζουσιν Vulgata. Valckenarius cum Amasaeo, Sylburgio ac Kuhnio malebat legere τὰ δὲ ἀγάλματα οἱ παρὰ τῷ ποταμῷ. Sylburgius ex Amasaeo censuerat ut legeretur: τὰ δὲ ἀγάλματα οἱ τῷ ποταμῷ παροικοῦντες Ποτνιάδας θεὰς ὀνομάζουσιν· nam Ποτνιάδας non tantum ex evidentibus hic vestigiis, verum etiam ex Euripide, Virgilio et aliis eruere licere. idem visum est Kuhnio. Facius putabat, etiamsi quis Vulgatam probaret, ei tamen ἐν mutandum esse in ἐπὶ· atque ita edidit Clavier. at ἐν saepe est *ad*, *iuxta*, *propter*. Cf. ad III. 24, 4. VI. 19,

l. IX, 4, 2, adde Lex. Herod. Schw. Porsonus corrigebat τὰ δὲ ἀγάλματα τὰ παρὰ τῷ ποταμῷ τὰς Ποτνιάδας θεὰς ὀνομάζουσιν. Nobis olim videbatur scribendum esse τὰ δὲ ἀγάλματα τὰ ἐν τῷ ποταμῷ, τῷ παρὰ, τὰς Ποτνιάδας θεὰς ὀνομάζουσιν· *quae sunt propter fluvium qui praeterfluit.* Videtur autem significari *Asopus.* O. Müller in Orchom. p. 486 suspicionem proposuit, *Cnopum* esse. Nunc reliquis missis, quum incerta sint, retinuimus τὰς Ποτνιάδας θεάς. quanquam in Herod. IX, 97 est τῶν Ποτνιέων ἱρόν. Clavier scripsit: ἀγάλματα ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ παρὰ τὰς Πότνιας Ποτνιάδας θεὰς ὀνομ. In Eurip. Orest. 308 Furiae dicuntur Ποτνιάδες θεαί· hinc in Scholiis ad h. l., a Phavorino et Etym. M. auctore Ποτνιάδες exponuntur μανιοποιοί. Sed hae videntur diversae esse a nostris Potniadibus. ἐς τὰ Μέγαρα — ἐς τὴν ἐπιοῦσαν τοῦ ἔτους ὥραν ἐν Δωδώνῃ φασὶν ἐπὶ λόγῳ. τῷ δὲ ἄλλος πού τις πεισθήσεται vulgo, nisi quod Facius stellulam inter ἐπὶ et λόγῳ interposuit. μέγαρα (sic legendum) Lobeckius de Spectaculis mysticis P. I. 1824. p. 8. interpretatur *cavernas terrae fortasse cortis modo consaeptas.* Sylburgius sumebat Amasaeum legisse φασὶ νέμεσθαι, et hic finita periodo subiiciendum putabat λόγῳ τῷδε κ. τ. λ. O. Müller in Orchom. p. 61 lacunam explendam verbo ἐπιφανῆναι ante λόγῳ existimabat cum Kuhnio ac Clavierio. Corayus malebat: φασὶν ἐπιφαίνεσθαι. Λόγῳ δὲ τῷδε. Lobeckius autem l. c. ἐν Δωδώνῃ vitiosum esse et pro eo ἀναδῦναι vel ἀναδοθῆναι scriptum fuisse suspicatur h. e. *porcellos istos aut alio loco aut eodem post certum tempus emergere vivos.* Nobis ita restituendus hic corruptus locus videbatur: ἐς τὰ μέγαρα — ἐς τὴν ἐπιοῦσαν τοῦ ἔτους ὥραν ἐν Δωδώνῃ φασίν· ἐπιλόγῳ τῷδε ἄλλος πού τις πεισθήσεται. nunc autem hiatum post φασὶν indicavimus. ἐς τὴν ἐπιοῦσαν simpliciter positum IV, 35, 4 est: *postero die.* Cum formula ἐς τὴν ἐπιοῦσαν τοῦ ἔτους comparari potest ἐς ἔτους φανέντος ἄλλου in Anacreont. XLVIII (L) ext. et ἐς τὸ ἐπιόν, ἐς νέωτα. Ergo ἐς τὴν ἐπιοῦσαν τοῦ ἔτους scil. ὥραν erit *proxima aestate*, quum ἔτους ὥρα sit *aestas.* v. Bastii Epist. crit. p. 108 lat. Denique ἐπιλόγῳ coniunctim scriptum est in Mosq. Hic ἐπίλογος est istud additamentum: *se proxima aestate videre ad Dodonam illos porcellos.* Hinc saepe ἐπιλέγειν, ut §. 2. Creuzer in Symbol. IV, 178 et 473 hunc locum tangens confert cum Clem. Alex. Protr. p. 11 (Idem fecit Lobeckius l. c. simul autem Clementem inge-

niose ita emendat: μεγάροις ζῶντας χοίρους ἐμβάλλουσι. Müller in Orchom. p. 61 hanc fabulam coniungit cum iis, quae de subterraneis Boeotiae meatibus narrabantur. Scribendum fuit πού. In Mosq. est ἄλαος pro ἄλλος et πεισθήσηται. Pro Αἰγοβόλου Kuhnius scribi volebat Αἰγοβόρου; quod iis, quae continuo narrantur, satis accommodatum est, et a Goldhageno redditum. μάντευμα ἐκ Δελφ. pro ἅμα ἐκ Δ. legendum. δείκνυται — λέγουσιν. De fonte huius loci equis inde bibentibus furorem afferente cum Pausania Aelianus H. N. XV, 25, et Philargyrius ad Virg. G. III, 266, de herba quadam ibi nascente alii intelligebant, veluti Scholiastes ad Eurip. Orest. 318.

§. 2. περίβολός τε τῆς ὁδοῦ malebat Porsonus. διαστῆναι — γῆν ταύτην ante Facium, qui se dicit emendasse ταύτῃ, quum Sylburgius iam occupasset hanc emendationem. De re autem cf. cap. 19, 4. μήτε πόαν τοὺς ἐνταῦθα ante Facium, qui e Mosq. dedit τὴν ἐντ. quod item Sylburgius iam voluerat. Eidem mox μήτε τι τῶν ἀγρίων legendum videbatur. cf. ad §. 3.

§. 3. Nunc accedit ad *ipsam Thebarum urbem*. Cf. ad cap. 2, 5, et Dicaearchi Vita Graeciae lib. 2. Idem in ἀναγρ. τ. Ἑλλαδ. 94 ambitum earum vult 43 stadiorum esse, „Theben 4 Stunden von Orchomenos, 3 Stunden 12 Minuten von den Ruinen der Stadt Haliartos, 1 Stunde 40 Minuten von den Trümmern nahe am Berge Phoinikios.“ Dodwellii Itin. T. I. p. 244 Sickl. „Enter the city of Thebes, now occupying the site of the ancient citadel or Cadmaea. The time employed on the road between Athens and Thebes is usually reckoned at 12 hours, but about 13 seems nearer the truth. Of the walls there are no visible remains, Thebes, though on an insulated hill, is not in a very commanding situation. The situation of Thebes was probably selected on account of the fountains. An isthmus connects the Cadmaea with the range of hills to the south.“ Gellii Itin. of Greece p. 56 et 109. His add. Mülleri Orchomenus p. 26 sq. 486. A recentioribus Graecis Thebae vocantur *Theva* teste Hobhousio, qui addit eas urbium locorumque nomina plurali numero apud veteres usitato efferre desiisse: idem monet, Thebas in nostris mappis geographicis esse iusto longius in austrum depressas T. I. p. 268.

De *septem huius urbis portarum viarumque per eas*

regionibus Mülleri Orchom. 486. Ad ἀπό τε Ἠλέκτρας intelligitur Ἠλέκτραις, sed non excidit, quod Kuhnius putabat. Sylburgius recte monuerat, concisam esse hanc orationem, et ex Electrae nomine intelligendas Ἠλέκτρας πύλας. Haec *Electra* Harmoniae Cadmi coniugis mater est Hellanico in Sch. ad Apol. Rh. I, 915. *Proetidas* Scholia ad Eurip. Phoen. 1109 de *Proeto*, Acrisii fratre Argis eiecto Thebisque habitante dictas volunt. Νήτας pro Νηΐτας Mosq. Sylburgius credidit Amasaeum Νηϊτιδας legisse. cf. ad c. 25, 1. In Iablonskyi Opp. T. I. p. 244. de Wat. nomen huius portae ducitur ἀπὸ τῆς Νηΐθ, *Minerva Saitica*. Pariter de Minerva dictam vult hanc portam Schwenckius in Etym. Myth. And. p. 231, Νηΐτω enim illam deam vocatam esse i. e. *virginem*, a νέος. Quae qualia sint, poterit fortasse ex iis, quae nobis addenda sunt, quodammodo cognosci. In Aeschyli enim VII. c. Theb. 462 et 489 distinguuntur *Neitae* portae ab *Oncaeis*, de Ὄγκα Ἀθάνα, ut poeta ipse ait, appellatis. Duas autem Thebarum portas de una hac dea nominatas esse quam non est probabile! Contra Aegyptiam originem huius vocabuli afferri etiam potest quod Pausanias cap. 12, 2 scripsit. Quas huius nominis causas Pausanias protulit, certe iis, quae veteres tradiderunt non plane contrarias, earum prior haec est: ἐν ταῖς χορδαῖς κ. τ. λ. Valckenarius ad Schol. Eurip. Phoen. 1111 nostrum locum ita corrigendum putabat: ἐν ταῖς χορδαῖς νήτην καλοῦσι τὴν ἐσχάτην, et Clavier: καλοῦσι τὴν ὀξυτάτην, Kuhnium sequutus. Sed illud melius esse docent Photius, Hesychius, Phavorinus, Thomas M. νήτην interpretantes τὴν ἐσχάτην, τὴν τελευταίαν, *infimam*. add. Sch. Par. ad Apol. Rh. II, 320. Qui Vulgatae tenax est, ei animo addendum erit τινά quod pronomen saepe omissum esse adnotatum est ad IV, 24, 2. VI, 19, 9. Sensus esset: *in chordis aliquam ex iis νήτην appellant.* ταύτην — λέγουσιν. cf. cap. 5, 4. De hoc *Neide* cf. adn. ad cap. 5, 5. Apud Alios *Neis* est filia vel Amphionis vel Zethi. v. Schol. ad Eurip. Phoen. 1104. De his tribus portis Hobhousius ita: „The gate that led towards Plataea was called Electris; it must have been therefore next on that side to the gate Neitis, and looking about to south-west by south. The road to the gate Proetis led to Chalcis, that is about to the north-east." πύλας δὲ Κρηνίδας — ἐστιν Ὑψίστου. Hiatum post ὀνομάζουσι notavimus; lacunam autem ita explendam censemus: πρὸς μὲν ταῖς ἡ

Δίρκη ἱερὴ, πρὸς δὲ ταῖς Ὑψίσταις. De Iove Ὑψίστῳ cf. Mülleri Orchom. 217. 487. et cap. 19, 3. Mox Clavier suspicabatur scribendum esse Ὠγυγίας ἀπὸ Ὠγύγου. Ogygiae sunt eaedem quae aliis Oncaeae dicuntur. v. ad c. 12, 2. cf. Aesch. VII. c. Th. 468 sqq. cum Eurip. Phoen. 1120 (1113) Ogygiae portae nomen videbatur Pausaniae τὸ ἀρχαιότατον · idem legitur in Scholiis ad l. c. Eurip: ἀρχαίων, ὡς αὐτῶν πρωτοκτίστων οὐσῶν τῇ πόλει. Vera scriptura est Ὁμολωΐδες. Cf. Photii Lex. Eurip. Phoen. 1126. Stat. Theb. VII, 252. VIII, 356. Istri Fragm. p. 56 sq. Ὁμολοΐδες Mosq. et ita semper. In recentiore *Homoloidarum* appellatione assentiri videri Hyginum c. 69, monuit Barthius ad Stat. Theb. VIII, 356, sed idem erravit scribens; verbis Pausaniae duarum portarum nomina excidisse: ἡνίκα ὑπὸ κ. τ. λ. Cf. cap. 5, 7, ubi etiam ut hic Πλεονάσαντι Mosq. πορίαν ἀπώνησε Mosq. τρεπόμενοι — ἐπερρωμένην. Hunc locum Stephanus B. v. Ὁμόλη respexit, ὀρῶν pro ὀρῶν Ald. εὐγαίων Mosq. ἀρχομένῳ pro ἐρχομένῳ et πύλην pro πύλας Mosq. Extrema καὶ ταύτῃ κ. τ. λ. concinunt cum Aesch. VII. c. Theb. 423 sq.

CAPUT IX.

Quod capite 8 extremo commemoratum est, brevem narrationem de bello Thebano priore et posteriore inserendi ansam praebuit. De utroque cf. Diod. Sic. IV, 64 — 66 et ad h. l. Not. ad Hellenica p. 211 sqq.

§. 1. πρὸς Ἀθηναίους τοὺς ἄλλους, *reliquos Atticae incolas*. De hoc *Eleusiniorum* bello cf. I, 38; de bello autem *Thebanorum adversus Minyas* IX, 37. τὴν τε ἔφοδον δι' ὀλίγου τῶν ἐπιστρατευσαμένων καὶ ἐν μάχῃ παρέσχοντο μιᾷ τὴν κρίσιν Vulgata. Mosquensis δὲ post τῶν inserit, postea autem καὶ omittit, quod accuratius spectatum probari desiit, nam κρίσιν παρέσχοντο non potest ad solos ἐπιστρατευσαμένους pertinere, sed οἱ μαχόμενοι διακρίνοντας ut IV, 17, 2. eodem modo dicitur ἀγῶνι διακρίνεσθαι (IX, 13, 3) uterque exercitus ad proelium concurrens. ἔφοδος δι' ὀλίγου *brevis temporis incursio*. παρὰ ante Μεσσηνίων Mosq. omisit. Μινυάδος Mosq. Quod de *Phlegyis* hic traditur, et O. Müller in Orchom. p. 192

et Buttmannus in Diss. de Minyis antiquiss. p. 201 non fama proditum sed a solis rerum Thebaicarum cantoribus inventum dicit (?). Sed μισθοφορικὰ hic tantum orationis variandae causa pro συμμαχικοῖς posita existimamus, quum mercenarios alendi milites consuetudinem illa tempora ignorarent. γενομένης κ. τ. λ. De hac Thebanorum clade consentit Apollodorus III, 6, 7. Ἰσμηνίῳ. Fluvium apud Pausaniam ubique scribi Ἰσμηνὸν debere, suspicatus est Spanhemius ad Callim. h. in Del. 80, quoniam ita scribatur ab aliis (etiam ab Aeschylo VII. c. Th. 380 Apollon. I, 537. Euripide Herc. Fur. 572 et apud Millingenum tab. 27, sed satis est hanc varietatem adnotasse, quum fabula ferretur, fluvium hoc nomen ab Ismenio Apollinis filio accepisse. vide cap. 10 extr. τεταραγμένους Facius malebat; sed ἐπεξελθεῖν ut ἐπεξιέναι etiam cum Dativo construi notum est. v. Phavorin. v. ἐπεξέρχομαι et Bekkeri Anecd. p. 142. adde Pausaniam ipsum VII, 3, 1, et illud ὁ παθὼν τῷ δράσαντι ἐπεξέρχεται e Thuc. III, 38. Καδμεία νίκη proverbium. v. Suidas h. v. Etym. Gud. p. 593. Phavorin. Photii Lex.

§. 2. δῆλοι — συμμαχίαν. idem memoriae prodidit Diod. S. IV, 66 de his auxiliis. Pro Μεγαρέων fortasse Μεγάρων legendum. Γλίσαντι Mosq. πολιορκίᾳ παρέστησαν· cf. adn. ad VIII, 27, 1.

§. 3. Ἐποιήθη δὲ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη Θηβαίοις Vulgata. πόλεμον ταῦτα καὶ ἐπὶ Mosq. et Parisin. 1410. 1411. Pro Θηβαίοις scripsi Θηβαΐς· quae emendatio ab Hemsterhusio inventa probata est Ruhnkenio (ad Callimach. T. I. p. 439 Ern.), Schellenbergio (ad Antimach. p. 24), Franckio (ad Callin. p. 22) et Clavierio, qui eam posuit in margine ac versione. *Calaeni* nomen in *Callini* plures post Sylburgium mutandum censuerunt, Ruhnkenius autem d. l. in *Callimachi*, quia Critici potius Callimachi quam Elegiographi Callini fuerit, incerta opera auctoribus suis assignare; quamquam graecus Lessingius aut Herderus possit cogitari. Franckius tamen Ruhnkenii argumento tantum tribuit, ut Καλλῖνος quidem legendum, sed alterutrum huius nominis philosophorum Peripateticorum (duos enim adducit), non Callinum Ephesium intelligendum diceret p. 25. Dum ita pugnatur de auctoris nomine restituendo, qui eius locum occupavit Calaenus, eum tuebitur. Sylburgio saltim Κάλαινος scribendum videbatur, quum Καλαῖνον ipse accentus suspe-

ctum redderet. Recte, v. adnot. nostr. ad I, 31, 3, ubi simile nomen *Κόλαινος* est: *ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα εἶναι.* Fuerunt qui Homero et *Θηβαΐδα, ἔπη ἑπτὰ* et *Ἐπιγόνους*, adscriberent. (v. Homeri et Hesiodi Certam. in Hesiodi Opp. ed. Loesn. p. 492. De Epigonis Homeri loquutus etiam Herodotus IV, 32 putatur, sed dubitatur a Wolfio in Prolegom. p. CLVII. Utriusque horum carminum auctor Homerus sine dubitatione perhibetur a Tzetza, cuius locum protulit Bentleius in Opusc. philol. p. 505 ed. Lips. *λόγου* supra *λόγοι* Mosq. Pro vulg. *οὗ Ἀργεῖοι* Facius Mosq. lectionem *ὃν Ἀργ.* recepit.

CAPUT X.

De *porta Electra* (v. cap. 8 extr. et 11 init.) et iis, quae ei vicina fuerunt, usque ad c. 12, 2.

§. 1. *ὁπόσας* Mosq. *οὐ πόῤῥω δὲ ἀποφαίνουσι χωρίον, ἔνθα Κάδμου λέγουσιν* (*ὅτῳ πιστὰ*) *τοῦ δράκοντος, ὃν ἀπέκτεινεν ἐπὶ τῇ κρήνῃ, τοὺς ὀδόντας σπείραντος, ἄνδρας δὲ ἀπὸ τῶν ὀδόντων ἀνεῖναι τὴν γῆν* Vulgata. *Κάδμον — σπείραντα* Cod. Paris. 1399. *Κάδμον* etiam Mosq. *Κάδμου — σπείραντος* Cod. Paris. 1410. Hinc scripsimus *Κάδμον — σπείραντα, ἄνδρας δὲ ἀπὸ κ. τ. λ.* Sane *σπείραντα* pro *σπεῖραι*· sed post *dicendi* verba interdum ponitur Participium loco Infinitivi. vide Matthiaei Gramm. gr. 550 Not. 4. possit etiam anacoluthia participium excusari. Hoc codicis Parisini auxilio Clavier non usus retinuit Vulgatam, nisi quod *δὲ* post *ἄνδρας* eliminavit, quod Facius suaserat. Kuhnius in Vulgata haerens ut *δὴ* pro *δὲ* scriberetur censuerat. Cadmus aquam hausturus e fonte, quem draco custodit, in tab. 27 monumentorum veter. quae edidit Jac. Millingenus, et hunc draconem lapide petiturus in Millin's mythol. Galler. 595.

§. 2. Hic *λόφος*, haud dubie collis cum luco, postea §. 5. *τέμενος τοῦ Ἀπόλλωνος* appellatus et *Ἰσμήνιον* habebat *aedem Apollinis Ismenii* quae mox commemoratur. Templa et aedes deorum crebro in collibus. cf. VIII, 31 extr. *παραρρ.* — *Ἰσμηνίου.* cf. c. 9, 1. *Ἰσμηνὸς ποταμὸς κατὰ πόλιν Θήβας* Plut. de fluviis p. 433 Hutt., ubi no-

minatus dicitur de *Ismeno* Niobis filio. Aliter de hoc Apollinis cognomine Plut. de Ei p. 217 Hut. T. IX. *αὐτὸν — τὴν δέ.* Notabilis hic usus pronominis *αὐτὸς* in partitione pro *ὁ μέν*, namque hic *αὐτὸν* positum est pro *τὸν μέν.* Simillimo modo postquam duos colles commemoraverat pergit VII, 31 extr. *ἐρείπια δὲ Ἀθηνᾶς ἱεροῦ Πολιάδος ἐπὶ αὐτῷ, καὶ τῷ ἑτέρῳ ναός ἐστιν Ἥρας* pro *ἐρείπια δὲ ἐπὶ τῷ μὲν Ἀθηνᾶς Πολιάδος ἱεροῦ, τῷ δὲ ἑτέρῳ.* De utroque hoc *Apolline, Canachi opere, Ismenio et illo in Didymaeo*, iam dixit II, 10, 4. Hunc posteriorem C. O. Müller circa Olymp. LXXIII a Canacho factum putat im Kunstblatt 1821 N. 16. at iudice Meyero Canachus nonagesima quinta Olympiade floruit. v. eius Histor. art. inter Graecos I. p. 273. II. p 74. *τῷ ἐν Βραγχίδαις* abest a Mosq. *οἶδε* ante Facium, qui Sylburgii emendationem *εἶδε* in contexta transire iussit. *ὁ — χαλκοῦ*: Plinius XXXIV, 19, 14. „Canachus fecit Apollinem nudum, qui Philesius cognominatur in Didymaeo, Aeginetica aeris temperatura.“

§. 3 et 4. *Τηρεσίου* Mosq. *Henioche* in Hes. Scut. 83 et apud Sch. min. ad Hom. Iliad. 14, 323, qui ex Hesiodo sua hausit, est Creontis uxor. *τὸ δέ* vulgo. Coniuncte volebat iam Sylb. *τόδε*, atque ita dedimus. *εὐμενίδους* pro *εὖ μὲν εἴδους* Mosq. Vulgata habet distinctionem post *Ἰσμηνίῳ*· eam sublatam posui post *Θήβαις*, ut *τῷ Ἀπόλλωνι* cum *ἱερέα ἐνιαύσιον ποιοῦσιν* iungeretur. *δαφνοφόρος*· Kuhnio, qui malebat *δαφνηφόρος*, non poterat utraque forma ut obvia opponi; Cf. Schneideri Lex. gr. et sequitur continuo *δαφνηφορήσαντας*. Equidem Kuhnio quanquam laudando tamen assentiri non possum; Pausanias enim videtur hanc *ἐπίκλησιν δαφνοφόρος* ex ore vulgi accepisse; ipsum quomodo pronunciandum scribendumque esset non ignorasse patet ex eo, quod non *δαφνοφορήσαντας* sed *δαφνηφορήσαντας* paulo post scripserit, et deinde *δαφνηφορήσαντι.* Ad licentiam carminis, (fuit *τριποδοφορικόν*· v. Valck. ad Ammon. p. 98) unde hanc Pausanias formam sumserit, si malis, per me licet confugias. Alia autem huius istarum vocalium mutationis in similibus congessit exempla Lobeckius in Phrynicho suo p. 634 sqq. *φίλων* pro *φύλλων* Mosq. *εἰ μὲν οὖν — ἀνατιθέασιν.* recte, nam solis *Θηβαιγενέσι* licebat *τριποδοφορεῖν* in Ismenium. Cf. omnino Ammonius p. 70 cum Anim. Valcken. p. 96 — 98. ubi quae Ephorus tradit (adde ibid. p. 243 et Bekker. in

Mus. Antiq. Studior. p. 442 cum Mülleri Orchomeno p. 397.) nescio an vero sint aliena. *δάφνης φωρήσαντας* pro *δαφνηφορ*. Mosq. *ἐπιφανὴς — δαφνηφορήσαντι*. Quem in Ismenio illo dedicasse tripodem fertur Amphitryo apud Herodotum V, 59, diversum non fuisse putant a nostro Valckenarius d. l. et Wesselingius; sed alium fuisse illum atque hunc, ex inscriptione intelligas illius, quam affert Herodotus:

Ἀμφιτρύων μ᾽ ἀνέθηκε νέων ἀπὸ Τηλεβοάων·

nostrum autem *ἐπὶ Ἡρακλεῖ δαφνηφορήσαντι* Amphitryo sacrum esse voluerat.

§. 5. *Ἀνωτέρω τοῦ Ἰσμηνίου*· Sylburgius putabat, intelligi Apollinem Ismenium, metonymice pro Apollinis Ismenii templo. Quid vero impedit, quominus accipiamus de templo Apollinis, quod *Ἰσμήνιον* appellatum esse scimus? v. Valcken. Anim. ad Ammon. c. l. et quod paulo post Pausanias ipse ait: *τοῦτο — Ἰσμήνιον*. Mox *ἴδοισαν* pro *ἴδοις ἂν* (cf. ad X, 10, 1) et *τοῦ Ἄρεος* Mosq. *ἀνευρῶν* pro *εὑρὼν* idem. *τοῦ Ἀπόλλωνος, (τοῦτο οὖν καλοῦσιν Ἰσμήνιον) καὶ* Vulgata. Cum Clavierio scripsi *τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦτο, ὃ νῦν καλοῦσιν Ἰσμήνιον, καί*, quum Mosq. etiam *ὃ* post *τοῦτο* inserat. *Meliam* hanc etiam cap. 26, 1 dictam Pindarus Pyth. XI, 5 et Strabo IX, 413 (467) commemorant, ubi plures citantur auctores. *Τηνέρῳ — μαντικὴν δίδωσι.* Hic Tenerus *προφήτης τοῦ μαντείου κατὰ τὸ Πτῷον ὄρος* Straboni dicitur l. c. qui addit eundem ab Alcaeo vocari *ναοπόλον μάντιν δαπέδοισιν ὁμοκλέα.* adde Schol. ad Pind. Pyth. XI, 5. *εἰ δὲ* Francof. Kuhn. Fac. Clav. nescio unde; in Aldina est *ἤδη*, quod revocavimus. *ἤδη* suo loco movere etiam I, 10, 3 Porsonus tentavit.

CAPUT XI.

§. 1. *Τροφόνιον* Mosq. In hoc epigrammate Mosquensis has offert lectiones varias: *Ἀμφιτρύωνός τ᾽ ἔμελλεν ἀναθέσθαι — θάλαμόν θ᾽ εἵλξατο — Ἀγχιάσιος — Τροφόνιος.* Vulgatam nostri loci sequitur Anthologia Palatina T. II. p. 796. In Brunckii editione epigramm. legebatur *θάλαμόν γ᾽ ἐκλέξατο.* Huius autem epigramma-

tis novitatem plane prodere unam contractionem ἑαυτῷ, contendit Wolfius in Proleg. ad Hom. p. LVI. Cui assensi sunt O. Müller in Orchom. p. 243 et Hermannus in ed. Orphicor. p. 786. quanquam hic posterior secundum tertiumque versum ita corrigendum censuit: θάλαμόν οἱ ἐλέξατο τοῦτον, ὃν αὐτῷ Ἀγχάσιός τ' ἐποίησε, quod et propius accedit ad Amasaei versionem, et codicis Mosq. vitio videtur confirmari. Caeterum ne quis Pausaniam hic accuset stultitiae, Pausanias non dicit suo aevo superstitem fuisse hanc inscriptionem, sed refert de ea, quae relata audiverat, ut ipse iis, quae proxima sunt ab hoc epigrammate, clare testatur, τοῦτο μὲν — λέγουσι, quasi futuris reprehensoribus obviam iturus. Nihil autem efficiens quum diu in vocabulo Ἀγχάσιος interpretando laboravissem, Lobeckius, civis meus, per litteras consultus mihi respondit, pro Ἀγχάσιος videri Ἀγχίσιος scribendum esse; *Anchisiam* enim fuisse Arcadiae montem Orchomeno vicinum (Paus. VIII, 12), Trophonium igitur Orchomenium forsan per errorem, cuius causa idem duarum urbium nomen fuerit, Anchisium appellatum esse; fieri etiam potuisse ut sicut duo Orchomeni ita duae Anchisiae fuerint. Fuisse etiam in Arcadia fontem Alalcomenium (Paus. VIII, 12, 4) et in Boeotia pagum Alalcomenas. Haec ille: ego quoque Ἀγχάσιος corruptum et Ἀγχόϊος corrigendum putaveram; est enim Ἀγχόη Boeotiae oppidum apud Strabonem IX, 406 et Plinium H. N. IV, 12. Ex eo ipso oppido Trophonium et Agamedem oriundos fuisse, sibi persuasum habere, significavit O. Müller in Orchomeno scribens: „Trophonios und Agamedes selbst Anchasier, aus einem Orte Anchoe, zwischen Kopae und Orchomenos p. 157. auch Anchoe (Trophonios Anchasios) als Minyeisch anzuerkennen p. 222." Vellem tamen huius suae persuasionis addidisset argumentum. Hermanno probabilis videbatur nostra coniectura, desiderabat tamen testimonia; itaque Strabonis Pliniique nunc addidimus. τοῦτον μὲν — λέγουσιν Vulgata. Neutrum τοῦτον (nam neutrum posuit Pausanias) ferri non potest. Cf. et editr. Gregor. Cor. p. 72. Quare iam auctore Hartungo Goldhagenus et post hunc Facius corrigendum τοῦτο μὲν censuerunt: ita scripsi vel Sylburgio repugnante, ἐπιδεικν. — μνῆμα, cf. I, 41, 1. De *Megarae*, Thebanae, et Herculis matrimonio X, 29. p. 870 med. Mülleri Orchom. p. 208. οὐδέν τι ὁμοίως — ἢ. quam constructionem exemplis

illustrat Schaefer ad Greg. Cor. p. 131. Sic et ἄλλως — ἤ X, 26, 5. alibi καὶ pro ἤ subiungitur. v. ad I, 22, 6 adn. Pro οὐδέν τε est οὐδέν τοι in Mosq. Sed alias etiam τὶ cum οὐδὲν coniunctum reperitur, veluti VII, 23, 6. similiter apud Herodotum. v. Lex. Herod. v. τι. ἡμεραῖος Mosq. *Stesichorus*. in Geryonidi, quam citavit VIII, 3, 1. De *Panyasi* cf. X, 8, 5. ἀποκτεινύναι Vulgata. Dedi ἀποκτιννύναι. cf. VIII, 4, 4. δὲ ante ἄρα Mosq. omisit: sed δὲ ἄρα saepe coniunxit Pausanias. ὑπὸ τοῦ λίθου — ὀνομάζουσιν. Winckelmanni Descript. des pierr. grav. p. 287 n. 1768 iam citavit Facius. Hic lapis autem in ista ostendebatur regione. v. §. 5.

§. 2. εἰσὶ ἐπὶ τύπου. cf. VIII, 37, 1 et adn. ad II, 19, 6. τὰ ἀγάλματα. cf. Praef. vol. I p. XLII. μὴ τεκεῖν. „κρατοῦσαι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας, ut ait Anton. Liberal. Met. 29. Ovidius reddit (Met. IX, 294) *Brachiaque in genibus digitis connexa tenentes*. Cur autem digitorum coniunctio partum impediat, Plinius commemorat XXVIII, 6 *adsidere gravidis*, inquit, *vel quum remedium alicui adhibeatur, digitis pertinatim inter se implexis, veneficium est, idque compertum tradunt, Alcmena Herculem pariente; peius si circa unum ambove genua, item poplites alternis genibus imponi* etc. Caeterum quas autor φαρμακίδας nominat, eas Anton. Lib. *Μοίρας* fuisse et *Εἰλείθυιαν* refert: et eam quae falso partus nuncio decepit veneficas, *Γαλινθιάδα* non *Ἱστορίδα* vocat." Kuhn. Eandem hanc rem Boettiger in Ilithya tractavit. Semina fabulae sunt in Hom. Iliad. XIX, 119. τηρεσίου Mosq. ut c. 10, 3. ἐς τὰς φαρμακίδας, ἐπήκοον αὐτῶν ὀλολύξαι Vulgata. Abreschius 1 huc. p. 636. Facius et Schaefer ad Lamb. Bos. p. 274 ante ἐπήκοον inseri voluerunt ἐς· addidi ut VIII, 15, 1. p. 630. [ἐς] ἐπήκοον edidit Clav. ὀλολύξαι, verbum Homericum, de quo dicebamus ad Hellen. p. 379. μοι post αὐτῷ Mosq. omisit. sed cf. V, 16, 3. *Xenocriti* autem *Eubiique* aetatem Winckelmannus Opp. VI, 1, 37 non potuit non incertam relinquere non cognitorum nisi ex hoc loco. Hoc Herculis signum *Daedali manu* factum iterum commemoratur c. 40, 2. Caeterum corrigendum putavi ἀγάλματα (vulg. est ἄγαλμα) δέ, τὸ μὲν κτλ. Ut his quae sequuntur responderent, dicendum fuit τὸ δὲ ξόανον ὃ ἀρχαῖον Θηβαῖοί τε.

§. 3. ἐκτείνειν Mosq. Ald. ἐκτίνειν tacite in Francof. ed. correctum est. φανοῖεν pro φθάνοιεν Mosq. ἐς τὴν Περγάμου νῆσον Vulgata. Valckenarius cum Palmerio

voluerunt corrigi ἐς τὴν περὶ Σάμον ν. Mihi videbatur e Strabonis loco XIV, 639 Παράκειται δὲ τῇ Σάμῳ νῆσος ἡ Ἰκαρία noster ita restitui posse: ἐς τὴν παρὰ Σάμῳ νῆσον. sed Clavierium, qui edidit ἐς τὴν ὑπὲρ Σάμου νῆσον, hic sequi tutius visum est. ἐς τὸ Ἄγανον ante Facium. Kuhnius corrigebat Ἄργινον vel Ἀργεννον promontorium intelligens maris Aegaei excurrens usque ad Icarium mare. Quanto melius cum Amasaeo atque Camerario Sylburgius volebat Αἴγειον seu Αἰγαῖον. Hoc ipsum autem offert Mosquensis receptumque est a Facio. Similiter hoc idem vocabulum corruptum vidimus V, 21, 5. Αἰγαῖον dorice dicitur pro Αἴγειον indice Etym. M. auctore p. 28 (26). saniora dat Steph. Byz. dictum esse de fluvio *Aega* descendente e monte ubi Pythium fuit, unde etiam campus Cirrhae finitimus nominatus sit *Aegaeus*. Vitium Aldinae ἡ περὶ αὐτὴν θάλασσαν correxit Sylb.

§. 4. τὰ ἐν τοῖς ἀετοῖς absolute dictum est. ἀετοῖς nimirum τοῦ Ἡρακλείου §. 2. ἐκάθηρεν vulg. sed cf. III, 15, 3. *Antaei lucta* cum Hercule in Phil. Imag. II, 21. σφισιν ἐκ Θηβῶν ἐγένετο κάθοδος ante Facium, qui ἡ κάθοδος e Mosq. reposuit; in Aldina σφισιν ἡ Θηβῶν ἐγένετο κάθοδος legitur. Ἀθηνᾶν καὶ Ἡρακλέα κολοσσοῦ ἐπὶ λίθου τύπου τοῦ Πεντέλησιν Vulgata. Iam Sylburgius correxerat κολοσσοὺς seu κολοσσαίους, et Kuhnius ita ut transponerentur verba suaserat: ἐπὶ τύπων λίθου. Horum duumvirorum emendationes Facio, qui τύπου retinet, probatas Clavier textis intulit et in versione cum Nibbyo reddidit, iam in minorem editionem nostram receptas. Hi colossi videntur templi parieti fuisse ita inclusi, ut extra aream exstarent. ἐς τὸ Ἡράκλειον. τοῦ δὲ Ἡρακλέους γυμνάσιον ἔχεται — τοῦ θεοῦ. Nomen Ἡρακλέους nobis e margine esse importatum videbatur, Genitivo θεοῦ allitum. Caeterum constat deorum nomina pro templis eorum numini dedicatis non raro inveniri. Quod autem hic legitur ἐκ Θηβῶν ἐγένετο ἡ κάθοδος, et a Plutarcho Pelop. cap. 6. 7 confirmatur, facile conciliabis cum vulgari fama (Philoch. fragm. p. 68 sq.) quum Physe fuerit „one of the frontier castles of Attica toward Boeotia.“ Gell's Itin. of Greece p. 53.

§. 5. Σπονδίου Vulgata. In Victorii adnotationibus est σποδίου sed non ut enotatum e codicibus. In Com. Natal. Mythol. IV, 10. p. 360 casune an industria scriptum est *Spodius*; idem placebat et Sylburgio, quo-

niam mox cinericiae arae mentio fiat, et Claverio. Nos Vulgatum retinemus eodem cognomine Iovem appellatum esse *Σπονδεῖον* memores. *μαντικῇ* — *κληδόνων*. Cf. Philochori Fragm. p. 101. Wessel. ad Herod. IX, 101 et Lex. Herodot. v. *κληδών*. Facius et Clavier iota subscripserunt. *ἤδη* pro *ἢ δὴ* et *Σμυρναία* pro *Σμυρναίοις* Mosq. Posteriore loco in Francof et Kuhn. ed. recte *κληδόνων* scriptum est, in Facii autem et Clav. *κληδόνων* et in Mosq. *κλυδόνων* supra.

CAPUT XII.

§. 1. Sylburgius putabat aptius esse *Πολιέῳ* quam *Πολιῷ* quoniam perpetua tribuatur Apollini iuventus; at vero ut cum Amasaeo et Goldhageno *Canum* interpremur, nulla est necessitas, quum possit esse *Candidus*; notum est *ἔαρ πολιόν*. Sin aliud desideres cognomen, obtulerim *Πολιεῖ*. Mox *ἑορτῆς ἣ ἑώρακα τῇ πηγῇ τῆς θυσίας καὶ πεμφέντες* Mosq. Deinde *ὧδε* pro *ὅδε* idem. Ante Facium legebatur *λόγος*. *Ἀπιόντι κ. τ. λ.* is praeeunte Valckenario in not. ad Sch. in Eur. Phoen. T. II, p. 120 ed. Lips. mutata distinctione scripsit *λόγος, ὡς ἀπιόντι·* idem a Sylburgio inventum Kuhnii praetermiserat negligentia. *ἀπιόντι ἐκ Δελφῶν Κάδμῳ τὴν ἐπὶ Φωκέων*. Sylburgio videbatur legendum esse *τὴν ἐπὶ Θηβαίων* vel saltem *τὴν ἀπὸ Φωκέων*, Cadmum enim hic e Phocide in Thebaidem proficisci. *ἡ ἐπὶ Φωκέων* sane est *via in Phocidem*, ut cap. 2, 3 *τὴν σχιστὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Φωκέων*, et quum Cadmus tradatur Delphis relictis e Phocide in Boeotiam profectus esse, facile credas scriptum esse quod Sylburgius putavit. Nihilominus Vulgata nobis est tuenda: Thebani enim sunt, quorum ex ore hoc Pausanias refert hoc ipsum praemittens: *λέγεται δὲ καὶ ὅδε ὑπ' αὐτῶν λόγος*, atque hi istam viam haud dubie vulgo *τὴν ἐπὶ Φωκέων*, (v. cap. 2, 3) ut Delphi eandem *τὴν ἐπὶ Θηβαίων* vocabant. Nos sane hic *τὴν ἐπὶ Θηβαίων* scriberemus, sed ex eo non efficitur, ut ita scripserit Pausanias Thebanorum ipsam sequens narrationem. Verterim: *abeunti Delphis Phocensi via, quae Thebas ducit.* Licentia interpretum, Goldhageni *als Kadmus von Delphi durch Phocis gieng*, Clavierii *s'en allant*

de Delphes par la Phocide, Nibbyi *nel viaggio pe' Focesi* venia aliqua digna est. Valckenarius l. c. τὴν διὰ Φωκέων corrigendum putabat ex Apollodor. III, 4, 1 et Sch. Hom. ad init. Catalogi. Πελάγοντος etiam Apoll. 3, 4, 1. ἡγωμὼν — πορίας Mosq. ἐπὶ δὲ ἑκατέρας τῆς βοὸς πλευρᾶς σημεῖον ἔτι εἶναι λευκὸν Vulgata. — ἑκατέρᾳ — πλευρᾷ Mosq. cui cum Kuhnii emendatione ἐπεῖναι pro ἔτι εἶναι locum dedi in contextis; idem nunc video factum a Clavierio. Similiter ἔπεστιν ἐπ' αὐτῷ cap. 25, 2. III, 22, 8. ἔδει — ὀκλάσειν. Kuhnius tumidum illud Nonni ex Dionys. IV. apposuit: καὶ βοὸς ὀμφήεσσα χαμεύνάδος ὤκλασε χηλή, ἄστεος ἐσσομένοιο προάγγελος. Corayus malebat vel ἀποφαίνουσιν οὖν τοῦτο τὸ χωρίον exclusa καὶ, vel ἀποφαίνουσιν οὖν κατὰ τοῦτο τ. χ. ut per ellipsin explicaretur ἀποφαίνουσιν οὖν [τὴν ὄκλασιν γενέσθαι] κατὰ τοῦτο τ. χ. Neutrum nobis probatur: Pausanias vult significare: ut illum lapidem, quo Minerva Herculem petivit (cap. 11, 5), ita hunc quoque locum, ubi ἡ βοῦς ὤκλασεν, ostendunt. In Mosq. hic est verborum ordo τὸ χωρίον τοῦτο.

§. 2. ἔστι μὲν ὑπαίθρῳ ante Facium, qui ἐν post μὲν inseruit, idem voluerat Sylburgius. Porsonus, scribens ἔστιν ἐν ὑπαίθρῳ deleta μὲν non est probandus. βωμὸς καὶ ἄγαλμα· ἀναθεῖναι Vulgata. Deesse hic nomen Ἀθηνᾶς patet ex sequentibus; suum huic locum reddidimus inter ἄγαλμα et ἀναθεῖναι, unde quam facile excidere potuerit, manifestum est, praesertim quum in Mosq. ἀναθῆναι scriptum sit pro ἀναθεῖναι. Clavier scripsit καὶ ἄγαλμα [Ἀθηνᾶς]· ἀναθεῖναι. Sylburgius cum Hartungo et Amasaeo legi voluerat: ἔστι μὲν Ἀθηνᾶς ἐν ὑπαίθρῳ βωμὸς καὶ ἄγαλμα. Utram opinionem de terra et gente, unde Cadmus cum colonis profectus in Graeciam migraverit, utri Pausanias praeferendam duxerit, clarissime docet hic locus insignis τοῖς οὖν νομίζουσιν κ. τ. λ. ubi vulgo legebatur; ὅτι Σίγα κατὰ γλῶσσαν τὴν Φοινίκων καλεῖται· nos iam in minore editione scripsimus Ὄγγα pro Σίγα· idem nunc video receptum in Clavierii editionem; cuius nostrae lectionis causa breviter expedienda est. Σίγα Ἀθηνᾶ nusquam reperitur, Ὄγγαν autem seu Ὄγκαν propriam fuisse Thebanorum pluribus confirmatur testimoniis: in Aeschyli VII. c. Theb. 503 legitur Ὄγκα Παλλὰς ἥδ' ἀγχίπτολις, πύλαισι γείτων et 166: ἄνασσ' Ὄγκα πρὸ πόλεως. Scholia ad hunc Aeschyli locum et

ad Eurip. Phoen. 1069 (1062) nec non Stephanus Byz. h. v. tradunt, Ὄγκαν Minervam a Phoenicibus nominari. Sylburgius Canterum laudans quod Nov. Lect. lib. 6 cap. 10 ex Aeschylo σίγα mutaverit in ὄγκα, addit „confirmat hanc scripturam Hesychius, qui quum Aeschylus dicat πύλας ἔχων Ὄγκας Ἀθάνας, ad eum locum respiciens, ponit primum Aeschyli verba, Ὄγκας Ἀθάνας: mox subiicit ex positionis loco, τὰς Ὠγυγίας πύλας λέγει. Agnoscit idem lexicographus ὄγγα, dum scribit: Ὄγγα, Ἀθηνᾶ ἐν Θήβαις ἐπιχώριον ἐπώνυμον ἔχουσα. Priorem scripturam per κ habet etiam Stephanus; nam et ipse Ὀγκαίας πύλας ex Euphorionis Thrace affert, et Ὄγκαν τὴν Ἀθηνᾶν κατὰ Φοίνικας nominari testatur. Apollodorus istas Thebarum πύλας vocat Ὀγκαΐδας.“ cf. c. 8, 3. Aram huius Minervae et simulacrum dedicasse Cadmum tradiderunt Tzetzes ad Lycophr. 1225 et Scholia ad Eurip. l. c. ubi adeo templum Minervae Oncae a Cadmo consecratum cum inscriptione commemoratur: ἱδρύσατο ταύτην Ὄγκαν προςαγορεύσας τῇ τῶν Φοινίκων διαλέκτῳ. Ἐπιγέγραπται δὲ τῷ ἱερῷ τούτῳ·

Ὄγκας νηὸς ὅδ᾽ ἐστὶν Ἀθηνᾶς, ὅν ποτε Κάδμος
Εἵσατο βοῦν θ᾽ ἱέρευσεν, ὅτ᾽ ἔκτισεν ἄστυ τὸ Θήβας.

Addi posset virorum doctorum auctoritas Ὄγγα seu Ὄγκα legentium, et hoc nomen ab oriente ducentium, veluti Bocharti in Chan. p. 827, Seldeni de diis Syr. p. 295, Jablonskyi T. I. p. 244 de Wat. Simsoni in Chron. cathol. A. M. 2555 cum anim. Wessel. et aliorum in Stephani Thes. Vol. I. Part. II. Lond. ubi haec vox *prominens, excelsa*, Ἄκρία, Ἐπιπυργῖτις explicatur praeeunte Valckenario, qui in Not. ad Eurip. Phoen. 1068 opinatur, Minervam quoque Πολιάδα, Πολιοῦχον, Ῥυσίπτολιν ita dici potuisse. O. Müller in Orchom. p. 121 miratur, (cur, paulo post aperietur), quod Minervam *Oncam* interpretantes pagi Thebani Oncarum non meminerint, ubi huius deae simulacrum fuerit, testantibus Scholiis ad Pind. Ol. 2, 39 et Tzetza ad Lyc. 1225. Item in Phavorino legitur: Ὄγκαι, κώμη τῆς Βοιωτίας, ὅθεν ὀγκαία ἡ Ἀθηνᾶ· τιμᾶται γὰρ ἐν Ὄγκαις. Ὀγκαία Ἀθηνᾶ λέγεται, ὅτι ἄγαλμα ἐν Ὄγκαις ἔχει, κώμῃ τῆς Βοιωτίας, ὃ τὸν Κάδμον ἱδρύσασθαι αὐτῇ φασιν. Satis videmur dixisse de causa lectionis a nobis receptae; scripsimus autem non Ὄγκα sed Ὄγγα, quia in Mosq. est Σίγγα; ΟΓΓΑ autem facile in CΙΓΓΑ depravari potuit. O. Müller l. c. cognomen hoc Minervae apud Thebanos Ὄγγα,

sed origines eius Aegyptiacas, Phoenicias, Ebraicas (de quibus multa in Creuzeri Symbol. II, 699) in dubium vocat cum ipso Phoenicio genere Cadmi, quem *deum Tyrhenicorum Pelasgorum neque a Cadmilo Samothracum diversum* fuisse existimat, *Oncas has Thebanas* animo coniungendas putans cum *illo Onceo Arcadiae* apud Pausaniam VIII, 25, 5. Σάϊς. cf. ad II, 36, 8 adn. sed pro οἱ Σάϊς in Mosq. οὐσαῖς scriptum est.

A §. 3 usque ad cap. 16, 5 extr. videtur quae in arce erant, recensere.

§. 3. καθ' ὅ, τι pro καθότι volebat Coraÿus. θαλάμον pro θαλάμων Mosq. *Musae in his nuptiis canentes* apud Theognidem v. 15, qui Gratias addit. *Onassimedes* nobis ignotus. Διόλου ante Facium qui Sylburgio Kuhnioque auctoribus δι' ὅλου scripsit *totum aere plenum*; alibi διαπαντός. Facius citavit VIII, 31. 46. sed locus nostrum illustrans est III, 17, 6. Διὸς ἄγαλμα δι' ὅλου οὐκ ἔστιν εἰργασμένον, ἐληλαμένου δὲ ἰδίᾳ τῶν μερῶν καθ' αὑτὸ ἑκάστου, συνήρμοσταί τε πρὸς ἄλληλα, καὶ ἧλοι συνέχουσιν αὐτά. Mox τὸν Κάδμον δὲ οἱ παῖδες — Πραξιτέλους Vulgata. E Mosq. dederam τὸν βωμὸν δὲ οἱ κ. τ. λ. quod nunc in Clavierii quoque editione invenio. *ara Bacchi* intelligitur. *Cadmum pictum* habet Plinius XXXV, 37 et 40. de *Cadmi statua* non memini me legere. De *Praxitelis filiis* v. indices in Winckelm. Opp.

§. 4. Cum hoc loco de *Pronomo Thebano* cf. omnino Athen. XIV, 631, e et Animadv. Anthol. Pal. T. II, p. 633. Facius citavit Salmasii Exerc. p. 119. In Cambr. Classic. Research, June 1815 p. 82 contenditur, hunc Pronomum tertio ante Christum saeculo vixisse Pytharati tempore, qui 272 a. C. Archon Athenis fuerit, et argumentum petitur a titulo in Sponii Itiner. T. I, p. 399 Amstel. quod aperte pugnat cum Pausan. IV, 27, 4 ubi in condenda Messene dicuntur τὰ Σακάδα καὶ Προνόμου μέλη προαχθῆναι ἐς ἅμιλλαν. atqui Messene aedificata est statim post Leuctricam pugnam, quae incidit in Olymp. 102 i. e. annum ferme 370 ante Chr. ἐπαγωγότα Mosq. pro ἐπαγωγότατα, de quo cf. ad I, 34, 3. ηὔλουντο pro ηὔλουν τὸ Mosq. διάφοροι δὲ αὐτῆς Mosq. Ald. Francof. Sylburgii emendationem αὐτοῖς Kuhnius tacite adscivit. ἐν αὐλοῖς ηὐλεῖτο cur Facio fuerit offensioni, ut ἐν delendum censeret, non intelligitur, quum ἐν αὐλοῖς sit idem

quod ὑπ' αὐλοῖς, ut Sylburgius iam monuit, et Pausanias, ut constat, variare soleat orationem. Manus Pausaniae restituetur, si ὃς πρῶτος μὲν scripseris, nam sequitur πρῶτος δέ. in hoc loquendi genere μὲν hic illic oblitteratum est. v. adn. ad I, 43, 2. VI, 8, 1. IX, 31 extr. ἁρμονίαν pro ἁρμονίας Mosq. εἴχοντας Ald. τοσοῦτο pro vulgato τοσοῦτον Mosq. ὑπ' αὐτοῖς ηὔλησε τοῖς αὐλοῖς Vulgata. Schweighaeuser ad d. l. Athen: volebat τοῖς αὐτοῖς pro ὑπ' αὐτοῖς. nos ὑπ' αὐλοῖς ηὔλησε τοῖς αὐτοῖς scribi debere existimavimus, dubitantes tamen cum illo, an ὑπ' αὐλοῖς αὐλεῖν Graeci dixerint. λέγεται — θέατρα. Hoc est μορφάζειν in Xenoph. Symp. VI, 4, ubi est de saltatrice. In locum Vulgatae καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς substitui Sylburgii correctionem καὶ ἔτι τ. π. idem nunc legimus in Clav. ed. Porsonus et post hunc Jacobsius ad Philostr. Imag. p. 337 malebat καὶ τῇ τοῦ π. scribi; ᾆσμα πεποιημένον ἐστὶν ὡς προσῴδιον ἐς Δῆλον τοῖς ἐπ' Εὐρίπῳ Χαλκιδεῦσι Vulgata. Scripsimus προσόδιον ut V, 19 extr. idem hic voluit Corayus. Deinde ante προσόδιον putamus ὡς, pro quo Mosq. ἐς habet, natum illud, ut videtur, ex sequente ἐς, delendum esse. Denique videtur ἐπὶ τῷ Εὐρίπῳ legendum esse ex V, 23, 1 extr. VI, 13, 4. adde adn. ad V, 25, 1. καὶ Ἐπαμινώνδαν· Ad hanc *Epaminondae statuam* post digressionem redit cap. 15, 4.

CAPUT XIII.

§ 1. ἀποδεῖ pro ἀπέδει Mosq. διδάγματα δὲ αὐτὸς τά τε ἐπιχώρια ἔμαθεν scribendum esse Facius sibi persuasit. δὲ probo iam a Sylburgio commendatum, non item αὐτός. Kuhnius aberravit ad αὖθις, quasi dicere scriptor voluisset, non tantum nobili genere natus erat sed didicit etiam, quum tamen apertum sit, haec διδάγματα αὐτοῖς ἐπιχώρια opponi Pythagoricae philosophiae, cuius discendae causa non Thebanorum aliquem sed Tarentinum Lysin adiit. καὶ ὡς ἤδη μειράκιον ἐφοίτησεν ὡς Vulg. Facius post καὶ et μειράκιον distinxit monitus a Sylburgio, qui vel ὡς — μειράκιον pro parenthetico enunciato habendum, vel prius ὡς delendum putabat. Porsonus optionem dat eligendi utrum velis καὶ ἤδη μειράκιον ὄν, an καὶ αὐτὸ ἤδη μειράκιον, quorum posterius priori anteponen-

dum est, atque hoc ipsum dedit Clavier, ὧν enim peccatum operarum est. Secundum Cyrillum seu Philoponum *Αυσὶν* scribendum esset. Articulus ante *Πυθαγόρου* videbatur perperam intrusus esse. *ἡνίκα — κινδύνου.* Huius Lacedaemoniorum ac Mantinensium belli mentio iam facta est VIII, 8, 5. Pro *ἐπαμύνειν* est *ἀμύνειν* in Mosq. sed *Λακεδαιμονίοις ἐπαμύνειν* videtur esse *Λακεδαιμονίοις ἀμύνειν ἐπὶ Μαντινεῖς* ut X, 30 extr. *εἰρήνην — καλουμ.* cf. cap. 1, 3. *τὴν* post *εἰρήνην* abest a Mosq. *ἤρετο* Mosq. Ald. Σπαρτιᾶτα Vulg. Restitui *Σπαρτιᾶται* e Mosq. idem est in Clav. ed.

§. 2. usque ad finem capitis de *bello Leuctrico.* Bellum hoc scripserat *Hegemo.* v. Stephan. Byz. v. *Ἀλεξάνδρεια.* De *Leuctris* Boeotiae pago Mannert. Geogr. VIII, 238. In Plutarchi Erotic. p. 501 Frob. dicuntur *κώμιον τῆς τῶν Θεσπιέων χώρας.* adde Gell's Itiner. of Gr. qui locus ad cap. 26, 4 afferetur. Mirum quod quae in Porsoni Annotatis invenitur lectio *ἐξῆπτο — πόλεμος,* eadem in margine ed. Clavier. repetita est. Est lusus ingenii tacite Sylburgium imitans, nobis non probatum, *ἐξήρθη πόλεμος* defendentibus ad IV, 4, 3. Ut *ἐγείρειν,* ita et *ἐξαίρειν πόλεμον excitare, movere bellum* videntur dixisse; *αἴρεσθαι* de *flamma* legimus cap. 3, 4. *καὶ* inter *αὐτῶν* et *τῶν* deest in Mosq. *ὑπὲρ — λίμνης* „Die Engen von Koroneia zwischen diesen Bergen (Leibethrion und Helikon) und dem See hatte Epaminondas eingenommen" O. Müller in Orchom. p. 70 testibus praeter Nostrum usus Diodoro XV, 52 et Xenophonte Hell. IV, 3, 15. *Cephissis palus* eadem quae *Copais.* vide cap. 24, 1. *Κηφισσίδος* Mosq. ut est in Vulgata cap. 34, 4, et in Hom. Iliad. V, 709. *ταύτης* pro *ταύτῃ* Mosq. *δὲ* post *Κλεόμβροτος* desideratur in Mosq. *Ἀμβρυσοῦ* Vulgata. *Ἀμβρωσσοῦ* Mosq. *Ἀμβρώσσου* Ald. *προπαροξύνεσθαι* monuit Scholiasta Apollon. I, 54 et ita scribitur apud Pausan. IV, 31, 5, X, 3, 2 atque in Steph. Byz. Litera sibilans male geminatur iudice Brunckio in not. ad l. c. Apollon. cf. adn. ad X, 36, 1. *Ἀμφρύσου* est in Orph. Argon. 190. *διετέτακτο φυλάσσειν* ut *ἐπορῶν διατέταγμαι* Her. I. 110. *τοὺς παρόδ.* Mosq. *Λεῦκτραν* Mosq. *λῦκτρα* Ald. cf. ad II, 19, 4. *πρὸ τῶν* contractum in *πρώτων* in Mosq. *καλλιερεῖν.* Sylburgii interpretationem in latina versione posui. *ἡγεμόνες τῆς πορείας* etiam IV, 22, 1. IX, 12, 1. ut apud Longum p. 99 Schaef. *ἡγεμὼν ὁδοῦ,* et Herodotum, v.

Lex. Herodot. Pro κατοιάδας, quod vocabulum praetermisit Meursius in Laconicis, Sylburgius credidit legi posse ἀγοιάδας, παρὰ τὸ ἄγειν τὰς ὄϊς, quum eas ἡγεμόνας dicat scriptor. Alii quoque hoc vocabulum ab ὄϊς ducendum existimant, ut sint *ovium duces*; sed profectum potius videtur ab οἴω, fero unde οἶμος, οἴμη, *via* forsan ex οἴη, οἶα, unde *via*, v. Ruhnken. Auct. ad Hes. 721. Lennep. Etym. Not. ad Varron. p. 288. Bip. Ergo κατοιάδες nil erit nisi κατάγουσαι· sic κατοίσεται, κατάξει Hesych. κατὰ in illo composito redundat non item in hoc, ut docet κατάγειν, quod est etiam: *versus, in locum aliquem ducere*. ὁρμήσαντες ἐς τὴν ποίμνην λύκοι τοῖς μὲν προβάτοις ἐγίγνοντο οὐδὲν βλάβος, οἱ δὲ τὰς αἶγας τὰς κατοιάδας ἔκτεινον. Hic locus simillimus est Herodoteo VII, 125 λέοντές οἱ ἐπεθήκαντο τῇσι σιτοφόροισι καμήλοισι. καταφοιτέοντες γὰρ οἱ λέοντες τὰς νύκτας, καὶ λείποντες τὰ σφέτερα ἤθεα ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἅπτοντο οὔτε ὑποζυγίου οὔτε ἀνθρώπου, οἱ δὲ τὰς καμήλους ἐκεράϊζον μούνας. Sylburgius p. 926 ed. Kuhn. ait, in nostro loco οἱ δὲ nihil significare nisi ἀλλά. Equidem ubi particulae μὲν et negationi subiungitur ὁ δὲ, referendum ad praecedentem Subiecti Nominativum, puto id spectari, ut hac Subiecti repetitione perspicuitas adiuvetur orationis, et a nobis reddi posse *sondern er*. Cf. Paus. X, 28, 2. Herod. I, 196. Neque dissimilis est ratio loci VIII, 1, 2, ubi in ἔπαυσε latet negatio, ut sit τούτους μὲν οὐκέτι εἴασεν ὁ Πελασγὸς σιτεῖσθαι ῥίζας. quanquam et negatione nulla praecedente δὲ cum pronomine repetitur, ut Herod. I, 171 extr. Sic et ὁ δὲ Apollod. 3, 5, 7. In Mosq. est ὡρμήσαντες — ἐγίγνεντο.

§. 3. μήνιμα de Deum heroumque ira saepe immortali proprie. v. Valck. ad Herod. VIII, 169. Hic cum ἐκ et ἐς constructum est: interdum est *ultio, poena* quam illi sumunt. cf. X, 32, 7. De hoc *Scedaso* eiusque filiabus cf. Plut. Erot. 501. et Pelop. 20. Diod. S. XV, 54. add. Plut. de Herod. mal. 669. Λεύκτραν Mosq. Locus simillimus huic θυγατέρες — Ἱππώ est c. 36, 1, ubi v. adn. pro *Μολπία* est in Plut. Erotic. cap. 3 *Μιλητία*. Scedasi filias, quae duae erant, βιάζονται Παραθεμίδας καὶ Φρουδαρχίδας καὶ Παρθένιος secundum Vulgatam, sed in Clav. ed. βιάζονται παρὰ Θέμιδα, Φρουδαρχίδας, καὶ Παρθένιος legitur et redditur *au mépris des lois.* χαλεπὴ οὕτω καὶ παράνομος πρᾶξις vocatur a Plut. l. c.

Nos scribendum *παρὰ θέμιδα* et interpretandum putamus: *vim inferunt iura divina violantes.* In Plutarch. l. c. *δύο Σπαρτιᾶται νεανίαι* id dicuntur commisisse. sunt qui haec ficta putent nomina. *ὕβρεος — αὐτὰς* Mosq. qui deinde *ὁ* ante *Σκέδασος* omittit; idem pro *γὰρ ἐλθόντι* dat *ἐλθών*. Sylburgius suspicatus erat, malle fortasse quempiam *οὕτως* quam quod Vulgata praebet *οὗτος*, atque *οὕτως* videmus etiam in contextum editionis Clavier. translatum, sed, me quidem iudice, male, vide quae adnotata sunt ad I, 19, 4 de hoc loquendi genere, non semper agnito, veluti in VIII, 43, 3. *αὐτὸν* pro vulg. *αὐτὸν* Mosq. *τοῖς παισὶν* Vulg. Scribendum fuisse *ταῖς παισὶν* Sylburgius quoque animadverterat. *ἐνήγιζέ τε καὶ ηὔχετο* Vulgata *εὐαγίζεται καὶ εὔχεται* Mosq. Hinc nos scripsimus *ἐναγίζει τε καὶ εὔχεται.* Sylburgius pro *ἐκείνῳ* voluit *ἐκείνων*, sed ut *τιμωρεῖν τινι* (Herod. I, 103) ita *τιμωρία* recte cum Dativo eius, cuius in gratiam ultio sumitur ab aliquo. *οὐ κατὰ — ἀλλήλων.* Similiter loquitur VIII, 51, 3 et de hoc parallelismo ad VIII, 38, 1. *ἀλλήνων* Mosq. *ἤρησκε* idem. v. de h. v. ad § 4. *Μαλκίτᾳ* forsan legendum e Plut. Pel. 35. *Μάλγιδι* Vulg. Kuhnius cum Clav. malebat *Τιμαρχίδῃ*. Deinde *Δαμοκλίδας — ἔων* pro *εἴων* Mosq. *Δαμοκλείδης* minus bene Plut. Pelop. 8. sed cf. ibi cap. 11. *ἐκέλευον — ὡς πολιορκησομένους αὐτοὺς παρασκευάζεσθαι* prorsus ut apud Herodotum V, 34 *παρεσκευάσαντο δὲ ὡς πολιορκησόμενοι.* ubi Schweigh. in Lex. Herod. adnotavit, Futurum Medii *Jonico more* passiva notione pro *πολιορκηθήσομ.* positum esse. At idem Futurum Medii passive positum reperitur in Xenoph. Cyrop. VI, 1, 11 (15). Hellen. VII, 5, 18, et vide quos citavit Matthiae in Gram. gr. § 496, 9. add. Paus. IX, 25, 6. Theoc. I, 26. Xen. Anab. Bornem. 694. *προςγινομένου δὲ ψήφου τοῖς περὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν τοῦ ἑβδόμου* Vulg. Anonymus voluit *ὁμοψήφου* seu *συμψήφου*, Sylburgius autem *ψήφῳ calculi suffragio, sua sententia;* quod recepi. Apud Herod. VI, 110 est: *προςγενομένης δὲ τοῦ πολεμάρχου τῆς γνώμης.* unde hic forsan *προςγινομένης δὲ ψήφου* scribendum fuit. *Βοιωτάρχων* Vulg. sed cf. c. 15, 1. Liv. 33, 27 cum Polybio ibi citato. Thuc. 4, 91, ubi Schol. *βοιωτάρχος* et *βοιωτάρχης* affert. Ex eodem hoc Thucydidis loco discimus, *undecim* boeotarchas fuisse quod repetit Sch. ad Thuc. 2, 2. Livii locus 42, 43 obscurior videtur. Quibus circumdata erant verba *ὄνομα — Βραγχυλλίδης* parentheseos signa sustuli. *Βρα-*

γυλλίδης malebat Kuhnius. cf. Livius 33, 27. προστίθεσθαί τινι *assentiri alicui, ire in alicuius sententiam.* Sic et Herodotus. v. Lex. Herodot. γνώμην addit Plut. Pelop. 20. προςθεμένους Mosq. τῷ δὲ Ἐπαμινώνδᾳ καὶ ἐς ἄλλους Βοιωτῶν ὕποπτα ἦν· Haec primum legenti possit oriri suspicio, legendum esse vel ὑποψία ἦν, vel τὰ ἐς ἄλλους Βοιωτῶν ὕποπτα ἦν. Sed Neutrum ὕποπτον et ὕποπτα habet etiam significationem *suspicionis*; de qua re dicebamus ad IV, 22, 3, ubi est σχόντες δέ τι καὶ ὕποπτον ἐς αὐτόν, et attulimus illud Euripidis: εἰς ὕποπτα μὴ μόλῃς ἐμοί, quod etiam Pluralem nostri loci tutum praestat. adde Plutarch. Cleom. 36. Thuc. 6, 89. Simile est ἐκλιπὲς et ἐλλιπὲς apud Thuc. 4, 52. 55.

§. 4, Ὡς δὲ κτλ. „Quid? Lacedaemonios, iniuste imperantes, nonne repente omnes fere socii deseruerunt spectatoresque se otiosos praebuerunt Leuctricae calamitatis?" Cic. Off. II, 7, ubi Beier similem Isocratis locum citat. τὸν πρὸ τοῦ χρόνου Vulgata. Corrigendum esse χρόνον Sylburgius Kuhniusque iam monuerant, et nos scripseramus. In Clav. ed. idem factum: similiter VIII, 24, 4 τὰ πρὸ τοῦ· ubi de corruptione huius formulae monitum est; hic quoque Facius de τούτου cogitavit, sed πρὸ τοῦ seu προτοῦ esse *antehac*, notum est. Cf. Thuc. I, 103. Aristoph. Plut. 1006. neque in Herodoto non reperitur. v. Lex. Herod. ἀρέσκομαι et ἀρέσκω, quod erat §. 3, eodem modo inveniuntur apud Herodotum. v. Lex. Herod. προφέροιντο Mosq. Ald. sed προςφέρεσθαί τινι ut ἐπιφέρεσθαι πρός τινα IV, 16, 2 de *iis, qui aliquem aggrediuntur.* cf. Lex. Herod. T. II. p. 254. δ' post Θηβαῖοι abest a Mosq. γυναικῶν δὲ ante Facium qui δὲ in τε mutavit. Post ἐνταῦθα Mosq. inserit καὶ (Facius e Mosq. καὶ τοὺς ταλαιπωρουμένους enotavit) et deinde ita ordinat ἀνάγκη ἐπελάμβανε μή. Idem αἴσχιστον — πολεμίοις omisit. Θηβαίοις μὲν ἡ νίκη κατείργαστο ἐπιφανέστατα πασῶν ὁπόσας — ἀνείλοντο Ἕλληνες. Vulgata. Scripsi ἐπιφανεστάτη. Sic IX, 1, 4 νίκην τῶν τότε ἀνείλοντο ἐπιφανεστάτην. X, 6, 1. νικῶσι ἐπιφανεστάτην νίκην ὁπόσας γενομένας Ἕλλησιν ἴσμεν. Hanc correctionem Sylburgius iam suaserat. θάψαντες Mosq. Sed ut hic διανοεῖσθαι ita apud Herodotum ἐξάγειν, διαβαίνειν. ἐπιέναι construitur cum ὡς et Participio Futuri VI, 91. 28. IX, 58 (59). Eadem constructio post verbum παρασκευάζεσθαι paulo ante §. 3. ἀποστέλλουσι κήρυκα ἐς

τοὺς Θηβαίους· similiter ἐς non semel apud Herodotum v. Lex. Herod. sed praecipue ubi plures seu multi ad quos mittitur cogitantur. ἐπιστάμενος — πεφύκασιν. His illud IV, 11, 5 τοὺς δὲ — ἀριθμῷ illustratur. ἐπεὶ pro ἐπὶ Mosq. Post ἐκείνοις in Clav. ed. ἀνελομένοις insertum legitur, quod ut a codice oblatum recepimus. ᾔξιουν ante Facium, qui ᾔξίου scripsit: ita non tantum Kuhnius sed Sylburgius etiam correxerat ob praecedens ἔφασκεν. E Mosq. οὐδὲν pro vulg. οὐδὲ ante ἀρχὴν dedi. Fortasse est qui οὐδένα malit. ἐξελήλεκτο Ald. Sylburgius addit, cum γ scriptum ex Camerario. ἐξελέλεγκτο Mosq. ἀπέθανον κ. τ. λ. De *numero occisorum* Kuhnius ita: „Diodorus (XV, 56) 300 Thebanos et Lacedaemoniorum 4000 desiderata refert. Dionysius Hal. χιλίους ἑπτακοσίους Spartanos cecidisse vult lib. 2 A. R. Xenophon *septingentos* Lacedaemonios (imo Spartanos) proelio interfuisse, et ex illis 400 caesos tradit in hist. Graeca.“ lib. VI. c. 4 discernens Lacedaemonios et Spartanos et ex illis circiter 1000 ex his autem 400 occisos referens. adde Meursii Regn. Lac. cap. 18. ἄνδρας pro ἄνδρες Mosq.

CAPUT XIV.

§. 1. Καὶ μὲν δὴ παραυτίκα Vulgata. Mosquensem lectionem τὸ μὲν δὴ π. praetulit etiam Schaefer in notis ad Dionys. Hal. παρ' αὐτίκα ante Facium. Sylburgio et Porsono ἤκουεν recte melius videbatur quam vulgatum ἤκουον. Similiter cap. 13, 4 ᾔξίου in ᾔξιουν corruptum vidimus. Pro τύχην est ψύχην in Mosq. Κηρεσσός „On a lofty, bare, conic rock is a tower, possibly the site of the strony fortress *Ceressus*, or of *Ascra*“ Gellii Itin. of Greece p. 121. ἐς τὴν Sylburgius ait accipiendum esse pro ἐν τῇ ut IV, 9, 1, vel scribendum γῆς τῆς. Facio magis placebat ἐν τῇ, atque hoc in contextum ed. Clav. migravit. Θεσπιαίων Mosq. ἀνάσκευάζεσθαι ut ἀνοικίζεσθαι positum IV, 9, 1. Hoc pertinet ad incursiones Thessalorum in Phocidem, de quibus v. X, 1. πειρωμένους Mosq. ἑλεῖν — ἐφαίνετο ἐλπίδος κρεῖσσον *maius spe*, i. e *capere desperarent*; de hoc loquendi genere ac similibus Viger. c. III, sect. II, reg. V, n. 76. cum Herm. adn. Ἄλιοιον Mosq. Ἀλήσιον οὖδας est *ager ad montem*

Alesium, qui prope Mantineam fuit. vide VIII, 10, 2. καί μοι τῶν Σκεδάσου μέλετον δυςπενθέε κοῦρα Vulgata. „Scribendum procul dubio τώ, Attica generis enallage pro τά: ut apud Isocrat. τὼ πόλεε τούτω. Plato: τούτω τὼ τέχνα. Xenoph. ἄμφω τούτω τὼ ἡμέρα (adde quae congessit Fischer ad Weller. T. I, p. 316). Pro δυσπενθέε, quod sequitur, Camerarius in Epigrammatum editione habet πολυπενθέε." Sylb. δυςπενθέε *graviter lugentes*. Fortasse pro κούρειον est κούρων legendum. ὀλέσασιν Mosq. Ald. αἴσημον Mosq.

§. 2. ὁ Ἐπαμ. pro ὡς Ἐπ. Mosq. Estne καταφυγόντας et postea ἑκουσίους legendum? De his Μαντινέας — πόλιν dixit scriptor VIII, 8, et de his τὰ δὲ πολίσματα — πόλις VIII, 27, 2. Hic ἐπιλαμβάνειν cum Genitivo, cui alias ἐπιλαμβάνεσθαι iungitur, est hic *assumere aliquid imperii*, *imperio tempus aliquod addere*. ὁ ante οὖν omisit Mosq. μαχουμένους idem. ἐδήλωσε τὰ κ. τ. λ. nimirum IV, 26.

§. 3. Ἐν τούτῳ οἱ vulgo. Ἐν τούτῳ δὲ οἱ e Mosq. etiam Clavier. παραστῆσαι cum Dativo personae sequente Infinitivo *mentem dare* (de diis Dem. de Cor. init.) *adducere ad credendum*, *intelligendum*, *faciendum* Paus. IV, 19, 1. ἐπαγαγεῖν Vulgata. Auctore Sylburgio ἀπαγαγεῖν scripsi. Eadem horum verborum confusio notata est I, 8, 5. Λέχεον — διεξιέναι Mosq. ὁ δὲ αὖθις ut I, 25, 5. adde adn. ad IX, 5, 2. Antea ἐπιχειρεῖ τῆς Θηβαίοις Ald. Athenienses in agro Corinthio a Thebanis tum victos narrat etiam Plutarchus Pelop. 24.

§. 4. δίκην ἔφευγεν ὑπὲρ θανάτου vereor ne Kuhnius iniuria reprehenderit dicens alias περὶ θανάτου, vel τὴν θανάτου usitatius esse, parumque apte addiderit; *sed Nostri stylus habet sibi propria*. Nihil, puto, remanet singulare, si interpretamur ὑπὲρ θανάτου *propter mortem* i. e. *propter supplicium mortis seu capitis*; i. e. *ut morte multaretur*, namque accusatus est, ut extremo afficeretur supplicio. Caeterum de hac accusatione cf. et Plut. Pelop. 24. 25.

CAPUT XV.

§. 1. Ad *δήσας εἶχεν* Kuhnius nullo iure desiderabat *ἐν φρουρᾷ* seu *ἐν φυλακῇ*. similiter dixit scriptor cap. 16, 4 *αἰχμαλώτους ἄνδρας ἐχομένους ὑπὸ Θρακῶν*. Quod Vulgata offert *ὑπεξιέναι παραυτίκα ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὥρμηντο* iam Sylburgio fuit offensioni, ut de correctione *ἐπεξιέναι* cogitaret respiciens locum cap. 14, 3. idem in mentem venit Corayo; nos suum Pausaniae reddidimus. *ἡγεμόνα μὲν οὖν τῆς ἐξόδου Κλεομένη, καὶ ὑπ᾽ αὐτὸν ἐποιήσαντο βοιωταρχοῦντα ἐν τῷ τότε τὴν στρατείαν* Vulgata. *οὖν* cum Mosq. omisi. *Κλεομένην* hic tacite et sine codicis auctoritate Facius scripsit. cf. adn. ad I, 1, 5. *τὴν στρατείαν* abest a Mosq. atque etiam a Clavierii editione. Quo factum est, ut caperentur coniecturae; atque in Clavierii quidem editionis margine proponitur *ὕπατον* pro *ὑπ᾽ αὐτόν*. Corayus autem suspicabatur excidisse nomen proprium alterius Boeotarchae et Cleomenis collegae, atque in locum eius substituta esse verba *ὑπ᾽ αὐτόν*. Vacuum igitur relinquens huius nominis locum inventu difficilis, quae reliqua sunt ita legenda censet plurali numero: *Ἡγεμόνας μὲν οὖν τῆς ἐξόδου Κλεομένην καὶ* [ ] *ἐποιήσαντο, βοιωταρχοῦντας ἐν τῷ τότε*. quae emendationes satis probabiles sunt, nam paulo post plures Boeotarchae interfuisse expeditioni dicuntur, quanquam quod sequitur *γεγονυίας ἐκτὸς Πυλῶν οἱ δυνάμεως* unum nos iubet cogitare ducem. Nos quoniam tutiora sequenda sunt, nihil mutamus nisi *στρατείαν* in *στρατιάν*, quod Sylburgius Kuhniusque iam suaserant; atque hoc ipsum *στρατιὰν* est in Aldina. Sensus est: *ducem expeditionis Cleomenem fecerunt eique tunc temporis Boeotarchae exercitum subiecerunt.* Ergo Cleomenes et Boeotarcha et dux copiarum fuit. *ἡγεμὼν τῆς ἐξόδου* est: *qui suis consiliis expeditionem regit*, is autem *ὑφ᾽ ὃν ἐποιήθη ἡ στρατιά*, est *στρατηγός*. Similiter Gelo Graecis certa conditione auxilia promittens ait *ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε τάδε ὑπίσχομαι, ἐπ᾽ ᾧ στρατηγός τε καὶ ἡγεμὼν*] *τῶν Ἑλλήνων ἔσομαι πρὸς τὸν βάρβαρον* apud Herod. VII, 158. *ἔξοδος* de expeditione militari etiam in Herodoto V. Lex. Herod. *ἡγεμονία* penes unum boeotarcham fuit (Thuc. 4, 91), *στρατηγοὶ* et *Βοιωτάρχαι* distinguuntur in Plut. Dem. cap. 18. *ὑπ᾽ αὐτὸν* et *ὑπ᾽ αὐτῷ ποιεῖσθαι* promiscue. *γεγονυίας δὲ ἐκτὸς πυλῶν οἱ τῆς δυνάμεως*. Esse *οἱ* ad Cleomenem referendum, Facius iam monuit,

idem non recte probavit Sylburgium indicantem: „Verius cum Amasaeo leges ἐντὸς Πυλῶν. quia enim mox dicit ἐν δυσχωρίαις, apparet militem Thermopylarum angustias nondum egressum fuisse.“ Vulgatam optime defendit Wesselingius ad Diod. S. XV, 71 docens, gestam rem esse in Thessalia, quae ἐκτὸς Πυλῶν, sicut reliqua Graecia ἡ ἐντὸς Πυλῶν Ἑλλὰς seu ἐντὸς Θερμοπυλῶν appelletur, ut X, 21, 1 extr. adde I, 1, 3. οἱ Βοιωτάρχαι· plures quidem sequebantur exercitum sed sine imperio, quod penes Cleomenem fuit; qui militum dux quum expers consilii de eorum salute desperaret, in eius locum alius Boeotarcharum poterat debebatque succedere, sed hi quoque quo se verterent non habentes ut Epaminondae duci facto imperium traderetur concesserunt. ἐθάῤῥει. „Ut hic sine praepositione legitur ἐθάῤῥει τὸν πόλεμον, sic apud Synesium ἐθάρσησε τὴν ὁδὸν *ausus est iter suscipere*, et Philostr. θαρσεῖν τὰς αἰχμὰς τῶν κεράτων *fidenti animo acutas cornuum cuspides excipere.*“ Sylb. Similiter θαρσέειν πάντα apud Herodot. VII, 50. Πελοπίδην Mosq. Rem h. l. narratam pluribus refert Plutarchus Pelop. 27 sqq. quanquam paulo aliter: idem huius Thebanorum exercitus ἄρχοντας commemorat.

§. 2. Ἕως δὲ ἀπῆν Vulgata. ἐνὸ ὧδε ἀπῆν Mosq. ex quo Ἐν ᾧ δὲ ἀπῆν erui. Tempus, quo *urbs Orchomeniorum capta et eversa* est per Thebanos, iam indicavit IV, 27, 5. Wesselingius ad Diod. S. XV, 79 ex nostro loco colligit, Orchomeniis hoc accidisse infortunii, quo tempore Epaminondas absens fuerit bello Thessalico, ut Pelopidam liberaret, occupatus. Eorum utrumque absentem fuisse, etiam Plutarchus significat Comp. Pelop. c. Marcel. c. 1. συμφορὰν δὲ τὴν ἀνάστασιν τοῖς Ὀρχομενίοις ἐνόμιζεν Vulgata. τῶν Ὀρχομενίων rectius videbatur esse Sylburgio, atque ita scriptum est in Clav. edit. At Genitivi locum saepe obtinet Dativus in his Pausaniae commentariis. Si quis nostro contulerit locum simillimum VI, 3, 2 similiter sollicitatum, et quae ibi adnotata sunt, is sibi persuaderi non patietur, opus esse correctione, hunc Dativi usum valde frequentem esse apud Pausaniam aliosque animadvertens. Ad Thuc. 5, 98 οἱ τοξόται εἶχον τὰ βέλη αὐτοῖς scholiastes αὐτοῖς pro αὐτῶν vult etiam atticum esse idioma. ὡς δὲ βοιωταρχεῖν οὐδεὶς ᾕρητο, καὶ στρατὸς Βοιωτῶν ἀφίκετο αὖθις ἐς Πελοπόννησον Vulgata, unde Müller in Orchom.

p. 404 concludit, nullos interdum fuisse Boeotarchas, sed vitii suspecta est Vulgata. ᾑρεῖτο et στρατῷ Mosq. Kuhnius pro οὐδεὶς volebat ὅδε, *ille*, Epaminondas scilicet. In Clavierii ed. pro οὐδεὶς scriptum est αὖθις. quod probandum foret nisi paucis verbis interiectis eadem haec vox repetita legeretur. Goldhagenus tamen idem fere senserat; vertit enim: *als er von neuen zum Boeotarchen erwaehlet worden, ging er mit der Armee wieder.* Forsan scribendum est αὖθις ᾑρεῖτο, deinde autem αὖθις post ἀφίκετο eliminandum; fortasse etiam est, qui οὐδεὶς mutatum in τούτοις malit i. e. *Thebanis.* Nibby Vulgatam reddidit: „Siccomo non era stato alcuno scelto Boeotarco." Sed Vulgatae repugnat etiam lectio Mosquensis στρατῷ, quam recipi oportuit. Λέχιον Mosq. ut c. 14, 3. De hac pugna prope Corinthum est locus in Xenoph. Hellen. VII, 1, 4 sqq. καθεστηκότος Mosq. Ald. causa erroris sequens τοὺς fuit. Φουβίαν vulgo. Φοιβίαν Stephan. Byz. (ubi additur πόλισμα Σικυωνίων ut ex nostro loco) et Amasaeus probante Sylburgio. φυγάδες, στιγμὴν ἀφίησι τοὺς ἐγκαταληφθέντας Vulgata varie tentata. Amasaei versio, *notis compunctos*, videtur Porsono suppeditasse emendationem ἐστιγμένους. Hos si ita notasset Epaminondas, ipse prodidisset, se contra leges fecisse. Sylburgius legendum opinabatur ἐπὶ τιμῇ vel simpliciter τιμῆς, sicut antea ἀφιέναι χρημάτων, *depensis pecuniis manumittere.* quae Sylburgii emendatio τιμῆς probata Valckenario atque etiam in Bibliotheca critica Part. X. p. 43, expressa est in Goldhageni versione atque Clavierii; neque minus nobis placet; cogitatur enim Epaminondas in ratione huius pecuniae publice reddenda iis, quae in mentem venissent, patrias attribuisse. Sed ne quid deesse videatur, Kuhnii coniectura ἔτι γε μὴν, *nihilominus etiam*, a Goldhageno conglutinata est cum Sylburgii „er liess nichts desto weniger — um Geld los." Denique Facius „Forte vera, inquit, lectio fuerit: φυγάδες, ἐς στιγμὴν ἀφίησι eos *dimittit, ut notis patriae inustis signarentur.* Equidem si hariolando emendare licet, scriberem σίγα μὴν (*clam*) *tacite eos dimittit.*" Neque Corayo displicuit illud Facii ἐς στιγμὴν, sed aliter atque ille interpretatur; ait enim: „C'est une locution elliptique pour ἐς στιγμὴν χρόνου, *ad punctum temporis, à l'instant, sur-le-champ;* locution conservée dans le grec moderne. Nous disons εἰς μίαν στιγμὴν, *dans un instant.*"

§. 3. Ὡς δὲ ἀφίκετο πρὸς Μαντίνειαν τῇ στρατιᾷ νικῶν, καὶ τότε ὑπὸ κ. τ. λ. ante Facium; qui distinctione per Sylburgium correcta usus est. τὴν στρατείαν pro τῇ στρατιᾷ Mosq. ὑπὸ ἀνδρὸς κ. τ. λ. Eadem de re dixerat VIII, 11, 4. Ἀθηναίων καὶ ἐν Ἀθήνησιν Mosq. De hac tabula picta I, 3, 3. φονεύων Mosq. omisit. ὁδὸς ἐπί. cf. ad VII, 6, 3.

§. 4. De hac *Epaminondae statua* dicere coeperat c. 12 extr. τοῦ Ἐπαμινώνδου vulgo, τοῦ Ἐπαμινώνδα e Mosq. Primum huius epigrammatis versum Cicero Tusc. V, 17 ita reddidit: *Consiliis Nostris laus est attonsa Laconum.* Dorvillium, qui verbo ἐκείρατο passivam tribuerat significationem, iam Lobeckius ad Phryn. p. 519 negavit recte id fecisse; eandem sententiam tulit Hermannus de emend. gram. gr. rat. p. 236 vertens: *nostris consiliis Sparta gloriam exuit.* Possis interpretari: *nostris consiliis effectum est ut laudem sibi attonderet*, ut ἀπετράπετο IV, 16, 5. Caeterum contulerunt iam illud Propertii IV, 11, 38 *Africa tonsa iacet*, ut docerent, ita bellicam cladem aliquando significatam esse. In luctu etiam usitatum eiusque signum fuit κείρασθαι, ut in Lysiae Epitaph. c. 10: ἄξιον ἦν κείρασθαι τῇ Ἑλλάδι. adde Lobeck. l. c. Verba μὲν ἐκείρατο — μεγάλη πόλις omissa sunt in Mosq. Pro maiore distinctione post δέχεται posui cum Anthol. Pal. T. II, p. 821 commaticam. Θῆβαι δ' ὅπλοισι μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται Vulgata. Cum Anth. Palat. ὅπλοισιν scripsi. Sylburgii coniectura Θήβης δ' ὅπλοισι Μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται, *Thebani exercitus praesidio Megalenpolin moenibus ceu corona fuisse cinctam*, non mala visa est Facio, quanquam Sylburgius fassus esset, Nominativum Θῆβαι videri ipsum Pausaniam quoque agnovisse. In Clav. ed. scriptum est Μεγάλη πόλις et in margine laudatur coniectura Θήβης. At Θῆβαι dicuntur μεγάλη ὅπλοισι *urbs magna armis*, namque ἐστεφανώθη non coniunxerim cum ὅπλοισι, sed interpreter: *coronata est gloria*, ut opposita sit Spartae κειραμένη δόξαν. Cf. adn. ad. VI, 15, 3. Iacobsius ad l. c. Anthol. ait „Videtur Pausanias Θῆβαι scripsisse memoriae lapsu.“ hoc equidem quid velit non perspicio. Interpretes omnes Amasaeo excepto cogitarunt de Megalopoli per Thebanos munita, duci nimium fidentes.

CAPUT XVI.

§. 1. *ἀνέθηκε* scilicet ut Thebani solebant narrare. Cf. §. 2. *Καλάμιδος — ἔργον.* Valckenarius proposuit lectionem *Σκάλμιδος* (voluit *Σκέλμιδος* imo *Σμίλιδος*) haud dubie propter aetatem, ne Calamis aequalis videretur Pindari. *ἀπέπεμψε — ἐπ' Ἀμμωνίους τῷ Ἄμμωνι ὕμνους· οὗτος καὶ ἐς ἐμὲ ἦν ὁ ὕμνος* Vulgata. Cum Schneidero in Heynii Pindaro T. III, p. 48 scripsi *ὕμνον* pro *ὕμνους* et ex codice Mosq. *καὶ οὗτος ἐς ἐμέ.* In Mosq. *Κάλλιστον νῖκος* legitur. De hoc *Xenophonte et Callistonico* cf. Meyeri Hist. art. sing. int. Graec. De hoc *Cephisodoti* opere dixit iam I, 8, 3. *σοφὸν βούλευμα* Philostrato seniori Im. lib. 1, c. 4 est *σόφισμα.* *Plutus* persona indutus est iam a Pindaro Pyth. V init.

§. 2. Pro *Θηβαίοις* est *Ἀθηναίοις* in Mosq. causa aberrandi manifesta. *οὕτω δὲ ἀρχαῖα* ante Facium, qui e Mosq. *δὴ* pro *δὲ* scripsit, cum Mosq. conspirat Aldina. Pro vulgato *ἀκροστόλων* Facius scripsit *ἀκροστολίων* ut Sylburgius correxerat e Diodoro, Arriano, Athenaeo et aliis. Interpres *de rostris* etiam in Diod. S. XVIII, 75, sed, iudice Wesselingio, non satis e vero, quum supra rostra fuerit *στόλος*, cuius summa pars *ἀκροστόλιον*. Qui autem potuit in Bekkeri Anecd. 202 *πρύμνη* tribui? Sylb. quoque vertit: *de extremarum navium partibus, quae in Cadmi classe de ligno erant factae.* J. H. Vossius in epp. myth. II, p. 285 sq. ubi nostrum hunc locum tangit, improbat hanc *Veneris Uraniae interpretationem;* at ea non Pausaniae potius quam Thebanorum est, ad quos refertur praecedens *φασίν.* In Mosq. ita legitur: *ἀπηλλαγμένου — μίξαισιν· τρίτη — ἐπιθυμίας ἀνόμου — ἀποστρέφει.* Kuhnius *Ἀποστροφίαν* interpretatur *Avortam, Averruncam.*

§. 3. *Τὸ δὲ — λέγουσι* non possumus cum Müllero in Orchom. p. 461 interpretari: *zu Theben wohnt Kadmos im Tempel der Demeter.* De loco, ubi Cadmi domus fuisse dicebatur, v. cap. 12, 3. *Δήμητρος — φανερῷ·* non tantum *πρόσωπον*, quale Acrati Athenis I, 2, 4, fuit sed *ἄγαλμα*, eius autem superior tantum pars usque ad pectus erat *ἐν φανερῷ*, conspici poterat, reliquo corpore oculis non subiecto. Quae nobiscum sunt communicata de Viscontii opinione in Proleg. ad vol. VI. Musei Pio-Clement. proposita, ubi *ἐστὶν ἐν φανερῷ* redditur, *stà*

al publico; nobis quidem sunt parum perspicua. Nibby vertit *la statua di Cerere è fino al petto scoperta*, Clavier autem *la statue de Cérès ne se voit que iusqa à la poitrine.*

§. 4. Ad *Proetidem* portam transit et ad ea, ad quae inde viae patebant.

Προστίοι Mosq. Ad hunc *ναὸν* postea *ἐνταῦθα* refertur. Bacchi cognomen *Αυσίου Βακχείῳ* oppositi legimus in rebus Corinthiorum et Sicyoniorum v. II, 2, 5. 7, 6 et adn. haud dubie, ut *Liberi* nomen, varie interpetati sunt. cf. Müller. Orch. 386. *ἀνοιγῦναι* in Kuhn. ed. Facius e Mosq. *ἀνοιγνῦναί* scripsit cum Clavierio: idem est in Ald. et Francof. sed Sylb. iam *ἀνοιγνύναι* scribi iusserat. *ἴθος* omisit Mosq. De hac *Alcmenes transformatione* Kuhnius iam citavit Anton. Lib. c. 33, et de eius *morte ac sepulcro* apud Megarenses vide I, 41, 1 cum adn. *Θηβαίοις δὲ κ. τ. λ.* Quum Amphio Niobes maritus confusus esset cum fratre Zethi, fabula de Niobe Lydiae propria Thebas traducta est et in montem Cithaeronem e monte Sipylo. cf. Hygin. Niobidarum igitur sepulcra apud Thebanos hic et c. 17, 1 atque in Euripid. Phoenissis 159, ubi tamen Scholiasta refert, Aristodemum negavisse, apud Thebanos esse Niobidarum sepulcrum, quod ipse verum esse dicit. *κῆδος* illud Thebanorum et Lydorum cap. 5, 4 indidem natum.

CAPUT XVII.

§. 1. *Εὔκλεια Ἄρτεμις· οὕτω παρὰ Βοιωτοῖς τιμᾶται* ait Scholiasta ad Soph. Oed. T. 165. Plutarchus autem in Aristide cap. 20 *τὴν Εὔκλειαν οἱ πολλοὶ καὶ καλοῦσι καὶ νομίζουσιν Ἄρτεμιν* aliorum non praetermittens de ea opinionem. *Ἀνδροκλίαν* Mosq. qui deinde *γὰρ* post *μελλούσης* omisit, tum *ἀξιώματι* pro *ἀξίωμα ἦ* et *ἡδύνῃ* pro *ἡδὺ ἦν*, porro *θυγατράσιν* et *αὐτὰς* pro *αὐτὰς* habet. De hac pugna cap. 37, 2. *ἀναθῆναι* Vulgata ut Mosq. 40, 2, quanquam correxerat Sylb. *Ὀρχομενίους κ. τ. λ.* vide cap. 37, 2. *τοῦ Ἀμφίονος* Mosq. *μὲν εἰ* pro *μένει* idem. Amasaeum legisse *ἐπὶ τῆς πυρᾶς* putaverunt. Caeterum satis repeti non potest: hanc et

similes narrationes non Pausaniae ipsius esse sed exegetarum.

§. 2. *Πλησίον Ἀμφιτρύωνος prope domum Amphitryonis* illam, quam cap. 11, 1 dixit Electrae portae ad sinistram fuisse. Fuit ergo inter has duas portas, Electram et Proetidem, Minerva *Ζωστηρία*. Ab hac non videtur diversa esse illa, de qua hoc legitur apud Hesychium et Phavorinum: *Ζώστειρα, Ἀθηνᾶς ἐπίθετον ἐν Βοιωτίᾳ*, ubi causa non iusta suspicionis, *Σώτειρα* legendum esse. Apollinem *Ζωστήριον* invenimus in Etym. M. p. 414, 22 (376). idem *Ζώστριος* ibid. et *Ζωστὴρ* apud Hesych. appellatus est. Ut a *ῥοτὴρ, ὀλετὴρ, σωτὴρ* facta sunt foeminina proparoxytona in *ειρα* exeuntia, sic a *Ζωστὴρ* duci potuit *Ζώστειρα*. Winckelmanni locus de Minerva *Zosteria* Opp. I, 284 conferendus est cum eiusdem Descr. des pierr. grav. p. 62, ubi sardonyx quidam dicitur Minervam ostendere habentem lateri sinistro *parazonium* adiunctum, et ita Winckelmannus *Ζωστηρίαν* putat expressam esse ab artificibus, quod ille nomen interpretatur *se accingens*. Sed aliud docere videntur *Λέξεις Ῥητορ.* in Bekkeri Anecd. p. 261 ubi haec: *Ζωστὴρ Ἀπόλλων τιμᾶται παρ' Ἀθηναίοις. καὶ τόπος ἔνθα Λητὼ ἐλύσατο τὴν ζώνην* (v. Paus. I, 31, 1) *καὶ Ἀθηνᾶ ζωστῆρα*: ergo *ζωστὴρ* dedit Minervae hoc cognomen. Fuit etiam in *Zostere*, Atticae isthmo, Minervae ara teste Pausania I, 31, 1. Caeterum Minerva *Ζωστηρία* non tantum in Boeotia sed etiam apud Locros Epicnemidios colebatur. v. Steph. B. v. *Ζωστήρ*. Pro vulgato *αὐτὸν* est *αὐτῶν* in Mosq. *ἡνίκα — ἀντιτάξασθαι*. Cf. VIII, 15, 3 et IX, 19, 5. *τὸ δὲ — ζώσασθαι*. Similia legas in Schol. Apollon. I, 426, Bekkeri Anecd. p. 261. Kuhnius etiam Proclum in Hesiod. fol. 46 ed. Venet. citavit. Rem explicat Boettiger in Vasengem. II. p. 84 sq. *καὶ δὴ κ. τ. λ.* Locus Homeri est Iliad. II, 478 sq. ubi Eustathius ait: *Ζώνην ἐνταῦθα τὴν πολεμικὴν εἶπεν ὅλην ὅπλισιν.* In Mosq. est *τοῦ Ἀγαμέμνονος* sed Homericis *Ἀγαμέμνων ἴκελος Ἄρεϊ ζώνην* magis respondet Vulgata *τὸν Ἀγαμέμνονα*. Deinde *τῶν — εἰκάζειν* interpretes *volunt eum dicere, similem esse armorum ornatum.*

§. 3. *Ζήθῳ δὲ μνῆμα καὶ Ἀμφίονι ἐν κοινῷ γῆς χώματι οὐ μέγα* Vulgata. Scripsi *ἐν κοινῷ γῆς χῶμά τε οὐ μέγα*: nunc video eodem modo corrigere Porsonum;

namque ἐν κοινῷ similiter ponitur II, 25, 6, ubi est: τοῖς πεσοῦσιν ἐποιήθη μνῆμα ἐν κοινῷ. adde quod paulo post §. 4. p. 745 in simili re legitur. Euripides in Phoen. 145 commemorat Zethi tantummodo sepulcrum, sed Scholiasta addit: κοινὸς μὲν ἀμφοῖν ὁ τάφος Ζήθου καὶ Ἀμφίονος, συλληπτικῶς δὲ εἶπε. Post ὑφαιρεῖσθαι Mosq. δ' omisit. Ἀντιόπης μνῆμα idem § 4. Φώκου σῆμα dicitur, quia utrique commune fuit sepulcrum. Huius sepulcri iterum facit mentionem, ubi de Tithorea loquitur X, 32, 6. 7. περιάψωσι omisit Mosq. Τιθορεῖσιν vulgo. Auctore Sylburgio vel Τιθοραιεῦσιν vel Τιθορεῦσιν scribendum; prius illud est apud Steph. Byz, atque etiam Pausanias X, 32, 9. sed altera forma crebrius utitur Pausanias X, 32, eaque in nostro etiam loco videtur praeferenda; accedit quod urbis nomen Pausaniae est Τιθορέα. Stephani locum afferemus ad X, 32, Τιθορεῦσι etiam Clavier sed tacite scripsit.

§. 4. Βάκκιδος Mosq. Ald. Ἀμφίονι — μειλίγματ' ἐν χθονὶ Mosq. τ' etiam ante ἐν omisso. Pro vulgato μειλίγματα τ' ἐν χθονὶ χεύῃ Blomfieldius ad Aeschyli Persas p. 167 (158) legi recte vult μειλίγματα ἐν χθονὶ χ. ut sit appositio. χεύῃ omisit Mosq. Idem Θελγομένου ταῦροι κλῦτου habet. γαίης δασσαμένοι si qui terrae partem abstulerint. Βάκκις iterum Mosq. Lyci uxor Dirce v. cap. 25, 3, non Antiope, ut erat in Amasaei versione, quod nomen delevi. ποθούσης ante Facium, qui veram Kuhnii emendationem παθούσης recepit. Quum Dirce Bacchi cultui addicta crudeliter trucidata esset ab Antiopae filiis, qui eam tauri caudae alligatam raptaverant, Bacchus indignatus Antiopae furorem immisit. Amasaeus verterat: Quum vero ab eo contendisset quae vulgo prodita sunt, deum illi aiunt vehementer succensuisse. νεμεσαι Mosq. ἐπίφθονοι — εἰσι. Herodotea haec sunt, namque IV, 205 haec leguntur: ὡς ἄρα ἀνθρώποισι αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται. Quod Herodoto πρὸς θεῶν, id Nostro est παρὰ θεῶν forsan scriptum ab auctore est παρὰ θεοῖς, nisi παρὰ θεῶν hic sit von Seiten der Götter. αὐτὴ post λέγουσιν et δὲ post Φῶκον abest a Mosq. Pro περιτυχεῖν αὐτῇ haec mira περιττίθησιν ἥτις ἦν in Mosq. leguntur: latetne in iis hoc παριστορῆσαι ἥτις ἦν forte percontantem audivisse quae esset? Amasaeus haec verba περιτυχεῖν αὐτῇ plane praetermisit, forsan quia in codice eius lectu erant difficiliora; etiam Mosquensis librarius hae-

sisse in iis legendis videtur ideoque dupliciter scripsisse *ἐθησιν* et *ἥτις ἦν*, servato *περὶ*, quod legi poterat.

§. 5. *τοῦ παρὰ* (omisso *δὲ*) — *τοὺς λίθους* Mosq. *οἱ κάτωθεν ὑποβέβληνται, μήτε ἄλλως εἰργασμένοι πρὸς τὸ ἀκριβέστατον* Vulgata. Ut interdum *τε* ita hoc loco *μήτε* cum Nominativo Participii iunctum est Verbo; de *τε* cf. Hermanni adn. ad Viger. p. 772. Aliam idem *μήτε* anomaliam facit VII, 16, 5 *ὅσοι τῶν ἐς ἐλευθερίαν ἀφεθέντων καὶ μαχεσαμένων μετὰ Ἀχαιῶν μήτε εὐθὺς ὑπὸ τοῦ πολέμου τὸ ἔργον ἐτεθνήκεσαν*, quod dictum est pro *ὅσοι τῶν οἰκετῶν ἐς ἐλευθερίαν ἀφείθησαν καὶ ἐμαχέσαντο — μήτε — ἐτεθνήκεσαν*: Nostro loco scriptor si vulgari ratione uti voluisset, scripsisset: *λίθους τοὺς κάτωθεν ὑποβεβλημένους μήτε — εἰργασμένους — ἐκείνας εἶναί φασι πέτρας lapides infra subiectos, neque alioqui accuratius elaboratos dicunt illa esse saxa.* Quodsi Participio *εἰργασμένοι* animo addere velis *εἰσί*, nulla relinquetur anomalia, quum *μὴ* referatur ad iudicium quod Pausanias de his lapidibus interposuit. Esse Participiis interdum verbum substantivum adiungendum, concessit etiam Hermannus in adn. ad Viger. p. 776. Idem tamen Hermannus p. 805 nostrum hunc locum, in quo *μήτε* mutat in *μή τι*, aliter accipit, hoc scriptorem dicere ratus: „ nisi arte ita elaborati sunt. Nos, *wenn sie anders nicht mit Fleiss so zugehauen sind.*" Nonne vero hoc pugnat cum proximis, hos lapides fuisse illa saxa, quae Amphionis cantum sequuta sint? haec non videntur fuisse *εἰργασμένα πρὸς τὸ ἀκριβέστατον*. In Mosq. *φασι* omissum est, et deinde etiam *ἀκολουθεῖν*. Mihi *ὡς*, quod male repetitum est e fine praecedentis nominis, deleto, legendum videtur *τοιαῦτα — περὶ Ὀρφέως· κιθαρῳδοῦντι κτλ.*

CAPUT XVIII.

§. 1. *ἀδελφῶν τῶν* Vulgata; eam ferri posse VV. DD. viderunt animadvertentes, Adrasto quatuor fratres fuisse teste Apollodoro I, 9, 13. Amasaeum tamen *ἀδελφὸν τὸν* legisse opinantur: atque ita scripsit Clavier. Possit qui huc pertinet afferri locus Herodoti V, 67, ubi est: *Μελάνιππον — ἔχθιστον ἐόντα Ἀδρήστῳ· ὃς τόν*

τε ἀδελφεὸν οἱ Μηκιστέα ἀπεκτόνεε, καὶ τὸν γαμβρὸν Τυδέα. Pro Μηκιστέα est Μήκιν τε in Mosq. τὴν τελευτὴν ὑπὸ Ἀμφιαράῳ γενέσθαι Vulgata. Quum haec structura sit poetica, Sylburgius mavult Ἀμφιαράου, ut est cap. 22, 5 atque in Clav. ed. ita scriptum est: quod nemo vexabit illis usus Herodoteis ἀρχόμενος ὑπ' ἐκείνοισι et ὑπὸ Πέρσῃσι δεδούλωντο I, 91. 94, quae comparanda sunt cum γενέσθαι, ποιήσασθαι ὑπό τινι.

§. 2. εἶναι omisit Mosq. Clavier hoc ordine εἶναι τὸν ἐνταῦθα κείμενον scribi volebat. αὐτὸν post ταφῆναι δὲ melius abesset. Pro παρέχουσι τὸ est παρεχχόντων in Mosq. Hic versus in Homeri Iliad. XIV, 114. uncis inclusus est in Wolf. ed. a Zenodoto iam reiectus nec ab Aristophane receptus; et ibidem κάλυψεν legitur. Τυδέως Mosq. ἐν Θήβῃ σιχυτῇ Ald.

§. 3. Ἑξῆς δέ ἐστι τῶν Οἰδίποδος παίδων μνήματα; καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς δρώμενα, ἃ οὐ θεασάμενος πιστὰ ὅμως ὑπείληφα εἶναι Vulgata. καὶ τὰ omisit Mosq. μνήματα, τὰ ἐπ' αὐτοῖς δρώμενα οὐ θεασάμενος κ. τ. λ. scripsit Clavier, quum iam Facius ἃ post δρώμενα delendum censuisset: bene et similiter Amasaeus, sed post μνήματα maiore opus est distinctione. Locus nostro similis est cap. 21 extr. τὴν φλόγα — διΐστασθαι. Cf. Hygin. fab. 68 et 71 et Cyprian. de idol. vanit. p. 260 Lind. ubi male corrigitur Hygini locus posterior, ut patet, si contendatur cum priore. Ex Anth. Pal. T. I. p. 422 et 423 huc pertinent duo epigrammata 396 et 399 hanc eandem rem narrantia. τῶν pro τὸν ante ἀπ' αὐτῆς Mosq. Pro Μυσίᾳ Mosq. in margine Ἀσία habet. Καΰκου ante Facium qui Καΐκου restituit. cf. ad I, 10, 4. Καΐκου etiam Mosq. Πιονία apud Strabonem XIII, 610, sed codices ibi praebent Πιωνίαι. Pro vulgato ἴδον dedi εἶδον praeeunte Porsono. cf. VIII, 16, 2, ubi idem error, et IX, 25, 3. Deinde Τηρεαίου — τελετῇ pro τελευτῇ et ἐλθοῦσιν pro ἐθέλουσιν Mosq.

§. 4. De *Hectore apud Thebanos sepulto atque cultu heroico aucto* cf. Tzetz. ad Lyc. 1194 et Schol. ad Hom. Iliad. XIII. init. qui posterior docet, hoc tradidisse *Aristodemum*. Locus hic Boeotiae ab eodem dicitur Διὸς γοναί, quod nomen rursus ex l. c. Tzetzae explicandum est. Epitaphium Hectoris in Boeotia sepulti in Anth. Pal. II. p. 755. Θηβαῖοι — οἰκεῖν σὺν omisit Mosq.

idem ἀμύμων habet. οἴβεσθε Vulgata. οἴβεσθαι dedi e Mosq. et Ald. Similiter in oraculi responso apud Herodotum IV, 150 κτίζειν pro κτίζε. Alia exempla in not. ad Greg. Cor. p. 424; de causa ita loquendi Hermannus ad Viger. p. 745. ἐπεὶ τά γε ἐν Θηβαΐδι ἔπη Vulg. δὲ pro γε Mosq. Facio scribendum videbatur ἐν τῇ Θηβ. quum paulo ante §. 2 et VIII, 25, 5 esset ἐν Ἰλιάδι, ἐξ Ἰλιάδος, ἐκ Θηβαΐδος· quod autem ibidem profert ἐν δὲ τῇ Θηβαΐδι, id corrigendum esse diximus. Ut enim ibi est ἐν μὲν Ἰλιάδι, sic, quod respondet, scribendum fuit ἐν δὲ Θηβαΐδι. De hac *Thebaïde*, cyclico carmine, cf. VIII, 25, 5 et Schellenberg ad Antim. Fragm. p. 79 sq. nisi intelligenda sit illa, quae cap. 9, 3 laudata est. *Parthenopaeus* apud Statium IX, 842 sqq. a *Dryante* occiditur. ἐπεὶ — γε verterim *quanquam, sed*; quomodo saepe in enunciatis, quae praecedentibus adiungenda sunt, varii tamen vel diversi aliquid continent, ponitur. Cf. c. 35, 1. 2. VII, 5, 1. X, 7, 2. 38, 5. Pro vulgato φασὶν scripsi φησὶν e Mosq. De qua confusione cf. adn. ad VI, 2, 1.

CAPUT XIX.

§. 1. *Teumessus* mons et pagus ἐν τῇ Θηβαίων vicinus monti Hypato (Strab. IX, 409. 412) et centum ferme stadia remotus a Thebis teste Schol. ad Eurip. Phoen. 1100. teste Gellio in Itin. of Greece p. 128 sq. 1 hour 18 minutes, Antimachi laudibus huius loci sales adspersit Strabo. adde Mülleri Orchom. p. 24. 479. Εὐρώπην — ἐνταῦθα. Antimachus hoc tradiderat, cuius versus huc pertinentes et a Stephano Byz. servatos tractavit Schellenbergius in Fragm. Ant. p. 53. Τευμησίαν vulgo. Duplicavi sibilantem cum Mosq. idem voluerat Sylburgius propter primitivum ita hic scriptum. De *Teumessia vulpe* οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφότες ἱκανὰ εἰρήκασιν teste Hesychio v. Τευμησία. Προκρίδι antea scriptum Sylb. correxit. Πρόκνιδι Mosq. qui et τε post αὕτη omisit. *Minerva Telchinia* Creuzer in Symbol. II, 305 dicit, in Telchinibus incunabula esse navigationis personis induta, et quum iidem Telchines non modo aeris liquefaciendi artem cal-

luisse crediti sed fascinatores etiam habiti sint seu magi, '*Αθηνᾶν Τελχινίαν* esse *βάσκανον*, *die Hexe* (?). Bocharto Telchines erant *Phoenices*, qui in Cypro etiam consederint. Lobeckius, monens, si *βάσκανος* aut *invida* esset, dicendum fuisse '*Αθηνᾶς Τελχῖνος*, et adiungens Lindi Apollinem, Ialysi Nympharum Junonisque statuas *Telchinias* vocatas et Jovem *Telchinium* ex Hesychio, dubitat utrum Minerva hoc nomen a sacrorum suorum conditoribus Telchinibus, an a nutricis Alalcomeniae sorore Thelxinea acceperit de Bello Eleusinio I. p. 17 sq. ubi acute de Telchinibus disserit. Hermanno *Τελχῖνες* dicti videntur quasi *Τευχῖνες*.

§. 2. *Γλισᾶντος* Vulg. *Γλίσαντος* Mosq. atque eodem modo in proximis. Cf. ad I, 44, 7. *πρὸς δὲ αὐτῶν* Vulgata, i. e. *versus illas ruinas*. Sylburgius rectius volebat *πρὸς δὲ αὐτοῖς* quam Facius *πρὸ δὲ αὐτῶν*, quod tamen recepit Clavier. *Παγαῖς* ante Facium, qui *Πηγαῖς* e Mosq. ubi hoc suprascriptum est; revocavit. cf. I, 44, 7 qui ipse est locus, ad quem nos scriptor reiicit. *δὲ* post *τὸν* et ante *ὄφιν* omisit Mosq. ex quo Facius *δὴ ἦν* pro *δὴ καὶ* restituit. *λέγουσι* Vulgata. *λέγοντας* Mosq. quod recepi omittens cum eodem praecedens *δὲ*, et mutans maiorem distinctionem post *κεφαλὴν* in minorem.

§. 3. Jupiter *Ὕπατος* etiam *Ὕψιστος* appellatus est. vide cap. 8, 3. *χείμαῤῥον* Mosq. Hunc *Thermodontem* Plutarchus Demost. 19 narrat esse qui parvum amnem velint esse ad Chaeroneam, sed addit sua aetate hoc eum nomine ignotum esse, forsan autem esse qui postea *Haemon* vocatus sit, ut multorum ibi caesorum sanguine cruentatus. *ἐπὶ Τευμησσὸν* Vulg. *ἐπί τε Τευμ.* Mosq. quod Pausaniae restitui; et confirmatur initio capitis 18 et 19, *Χαλκώδοντος κ. τ. λ.* Cf. c. 17, 2. *γειναμένης* ante Facium, qui Sylburgii correctionem *γενομένης* in contexta transtulit, Mosquensi lectione *γεναμένης* confirmatam.

§. 4. *πόλεως ἐρείπια* Vulgata; adnotaveram utique legendum esse *πόλεων ἐρ.* oblitus autem sum in minore editione corrigere; *πόλεων* habet etiam Clav. Satis ingeniosa est Porsoni coniectura *ἐνταῦθα ἅμ' Ἀμφιαράῳ*, cf. I, 34, 2; neque tamen ut in contexta inferatur, necesse, quum Dativus *Ἀμφιαράῳ* positus cogitari possit loco Genitivi, quod in Nostri commentariis non est rarum. Quod si quis dicat *Amphiarai currus terrae hiatu absorptus est*,

possit hoc de curru et de Amphiarao ipso intelligi. Videri autem potest suam Porsonus emendationem ex Amasaei hac interpretatione hausisse, *Amphiaraum cum curru in terrae voraginem descendisse Tanagraei memorant.* *Harma et Mycalessus* pagi erant τῆς Ταναγρικῆς teste Strabone IX, 404 (405). Hoc *Harma* diversum erat ab ἱερῷ τοῦ Ἀμφιαράου in agro Oropiorum inter Atticam et Tanagricam et ad viam sito, quae Potniis Thebas ferebat: ad hoc ἱερὸν Thebani referebant Amphiarai casum. v. cap. 8, 2. Duplex haec narratio de loco, ubi Amphiaraus evanuerit in caligines infernas, iam I, 34, 2 commemorata est. adde Mülleri Orchom. p. 487. διότι ἡ — ἐς Θήβας· Haec αὐτολεξεὶ repetivit Stephanus Byz. v. Μυκαλησσός Pausania non nominato; mugitum huius bovis non praetermisit Ovidius Met. III, 21. pro διότι Steph. habet ὅτι et ἀγαγοῦσα pro ἄγουσα. Quod apud eundem legitur πόλις μεσογεία Βοιωτίας, est ex Paus. I, 23, 3. cf. Thuc. 7, 29. In Homeri Iliad. II, 498 Μυκαλησὸς scribitur non item ab Eustathio, qui sequitur Nostri, Strabonis et Thucydidis scripturam. βοῦν pro βοῦς Mosq. ὅντινα — λόγου· est I, 23, 3. ὁ Μυκαλησσὸς apud Strabonem est IX, 404, sed Noster sequitur hic Thucyd. 7, 29. Idem eam πόλιν μεγάλην vocat. πρὸς θάλασσαν — ἱερόν, *in Mycalessi agro, qua spectat mare.* nam τῆς Μυκαλησσοῦ est τῆς χώρας τῆς Μυκαλησσοῦ, ut Nominativus sit non ἡ Μυκαλησσὸς sed ἡ Μυκαλησσοῦ. Cf. V, 14, 2. κλείεσθαι — Δακτύλων. Cf. cap. 27, 5. ὀπώρᾳ Mosq. Ald. Pro πέφυκε — ταῦτα δὲ est πέφυκεν ἡ γέφυρα in Mosq. quae corruptio ita fieri potuit. Verbis proximis τοῦ — διείργοντος alleverat nescio quis in margine γέφυρα, quum de ponte, quo Euripus iunctus est (v. Duker. ad Thucyd. VII, 30), audivisset, et hoc vocabulum librarius in locum illorum γίνεσθαι — δέ, quae magnam partem evanuerant, vel ἐλιγμοῖς συμβαλέσθαι χαλεποῖς scripta erant, substituit.

§. 5. Τοῦ δὲ — Αὐλίς. Haec comparanda sunt cum cap. 22, 5. Constructio est κατὰ τοῦτο δὲ ἐν δεξιᾷ τοῦ Εὐρίπου τὴν Εὔβοιαν ἀπὸ τῆς Βοιωτ. διείργοντος ἔστι τῆς τε Δ. — ἱερὸν τ. Μυκ. καί. *Hic ad dextrum Euripi brachium est et Cereris fanum et, ubi ab eo paulum progressus fueris, Aulis.* De *Aulidis* positu Mülleri Orchom. p. 491. Gellius in Itin. of Greece p. 133 dubius est. Aulidi versus caurum Delium (v. ad 20, 1), versus

euronotum Oropum opponit Ptolemaei et Agathodaemonis charta in Bröndstedii Reisen u. Unters. in Griechl. lib. I. tab. 29. De *Aulide* Euonymi filia Cephissi nepte dictam perhibent Steph. B. Schol. et Eustath. ad Hom. Iliad. II, 496. De *Dianae aede* Facius Plinii excitavit locum XVI, 40. *ἀντ᾽ αὐτῆς — ποιῆσαι* i. e. *ἀντιδοῦναι ἔλαφον*, ut ait. Etym. M. v. *Ταυροπόλον*. De hac *platano* et de *fonte* ad quem illa nata erat, cf. Hom. Iliad. II, 305. 307. *ὡς — ἐπίφορον* eodem modo loquutus erat de eadem ra VIII, 28, 3. *Ἕλληνες* ante *οὐκ* Mosq. *μὲν*, quod Vulgata post *θύειν* habet, cum Mosq. omisi, item Clav. *διαμέμνημεν* Mosq. *οὐδες* idem. Pro *χαλκοῦ* Schneider dubitabat an non *χαλκοῦς* scribendum esset. *φοίνικες δὲ κ. τ. λ.* Vexatum hoc est sed nihil effectum: scilicet Bartholdyus in *Bruchstücken zur naehern Kenntn. des heut. Griechenl.* p. 233 erroris reum agit Pausaniam, quoniam ipse ad Aulidem nulla viderit palmarum vestigia, nec fructus palmarum Europae usquam maturescant. Quorum posterius concedi potest (v. quos citarunt Vossius ad Virg. G. II, p. 285 et O. Müller in Orchom. p. 91) atque Pausanias ipse testatur, Aulidis palmas *οὐκ ἐς ἅπαν ἐδώδιμον παρέχεσθαι καρπόν*. Sed ex eo non continuo sequitur, imponi sibi passum esse Pausaniam, quem nemo facile dixerit in historia naturali adeo hospitem ac peregrinum fuisse, ut ne palmam quidem cognitam habuerit, quum palmas vidisset Palaestinae atque Ioniae, earumque fructus hic contendat cum Boeoticis. *γῆς* addidit vocabulo *κεραμεῖς* fortasse quod ad alia id transferri coeptum erat; certe *κεραμεύειν κοινῶς ἀντὶ τοῦ κατεργάζεσθαι* dictum est teste Phavorino. *ὅσοι περὶ Μυκαλησσόν εἰσι* ante Facium, qui Sylburgii emendationem *ὅση — ἐστι* e praecedentibus *ταύτην τε* erutam recepit, quum in Mosq. etiam *ἐστι* pro *εἰσι* scriptum invenisset. Adde quod Strabo IX, 405 (418) dicit, Tanagricae pagos esse Heleona, Harma, Mycalessum et Pheras.

CAPUT XX.

§. 1. *Delium* fuit oppidulum Tanagraeorum et templum Apollinis. v. Strabo IX, 403 (ubi *Δήλιον τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκ Δήλου ἀφιδρυμένον, καὶ Ταναγραίων*

πολίχνιον ut legeretur suasimus), Stephan. Byz. (ubi ἐν Ταναγραίᾳ pro ἐν Τανάγρᾳ scribendum), et Phavorinus. Auctore Diodoro S. XII, 69 iacebat πλησίον τῆς Ὠρωπίας καὶ τῶν ὅρων τῆς Βοιωτίας· imminebat autem mari et quinque millia passuum a Tanagra aberat referente Livio XXXV, 51. cf. Thuc. IV, 76 ubi πρὸς Εὔβοιαν Ἀπόλλωνος ἱερὸν dicitur), et adde Mülleri Orchom. p. 490. In Gellii Itin. of Greece. p. 132 sqq. *Egrippo to Dramisi* 2 h. 53 m. et *prope pagum Dramisi seu Tramisi Delium.* In nostro loco templum intelligitur. In Ptolemaei et Agathodaemonis charta, quam Bröndsted in Reis. u. Unters. in Griechl. lib. I, tab. 29 repetivit, Delium Aulidi versus caurum oppositum est.

§. 2. — cap. 22, 4 de *Tanagra.* Cf. Dicaearchi Βίος Ἑλλ. lib. 2. „From Dramisi a road r. leads to the village of Skoimanduri, near which at *Graimada* Mr. Cockerell found the ruins of Tanagra with its walls and theatre.“ Gellii Itin. of Greece p. 134. *Centum triginta* stadia, quibus Tanagra distare ab Oropo dicitur in Dicaearcho, (Βίῳ Ἑλλαδ. lib. 2, ubi Marx nihil adnotavit) idem mutat in *triginta.* Quod prope conspirat cum his Dodwellii II, 1, p. 257: „Die Trümmer von Tanagra sind noch vorhanden unter dem Namen von *Gremata* gegen 6 Meilen westnordwestlich von Oropos.“ Sickl. adde Mülleri Orchom. p. 490. Urbs Tanagra Ποιμανδρία, ut Tzetza ad Lyc. 326, Phavorinus, Stephanus Byz. et Etym. M. auctor tradunt, sed teste Strabone IX, 404 tota Tanagraeorum regio Ποιμανδρὶς vocata est, quod nomen a boum pascuis Asopo irrigatis ducit Müller in Orch. p. 26, Tzetza et Phavorino praeludentibus, apud quos de Tanagra, Poimandria dicta, est, ἔνθα ἄριστοι βόες γίνονται. De *Tanagrae* nomine cf. c. 22, 4. In Plut. περ. καταρρ ἐλλ. c. 37 dicitur *Poemander* Troiani belli tempore Ποιμανδρίαν τειχίσαι. Mosquensis τοῦτον omisit. Αἰθούσσης vulgo. ἐθούσσης Mosq. Αἰθούσης scripsi cum Amasaeo ex Apollod. III, 10, 1 et Clem. Alex. Cohort. p. 20. τοῦ Ποσειδῶνος vulgo; Heynius ad Apollod. correxit τῆς Ποσ. quod sequendum duximus: praeiverat Amasaeus. Τάναγραν θυγατέρα Αἰόλου· hoc de Tanagrae incolis Aeolicae gentis interpretatur Müller in Orch. p. 139. cf. c. 22, 3. In iis qui Γραῖαν in Hom. Iliad. II, 498 de Tanagra interpretarentur (v. Strabo IX, 404) fuit etiam Callimachus teste Stephano Byz.

§. 3. καὶ post Ἔστι Mosq. omisit. *Orionem* a plerisque Tanagraeum dictum esse, referunt Scholia ad Nicand. Ther. 15. adde Mülleri Orch. p. 215, et adn. ad cap. 37, 3. Κηρύκειον sic etiam in Hesychio, sed apud Phavorinum Κηρύκειον· apud utrumque vero est ὄρος τῆς Ἐφέσου, ἐφ᾽ οὗ μυθεύουσι τὸν Ἑρμῆν κηρύξαι τὰς γονὰς Ἀρτέμιδος. In Etym. M. ubi p. 511 idem legitur, Hercules hoc nunciasse traditur. Mox Πολοσόν τε ὀνομαζόμενον χωρίον Vulgata. E Mosq. ὀνομάζουσι dedi. Nomen factum videtur a πόλος seu πολεῖσθαι. πολυπραγμονεῖν τά τε ὑπὸ γῆν φασι καὶ τὰ οὐράνια· similiter in Platon. Apol. 2: ἐστὶ τά τε μετέωρα φροντιστὴς καὶ τὰ ὑπὸ γῆν πάντα ἀνεζητηκώς et 5: περιεργάζεται ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆν καὶ τὰ ἐπουράνια, ubi Thomas M. p. 868 γῆς legit, quod putatur magis atticum esse. Ὁμήρῳ omisit Mosq. qui τούτου habet pro τοῦ post περὶ. Facius mallet legi πεποίηται quam πεποιῆσθαι sine iusta causa. Homeri locus est Od. I, 52.

§. 4. Ἐν δὲ τοῦ i. e. Est ibi (Tanagrae) etiam Bacchi templum atque in eo signum (Bacchi) spectatu dignum. A Vulgata Mosquensis ita recedit: τὰς γυναῖκάς φασι τὰς Ταναγραίων ἐκ τοῦ Διονύσου πρῶται τὰ ὄργια μυηθεῖσα. atque etiam in Ald. et Francof. est φασι, quod Sylb. correxit. λεπτὰ πλοῖα, τὰ μικρὰ, Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ Phavorinus. Pro τὸν αὐτίκα est τὰ ναυτικὰ in Mosq. et pro ἔρχεσθαι Clavier timebat ne legendum esset ἄγεσθαι, sine causa; significatur *commotus, ductus odore venisse.* Similiter ὑπὸ Βοιωτῶν ἀναχωρέουσι ἐς Ἀθήνας Herodotus dixit V, 61, *vexati a Boeotis.* ποιόντα pro πιόντα Mosq. ἠόνας Vulgata. „Malim divise ἠιόνος. nam ἠιὼν poetis est usitatius.“ Sylb. Ex Orpheo et Quinto exempla vides in Hermanni ed. Orph. p. 820. μεθυσθέντα εἶδον Vulgata, quam permutare non dubitavi cum μεθ. εἷλον, quod in Clav. ed. legitur. Forsan autem scribendum est μεθυσθέντα ἀνεῖλον. *occiderunt.* Caeterum in Aeliani XIII, 21 de N. A. Demostratus quidam narrat ἐν Τανάγρᾳ θεάσασθαι τάριχον Τρίτωνα — τὴν δέ οἱ κεφαλὴν ὑπὸ χρόνου διεφθαρμένην οὐ πάντη σαφῆ ἔφατο εἶναι.

CAPUT XXI.

§. 1. τὰ Ῥωμαίων θαύματα. v. addit. ad VIII, 46. 2. παρέχονται δὲ ἰδέαν οἱ Τρίτωνες· Vulgata. Kuhnio excidisse videbatur τοιάνδε *hanc praebent speciem.* Facius emendandum potius putabat παρέχονται τήνδε ἰδέαν, atque ita scripsit Clavier. Corayus autem cum Kuhnio scribere mavult παρέχονται δὲ τοιάνδε ἰδέαν. Nos intelligendum esse τοιάνδε non excidisse arbitramur, ut §. 3. ταύτην post μόνην, et τοιάδε cap. 26, 5. similiter I, 21, 8 post ἐξεύρηταί σφισι excidisse ταῦτα falsa est opinio. Neque dubitabis nobis assentiri si sententiam ita τῶν δὲ Τριτώνων ἰδέα ἐστὶ expresseris. οἷα τὰ βατράχια „Camerarius legit οἵαν sed οἷα respicit sequens substantivum" Sylb. rectissime, non enim Tritonum comam cum ranunculorum coma comparat, sed dicit Tritonum comam similem esse ranunculis colore. Kuhnius addit, Tritonem a Nonno vocari ἔγχλοον ἰχθὺν, et ei μορφὴν χλοάουσαν tribui. Pausanias autem loquitur de colore non corporis sed comae. πέφρυκε — ῥίνης Mosq. Pro κατὰ ἰσχὺν Sylburgio videbatur κατ᾽ ἴσην legendum esse, ut sensus esset ὁμοίως ταῖς ῥίναις· deinde ῥίνην h. l. interpretatur *squatum piscem* ex his Plinii XXXII, LIII (XI) „Rhina, quem squatum vocamus." Quam interpretationem cum Facio Corayus probans emendat κατὰ ἰχθὺν ῥίνην *comme le poisson nommé rhiné (l'ange).* Apud Aelianum l. c. φολίδες dicuntur τραχεῖαι καὶ ἀντίτυποι εὖ μάλα. Deinde *branchiae* putantur etiam in facie capitis esse quod Tritonis dicitur in Winckelm. Monum. ant. ined. N. 35. βράγχεια Mosq. Pro θηρίου putant Amasaeum legisse πάνθηρος. Sylburgius maluit vertere *belluae dentes s. belluinos.* Pro ὄμματα Mosq. in margine ὀνόματα habet. οὐρὰ Vulgata. ἄρα Mosq. πτερὰ legisse Amasaeum putant: idem placuit Goldhageno et Clavierio, *Flossfedern, nageoires,* vertentibus. Equidem Vulgatam retineo, namque apud Phavorinum Trito dicitur superne homo, τὰ δὲ ἐξ ὀμφαλοῦ μέχρις οὐραίου δελφίς, καὶ ὥσπερ ἰχθυοκένταυρος quod partim respondet his Pausaniae ὑπὸ δὲ — δελφῖνός ἐστιν, partim illis χεῖρές εἰσιν αὐτοῖς. Deinde etiam duobus Tritonibus in opere fictili, quod Monumenta Peloponn. I. p. 144 exhibent (add. Horneri Bild. d. griech. Alterth. VIII, 45 B.), tales sunt caudae. Distinguenda sunt duo Tritonum genera, alterum est fabularis, alterum naturalis historiae; tritones enim pisces

pelamydibus accenseantur. Plinius XXXII, LIII (XI) primum belluis marinis inserit Tritones; deinde orcynum, pelamidum generis maximum comparat cum tritone. Denique addit: „pelamis: earum generis maxima apolectus vocatur, durior tritone." Quid autem fuerit quod Tanagrae et Romae Tritonis nomine ornatum ostenderint, equidem non dixerim. Tritonis autem παρθένους Welcker videtur recte interpretari in Philostr. Im. II, 18 p. 84 *Nereidas*, quum Trito habitus sit Neptuni et Amphitrites filius, atque Neptunus ipse ita vocatus. v. Phavor. οἷα pro οἷα Mosq.

§. 2. Ῥινόκερως Vulgata. In ea offendens Facius malebat Ῥινοκέρωτας quoniam ita legatur in Strab. p. 1120 B. atque hoc intulit in contexta Clavier. Sed habet Vulgata quo se defendat. Ῥινόκερως est Adiectivum contractum ex Ῥινοκέρατος, ut ὑψίκερως ex ὑψικέρατος (ὑψικερων ἔλαφον habet Hom. Od. X, 158) ἄκερως ex ἀκέρατος. Ergo ῥινόκερως est ταῦρος κέρας ἔχων ἐν ῥινί. Caeterum quod hoc loco idem V, 12, 2 de Aethiopicis tradit tauris, sed ab Aeliano N. A. XVII, 44 et 45 rhinocerotes et Aethiopici tauri distinguuntur. ῥηνὶ Mosq. De *Paeonicis tauris* cf. X, 13. κάμιλους Mosq.

§. 3. Ἀλκὴ Vulgata. Ἀλκήσου Mosq. Scripsi ἄλκη ut habet Vulgata V, 12, 1. idem voluit Sylburgius, ut accentu distingueretur hoc ab illo, quod est *robur*. De nomine huius bestiae cf. adn. ad V, 12, 1. *Alcen* commemorant Caesar B. G. VI, 27 (ubi Vossius *similitudinem cameli* refert ad collum) et Plinius VIII, XVI (XV). Similitudinem *cervi* testatur Polybius apud Strabon. IV, p. 207, ἐν ταῖς Ἄλπεσιν esse hoc animal scribens. Post μόνην intelligitur ταύτην. Cf. ad §. 1. προϊδεῖν οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων Vulgata. Sylburgio suadente et Schneidero in Eclog. phys. p. 25 praeeunte dedi ἀνθρώπῳ, quum ω et ων saepe confusa sint. cf. II, 30, 1. Eodem modo scriptum in Clav. ed. Pro vulgato ἄνθρωπον scripsi e Mosq. ἀνθρώπου ut Schneider l. c. qui Genitivus non ad ἀπέχουσα cum Facio referendus erit. οἱ θηρεύοντες — διαλύουσιν. Kuhnius putabat περιλαβόντες positum esse pro περιλάβωσιν. Facio videbatur ὁπότε vel corruptum vel interpretandum esse *interdum, quandoque*. Quibus missis accipimus quod pro vulgato βαθύτατον Clavierii offert editio βραχύτατον. Constructio est: οἱ θηρεύοντες οὖν περιλαβόντες τὴν πεδιάδα σταδίων ὁπότε ἐπὶ βραχύ-

τάτον χιλίων ἢ καὶ ὅρος. Clavier bene reddidit: *plaine de mille stades au moins.* Plene ita fere exprimeretur τὴν πεδιάδα σταδίων, ὁπότε ἐπὶ βραχύτατον ἐστὶ παρηγμένη, χιλίων, *quando in minimum contracta est;* brevius *campum mille minimum stadiorum.* Cf. c. 24, 3. Sic VI, 19, 3 γράμματα παρῆκται ἐπὶ βραχύ. IX, 30, 5 ὕμνους ἐπὶ βραχύτατον πεποιημένους. Praecise autem dicitur ὁπότε etiam in illo Homeri Iliad. VIII, 230 πῆ ἔβαν εὐχωλαί, ἅς, ὁπότ' ἐν Λήμνῳ, κενεαυχέες ἠγοράασθε. Dixit τὴν πεδιάδα significans eam regionem campestrem, in qua venatum exeant.

§. 4. Θηρίον δὲ ἐν τῷ Κτησίου λόγῳ τῷ ἐς Ἰνδούς, Μαρτιόρα ὑπὸ τῶν Ἰνδῶν, ὑπὸ δὲ Ἑλλήνων σφίσιν ἀνδροφάγον λελέχθαι οἱ πείθομαι τὸν Τίγριν Vulgata. Facius corrigebat — ἐς Ἰνδούς, ὃ Μαρτιόρα — Ἑλλήνων φησὶν ἀνδροφάγον λελέχθαι, εἶναι πείθομαι τὸν Τίγριν. Nos φησὶν pro σφίσιν et εἶναι pro οἱ recepimus, non item ὃ, quo carere possumus, verba Μαρτιόρα — λελέχθαι parentheseos signis claudentes. Forsan scribendum etiam fuit Μαρτιχόρα ex ipso Ctesia, Philostr. V. A. III, 14 (45) Aelian. N. A. IV, 21, ubi Schneider etiam Aristotelis H. A. II, 1 eandem vindicat e codice scripturam. Tychsenius in periculo Indica Ctesiae vocabula e lingua Persica interpretandi, quod subiunctum est Heerenii Ideis de Polit. T. I. vocabulum *Martichora* ducit a Persicis *Mard* i. e. *homo* et *Chorden* i. e. *comedere* seu *Chor* i. e. comedens. αὐτῷ Mosq. Ald. Francf. αὐτὸ Sylburgii est correctio. τριστόγχους κατὰ ἑτέρα τὴν γέ νυν Mosq. Pro ἑτέραν Sylburgius voluit ἑκατέραν idque confirmavit Aristotelis et Aeliani locis; scripsi igitur καθ' ἑκατέραν idem nunc video commendari a Corayo. κέντρα Similiter de leone ἔχει ἐπὶ τῇ οὐρᾷ κέντρον in Etym. Gud. p. 36. ἔχει vulgo. E Mosq. ἔχειν dedi. ἐγγύθι ἐναμύνεσθαι Vulgata, quam Sylburgius et Porsonus ita correxerunt ut scripsimus, ἐγγύθεν ἀμύνεσθαι. De ἐγγύθεν cf. ad cap. 23, 3 adn. Maximam distinctionem; quae fuit post ἴσον, Facius mutavit in minimam. Pro τίγρις est τίγρις τ' αὐτὴν in Mosq. Pro τε δοκεῖ scribendum τ' ἐδόκει videtur. ὠκύτητος, εἰ μὴ θεῖοι διὰ τὸ κ. τ. λ. ante Facium, qui cum Kuhnio ἢ ante εἰ inseruit et cum Sylburgio post θεῖοι distinxit. Sylburgius putaverat καὶ post εἰ inserendam esse; videri enim hanc coniunctionem hinc in proxima εἰ καὶ Λιβύης, ubi aptum locum non habeat, perperam transiisse. Pausanias igitur hoc videtur dicere: Animal

Indis Martichora vocatum, de quo fabulosa narrantur, forsan non aliud est nisi tigris. Dissentiunt a Pausania G. I. Vossius de Theol. Gent. lib. III. p. 1117 et Schneider, qui ad d. l. Aeliani scribit, verisimile sibi videri, speciem aliquam *hystricis* nobis non satis notam intelligi, multa tamen fabulosa et falsa a Ctesia immisceri. Creuzero autem in Symbol. I, 721 Martichora est fictum monstrum idque compositum ex homine, leone atque scorpio, cuius imaginem adumbratam dedit in Abbild. zur Symbol. tab. I, N. 14. Symbolum fuisse mira expressum figura, pluribus nunc placet. add. Baehr ad Ctesiae Indic. cap. 7. ceterum *τίγρις* est communis generis. cf. Athen. XIII, 590, a. *οὐ γὰρ — εἶδος*. Hic locus fugit Stoeckhardtum meum *de coeli in generis humani cultum vi ac potestate* scribentem ea, quae leguntur p. 14 sq. *παρὰ τὰς — χρόαν* Goldhagenus et Clavier interpretantur ut Amasaeus, Facius autem: *alio sunt, quam (atque) Aegyptiacae colore*, quem sequitur Corayus cum Nibbyo, neque ego illis potius quam his assentior, quum *παρὰ* etiam *τὸ ἐναντίον*, ut est in Bekkeri Anecd. p. 163, 29, denotet. *μέλανας* Mosq. Ald. Francof. quod correxit Sylb. *ἐπίδρομον* est apud Phavor. *κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ εὐάλωτον*, quod ut plura militaria vocabula, de quibus v. Casaub. ad Suet. Caes. 1, ad animum translatum est et hic ad credulum, qui rerum narrationibus facile capitur ut iis fidem habeat quamvis miris. Cf. c. 33, 2. *πτερῷ τοὺς — δὲ ὅτι* Mosq.

CAPUT XXII.

§. 1. Dictum pro *Ἐν — Διονύσου ναοί εἰσιν, ὁ μὲν Θέμιδος, ὁ δὲ Ἀφροδίτης καὶ ὁ τρίτος αὐτῶν Ἀπόλλωνος*. cf. II, 30, 1. X, 31, 4. *ὁμοῦ κτλ.* Cum Apollinis et harum simulacra in hoc templo erant posita.

§. 2. De *Mercurio κριοφόρῳ* II, 3, 4. *ἀποστρέψαι — ἐπὶ τοῦτο* Mosq. *τοῦτο* etiam Ald. Francf. Correxit Sylb. *ἄγαλμα Ἑρμοῦ φέροντα* Vulg. ita et Mosq. sed in margine *φέρον* habet, quod Corayus Vulgatae praeferendum putabat. sed cf. X, 19 extr. *παρίησιν* ante Facium, qui Amasaeo et Sylburgio auctoribus scripsit *περιίεισιν*, addens in Mosq. esse *παρίεισιν*, in meis schedis *παρίησιν* est.

ἐν ναυσὶν ante Facium, qui ἐν cum Mosq. omisit. τῶν Εὐβοέων vulgo. τὴν Εὐβοέων rectius esse videbatur Sylburgio. τῆς τε ἀνδράχνου· cf. c. 28, 1. hic forsan est lacuna, quum τῆς τε non videatur copulandum esse cum ἀνδράχνου, neque istud τε solivagum nullam corruptionem prodat. Ἀρδνάχου Mosq. Schwenkius putabat Mercurio sacram fuisse andrachnum, quia humillima sit. In Billerbeck. Flor. Class. ἀνδράχνη, ἀνδράχλη, ἄνδραχλας (?) scribitur. χωρὶς μὲν τὸ οἰκίας σφίσι, χωρὶς δὲ τὰ ἱερὰ ὑπὲρ αὐτῆς, ἐν καθαρῷ κ. τ. λ. Vulgata. Sylburgius corrigendum putabat αἱ οἰκίαι vel τὰ οἰκεῖα et ὑπὲρ αὐτῶν vel ἀπ᾽ αὐτῶν. melius Kuhnius χωρὶς μὲν οἰκίαι σφίσι, χωρὶς δὲ τὰ ἱερά; ἄπερ αὐτοῖς ἐν καθαρῷ· quod nos recepimus: idem factum est a Clavierio, cuius tamen editio οἰκίας retinuit. Kuhnii vestigia legens Corayus scribit χωρὶς μὲν γὰρ οἰκία σφίσι, χωρὶς δὲ τὰ ἱερὰ παρ αὐτοῖς. Caeterum τὸ, quod Vulgata habet post χωρὶς μὲν, Mosq. omisit.

§. 3. Κορρίνης Mosq. qui deinde ἐν ante Τανάγρα omittit. περιφανεῖς Ald. περιφανὲς Mosq. Suidae Corinna dicitur Θηβαία ἢ Ταναγραία, non mirum, quod Tanagra aliquamdiu Thebanorum fuit. Cf. quae O. Müller scripsit in Orchom. p. 215. ἢ Πίνδαρον Ald. ἣν Πίνδαρος Mosq. ἣν Porsonus quoque voluit, et a nobis receptum est. Corinnae *quinque victorias de Pindaro* narrant Aelianus V. H. XIII, 25 et Suidas. De *Pindari dialecto* scripsit Hermannus. *Aeolica* usam esse Corinnam, recte videtur Welcker confirmare in Creuz. Melet. II, 13. Grammatici Leidensis verbis in Gregor. Cor. p. 639, ubi Μυῖα dicitur Corinna, quod cognomen fuit Corinnae; et ἐν Αἰολεῦσι Βοιωτοὶ, ut ait Stephanus Byz. v. Ἰωνία, adde Paus. X, 8, 3: et adn. ad IX, 20, 2. VIII, 11, 5. ἦν γυναικῶν τῶν τότε ἤδη καλλίστη Vulgata. Kuhnius volebat corrigi γυναικῶν τῶν τότε καὶ. Facius γυναικῶν τότε ἤδη καὶ. quod placuit Clavierio; Porsonus τῶν τότε ἤδε, et eodem modo Censor in ephem. Lips. litter. 1818 N. 46. atque hoc reddendum putavimus Pausaniae; denique Welcker l. c. p. 17. γυναικῶν τότε ἥδε ἡ καλλίστη. Luciani locum in Encom. musc. c. 11. ubi *Myia* poetria dicitur πάνυ καλή, Welcker p. 13 ad Corinnam referre non dubitavit. εἴ τις ἔτι εἰκόνι δεῖ τεκμαίρεσθαι Vulgata. Facius malebat εἴ τι ἔτι, Porsonus autem εἴ τι τῇ· nos scripsimus εἴ τι ἐπὶ τῇ εἰκόνι δεῖ τεκμ. Sic ἐπὶ ἀγάλματι τεκμαίροιτο VII, 4, 4. quanquam Dativus etiam simpliciter

huic verbo appositus reperitur; veluti cap. 31 sub fin. Articulus τῇ addendus fuit propter antecedens γραφῇ.

§. 4. De his *Tanagraeorum gallis* ἀθληταῖς et πληκταῖς laudant Suidam v. ἀλεκτρυόνα. Diog. L. in v. Diogen. Aelian. V. H. Fragm. Βουλυτός. adde Mülleri Orchom. p. 26. Ab his gallis nomen *Tanagrae* duxit Bochartus in Chan. II. lib. I. c. 16. p. 472. κόσσυφοι. v. omnino VIII, 17, 3. κόσσυμφοι Mosq. Ald. κατὰ ἀνεμ. Amas. reddiderat *ad phenii similitudinem* ex Plin. 21 (non 22, quod vitium Kuhnius e Sylb. nota male repetivit) 23, 94, sed ibi nunc legitur, *phrenion*; vera tamen lectio Harduino videbatur φαίνιον propter schol. ad Theocr. V, 92. Sylburgio autem φόνιον a cruento colore, vel ἠνέμιον ut est apud Dioscoridem. ἀάφει Mosq. τὰς οὐράς. Vulgo. Sylburgii emendationem τῆς οὐρᾶς non debui contemnere. μὲν τοι τοῦτο Vulgata: cum Mosq. μὲν τοιοῦτο scripsi, *die Gestalt, die eine solche ist.*

§. 5. Τῆς δὲ B. κ. τ. λ. Haec ad Euripum in Boeotia sita spectant septentrionem, sed illa, quae commemorata sunt cap. 19, 5, meridiem. Dextra enim et sinistra pars Euripi significant in his locis Euripi brachia; quae igitur Boeotiae loca Euripi dextro adiacebant brachio, ea ad meridiem, quae sinistro ad septentrionem vergebant. Μεσάβιον ante Facium, qui se dicit Μεσσάπιον ex Amasaeo, Strabone ac Stephano Byz. restituisse; occupaverat hanc correctionem Sylburgius. Hic mons Anthedoni versus occasum positus putatur etiam in Hom. h. in Apoll. 223 indicatus esse; vocatur nunc *Typo-Vouni* ut ait Hobhousius in Journ. thr. Alban. T. I. p. 446. Aliter Guil. Gellius, ut illico dicetur. Thebis versus Euroaquilonem opposita Ἀνθηδὼν ἐσχατόωσα nota est ex Hom. Il. II, 508. Inde ad Thebas 160 stadia apud Dicaearchum. „Are the ruins of *Anthedon* under Mt. *Ktypa* or *Messapins,* and six miles (two hours and a half, or at rather more than seven miles Walp. Turk. p. 301.) beyond is Egripo or Chalcis." Gell in Itin. of Greece p. 147. adde Mülleri Orchom. p. 491. Ἀνθᾶνα ante Facium, qui recepit Sylburgii emendationem Ἄνθαν et codice Mosq. confirmatam et Pausaniae ipsius testimonio, quod legimus II, 30, 7. Ποσειδῶνος κ. τ. λ. Paulo aliter Stephanus B. Ἀνθηδὼν — ἀπὸ Ἀνθηδόνος τοῦ Δίου, τοῦ Ἄνθου, τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης τῆς Ἄτλαντος· sed valde vereor ne τοῦ Δίου corruptum sit, et e duplici scriptura Ἀνθίου et Ἄνθα ortum. In Eusta-

thio ad l. c. Homeri et Phavorino est: ἀπὸ Ἀνθηδόνος ἢ Ἀνθίου ἀπογόνου Ποσειδῶνος. Quem Heraclides ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ apud Plutarchum de Musica princ. dixit Ἄνθην τὸν ἐξ Ἀνθηδόνος τῆς Βοιωτίας Amphionis et Lini Euboeensis aetate hymnos fecisse, an idem sit, non liquet. Cum Mosq. codice in Ἀλκυόνης Aldina conspirat. *Cabirorum templa in lucis* fuisse iam Gutberleth adnotavit de myst. Deor. Cab. cap. 12 et 14. Circa vicinam Tanagram fuit λίθος μέγας κεκρυμμένοις αὐτόθι ἐκ παλαιοῦ νυκτελίοις ἱεροῖς ἐπικείμενος teste Plat. κεφ. καταγρ. ἑλλην. 37. μέσου pro μέσον Mosq. Facius et Corayus post Goldhagenum mallent πλησίον δὲ Δήμητρος· at in locis bene multis omissae sunt particulae δέ, οὖν, γάρ. cf. ad IV, 3, 3. τάφοι κ. τ. λ. *Aloidarum*, de quibus dicet cap. 29. Hi duces putantur Thracum (v. Mülleri Orchom. 387.) at vero Thraces habitasse dicuntur Anthedonem. γενέσθαι κ. τ. λ. Homerus Od. XI, 318. Pindarus Pyth. IV. 156. (88). sed de Naxo in Homero nihil. Forsan hic lacuna est in hunc fere modum explenda: καὶ Πίνδαρος· προστίθησι δὲ Πίνδαρος, ὡς.

§. 6. Fortasse scriptum fuit ἐστιν ἐν τῇ. De *Glauci* fabula nunc satis est nominasse Hermanni Diss. de Aeschyli Glaucis (in breve contractam in Actis semin. reg. Lips. II, 2.) et Mülleri Orchom. 264. De forma hujus Glauci cf. ad X, 4, 5. κατὰ ἔτος Schneider. citat Sch. Platon. Ruhnk. p. 197. *Pindarum* de hoc Glauco cecinisse suspicantur in Paeanibus. v. Fragm. Pind. in Heynii ed. p. 57 sq. τῷ μὲν (τὸν) Vulgata. τῶν μὲν Mosq. neutrum illi praeferendum. *Aeschyli Glaucum Pontium* h. l. intelligi contendit Hermannus l. c. Idem suspicatur, hoc δρᾶμα ab aliis in tragoediis habitum *satyricam fabulam* potius fuisse. Anthedonii, qui fere omnes fuerunt piscatores, dixerunt se posteros esse Glauci marini, piscatoris communiter habiti, referente Dicaearcho in Vita Graeciae lib. 2.

CAPUT XXIII.

§. 1. ἐπὶ Λευκίου ante Facium, qui Sylburgii emendationem etiam Valckenario probatam in contexta re-

tulit ἐπιλαυρίων. Mosq. *in Lauriis* Amas. De *Epidauriorum* stadio II, 27, 6. De *Iolao in Sardiniam cum Atheniensibus et Thespiensibus profecto* VII, 2, 2. X, 17, 4. ἡρῷον Ἰολάου fortasse Ἰολάειον dictum est. v. ad X, 17, 4.

§. 2. Πίνδαρον δὲ κ. τ. λ. Res varie narrata v. Aelian. V. H. XII, 45 et editt. Anthol. Pal. T. I. p. 53. Cf. Boettiger in Amaltheae I. p. 63. ἰόντα ἐς Θεσπιὰς θέρους ὥρᾳ καύματος περὶ μεσοῦσαν μάλιστα ἡμέραν Vulgata. Post καύματος Sylburgio inserendum videbatur particip. ὄντος, aut simile: vel tollendum id ipsum substantivum. Porsonus malebat θέρους deleri; quod valde placet (v. mox locum Clementis) quanquam legitur χειμῶνος ὥρᾳ et ὥρᾳ χειμῶνος cap. 24, 2. VIII, 22, 3. ὥρᾳ θέρους VI, 5, 4. Schaefer ad Lamb. Bos. p. 267. καύματος vult absolute dictum ut νηνεμίης. Si nihil delendum, potius καὶ ante καύματος inserendum censeo quam verba ita esse construenda: ὥρᾳ καύματος θέρους, quamquam Clemens Alex. in Protrept. princ. ἐπιθάριζεν ὥρᾳ καύματος dixerit. Caeterum est παρθέρουν pro θέρους in Mosq. Deinde legendum quispiam putet ἔπλασσον πρὸς τὰ χείλη τοῦ κηρίου. Sic de Platone apud Aelianum l. c. μελίττας εἰς τὸ στόμα κηρίον ἐργάζεσθαι, et in Olympiodori vita Platonis: πεπληρώκασι τὸ στόμα κηρίων μέλιτος· sed ecce de *Pindaro*: τικτομένου γάρ ἐζόμεναι λιγυροῖσιν ἐπὶ στομάτεσσι μέλισσαι κηρὸν ἀνεπλάσσαντο, σοφῆς ἐπιμάρτυρα μολπῆς, in Anth. Pal. l. c. Ibidem T. II. p. 718 est περὶ χείλεσιν ἑσμὸς ἔπλασε κηρόδετον μέλι. De *apibus eloquentiae et poeseos signo* cf. indices in Winckelmanni opp. T. VIII. p. 41. ἀρχὴ — τοιαύτη. *Hoc primum impulit Pindarum ad carmina pangenda.* ἐς πλέον — νέμειν· idem traditur a Thoma Mag. et in versibus heroicis in genus Pindari p. 156. 159. Tom. II. ed. Heyn. adde Plutarch. de S. N. V. cap. 13. Kuhnius distinctionem post γενέσθαι sublatam post γῆρας posuit a Sylburgio monitus. ἐς αὐτὴν pro ὡς αὐτὴν Mosq. idem καὶ ante τὸν μὲν omisit. ἐπικλήσεις καὶ ὁ χρυσήριος Mosq. χρυσήνιος in Orphei Argon. 565. Ἠὼς dicitur, et in Hom. Iliad. VI, 205. *Diana.*

§. 3. Ἀκραίφνιον· ita etiam cap. 40, 1. et apud Suidam. Stephanus B. ex Ephoro et Theopompo profert Ἀκραιφνίους, Ἀκραιφνεώτας, Ἀκραίφνια, additque ἐθνικὸν, Ἀκραιφνιεύς. Idem hunc ipsum locum Pausaniae

citat his verbis: Ἀκραιφία, πόλις Βοιωτίας· οἱ δὲ Ἀκραίφιον. Παυσανίας δὲ [Ἀκραίφνιον] καὶ οὐδετέρως: uncis inclusimus antepenultimam vocem ut desideratam in Aldina et Florent. edd. et in cod. Perusino. In Strabone IX, 410 (453) est Ἀκραιφίαι, sed 413 (467 sq.) Ἀκραίφιον · in Herodoto VIII, 135 Ἀκραιφίη, in Biblioth. Coisl. e Ptolemaeo p. 648 Ἀκρίφια et Ἀκρίφεια. Fuit ubi nunc pagus *Kartitza* seu *Carditza*. Teste Gellio in Itin. of Greece p. 143 „Thebes to Kartitza 4 h. 38 m. = 11 geogr. miles." Ab aliis in loco, ubi Acraephnium fuerit, ponitur *Proscina*, v. Mülleri Orch. 52. 484. κεῖται — ἐν ὄρει · confirmat Strabo IX, 413. De loco ubi Apollinis Ptoi ἱερὸν i. e. τέμενος situm fuerit, Herod. VIII, 135. εἶναι δὲ — εἴρηκε. Quod ante Ἄσιος Vulgata habet ὡς, Facio delendum videbatur ut constructionem turbans; et ecce delevit Clavier. ut VIII, 12, 2. ad quem locum adnotata sunt quae ad nostrum quoque pertinent. Athamantis et Themistus filius *Ptous* etiam apud Apollod. I, 9, 2. *Ptous*, de quo monti nomen, apud Steph. B. est Apollinis filius et Euxippes (leg. cum Müllero Ζευξίππης). Ibidem montis nomen inde etiam ducitur ὅτι Λητὼ ἐκεῖ βουλομένην τεκεῖν προσεπιφανεὶς κάπρος ἐπτόησε. Müller in Orch. p. 85 huc traxit Paus. IX, 23, 4 extr.) Stephanus hoc hausit e Plut. Pelop. 16. Aliter de cognomine hoc Apollini tributo Phavorinus p. 1196: λυκηγενὴς λέγεται, ὅτι λύκος, φασὶν, ἐπεφάνη τῇ Λητοῖ ἐν τῷ τοκετῷ, ὅθεν καὶ πτῷον τὸν ἐξ αὐτῆς Ἀπόλλωνα ἐπωνόμασε. De Asii ratione *Apollinem ipsum de Ptoo* cognominatum esse, cf. adn. ad II, 35, 2. μαντεῖον — Καρικῇ. Hoc sumtum est ex Herod. VIII, 135. Oraculum commemorat etiam Strabo IX, 413 (467). μαντεῖον ἦν Mosq. Pro Vulgata αὐτόθεν non dubitavi scribere αὐτόθι, quod nunc video Porsonum quoque restitutum voluisse. Eadem haec confusio deprehenditur cap. 25, 5, ubi pro Vulgata αὐτόθεν in Mosq. αὐτόθι legitur; rursus pro αὐτόθι scribendum videtur αὐτόθεν cap. 32, 3. ἐγγύθι et ἐγγύθεν vidimus cap 21, 4. male inter se permutata. Εὐρωπεὺς, *Europensis*, ut apud Herodotum VIII, 133, civis est *Europi*, *Εὐρώπου*, urbis *Cariae*; sic apud Stephanum Byz. ubi corrigendum est Εὔρωπος, et in Etym. M. p. 397 (360). Berkelio statuenti, Europum et Euromum apud Stephanum eandem esse Cariae urbem, assensi sunt interpretes Herodoti. Valckenarius ad l. c. Herodoti causam aperuit, cur Mardonius homine *Care* ad

hanc rem usus sit. Pro *Μῦν* in Mosq. primum est *μοῦν*, deinde *μέν*. Post *διαλέκτῳ* male excidit *δέ*. *βαρβαρικῇ* vulgo; *καρυκῇ* Mosq. unde scripsi *Καρικῇ*. idem nunc invenio in Clavierii ed. Apud Herodotum VIII, 135 est *Καρίῃ μιν γλώσσῃ χρᾶν*.

§. 4. *Βοιωτῶν πόλις Λάρυμνα*. Sic Phavorinus *Λάρυμναι, πόλις Βοιωτίας*. „The remains of a city, perhaps *Larymnes*, situated on a promontory between two ports, is about four miles distant from Martini. Martini to Talanta 4 h. 27 m. Talanta should be Opus" Gellii Itin. of Greece p. 148. 228 sqq. cf. Mülleri Orchom. p. 52, ubi p. 55. e Meletio affertur *Λάρυμνα, κοινῶς Λάρνες*. Quas ruinas Raikes duarum horarum via disiunctas a pago Martini vidit prope littus, Larymnae esse opinatus est in Walpoli Turk. p. 301. *Cynus* filius Locri. cf. Schol. et Eustath. ad Hom. Iliad. Η, 531, ex his ut ex Homero ipso et Paus. X, 1, 1. scribendum fuit *Κύνου* pro *Κυνοῦ*. add. Strabo IX, 425 (546) et Steph. B. *τοὺς δὲ ἀνωτέρω — τοῦ λόγου*. „Haec Pausanias in sequentibus omisisse videtur; nihil equidem inveni, quod huc spectaret." Facius; at non omisit: primum enim *τὰ ἔχοντα ἐς Λοκροὺς τοῦ λόγου* sunt aperte ea, quae leguntur libri X. capite 38. Deinde *οἱ ἀνωτέρω πρόγονοι* Larymnae et Cyni ibidem dicuntur fuisse *Orestheus et Deucalio*: prosapia enim haec fuerit: Deucalio, Orestheus, Phytius seu Physcus, Locrus, Cynus. cf. Athen. II. p. 35 b. Eustath. l. c. p. 277. adde fabulam tertiam in Clavierii Hist. d. prem. temps. Aliis Physcus est Amphictyonis, Deucalione nati, filius v. Clavier l. c. T. I. p. 96. Apud Stephanum B. Physcus est filius Aetoli, nepos Amphictyonis, pronepos Deucalionis. Deucalionem cum Pyrrha Opunte vel Cyni in Locride habitasse, tradunt Pindarus Ol. IX, 63 sqq. eius Scholiastes et Strabo IX, 425. Huc locus quoque pertinet Pausaniae II, 19 extr. Opuntios narrare, Promethei sepulcrum apud ipsos esse. Urbs Locrorum *Opus* Pindaro Ol. IX, 63 *Πρωτογενείας ἄστυ* vocatur. *Protogenia* vulgo quidem Deucalionis et Pyrrhae; sed, quod Scholia ad h. l. testantur, aliis Promethei filia perhibebatur. Praeterea Pindarus putatur d. l. 79 sqq. significasse, progeniem ex Iapeti, qui pater Promethei fuit, stirpe Locridem tenuisse iam ante Deucalionem, neque praetermittendum, in vicina regione circa Panopea luti, ex quo Prometheus hominum genus fin-

xisse dicebatur, reliquias monstratas esse teste Pausania X, 4, 3. Recte igitur Pausanias II, 19 extr. dixit, maiori Opuntios iure quam Argivos sibi vindicare Promethei sepulcrum. *συνεχὲς δὲ κ. τ. λ.* Cf. Mannert. VIII, 219, cui Strabonis locus continuo excitandus videtur res turbare. Apud Strabonem enim IX, 406 distinguitur *Λάρυμνα ἡ Λοκρίδος* seu *ἡ ἄνω* et *ἡ ἐπὶ θαλάσσῃ ἡ Βοιωτική*, cui Strabone teste addiderunt Romani *τὴν ἄνω*. O. Müller in Orchom. de hac re ita: „Zu erst waren beyde Staedte Opuntisch; als Theben auf dem Gipfel der Macht war, fiel ihm die Unterstadt vermuthlich zu; nach Thebens Fall war auch diese wieder Locrisch; Ol. 137 wieder Boeotisch; die Roemer schlugen beyde zu Boeotien, und vereinigten sie wieder, wie es von Anfang an gewesen seyn mag, in eine Stadt“ p. 57. 485. *ἰσοποῦντα* Mosq. *προελθόντων* Vulgata *ἐπανελθόντων* Mosq. *λίμνη — ἀγχιβαθής*. Meletius in Mülleri Orch. p. 55 *Λαρύμνης τὰ ἴχνη φαίνονται, ὅπου εἶναι λίμνη ἀγχιβαθύς, ἐγγὺς τῶν τειχῶν ταύτης ἐξέρχεται ὕδωρ.* Kuhnius *ἀγχιβαθὴς* interpretatur *statim a prima ripa profundus*; bene; Phavorinus non aliter: *ἡ ἐγγὺς τῆς γῆς βαθεῖα θάλασσα.* Apud Polyb. IV, 41 sunt *χώματα παρὰ τὴν χέρσον ἀγχιβαθῆ.*

CAPUT XXIV.

§. 1. *Κυφισίδα* Mosq. idem §. 2. *Κηφισίδι*. cf. c. 13, 2. De variis *lacus Copaidis nominibus*, quae ei loca dederunt adiacentia, cf. Strabo IX, 410 sq. (452 sqq.) et Mülleri Orchom. p. 42. *Ἀθαμάντιον — φασιν.* Schol. ad Apollon. I, 763. *πολλοὶ φασιν Ἀθάμαντα οἰκῆσαι ἐν τῷ Ὀρχομενῷ.* Acraiphnii conditor idem a nonnullis dicebatur. v. Steph. B. Habitasse eum in Boeotia antequam ob insaniam pelleretur, alii quoque tradiderant. Hic campus inter montem Talantam s. Klomo et lacum Cop. (v. Gell. p. 144.) fuit *Ὀρχομενίας*. v. §. 3. *ἐς δὲ τὴν λίμνην ὅ τε ποταμὸς ὁ Κηφισσὸς ἐκδίδωσιν, ἀρχόμενος ἐκ Λιλαίας τῆς Φωκέων καὶ διαπλεύσαντι ἐς Κώπας. Κεῖνται δὲ αἱ Κῶπαι πόλισμα ἐπὶ τῇ λίμνῃ* Vulgata, varie tentata; ac primum quidem Sylburgius, nisi ea quae inter *Κώπας* et quod infra sequitur *ἐνταῦθα*

inserta sunt, parenthetice accipias, constructionem consistere non posse putabat, quod Clavier ita sequutus est ut scriberet: — *τῆς Φωκέων. Καὶ διαπλεύσαντι ἐς Κώπας (κεῖνται δὲ αἱ — μνήμην.) ἐνταῦθα.* Sed ita deest quod antecedenti *ὅ τε ποταμὸς* respondeat; neque Clavierium probat Corayus, qui veterem revocans distinctionem *τε* ante *ποταμὸς* et *καὶ* ante *διαπλεύσαντι* delet ut sensus sit: „Le fleuve Céphissus, dont la source est à Lilèe dans la Phocide, se décharge ce lac, à l'endroit où est la ville de Copes, à la quelle on se rend en traversant le lac.“ Allato deinde Strabonis loco IX, 406, cui suam hanc explicationem respondere putat, addit: „On voit par ce passage que la ville de Copes étoit placée à l' endroit même du lac où se jettoit le fleuve Cephissus.“ At Strabo p. 407 (429) de exitu Cephissi ita: *εἶτα διὰ τῆς Ὀρχομενίας καὶ τῆς Κορωνιακῆς εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην ἐξεισι.* ergo Cephissus in hunc lacum se exonerabat non eo loco, ubi fuerunt Copae, sed e regione Coparum, atque hoc ipsum est quod Pausanias dicit. Facius corrigit: *καὶ διαπλεύσαντί ἐστι* vel *εἰσι Κῶπαι*: hanc correctionem tacite sequutus est O. Müller in Orchom. p. 42. Sed neque his neque Kuhnii correctione *διαπλεῦσαί ἐστι*, *potest quis traiicere Copas*, videtur opus esse, si *καὶ διαπλεύσαντι* coniungatur cum *ἐκδίδωσιν* hoc sensu: *et quidem eo loco, ubi traiiciunt Copas.* i. e. *e regione Coparum.* cf. Mannert VIII, 215. De *καὶ et quidem* cf. ad IV, 5, 2. Quodsi praeferatur *καὶ διαπλεύσαντί εἰσι κῶπαι*, interpretandum censeo: *et inde, ubi fluvius intrat, lacum traiiciens venit Copas. ἐπὶ τῇ λίμνῃ* Mosq. De *Cephissi origine* cf. X, 33, 2, et de multorum erroribus in *exitu* monstrando Mülleri Orchom. p. 483. De vero exitu ibid. 78 et Mannert VIII, 213. cum utriusque ac Reichardi mappa geograph. De *Copis* v. ad §. 2.

§. 2. *Τούτου — μνήμην.* in Iliad. II, 502. *τοῦτο* Mosq. *Copae* in littore lacus euroaquilonem spectante. Gellius in Itin. of Greece p. 143. postquam de promontorio dixit, quod e monte Ptoo in lacum Copaidem procurrat, addit: „Toward the nord is seen a triangular island, on which are the walls of the ancient *Copae*, and more distant, on another island, is the modern village of Topolias, which gives the present name to the lake. (Aliis Topolias est ubi olim Copae fuerunt. v. Mülleri Orch. p. 42.). It appears that the islands of

Copae and Topolias may at certain seasons be approached by a causey, but in June it was covered with water." Dodwellius in itinerario suo cap. 18. p. 120 Sickl. commemorat diobolos argenteos Thebis nuper inventos, quibus inscriptum sit *ΚΩΠΑΙΩΝ*, et Boeoticus impressus clypeus. *καὶ* ante *Ἀθήνας* vulgatum Facius auctoritate codicis Mosq. sustulit. *Ἀθηνᾶς* Mosq. *Athenas et Eleusin* in Boeotia aquis huius lacus abolitas esse, refert etiam Strabo IX, 407 (428), ubi lacunam Müller in Orch. p. 58. ita explendam putat: *λέγεται δὲ κ (τισθῆν) αι κατὰ Κέκροπα — ἀφανισθῆναι δὲ ταύτας.* Meminit harum *Athenarum* et Stephanus B. addens: *ἐκ τῆς λίμνης ἀναφανεῖσα μετὰ τὸ πρότερον ἐπικλυσθῆναι τῆς Κωπαΐδος, ὅτε Κράτης αὐτὴν διετάφρευσεν*· et aliis Athenas, Boeotis autem Orchomenum hanc urbem dictam esse: quod ex l. c. Strabonis sumtum est. De re ab utroque narrata v. Mülleri Orch. 58. De his *anguillis* libri ex libris citantur.

§. 3. *Κώπην* pro *Κωπῶν* Mosq. *Ὀλμωνές.* Stephanus ex Pausania ita: *Ὀλμῶνες, κώμη Βοιωτίας ἀπὸ Ὀλμοῦ τοῦ Σισύφου. Πausανίας ἐννάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ὀλμωνεύς.* Ex eodem Pausania sed non nominato est quod de *Hyetto* habet: *Ὑηττὸς, κώμη Βοιωτίας ἀπὸ Ὑήττου ἀνδρὸς Ἀργείου.* Deinde aliunde addit: *Ὀνόμασται δ' οὕτω διὰ τὸ καθύεσθαι σφοδροῖς ὄμβροις.* Ex his *μοίρας· αὗται* lucem accipiunt *ξύμμοροι* ap. Thuc. 4, 93. Pluralis *κῶμαι* ad Olmones et Hyettum refertur. Mosquensis *καὶ* ante *εὐθὺς* omisit. idem *δοκεῖ* habet. *Ὀλμὸν* Vulgata. idem nomen cap. 34. vulgo scribitur *Ἄλμος.* quam scripturam Palmerius nostro quoque loco vindicandam putabat. *ὄλμος* est *ἴγδη.* *Ὀρχομενία συγγραφὴ* est cap. 34, 5 sqq. Fortasse scribendum *προςέσται καὶ ταῦτα.* Ad *παρεῖχον* intelliguntur *ἐξηγηταὶ* seu *Βοιωτοὶ* seu *ἄνθρωποι. ἐπὶ βραχύτατον* adverbii instar ut nostrum *im geringesten.*

§. 4. *τὸ δὲ ἀρχαῖον τῷ πολίσματι φασιν εἶναι Κυρτώνην* Vulgata. Quid Kuhnius cogitaverit corrigens *πολισμά τε* intelligere non poteris nisi etiam *τῷ* deleas. Post *φασιν* inserendum esse *ὄνομα* Sylburgii sententia fuit. Clavier edidit *τὸ δὲ ἀρχαῖον [ὄνομα] τῷ πολ.* suasore Facio. Ad verum autem inveniendum ducere potuit Stephanus B. qui hunc ipsum Pausaniae locum excitans hoc habet: *Κύρτωνες, πόλις Βοιωτίας. Πausα-*

νίας ἐννάτῳ· τὸ δὲ ἀρχαῖον πολισμάτιον, Κυρτώνη· pro quo Berkelius sinistris avibus deceptus e Pausania scripsit: τὸ καὶ (unde καί?) ἀρχαῖον τῷ πολίσματι φασιν εἶναι Κυρτώνη. unde quam res plena sit periculi damnique ex alio alium scriptorem corrigere, intelligitur. In Stephani πολισμάτιον latet πολίσματι ὄνομα, quod nos recepimus; idem probatum est Porsono, qui vitii originem ita declaravit:

Ν
πολίσματι ο (ὄνομα).

Ut hic in ον sic I, 35, 2 in ἐν depravatum videtur esse ὄνομα. Ubi olim κύρτωνες fuerunt, nunc est oppidum *Talanda* teste Dodwellio in Itin. c. 18. p. 124. vers. Sickl. „Sie (Talanda) liegt gegen 6 (engl.) Meilen vom Meer entfernt in dem Winkel eines Thales am Fuſse eines Gebirges, das denselben Namen mit ihr trägt."

§. 5. Ἐκ δὴ Κυρτώνων — Κορσεῖα Vulg. Hunc locum Stephanus B. v. Χορσία ita excitat: Χορσία, πόλις Βοιωτίας. Πανσανίας ἐννάτῳ: Ἐκ δὲ Κυρτώνων ὑπερβάλλοντα τὸ ὄρος, πόλισμά ἐστι Κορσίας. Additur etiam τὸ ἐθνικὸν Χορσιεύς. Sylburgius putabat pro δὴ rectius legi δὲ ex Stephano. Κορσιαὶ est apud Suidam et Diodorum Sic. XVI, 58, ubi Wessel. iam citavit Harpocrationem testes producentem Demosthenem ac Theopompum (ubi Κορσίαι legitur). Propter has auctoritates Palmerius praeferebat Pluralem. De hac urbe putant *Thebas Corsicas* appellatas esse apud Plinium IV, 4; nam cives inde Thebas esse traductos; quod ubi tradatur equidem nescio. πολὺν pro πολὺ Mosq. ἐν ὑπαίθρῳ τοῦ ἄλσους *in loco aperto luci.* Kuhnium ὅσον τὸ pro ὅσον τε scribi volentem nec Porsonus probavit. cf. adn. ad I, 24, 7. Ἀλαὶ Xylander reposuit e Stephano, qui hoc habet: Ἀλαί, πόλισμα Βοιωτίας. Πανσανίας ἐννάτῳ. Strabo autem IX, 425 (544) εἰς Ἀλὰς κατέληξεν ἡ Βοιωτικὴ παραλία ἡ πρὸς Εὐβοίᾳ. „Alos or Halae to Talanta 57 minutes" Gellii Itin. of Greece p. 130. Ἀλλὰς Ald. ἄλας Mosq. Nomen aperte ductum a. v. ἅλς. In Mosq. est διήργει.

CAPUT XXV.

Pergit ad eas Boeotiae partes, in quas ex *Neïte* porta ibatur.

§. 1. πολλῶν pro πυλῶν Mosq. *Νηϊτέων* Vulgata. ita etiam §. 4 in Aldina. Sylburgius ad cap. 8, 3 dixit, incertum esse, corruptumne hoc ex *Νηϊτίδων* an ionice positum esset pro *Νηϊτῶν*. quorum posterius verum est, quum constet Nominativum esse *Νηῖται*. cf. paulo post §. 4. et cap. 8, 3. In Aesch. VII. c. Theb. 462. est πύλαισι *Νηΐτησι*, et Eurip. Phoen. 1104 (1111) *Νηΐταις* πύλαις. Hic *Menoeceus*, cuius mortem etiam Plut. Pelop. 21. commemorat, se ipse occidit pro patria, *si Graecia vera*, addit Iuvenalis XIV, 240. Alia de alius *Menoecei morte* tradiderunt Sosiphanes et Nicostratus in Scholiis ad Eurip. Phoen. 1010 (1017). μαντ. τὸ ἐκ Δ. Apud Euripidem in Phoen. 913 (920) et Apollodorum III, 6, 7 ex vaticinio Tiresiae. *Μενεκέως* Mosq. Pro πεπείρου est ὡραίου in Mosq. πέπειρον ἐπὶ ὀπώρας ὡρίμου Phavor. et Hesych. αὕτη — ῥοιά *haec malus punica arbor est adhuc florens.* πρώτοις φασὶν omisit Mosq. qui deinde cum Aldina ἀποφῦναι habet. ἄμπελον — ἀνθρώπων cf. nominum notationes ad cap. 5, 2 prolatas.

§. 2. ἔπεστι Mosq. δείκνυται — Διός. Diodorus S. IV, 9 narrat, Herculem infantem a matre Iunonis iram metuente expositum esse, in eo loco, qui de eo πεδίον Ἡράκλειον appellatus sit, Minervam autem quae cum Iunone eo venerit, huic persuasisse, ut infantem hunc suis applicaret mammis, eamque Minervae obsequutam esse nescientem, esse Herculem. Iuno Herculi lac praebens in Winckelm. Monum. Ant. Ined. p. 14. N. 14, ubi etiam epigramma εἰς ἄγαλμα Ἥρας θηλαζούσης Ἡρακλέα citatur ex Anthol. L. 4, 12, 66 p. 355. καλεῖται δὲ ὁ σύμπας οὗτος Σύρμα Ἀντιγόνης Vulgata. Barthius ad Stat. Th. XII, 411 legendum opinabatur — ὁ σύμπας οὗτος τόπος Σ. Ἀ. Clavier autem — ὁ σύμπας τόπος Σ. Ἀ. Fortasse scriptor in animo habuit voc. χῶρος pro χωρίον, quod praecessit. προθυμουμένη τὸν Mosq. ῥᾳστώνη *facultas aliquid efficiendi sine molestia*, sed VII, 24, 6 *lenitas*, ἤπιόν τι. Pro ἐπενόησεν est ἐπένησεν in Mosq.

§. 3. ποταμὸν — Δίρκην. In Eur. Phoen. 730 dicitur βαθύς. Cognominis fuit fonti monente Scholiasta ibi. cf. Mülleri Orch. p. 487. ἀπὸ Ἀντιόπης παίδων

συμβῆναι τῇ Δίρκῃ τὴν τελευτὴν Vulgata. Nos scripsimus ὑπὸ Ἀντιόπης· non enim diversum hoc est ab illa formula γενέσθαι τὴν τελευτὴν ὑπὸ, quae legitur cap. 22, 5. De re ad c. 17, 4. Διαβάντων — διαβᾶσιν. cf. ad II, 7, 1. atque de *Aristomedis Socratisque* aetate Winckelm. Opp. VI, 1, 11. 2, 24. denique de *hac Rheae aede* Welcker ad Phil. imag. p. 464 sq. ἐξεγεγόνει *contigerat*; sic et ἐξεγένετο I, 28, 6. III, 4, 5. κατὰ ἡμέραν ταύτην coniectura est Clavierii. ἴδον vulgo; scripsi εἶδον, volente etiam Sylburgio ac Porsono. cf. adn. ad 18, 3. ἴδιον Mosq. λίθου ὂν Mosq. omisit.

§. 4. Νηϊτῶν vulgo. Νηιστῶν Mosq. νηιτέων Ald. Hoc restitui. cf. §. 1. Ῥινοκολούστης. cf. Apollod. II, 4, 11. Haec autem de eo narratio, parum illa probabilis, Thebanorum fuit, non Pausaniae est, Pausania ipso teste. Sed ῥινοκολούστης potest etiam *scuta comminuentem* significare, cf. ῥινοτόρος.

§. 5. αὐτόθι pro αὐτόθεν Mosq. cf. ad 23, 3. De *sacris Cabirorum* reiicimus ad O. Mülleri Orchomenum p. 124. 235. inpr. 450 sqq. Καβειραίας pro Καβειρίας volebat Porsonus. οἱ Κάβαροι Mosq. καὶ τῇ μητρὶ Vulgata. Fortasse quispiam malit καὶ Δήμητρι. Amasaeus legit καὶ τῇ Μητρί· de magna Deum matre hic cogitandum esse, Müller quoque censuit l. c. p. 454. equidem malim de *Cerere* tum propter hunc ipsum locum nostrum et §. 6, tum propter alios a Lobeckio de myster. gr. argum. I, p. 8. citatos, ubi frugum largitores esse Cererisque satellites videntur Cabiri.

§. 6. Τοσούτων δὲ δηλῶσαι Vulg. Τοσούτω Mosq. Τοσοῦτον scripsit Clavier. Τοσοῦτον recte correxerunt Camerarius, Sylburgius, Corayus et Porsonus, quod a nobis receptum est. Pro Καβείρους Facius suspicabatur scribendum esse Καβειραίους, quae forma postea usurpatur, sed Stephanus B. videtur Καβειρίους commendare, hunc ipsum Pausaniae locum ita excitans: εἰσὶ Καβείριοι ἔθνος Βοιωτίας, ὡς Παυσανίας ἐννάτῳ. Affert tamen alteram quoque, qua Pausanias usus est, formam ita pergens: καὶ Κάβειρος, Καβειρία. ἀφ' οὗ τὸ Καβειραῖος καὶ Καβειραία. Rursus in Phavorino est: Κάβειροι, ὄνομα ἔθνους. Porsonus Καβειραίων in Καβείρων et Δήμητραν in Δήμητρα mutari iussit. De forma Δήμητραν cf. ad I, 37, 2. adde Tzetz. ad Lyc. 152. Quum Facius iudicasset Amasaeum recte legisse ἐς γνῶσίν τι

παρακατ. Clavier scripsit *ἐς γνῶσιν* [*τι*] *παρακατ.* Nobis non addendum sed intelligendum videtur *τι.* vide ad illud *πρὸς ταῦτα ἐξευρίσκουσι* IV, 15, 3 adnotata. *παρακατατίθεσθαι* et *παρακαταθήκη* ut inter bonos usitata fuerunt. v. Phrynich. p. 312 sq. et ibi Lobeck. adde Pausan. II, 18, 6. Wasse ad Thuc. 2, 73. Hanc *παρακαταθήκην* cistam fuisse, in qua antiqua fuerint idola, Creuzer in Symbol. II, 350 opinatur. *ἐς αὐτὴν γινόμενα* corrigebat Corayus. *Δήμητρος γοῦν Καβειραίοις δῶρόν ἐστιν ἡ τελετή* Vulgata. „Camerarius legit *Καβειραίης*, sed vulgatam scripturam retinere nihil prohibet; sensus enim est: *Cereris munere ista Cabiraeis obtigisse initia.*" Sylb. Porsonus tamen *Καβειραίας* scribendum censuit. *Πελαργὴ* ista Müllero interprete in Orchom. p. 125 est *mulier Pelasgica;* idem pro *Ποτνιέως* suspicatur *Ποτνιεέως* scriptum fuisse propter cap. 8, 1. *καταστήσασθαι μὲν τὰ ὄργια αὐτοῦ* Vulgata. Sylburgius Kuhniusque corrigendum censuerunt — *αὐτῶν* scil. *Καβείρων*, quod nobiscum recepit Clavier. *Ἀλεξιάρουν* Mosq. Locus *Alexiares* nobis quidem ignotus fortasan commune aliquid habuit cum *ἀλεξιάρῃ γῇ* seu *νειῷ*, quae ex Hesiodi Opp. 464 Suida Etym. M. atque Phavorino nota est. Sed *νειὸς* etiam fuit, ubi *Ἰασίωνι Δημήτηρ μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ*, ut est in Hom. Od. V, 125 sqq. fortasse igitur inde locus iste appellatus est Alexiares; certe sacrum hoc nomen fuit, quum Herculis quoque ex Hebe filius eo vocatus sit teste Apollodoro. Müllero in Orch. p. 453 hic locus est collis, cuius nomen interpretatur *Kriegabwehrer. ὅτι τῶν ὅρων ἐκτὸς ἐμύησεν ἡ Πελαργὴ τῶν ἀρχαίων. Τηλώνδης δέ, καὶ ὅσοι γένους Καβειριτῶν ἐλίποντο, κατελθοῦσιν αὖθις εἰς τὴν Καβειραίαν.* Vulgata; Kuhnius corrigebat: *τότε μὲν τῶν ὅρων ἐκτὸς ἐμύησεν ἡ Πελαργὴ τῶν ἀρχαίων. Τηλώνδης δὲ κ. τ. λ.* Codex Mosq. inter *ὅτι* et *τῶν* inserit *δὲ* quod cum Goldhageno recepi; deinde maiorem distinctionem post *ἀρχαίων* mutavi in minimam et *δὲ* post *Τηλώνδης* uncis inclusi; idem legitur in Clav. editione, ubi tamen *δὲ* post *Τηλώνδης* omissum est. Corayus legi malebat *ὅτι καὶ τῶν ὅρων.* Pro *Καβειριτῶν* nescio cur Facius *Καβειραίων* scribi voluerit, quum illud tueatur Stephanus? sed pro *ἐλίποντο* scribendum fuit *ἐλείποντο*, recte admonente Porsono. similiter *ὑπελίπετο* et *ὑπελείπετο, ἐκλιπόντα* et *ἐκλείποντα* confusa vidimus I, 16 extr. VIII, 26, 3. Pro *κατελθοῦσιν* Sylburgio aptius legi videbatur *κατίασιν*· qua emen-

datione opus non erit, si animo repetiveris μετήνεγκον cum Goldhageno, distinctione post κατελθοῦσιν posita, quae fuit post ἐλείποντο. Sensus: *Telondes, et qui de Cabiritarum gente reliqui erant reversis, transtulerunt haec sacra rursus in Cabiraeam:* κατελθόντες de omnibus, qui reversi sunt ex numero eorum, qui per Epigonos sedibus suis eiecti fuerant. Πελαργὴν — καὶ ἄλλα ἔμελλεν ἐς τιμὴν καταστήσεσθαι, καί οἱ θυσία, φέρον ἐν τῇ γαστρὶ ἱερεῖον Vulgata. Iudice Facio Goldhagenum sequuto scribendum fuit Πελαργῇ et scripsit Clavier, nollem idem a me factum in minore editione, nam Πελαργὴν est Accusativus absolutus. ἔμελλεν — καταστήσεσθαι Vulg. — καταστήσασθαι Mosq. quod a Clavierio male receptum est, quanquam interdum Aoristus appositus verbo μέλλω reperitur ut Apollon. III, 46 sq. cf. Schaef. ad Greg. Cor. p. 620 et adn. ad VIII, 28, 3. καταστήσεσθαι hic passive. Cf. adn. ad cap. 13, 3. Intelligendus autem hic est Dativus οἱ seu αὐτῇ, cuius absentia excusatur sequente οἱ, quod causa nulla erat cur in ᾗ transmutatum vellet Facius. Vereor autem ne futuri sint qui hic multa desiderent, quae a me expediri non potuerunt, quum omnis hic locus de Cabirorum sacris non modo obscurus, sed etiam inprimis a verbis Πελαργὴν δὲ ὕστερον varie corruptus sit.

§. 7. στρατείας — ἐλήφθησαν Vulgata. Auctore Sylburgio scripsi στρατιᾶς — ἐλείφθησαν· idem fecit Clavier. Pro δοκεῖ videtur δοκεῖν scribendum. οὕτω μὲν ἱερόν ἐστι τοῦτο τὸ ἐξ ἀρχῆς ἅγιον Vulgata; in Mosq. est τοῦτο ἐστιν, quod praetuli Vulgatae; sed videtur τὸ ἱερὸν ταὐτό ἐστιν scribendum esse.

CAPUT XXVI

§. 1. *Τοῦ Καβείρου* vulgo; Kuhnius corrigebat τοῦ Καβείρων, Facius τοῦ Καβειρίου· sed hoc occupaverat Sylburgius etiam conferri iubens §. 4. nos ita scripsimus. Καβείριον Stephanus quoque habet. Nunc quae Cabirio ad dextram §. 4. quae ad sinistram erant persequitur. De hoc *Tenero* vate eiusque parentibus iam dixerat cap. 10 extr. Müller in Orchom. p. 148

suspicatur, *Τήνερος* Boeoticam formam nominis *Ταίναρος* esse. De *Tenerico campo* loquitur (praeter Sch. ad Pind. P. XI, 5.) Strabo IX, 412. 413 (465. 467), quo auctore ille Ptoo subiectus versus Onchestum extendebatur; sed G. Gellius de positu eius incertus fuit v. Itin. of Greece p. 120. 126. *Ἱπποδότου* vulgo. Camerario et Sylburgio *Ἱπποδέτου* legendum esse censentibus omnes assensi sunt, et ita nobiscum scripsit Clavier. In Hesychio ac Phavorino est *Ἱπποδίτης Ἡρακλῆς, ὁ ἐν Ὀγχηστῷ τιμώμενος, οἱ δὲ ἐν Θήβαις*, ubi corrigendum. Vox *ἱπποδέτης* reperitur etiam in Soph. Ai. 240. *τούς τε κ. τ. λ.* plures citavit scriptores Müller in Orch. p. 84. *στρατεία* Mosq. Coniectura *λαθόντα* pro *λαβόντα* legitur in margine ed. Clav. haud probabilis. *τοὺς ὑπὸ τοῖς ἅρμασι eos qui ad currus erant.* Kuhnius et Goldhagenus hic *nodi Herculei* memores fuerunt.

§. 2. Hic mons dictus est *Φίκειον*. *Φίκιον* de antiquiore et domestico monstri nomine, quod fuit *Φίξ*. v. Not. ad Hellen. p. 214. Plures de hoc monte citarunt testes Palmerius ad h. l. et Müller in Orch. p. 53. Apud Gellium in Itin. of Greece p. 125 nunc Mt. *Phaga* dicitur. *Φῖκα* seu *Σφίγγα* Hermannus interpretatur *Anginam*, aestu enim et fumo suffocatos esse homines. v. eius Diss. de Mythol. Graec. ant. p. XIV. Legitur hoc *αἴνιγμα* apud Androtionem in Sch. ad Hom. Od. XI, 271 et Apollodorum III, 5, 8. *οἱ δὲ — Κορίνθου.* Haud ita dissimile est quod profert Palaephatus cap. 7 de Incredib. adiungit etiam insidias, quas illa Thebanis struxerit; *καλοῦσι δὲ*, pergit, *οἱ Καδμεῖοι τὴν ἐνέδραν αἴνιγμα.* Mox Sylburgius malebat *τὸν Κάδμῳ δοθέντα* ut paulo post *τὸν Κάδμῳ γενόμενον.* Vulgatam *ἐπίστασθαι δὲ πρὶν τοὺς βασιλέας οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ μάντευμα* ut iucorruptam Kuhnius ita interpretatur: *nihil antiquiores Thebanorum reges scivisse, arcanum imperii scilicet et quasi tesseram, quam oraculum Cadmo datum Delphis.* Sylburgius depravationes animadversas ita tollebat: *ἐπίστασθαι δὲ πρὶν ἢ τοὺς βασιλέας οὐδένα ἄλλον τὸ μάντευμα ante reges neminem de oraculo quippiam cognovisse, solos reges alium alii per successionem oraculum illud patefecisse:* neque tamen si quis *πλὴν* malit quam *πρὶν* refragatur. Facio videbatur corrigendum esse *ἐπίστασθαι δὲ πρότερον τοὺς βασιλέας, οὐδένα δ᾽ ἄλλον, τὸ μάντευμα.* Porsonus similiter corrigit *οὐδένα ἄλλον*, abiiciens *ἢ* post vulgatum *ἄλλο*· idem, stellula post *τοὺς*

posita, *βασιλέας* delendum censet. Mihi Sylburgiana ratio ut lenior magis placet reliquis. *οὐδὲν* et *οὐδένα* confusa etiam VII, 19, 2. *τὸ μάντευμα*, *Cadmo datum*, quale legitur in Schol. ad Eurip. Phoen. 638 sqq. et ad Aristoph. Ran. 1256. sed *τὰ χρησθέντα ἐκ Δελφῶν* sunt oraculi responsa Laio dato Delphis, quae pertinebant non ad pellices et ex iis natos, sed ad legitimam coniugem Epicasten et ad natos ex hac liberos. *υἱὸς* pro *υἱοὺς* et *ἐπ' ἰοκάστην* Mosq. cf. adn. ad cap. 5, 5. Deinde in Mosq. ita legitur *ὡς — χρησμὸν εἰδυῖαν Λαΐου γε ὄντος*· inde sic scribendum et interpungendum esse suspicatur Facius: *ὡς — εἰδυῖαν· Λαΐου γε ὄντας, οὐκ ἔχοντας δὲ* etc. Nos incerti an locus integer sit nihil mutamus nisi *γινόμενον* in *γενόμενον* auctore Sylburgio. *δειγμένος* pro *δεδιδαγμένος* Mosq. Sylburgius ita vertit: „Quum igitur Laius aliquot e pallacis suscepisset filios, et oraculum Delphis editum ad solam Epicasten ac liberos ex Epicaste natos pertineret si qui ex illis ad Sphingem venirent, Sphingem callido in fratres astu usam quaesivisse ex illis oraculum, quod Cadmo datum esset: eos enim illud, quippe qui Laii essent filii, procul dubio scituros; et quum non haberent quod responderent, eos morte mulctasse, quippe qui de genere et imperio controversiam adversum se nullo iure movissent.“ *Οἰδίπους — χρησμόν*. Haec quoque pars istius narrationis fuit.

§. 3. *Onchestus*. Gellius in Itin. of Gr. p. 125 dicit non procul a *Megalo Malchi* esse „on the ascent, uniting Mt. Phaga, or Sphinx or Phoenicius on l. with the proiecting hills from Helicon r. (v. Alcaeus apud Strabon. IX, 412 seu 466. Mülleri Orch. p. 71.) an immense tumulus l. of earth and stones, and many other vestiges, probably of Onchestus.“ adde Mülleri Orch. 71 et 482, quo iudice nunc ibi *Emenae*. In Hom. Iliad. II, 506 et Hom. h. in Apoll. 230. scribitur *Ὄγχηστος*, sed *ὀξυτόνως* ab Eustathio, Stephano B. Strabone IX, 412 et aliis: illud fortasse aeolicum est: in scholiis autem ad Apollon. III, 1242. Homeri locum repetentibus *Ὀγχηστὸν* legimus. *παῖδα Ὄγχηστον* vulgo; scripsi *π. Ὀγχηστόν* ex Eustathio ad l. c. Hom. p. 270. et Phavorino, ubi hic Onchestus Boeoti filius perhibetur. *ἐπ' ἐμοῦ κ. τ. λ.* Strabo de Onchesto ait: *ἔχει Ποσειδῶνος ἱερὸν καὶ αὐτὸ ψιλόν. Οἱ δὲ ποιηταὶ κοσμοῦσιν ἄλση καλοῦντες τὰ ἱερὰ πάντα, κἂν ᾖ ψιλά.*

Homeri locus et hymni Hom. indicatus antea est. Caeterum nostri huius loci rationem habuit Stephanus B. ita scribens: ἔστι καὶ πόλις Βοιωτίας, ὡς Παυσανίας ἐννάτῳ — ὁ πολίτης Ὀγχήστιος· Παυσανίας ἐννάτῳ. In iis autem quae Dodwellius in Itinerario II, 1. p. 243. Sickl. de Onchesto scripsit, error est ex Strabonis, quem Müller in Orch. p. 69 recte interpretatur, perversa explicatione ortus.

§. 4. μοραχίου pro Καβειρίου Mosq. τὴν ἐν ἀριστερᾷ id est *versus libonotum* (south - west) ut ait Hobhousius in Journ. thr. Alban. Θέσπεια vulgo, Θέσπια constanter Mosq. ut in Hom. Iliad. II, 498, ubi v. Eustath. p. 265 sq. De *Thespiae* positu Strabo IX, 409 (441). Gellius in Itin. of Gr. p. 113 ita: Leuctra Parapungiae opposita sunt *in the direct line between Plataea and Thespiae, the ruins of which latter city are in a plain begond Leuctra.*" Idem p. 119 addit ex *Eremo - Kastro* prospectum patere in Thespiae campum, cuius urbis ruinas perfecte respondere *quinquaginta stadiis* a Pausania positis. Müller in Orch. p. 482 Thespias in eo loco, ubi nunc Eremo - Kastro est, collocat cum Sibthorpio in Walpol. Turk. p. 65. *Thespias* et Tanagram Strabo melius vidit conservatas quam reliquas Boeotiae urbes, quae erant ruinae. θυγατέρα κ. τ. λ. Eustathius ad Iliad. p. 266 et Phavorinus ita: κτίσμα ἐστὶν ἡ Θέσπια Θεσπιάδου (Θέσπεια Θεσπειάδου Phav.) κατὰ δέ τινας Θεσπιοῦ υἱοῦ Τεύθραντος τοῦ Πανδίονος· unde corrigi potest Stephanus B. *Thespius* Diodoro Sic. IV, 29 Atheniensis est Erechthei filius citato iam a Sylburgio. cf. et ad cap. 27, 5.

§. 5. ἄγαλμα· ἐπιλέγουσι δὲ scribendum quispiam suspicetur. τῷ κλήρῳ ante Facium, qui τὸν κλήρῳ e Mosq. restituit, sed ita iam Sylb. correxerat. αὐτὸν pro αὐτοῦ Mosq. Clavier opinabatur scribendum esse Μενέστρατον τοιάδε λέγουσιν ἐπιτεχνήσασθαι· haud dubie male. Locus simillimus est illi I, 21, 8: πρὸς τὴν ἀπορίαν ταύτην ἐξεύρηται σφισιν, quem aeque infeliciter tentarunt. adde adn. ad IX, 21, 1, ubi τοιάνδε inferunt nulla necessitate. λέγουσι Mosq. φωλίδων vulgo; scripsi φολίδων. cf. 21, 1. Pro vulgato ἄνω in Mosq. est ἀγων εὖον, hinc feci ἄνω νεῦον. In Mosq. est τὴν δὲ Ἐργάνην, atque ita edidit Clavier, sed Corayus hoc iam ita excusavit: „c' est par distraction que la conjonction a

été inséré dans le texte." Antea vulgo *Ὑγιείας*. cf. ad I, 23, 5. *Plutus Minervae adstans Erganae*. alias Fortunae vel Paci coniungitur, ut cap. 16, 1. cf. Dorvill. ad Charit. p. 400. *ἐποίησε*. „Nullus dubito, quin hic nomen artificis exciderit, cuius arte signa memorata confecta fuerint. Illud vero nomen fuisse *Θήρων*, non temere suspicari mihi videor: *Theronem* enim Boeotium artificem memorat VI, 14, 5, et *Θήρων* ob sequens *θεῶν* facilius excidere potuisse, e re critica satis liquet." Facius, et ecce, Clavier edidit *ἐποίησε* [*Θήρων*]; idem in versione expressit. Sylburgius tantum monet, non satis constare, an rectius sit plurale *ἐποίησαν*· nos signum lacunae posuimus post *ἐποίησε*· idem fecit Nibbyus.

CAPUT XXVII.

§. 1. *ἀγάλματα* pro *ἄγαλμα* Mosq. *καταιτησάμενος* ante Facium, qui recte probam Sylburgii emendationem *καταστησάμενος* recepit, a Valckenario quoque commendatam. De formula *κατέστησε* s. *κατεστήσατο σέβεσθαι* dicebamus ad I, 22, 5. Similiter *καταστήσασθαι τὰ ὄργια* cap. 25, 6. *ἐννέα Μούσας καταστήσασθαι* cap. 29, 2. *τρεῖς εἶναι χάριτας κατεστήσατο* cap. 35, 1. adde adn. ad IV, 1, 5. *τελεῖν ἐς Ῥωμ.* *censeri inter cives Romanos, ius civitatis habere.* VIII, 43, 3. *τελεῖν ἐς τὸ Ἑλληνικὸν* est *Graecis accenseri, inter peregrinos, qui ius civitatis non habent, referri* interprete Kuhnio. *Παριανοί*. v. Steph. B. v. *Πάριον* et intrpp. Hi quoque Praxitelis Cupidinem habuerunt. v. Excurs. ad §. 3.

§. 2. *Ὠλῆνος* pro *Ὠλήν, ὃς* Mosq. qui mox *ὁ* post *οὗτος* omisit. *Ὠλῆνος* — *ἐποίησαν*. Iam Leisnerus in Praef. ad Lamb. Bos. Elips. animadvertit, a Kuhnio praeter ullam necessitatem ellipsin vocis *ὕμνους* hic fingi. In hymnis Orphei est 58 (57) in Cupidinem. *καὶ σφισι καὶ* ante Facium, qui posterius *καὶ* cum Mosq. omisit. *Λυκομήδει* ante Facium, qui se dicit e cap. 30 extr. restituisse *Λυκομῆδαι*, ubi tamen pro *η* in Mosq. *ι* legitur. Nos scripsimus cum Palmerio *Λυκομίδαι*, de qua scriptura dicebamus ad I, 22, 7. atque etiam Kuhnius ad IV, 1. monet, hic *Λυκομίδαι* scribendum esse; acce-

dit codicis Mosq. auctoritas hic *Λυκομίδια*, duabus ultimis litteris transpositis, exhibentis. Post λόγους excidit ἐλθὼν, quod omnes viderunt. Clavier λόγους [ἐλθὼν] scripsit. μνήμην omisit Mosq. Ἡσίοδον Theog. 116 — 120. τὸν — ἐσποιήσαντα *eum, qui ingenii filiolum Hesiodo contribuerit et velut in adoptionem emancipaverit*, interpretatus est Valckenarius ad Herod. VII. 6. cf. ad cap. 31, 4. hinc εἰσποίητος, ὁ θετός. Pro Ἔρως est Ἔρω in Mosq. et Ἔρος in l. c. Hesiodi. Σαπφὼ — πολλά τε καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα ἀλλήλοις ἐς Ἔρωτα ᾖσε. Ergo iudice Pausania ne hoc quidem satis firmum argumentum est, suppositum esse librum, si in eo οὐχ ὁμολογοῦντα ἀλλήλοις deprehendantur?

§. 3. ὕστερον — Λύσιππος· opponitur antiquissimo simulacro de quo dixit §. 1. De *Lysippi et Praxitelis Amore* cf. Boettigeri Andeut. zu 24 Vorles. p. 167 sqq. et Winkelmanni Opp. VIII. p. 16. 316. 327. τοῦ Πεντελῆσίου Vulg. τε Πεντελῆσιν Mosq. ἑτέρωθι· hoc factum I, 20, 1. Praxitelis Cupidinem Phryne ἀνέθηκεν ἐν Θεσπιαῖς ipsa Thespiensis, auctore Athenaeo XIII, 590. 591. Cum Eustathio autem p. 266. Phavorinus ait, *Glyceram* Amorem a Praxitele acceptum dedicasse Thespiis indidem oriundam. πρῶτον δὲ — διέφθειρε. *Lessingius* Opp. T. X, p. 259 dicit, πρῶτον non ad Caium sed ad ἄγαλμα referendum esse, ut Lysippi intelligatur simulacrum Cupidinis aeneum, hoc enim videri cum urbe a Nerone incensa combustum esse, quum Praxitelis Cupido ille propter quem Thespiae visebantur, Plinii adhuc aetate in Octaviae scholis positus fuerit Plinio ipso testante XXXVI, 5, 4. p. 339. Bip. Quod quamvis lubenter concedamus, Pausaniam non de Praxitelis, quod Harduinus putavit, sed de Lysippi signo loqui, negamus tamen πρῶτον iungendum esse cum voc. ἄγαλμα· nam πρῶτον hic est Adverbium, cui respondent αὖθις δεύτερα, ut apud Homerum Iliad. III, 330 sq. πρῶτα — δεύτερον αὖ. Pausanias igitur Lysippi Cupidinem, qui serius a Thespiensibus acquisitus est, et Caligulae aevo adhuc Thespiis fuit, simpliciter dicit τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἔρωτος· haec Amasaeus quod reddiderit *Cupidinem hunc Thespiensem* notandus erat, quod ea referri possunt ad Cupidinem Praxitelis proxime commemoratum. cf. Winckelmanni Opp. VIII, 390. Νέρων pro Νέρωνα Mosq. ὁ μὲν — διεργάζεται. prorsus ut in Sueton. Calig. 56. 58.

διδοῦσα εἰ Mosq. ἐς τοσαῦτο προήγαγε θυμῷ Vulgata: scripsi — θυμοῦ ut Sylburgius iam scribi iusserat probante Porsono, qui citat etiam Victor. V. L. 18, 21. idem est in Clav. editione. Θεσπίαις Mosq. perperam, in Plurali enim ὀξυτονεῖται. cf. Stephan. B. Sed de toto hoc loco addes *Excursum* in extremo hoc libro. Denique in iis, qui athletas, et armatos, et venatores sacrificantesque fecerunt, *Menodorum* quendam ponit Plinius XXXIV, 19, 34.

§. 4. καὶ post Ἐνταῦθα Facius e Mosq. inseruit, In numis Thespiarum *Phryne* conspicitur teste Eckhelio D. N. V. vol. II, p. 205. Μελαινίδος vulgo, Facius volebat Μελανίδος, imo Μελαινίδος scribendum, quod Sylburgius quoque commendavit. cf. adn. ad II, 2, 4. τῆς ἀγορᾶς τε Vulgata, quae hoc coniungit cum praecedentibus ἔστι δὲ — ἄξια. Facius malebat δὲ quam τε, atque ita edidit Clavier.

§. 5. ἱερᾶται δὲ αὐτοῦ παρθένος ante Facium, qui edidit αὐτῷ in errorem ductus a Kuhnio, olim hic fuisse αὐτῷ perperam narrante; Facium sequutus est Clavier; nos antiquam lectionem αὐτοῦ restituimus, quum de hac constructione dubitari non possit. v. adn. ad VII, 22, 5. θυγατέραις Mosq. Θεστίου · „Hartungus legit Θεσπίου · quam scripturam inveni apud Diodorum 163, ibi enim constanter Θέσπις et Θεσπιάδες; et scripturam confirmat quod ibidem Θέσπις dicitur βασιλεύων τῆς ὁμωνύμου χώρας: qua de re Noster etiam supra cap. 26, 4. Attamen Θέστιος per στ non tantum apud Apollodorum legitur ut et apud Athenaeum, Clementem Alex. Nazianzenum, Arnobium, sed confirmat etiam alphabetica series apud Suidam.“ Sylburgius τὸν δὲ νομίζοντα δικάσαι Vulgata. τὸν δὲ abest a Mosq. Kuhnius malebat legi μηνίσαντα, *iratum*; item Clavier: Corayus autem νεμεσήσαντα. Sane mox ὀργὴ Herculis commemoratur, sed fortasse Vulgata ita possit explicari *pronunciasse constituentem* ut δικάσαι igitur de eo, *quod celeriter transiit*, νομίζοντα de eo, *quod duraret*. Potestas *constituendi* est huic verbo etiam III, 15, 6. tribuenda: νενομίκασι, τὰς μητέρας θύειν. *Iura ponit* de Hercule aliquid constituente est in Propert. Eleg. IV, 9, 64. ἱερουμένην Mosq. cf. VII, 18, 7. διὰ πασῶν — διεξελθεῖν. Similiter Her. II, 143. διεξιόντες διὰ πασέων (εἰκόνων). III, 11. διὰ πάντων διεξελθόντες τῶν παίδων.

Plut. de S. N. V. c. 18. *αἱ διὰ τῶν παίδων ἰοῦσαι κολάσεις.* Adde ib. c. 21. inpr. Thuc. 3, 45. *τέκοιεν* Mosq. omisit. *αὐτός τε* Facius mutavit in *αὐτός γε.* Mox scripsimus *Ἡρακλέους τοῦ καλουμένων τῶν Ἰδαίων Δακτύλων* pro vulgato — *καλουμένου.* Sic cap. 19, 4. *τὸν Ἡρακλέα εἶναι τῶν Ἰδαίων καλουμένων Δακτύλων.* Pro *οὗ* habet *οὓς* Mosq. *τοὺς ἐς Ἰωνίαν* scil. *τελοῦντας.* cf. §. 1. De *Hercule apud Erythraeos* VII, 5, 3. *τοῦτο τὸ ὄνομα* Vulgata, recte; *nomen hoc, Herculis Idaei;* mox *Ἡρακλεῖ τῷ Ἰδαίῳ.* Sylburgio tamen legendum videbatur *τούτου τὸ ὄνομα*, quod Facio probatum receptum est a Clavierio. Pro *ὅπου γε* Sylburgius suspicabatur *ὅπου καὶ* legi posse. Si *καὶ* ponendum fuisset, scripsisset *ὅπου γε καί*, ut IV, 35 extr. *αὐτοὶ* — *λέγουσιν.* v. cap. 19, 4.

CAPUT XXVIII.

De *Helicone* usque ad cap. 31 extr. Cf. de eo Strabo IX, 409, 410 (quo auctore extenditur usque ad sinum Crissaeum et ad Phocidis fines) Ovid. Met. V, 265 sqq. Mannert. VIII, 227. et Mülleri Orchom. p. 88 sq. Eustathius ad Homeri Catal. testatur sua adhuc aetate Heliconem vocari. Quid autem vult istud Phavorini *Ἑλικών, ὄρος τῆς βαιστιαίων χώρας ἐν τῇ βοιωτίᾳ?* Nunc dicitur *Palaio Bouni s. Bouna* teste Gellio in Itin. of Greece p. 118 et 122, ut alii narrant *Zagara, Sagara, Zagaro-Vouni.* Ab hoc distinguendus est fluvius *Helico* cap. 30, 4.

§. 1. *καὶ οἱ — παρέχονται τὸν πανταχοῦ καρπὸν ἕξει ἥδιστον* Vulgata. Sylburgius malebat *γεύσει* quam *ἕξει*, Kuhnius autem emendabat: *τῶν πανταχοῦ καρπῶν.* Nos scripsimus *τῶν πανταχοῦ καρπῶν·* quod nunc videmus probatum Corayo, qui praeterea *ἕξει* mutatum vult in *ἔσει·* vocabulum enim *ἔσις* ab *ἔδω* esse synonymum vocabuli *ἐδωδή·* concedit tamen illud in Lexicis non reperiri, neque scriptorem eo utentem nobis indicavit. Sed *ἕξις* si ad cibum potumque transfertur est *virtus, sapor. ἄνδραχνος* c. 22, 2. Pro vulgatis *ἄγουσι — ἥδιστα* Facius ex Sylburgii emendatione *λέγουσι — ἥκιστα*

scripsit. ὥστε — φαρμάκοις. Kuhnius ad διαφεύγουσι putabat μᾶλλον intelligendum esse hoc sensu: *adeoque quos serpentes momorderunt saepius effugiunt periculum magis, quam si Psyllorum de genere aliquem aut antidoton nacti essent.* quod sequutus est Wesselingius ad Diod. S XI, 11. sed nulla hic est ellipsis, quum sensus sit: *plerumque sanantur si inciderint vel — vel.* ἢ καὶ ἄλλως etiam cap. 30, 2. ubi opus non est Facii coniectura ἄλλοις. De his *Psyllis* cf. G. J. Vossii lib. IV de idololatr. p. 1518 sq.

§. 2. ἀγριωτάτοις Mosq: De *balsamo*, *eius patria et foliis* Vossius ad Virg. G. II, 118. p. 309. et Billerb. Flor. class. 99. Pro vulg. πάλσαμα Facius βάλσαμα scripsit suadente Kuhnio. σάμψουχον etiam in uno codice Athen. XV, 681, b. legitur. Apud Dioscoridem III, 47. σάμψυχον, apud Hesychium σαμψοῦχος legi Sylb. iam monuerat. *Sampsucho* i. e. amaraco, *Maiorandosten* cf. Billerbeck. Flor. class. 156. Pro καθ' ὁπόσους, pro quo καθοπόσους est in Mosq. Sylburgius volebat καθ' ὁπόσον s. καθ' ὅσον id est καθότι *quia*. Vulgatam Kuhnius Faciusque retinentes interpretantur, ille quidem *qualescunque sint*, hic autem *quot quantaeque sunt*. Nobis videtur locus ita explicandus esse: κατὰ δὲ τοὺς ἔχεις, ὁπόσοι ἐν τῇ Ἀραβίᾳ εἰσὶ, καὶ πλείονες καὶ ἐλάσσονες ὑπὸ ἕκαστον αὐλίζονται δένδρον *quotquot autem viperae sunt in Arabia, earum vel plures vel pauciores cubilia ponunt sub unaquaque arbore.* ἐπὶ τοὺς ἔχεις ἐσφέρει Vulgata, *contra viperas affert.* sed forsan — ἔχεις φέρει legendum est. κορύνας φέρουσιν, et sunt λόγχας ἐπὶ τὰ θηρία ἠρμένοι in Philost. Sen. Im. II, 17. p. 81. Iac. ἀπὸ τοῦδε pro ἀπὸ τοῦ ἰοῦ Mosq. εὐοσμώτατον idem. μετακεράννυσι intransitive, *miscendo transit illis e letifera natura in mitiorem venenum.*

CAPUT XXIX.

§. 1. De his *Aloidis* iam c. 22, 5. commemoratis varia sunt tum in Symbol. a Creuzero, tum in Etymol. Myth. Andeut. proposita a Schwenckio et Welckero;

Müllerum in Orchom. p. 387 iam citavimus. E scholiis Apollonii I, 482 discimus, Hesiodum tradidisse, dictos eos esse Iphimediae et Aloei filios, parentem autem verum habitum esse Neptunum, et Eratosthenem scripsisse, fuisse eos terra natos, et quia ab Iphimedia nutriti sint, eius filios esse perhibitos. Ὦσχον Mosq. ἐπονομάσαι τὸ ὄρος ἱερὸν εἶναι Μουσῶν *nominatim Musis sacrum esse voluerunt hunc montem;* sic X, 35, 4. ὁπόσα δ᾽ ἂν τῶν βοσκημάτων ἱερὰ ἐπονομάσωσιν εἶναι τῇ Ἀρτέμιδι. De hoc *Hegesinoo* altum ubique silentium; qui enim homo huius nominis commemoratur in Diog. L. IV, 8, 4, alius est. Οἰόκλονος pro Οἴοκλον, ὃς Mosq. Hic *Oeoclus*, qui eundem cum Aloidis patrem habuit, Neptunum (v. Hom. Od. IX, 305. Apollod. I, 7, 4.) a quibus praeterea commemoretur, non habeo dicere. Pro τοῦ Ἡγησίνου in Mosq. τ᾽ κλῆσιν οὐ legitur. Idem huius *Callippi* liber iterum citatur cap. 38, 6. μάρτυρα neutrum pluralis numeri, quum referatur ad ἔπη, quod defendi putamus posse simili neutro ἔπηλυ II, 5, 2. et ἐπήλυδα Herod. VIII, 73. τὰ Ἡγησίνου τὰ ἔπη Vulgata; alter horum duorum articulorum auferendus est auctore Corayo aut legendum: ταῦτα Ἡγησίνου τὰ ἔπη. Porsonus malebat τοῦ Ἡγησίνου scribi: quas nobis emendationes necessarias videri negavimus ad V, 14, 5. ac forsan ne illa quidem quam ibi dixi mutatio facienda est, quum insolentiores verborum structurae apud Nostrum sint frequentiores. quid? quod similia his nostris ex Herod. VI, 46 et Thuc. I, 126. VIII, 77. congessit Matthiae in Gramm. sua gr. §. 276. Ἡγησίνου Mosq. διδαχθέντος et ἐς pro εἰς idem. *Ascra* in Thespiensium agro ad Heliconis dextram in alto asperoque loco sita quadraginta circiter stadiis distabat a Thespiis auctore Strabone IX, 409 (442 sq.) cf. et de ea infra cap. 38, 3. Hesiod. Opp. et DD. 639 sq. Strab. IX, 413 (468). Gellius in Itin. of Gr. 121. de potitu Ascrae incertus fuit; Homerus eam nusquam commemoravit.

§. 2. τοῦ παῖδες Mosq. omisso voc. Ἀλωέως. Idem εἰνόμισαν habet, et mutato ordine τρεῖς εἶναι. *Tres* Musas etiam a Sicyoniis et Delphis cultas esse iam Hermannus de Musis fluvialibus p. 8. docuit ex Plut. Quaest. Symp. IX, 14. p. 744. 746. adde intrpp. ad Cic. N. D. III, 21. de *ternario* Musarum numero. His autem trium Musarum nominibus studia veterum poetarum indicari

manifestum est. *Πίερον — ὄρος* i. e. *Pierum ex illa regione, quam olim Thraces postea Macedones tenuerunt, oriundum, de quo mons olim Thracibus, deinde Macedonibus ibi habitantibus, dictus est.* Hic mons est *Πιερία* vide cap. 30, 3. p. 769. De Thracibus olim ad Olympum et Heliconem sedes habentibus cf. Strabo IX, 410. X, 471. Mülleri Orchom. 381. *Θεσπίας — σοφότερα* Mosq. *εἰσὶ δ' οἱ — Πιέρου.* cf. Cicer. N. D. III, 21. *Γύγην τε καὶ Λυδὸν* Vulg. Scripsi — *Λυδοὺς*, Sylburgio Kuhnioque ita corrigentibus recte accedente Frankio in Callino p. 66. De lectione et de re cf. IV, 21, 3. adde Larcher. ad Herod. I, 14 et in Chronol. Herodotea. *ἀρχαιοτέρας κ. τ. λ.* Hic *δύο γενέσεις Μουσῶν*, apud Ciceronem l. c. *tres* v. ibi interpr.

§. 3. *Περμήσσου* Fac. Clav. Scripsi *Περμησσοῦ* ex Hesiodi Theog. 5, et Strabon. IX, 407 (430) 411 (460). Antea hic legebatur *Τερμήσσου* et *Τέρμησσος*, sed Hartungus assentiente Sylburgio correxit *Περμησσοῦ*, *Περμησσός*. Cf. de hoc fluvio et *Aganippe* Mülleri Orch. p. 45. Vossius ad Virg. Ecl. p. 504. Pro *περὶ τὸν Ἑλ.* Sylb. suspicabatur *παρὰ τ. Ἑλ. praeter*, legendum esse. *Euphemen*, Musarum nutricem, etiam ab Hygino Poet. Astr. II, 27. commemoratam Chr. A. Schwarze in Com. I. *de sacris trium antiquissimarum Musarum* Gorlit. 1790. p. 9. recte interpretatus est *laudem, famam, honorem*, qui artes et sequatur plerumque et alat maxime. *τούτῳ κατὰ* usque ad finem huius capitis de *Linis* duobus, qui distinguuntur ut hic ita etiam II, 19, 7. *Prior* Musae Vraniae et Amphimari Neptuno nati filius ab Apolline, cui se parem cantu praedicaverat, interemtus est; ad hunc spectat primum Hesiodi carminum fragmentum ex Eustathio in Loesn. ed. et quod legitur in Philochoreis p. 98. De eodem nos Pausanias ad hunc nostrum locum reiicit. *Posterior* Ismenii (ut h. l.) seu ex vulgari fama Apollinis et Psamathes (apud Apollod. I, 3, 2. Calliopes) filius ab Hercule, quem musicam docebat, interfectus esse dicitur. Est tamen varietas quaedam animadvertenda: hoc quidem loco Pausanias negat, et hunc et illum carmina composuisse, aut, si composuerit, ad posteritatem transmisisse, superiore autem significaverat, priorem illum carmina fecisse perhiberi: sed ibi scriptor vulgi famam, hic suam sententiam sequitur. Porro hic narrat, Thebanos apud ipsos

Linum priorem sepultum esse velle, ibi autem Argivorum refert narrationem, apud ipsos utriusque Lini esse sepulcra: quod enim II, 19, 7 legitur, τὸν δὲ λέγουσιν εἶναι, respondet praecedenti ὁ μὲν, et utrumque refertur ad ea quae antecedunt, τάφοι δὲ εἰσιν, ut Amasaei interpretatio illius loci corrigenda sit. Ἀμφιμάρου, sed in Diog. L. Prooem. III, 4. Ἑρμοῦ· nomen utrumque habet Suidas. τὸ ἐπ' αὐτὸ πένθος Vulgata. Scripsi τὸ ἐπ' αὐτῷ π. idem volentibus Sylburgio ac Porsono: sic mox ἀκμάζοντος ἐπὶ τῷ Λίνῳ τοῦ πένθους. Pro vulgato βαρβάρου πάσης in Mosq. est βαρβαρικῆς, quod recepi. βάρβαρον αἶαν Sophocles El. 95, non simpliciter βάρβαρον dixit. ἐπιχωρίῳ φωνῇ Ἡμανέρων ante Facium. — ἡμανέρων Mosq. „Scribe Μανέρων, dempto initiali η. sic vero scribendum esse, patet non modo ex Herodoto (II, 79), sed arguit etiam alphabetica series apud Suidam.“ Sylb. Recepit hanc correctionem Facius, qui praeterea citavit Polluc. IV, 54. Athen. XIV, 620 et Hesych. adde interpp. ad l. d. Herodoti. ἅτε ᾆσμα Ἑλλήνιον ὂν ἐπισταμ. Vulg. ἅτε omisit Mosq. qui deinde Ἑλλήσιον ἐπιστ. habet omisso ὄν. Quam inde cepit coniecturam Facius, legendum esse ἅτε — Ἕλλησιν ὂν ἐπιστ. recepit mecum Clavier. ᾄδοντα ἐς Λίνον vulgo; scripsi ᾄδοντα τὰ ἐς Λ. Homeri locus est Iliad. XVIII, 569. Τοῖσι — μέσσοις — Λῖνον — καλὸνα εἶδεν Mosq. ὡς Ἀθηναίοις — τοὺς πένθους Mosq. Οἰτολίνον vulgo. οἱ τὸν λῖνον et mox οἱ τὸ λίνου Mosq. Cum Sylburgio et Schneidero in Lex. gr. Οἰτόλινον scribimus; similia sunt αἴλινον, αἴλινα, et Οἰτόσυρος apud Herodot. IV, 59. Ἄδωνιν — ἦσε nennet ihn Adonis und Oetolinus Goldhagenus; non bene; non enim τὸν αὐτὸν dixit, quanquam Schweighaeuser ad Herod. l. c. animadvertit, Herodotum etiam carmen in Cypro et Phoenice cani solitum, quo quidem Adonis plangebatur, ad eundem Linum retulisse. Θηβαῖοι — ταφῆναι τὸν Λίνον Thebanos hunc sibi Linum vindicasse atque etiam eius sepulcrum, videmus e Diog. L. Prooem. III, 3, 4. et Phavorino. Diogenes eum in Euboea mortuum esse tradit Apollinis sagitta percussum, et αὐτῷ ἐπιγεγράφθαι

Ὧδε Λίνον Θηβαῖον ἐδέξατο γαῖα θανόντα.

χειρωνία Mosq. ὡς τοῦ Λίνου κ. τ. λ. De hoc posteriore Lino vide Theocr. XXIV, 103. Dionysium Milesium in Diod. S. III, 67. Aelian. V. H. III, 32. ἔκη

κ. τ. λ. Priorem Linum ποιῆσαι κοσμογονίαν, ἡλίου καὶ σελήνης πορείαν, καὶ ζώων καὶ καρπῶν γενέσεις narrat Diogenes l. c.

CAPUT XXX.

§. 1. *Decem octo* hic fuerunt Musarum signa, *duodecim* a Cephisodoto, *tria* a Strongylione, *totidem* ab Olympiosthene facta. De his opificibus v. catalogum artificum in Meyeri Hist. art. int. Graec. *Strongylio* laudatus et Plinio 34, 19, 21. Post λύρας commaticam distinctionem mutavi in maiorem. Facii emendatio τὸ δὲ ἄγαλμα, ὃ ἀνέθηκε Σ. probari non potest. τὸν Ἀθ. Ἐρεχθέα. de quo v. I, 5, 2. Formulae θυμιάμασιν ἀλλοτρίοις τὸ θεῖον σέβεσθαι similis est Homerica Od. XVII, 452. ἀλλοτρίων χαρίσασθαι.

§. 2. Ποιητὰς — τόσων *Tot poetarum — statuas*. τυφλὸν καὶ λύραν καταγνίαν ἔφαπτ. Excerpta Cod. Pal. καταγνύιας Mosq. De *Thamyride* IV, 33, 4 et 7. Meyeri Hist. art. int. Gr. III, 80. Ἀρίων — ἐπὶ δελφῖνος, ut ipsius Arionis ἀνάθημα χάλκεον ἐπὶ Ταινάρῳ, ἐπὶ δελφῖνος ἐπεὼν ἄνθρωπος apud Herod. I, 24 extr. Narratio de Arione conservato ornata est in Plut. Conv. VII. sap. p. 160 sq. ubi v. Wyttenb. Μηθυμν. cf. ad X, 19, 2. ὁ δὲ — αὐλητήν. In hoc Pindari prooemio Sacadae tibiae longae videntur celebratae esse; quo Pindari loco abusus hic statuarius nihil, quod attinet ad corporis longitudinem, tibicinem maiorem finxerat tibiis. Caeterum Welcker ad Philostr. p. 196. monendum putavit, incertum esse, num haec Sacadae statua aenea an marmorea fuerit, quum verba πλάσσειν, πλάστης late patuerint. Cf. ad VI, 4, 2. Sed si aenea fuisset, id, puto, indicasset Pausanias. Pro συνιεὶς est συνοίκει in Mosq. κιθάραν — φόρημα· nam λέγεται Ἡσίοδον ἀπελασθῆναι τοῦ ἀγωνίσματος, ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ ᾠδῇ δεδιδαγμένον X, 7, 2. φώρημα Mosq. ἐξ αὐτοῦ τῶν ἐπῶν legi voluit Sylburgius, atque ita scripsit Clavier praeter necessitatem. ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν est *ex ipsis carminibus* scil. Hesiodi. Sic αὐτοὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι II, 16, 3. ὅτι ἐπὶ ῥάβδῳ δάφνης ᾖδε Vulg. Mosquensis ἐπὶ omi-

sit et habet ῥάβδον. Sed similiter in Callimachi Fragm. 138 p. 497. τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον. Respicit Pausanias locum Theog. Hes. 30, ubi poeta de se et Musis ita: καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον. v. ibi Wolfium. ἡδύη Mosq. De formula οὔ μοι γράφειν ἡδὺ ἦν. cf. VIII, 38, 5. καὶ ante οὐχ Mosq. omisit. καθεστηκέναι ἐπί τινι quid sit, vide ad I, 26 extr. Cum toto hoc περὶ δὲ Ἡσιόδου — καθεστήκεσαν omn. cf. X, 24, 5 extr.

§. 3. De eadem hac *Orphei statua* Callistratum c. 7. loqui putant. Haec Τελετὴ, *Initiatio*, quomodo ficta fuerit, nec Winckelmannus invenire potuit. v. eius Vers. e. Allegor. cap. 9. θηρία — ᾄδοντος. cf. Millins Galler. 423. Vulgatum δὴ post πολλὰ μὲν cum Mosq. omisi. Ἅιδην vulgo. ᾅδην scripsi cum Mosq. Haec igitur de Orpheo tradita Καλλιόπης — αἰτοῦντα Pausanias ad τὰ οὐκ ὄντα, quanquam a Graecis credita, refert, iisque suam opponit sententiam ὁ δὲ — θείων. Mosquensis habet δοκεῖ — οἷς pro οἷα et τελευτὰς pro τελετάς. Hic ἰσχὺν Amas. recte vertit *auctoritatem*, quae significatio desideratur in Lexicis. Sic de Demosthene μηδέπω ἔχων ἰσχὺν ἐν τῇ πολιτείᾳ μηδὲ δόξαν Plut. Dem. 12. Notabile autem, Pausaniam non dixisse εὑρηκὼς τελετὰς θεῶν sed πιστευόμενος εὑρηκέναι, et paulo post εἰσὶ δὲ οἵ φασι κ. τ. λ. Alias simpliciter τελεταὶ hic τελεταὶ θεῶν vocantur. ἔργων ἀνοσίων καθαρμούς· Plato de rep. II, p. 221. Bip. dicit λύσεις τε καὶ καθαρμοὺς ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν. Hic τροπαὶ i. q. ἀποτροπαί. Sic τοῦ Ἰκεσίου μήνιμα ἀποτρέπειν III, 17 extr. οἶνον pro οἴνου Mosq. κεραυνοθέντι et κεραυνοθῆναι Mosq. ὑπὸ τοῦ θ. iungendum cum κεραυν. cf. X, 4, 4. προειρημένον Vulgata, cuius in locum vix dubito quin substituendum sit προσειρημένον, *ab aliis praeterea narratum est*. vel εἰρημένον. In Mosq. est Ἄορον, et ἄοῤῥον in Ald. Xylander reposuit Ἄορνον· et Plinio IV init. locus *Aornus* est in Thesprotis et *pestifera avibus exhalatio*. Huc pertinet illud Herodoti πέμψαντι οἱ ἐς Θεσπρωτοὺς ἐπ' Ἀχέροντα ποταμὸν ἀγγέλους ἐπὶ τὸ νεκυομαντήϊον V, 92, (7), 120. Auctore Hesychio erat ψυχοπομπεῖον ibi, ut ille ait, ἐν Μολοττοῖς. Ante Facium legebatur νεκυμάντιον, qui νεκυομάντιον edidit, nos νεκυομαντεῖον, ut est apud Diod. Sic IV, 22. cf. Schneideri Lex. gr. h. v. Mox αὑτοῦ pro αὐτοῦ Mosq. λέγουσι δὲ οἱ Θρᾷκες [ὡς], Clavier, qui ὡς de suo male addidit. οἱ pro αἱ Mosq. νοσσιὰς

ante Facium, qui e Mosq. νεοσσιὰς restituit; quod legitur etiam X, 4, 6. ἡδεῖον Mosq. ἄγειν pro ᾄδειν Mosq. Ald. *Μακεδόνες* Vulg. *Μακεδόνων* Mosq. quod nobiscum recepit Clavier. Similiter cap. 31, 3. *Βοιωτῶν δὲ οἱ περὶ Ἑλικῶνα οἰκοῦντες.* X, 13, 5. *Μακεδόνων οἱ ὑπὸ τῇ Πιερίᾳ πόλιν Δῖον οἰκοῦντες.* Mox χώρα pro χώραν Mosq. Facius Pausaniam putat hic de regione potius *Pieria* quam de monte huius nominis loqui, ideoque χώραν — τὴν Πιερίαν iungenda, et τὴν ὑπὸ ὄρος dictum esse pro τὴν ὑπώρειαν· innui autem montem *Olympum*, sub quo Pieria et Dion sita fuerint. Ita quoque O. Müller über d. Wohns. — des Makedon. Volkes p. 11. An vero ὑπὸ ὄρος tam nude dicturus fuisset de Olympo? quid? nonne Pausanias Dion subiicit *Pieriae monti* X, 13, 3? qui locus iterum apponendus est: *Μακεδόνων οἱ ὑπὸ τῇ Πιερίᾳ πόλιν Δῖον οἰκοῦντες*, ubi de regione Pieria cogitari non potest. Mons autem *Pieria* vocatus in dubium vocari non potest contra hos testes, Schol. Apoll. Rh. I, 30. *Πιερία ὄρος Θρᾴκης, ἐν ᾧ διέτριβεν Ὀρφεύς.* Cononem in Narrat. c. 1. *Ὀρφέως κατὰ Πιερίαν τὸ ὄρος ἀκροατὴς γενόμενος·* et ipsum Pausaniam cap. 29, 2. *ἀφ' οὗ (Πιέρου) καὶ Μακεδόσιν ὠνόμασται τὸ ὄρος.* Etiam in Boeotiam translatus est hic mons, Phavorinus ita: *Πιερία ὄρος Βοιωτίας, ἐν ᾗ αἱ Μοῦσαι ἐγεννήθησαν.* Ubi mons Pieria fuerit, discimus ex hoc Pausaniae loco et ex X, 13, 3, ubi Dion ei vicinum fuisse dicitur. *Dion* autem fuit teste Thucydide IV, 78. *ὑπὸ τῷ Ὀλύμπῳ Μακεδονίας πρὸς Θεσσαλοὺς πόλισμα*, ubi ergo Olympus non Thessaliae sed Macedoniae significatur. cf. ibi Wasse. In O. Mülleri charta geogr. Macedoniae Dium Baphyram inter et Enipeum in maris littore positum est, ut Olympum versus occidentem habeat. Dion habet priorem longam, itaque rectius *Δῖον* quam *Δίον*, ut est in Bibl. Coisl. p. 645, scribitur. Hoc *Δῖον* ab Archestrato apud Athen. VII, 326, d. dicitur *τὸ Πιερικὸν*, ut distinguatur ab Euboico apud Homerum Iliad. II, 538. λέγουσιν Mosq. Neque hic praetermittendum istud *καθὰ οἱ ἐπιχώριοι λέγουσιν.*

§. 4. Fluvius *Helico* (an *Obliquus?* ut Müller de Macedonibus p. 53. interpretatur) Dium praeterfluens a quo praeterea commemoretur ignoro. *Baphyras* Pausaniae et *Bephyrus* (*Βήφυρος*) Lycophronis 273. Ortelio videbatur esse idem fluvius. Baphyras etiam Archestra-

to dictus est apud Athen. VII, 326 d. *Διᾶται* ante Facium qui e Mosq. edidit *Διάσται*· hunc sequutus est Clavier: nos scripsimus *Διασταὶ* e Stephano Byz. qui hunc ipsum nostrum locum citans haec habet v. *Δῖον*: — *ἔστι καὶ Μακεδονίας (πόλις Δῖον) ἔνθα τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα ἐτέλουν. τὸ ἐθνικὸν Διεύς. Παυσανίας δὲ Διαστάς φησι· Μακεδόνων γὰρ ὁ τύπος Ὀρεσταί, Λυγκισταί.* In Strab. VII, 326 (463 — 65) sunt *Ὀρέσται* et *Λυγκῆσταί*: an recte? cf. Thuc. II, 80. 99. IV. 79.

§. 5. *Λαρίσῃ* Mosq. et *ῃ* pro *ῇ* idem. Est fortasse intelligenda Larissa *Θεσσαλίας πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ* apud Stephanum. *Λίβηθρα*, sed in Strabonis IX, 410 (448). X, 471 (195). *Λείβηθρον*, quanquam in hoc altero loco plures codd. et vett. edd. *Λίβηθρον* habent. v. ibi Tzsch. Pausanias iterum cap. 34, 5. *ὄρος τὸ Λιβήθριον* dixit. ubi v. adnotata. *παρὰ — Θρᾴκης*: *Bacchus fatidicus* etiam apud Amphicleenses X, 33, 5. cf. Eurip. Bacch. 297. Apud eundem est *ὁ Θρῃξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε* in Hecuba 1241. *ἐπειδὰν ἴδῃ τὰ ὀστᾶ τοῦ Ὀρφέως ἥλιος*. Facio excidisse videbatur *ὁ* ante *ἥλιος*· imo paulo post, ubi Vulgata habet *εἶδεν ὁ ἥλιος*, articulus auctoritate codicis Mosq. eliminandus fuit. v. adn. ad VIII, 38, 1. *δι' οὐ πολλῆς* inde a Kuhnio, quum antea fuisset *δὴ οὐ π.* quod Sylb. correxit, afferens etiam ex X, 25, 5. *διὰ φυλακῆς πλέονος τὰς ἐπαύλεις ἐποιοῦντο*. Inverso ordine *μέγα οὕτω* Mosq. *οὐδὲ θρασύτητος μετεῖναι μᾶλλον ἢ ἰσχύος* Vulgata, quam Sylburgius ita vertit: *nec animali ulli plus quam sibi vel audaciae esse vel roboris.* In eo non acquiescens Kuhnius „Aldina, inquit, habet *οὐ δὲ*, unde facerem *συῒ δὲ apro vero plus audaciae inesse quam roboris.*" quod iusto plausu exceptum a Facio in texta illatum est a Clavierio: neque Goldhagenus cum Nibbyo sprevit hanc coniecturam. *αὐτοῦ* pro *αὐτὸν* Mosq. *ἐπεὶ* pro *ἐπῄει* et *οἱ δεινοὶ καὶ* pro *οἱ καὶ* idem, qui deinde etiam *καὶ* ante *ἡδὺ* omisit. *ἡ θήκη*, antea §. 3. *ὑδρία λίθου ἔχουσα τὰ ὀστᾶ τοῦ Ὀρφέως*. Cum Mosq. omisi *ὁ* ante *ἥλιος*, quum in Vulgatam hic articulus perperam illatus videatur. Pro *εἶδεν* est *εἶ* in Mosq. Ex eodem Facius lectionem (quae in meis schedis non est) hanc profert *ἐς τὴν τῶν ὀστῶν* pro vulgato *τὰ ὀστᾶ*, unde ei legendum videtur *ὁ ἥλιος τὸ τῶν ὀστῶν τοῦ Ὀρφέως λοιπόν*, quod in Clavierii editionis contexto locum invenit. Porsonus corrigebat *εἶδεν ὁ ἥλιος εἴ τι ἦν* seu *ὅτι ἦν τῶν ὀστῶν τοῦ Ὀρφέως λοιπόν*. Sed *λοιπὸν*

hic est adverbium, *ab hoc inde tempore, deinceps, posthac* seu *iam* (v. Schaefer. ad Longum p. 400.) denotans; neque hic quaestio ponitur, an quid et quid illorum ossium reliquum fuerit, sed significatur, quod in oraculo fuerit, ἐπειδὰν ἴδῃ τὰ ὀστᾶ τοῦ Ὀρφέως ἥλιος, id nunc accidisse, εἶδεν ἥλιος τὰ ὀστᾶ τοῦ Ὀρφέως λοιπὸν *iam vidit sol ossa Orphei.* Itaque ad quem nos Porsonus reiicit, locus cap. 38, 4. κελεύει σφίσιν ὁ θεὸς, ἀνευρόντας εἴ τι ἦν Ἀκταίωνος λοιπὸν κρύψαι τῇ γῇ huc non pertinet. ὅτε θεὸς ante Kuhnium, quod correxit Sylb. κατέχει· de hac forma Thom. Mag. 366. Lob. ad Phryn. 222. ὁ ποταμὸς ὁ Σῦς Mosq. κατέλαβε ante Facium, qui Sylburgii correctionem ex Amasaei versione haustam recepit. Λαρισαίου Vulg. ut X, 7, 3. p. 815. ubi v. adn. etiam in numis apud Goltzium et Spanhemium teste Berkelio ad Steph. B. apud quem est Λαρισσαῖος, quam scripturam etiam Porsonus praeferebat. ξένον Mosq. Caeterum Larissaei fortasse voluerunt hac narratione significare, Libethrios a Musarum cultu alienissimos fuisse. ἤδη — πεποιημένους *iam scit, Orphei hymnos esse et singulos eorum brevissimos, et cunctos numero paucos.* εἴδῃ pro ἤδη et οἱ δὲ pro οἶδε Mosq. ἐπὶ βραχύτατον iungendum est cum πεποιημένον· *in brevissimum facti et in numerum non magnum facti* i. e. brevissimi sunt neque multi.

§. 6. Λυκομήδαι Vulg. Λυκομίδας Mosq. Scripsi Λυκομίδαι. cf. cap. 27, 2 et I, 22, 7. δευρία pro δευτερεῖα Mosq. τε pro γε idem; sed Porsonus malebat μετά γε Ὁμήρου, an recte, dubito, si verum est, γε sequi id vocabulum, quod sono graviori distinguendum sit a reliquis. τιμῆς δὲ ἐκ τοῦ θείου καὶ ἐς πλέον ἐκείνων ἔχουσι Vulg. Facius deletum volebat ἐκ ut sententia esset; *honoris vero in deos.* Sylburgius quum animadvertisset, Amasaeum videri legisse ἐς τὸ θεῖον, recte negavit a vulgata scriptura discedere esse necesse, quum sensus esset, *id scilicet divinitus eis obtigisse, ut in maiore quam illi honore essent atque pretio.* ἐς πλέον ἔχειν τιμῆς hic necesse est sit idem quod πλέον ἔχειν τιμῆς. ἔχουσιν Mosq. Quod autem hymni Homerici sine dubitatione dicuntur Homeri, non magis miraberis in Pausania quam in Thucydide, cuius locus III, 104. notissimus est.

CAPUT XXXI.

§. 1. *Καὶ Ἀρσινόης — πτερά.* Satyricam esse hanc consecrationis significationem videri, Winckelmannus scripsit in *Vers. e. Alleg.* cap. 3. p. 83. seu Opp. T. II. p. 565, namque struthiocamelum altius evolare non posse. Quam suspicionem, tacite probatam ab editoribus Winckelmanni operum, nos veram esse ibidem T. VIII. p. 27. negavimus existimantes, *Venerem Arsinoën*, quae et Zephyritis appellata est, hoc modo indicatam esse, v. index Athenaei s. v. Arsinoë. *Στρουθὸς* enim, *passer*, sacer erat Veneri; hinc Sappho apud Athenaeum IX, 391 f. Venerem dixit *ἐπὶ στρουθῶν ὀχεῖσθαι* i. e. *curru vehi a passeribus tracto.* Noster autem opifex, Arsinoën ipsi *στρουθῷ* impositurus, *στρουθὸν μεγάλην* (Aelian. N. A. IV, 37. 38.) finxit, quae avis in Aegypto tum quidem videtur ita mansuefacta fuisse, ut non modo currum traheret (ut apud Athen. V, 200 f. in huius ipsius Ptolemaei Philadelphi, huius Arsinoës fratris et mariti, pompa, quam *στρουθῶν συνωρίδες ὀκτὼ* dicuntur ornavisse) sed etiam sessorem ferret. Adde numos et gemmas (in Meyeri Hist. art. int. Graec. III. p. 10.) in quibus non contumeliae causa effigiem huius Arsinoës positam videmus. *Arsinoës alitem equum* in Catul. 66, 54. ex hoc nostro loco explicandum et strathiocamelum esse, perperam videtur scripsisse *Monti* in Diss. *Del cavallo alato d' Arsinoe* Mediol. 1804, quum ille equus Berenices comam *per aetherias auras tulerit* et in Veneris gremio posuerit. *στρουθὸς* Mosq. omisit.

§. 2. *Τηλέφῳ — διδοῦσα.* Hoc expressum videas in basi statuae inter Monumenta Pelopon. vol. I. p. 235. Telephus cum cerva etiam in Millin's myth. Galler. CXV, 460 et CXVI, 461. *ἄλλως* ut nostrum *sonst*; est hic *aliis in locis.* *ἑσμοὶ* vulgo ut 40, 1. Scripsi *ἑσμοὶ* cum Hermanno in Wolfii Anal. litter. III. p. 73 ducente ab *ἕζω.* Eodem modo scribi voluerat Eustathius ad Iliad. II. p. 178. utens testimonio Aristotelis H. A. IX, 27, 6. *Λαμψακινοὶ* Mosq. *θεοὺς νομίζουσι.* Cf. de hac formula ad I, 31, 1. *Priapus Bacchi et Veneris filius.* v. Diod. S. IV, 6. Schol. Apoll. Rh. I, 932. Tibul. I, 4, 7.

§. 3. De *hoc Hesiodi certamine ac tripode* locus notissimus est in ipsius Hesiodi Opp. 650 — 659, quem

tamen insertum ab aliena manu volunt Plutarchus (v. Wyttenb. ad eius Conv. VII. Sap. p. 153. E.) Heinrichius in Append. ad Epimen. p. 147 sqq. et Gaietus. Inscriptio tripodis quae fertur fuisse, repetita est in Anthol. Pal. I. p. 322. τὸ ἄλσος scil. τῶν Μουσῶν. vide cap. 29, 3. περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι Μουσείου scripserat *Amphio* Thespiensis teste Athenaeo XIV. p. 629. a. Pro Μουσεῖα est Μουσῶν in Mosq. sed Vulgatam tuetur Pollux; nescio tamen an Μούσεια scribendum sit et distinguendum a periectico μουσεῖα. Pro τῷ Ἔρωτι Meursius in Graec. fer. v. Ἐρώτια volebat τὰ Ἐρώτια scribi non memor, quanto opere Noster variare amet orationem. In Athenaeo XIII, 561, e, Ἐρωτίδια vocantur. ἡ τοῦ — κρήνη. cf. II, 31, 12.

§. 4. παρειλημμένα δόξῃ λέγουσιν Vulgata. Facius animadvertit, Amasaeum legisse videri παρειλημμένῃ· atque hoc nos recepimus. Huic παρειλημμένῃ δόξῃ opponitur deinde ἑτέρα κεχωρισμένη, et illa ἡ προτέρα vocatur. Porsonus malebat παρειληφέναι. Ad verba καὶ τούτων — λέγοντες cf. Fabricii Bibl. gr. I. p. 575. τὰ ἐς τὰς ante Facium, qui Sylburgii correctionem τὸ adscivit. καί μοι — λελυμασμένα Mosq. omisit. Sed pro vulgato λελυμασμένα scribendum esse λελυμασμένον pulcre animadvertit Sylburgius, quod nobiscum Pausaniae restituit Clavier. γέγραπται δὲ αὐτῷ. Vulg. δὲ ἐν αὐτῷ corrigebat Facius. ἐγγέγραπται malebat Schaefer in Lamb. Bos. p. 137. quod codicis Mosq. lectione ἐγέγραπται firmatum revocavi, idem nunc videns a Clavierio factum. ἑτέρα scil. δόξα. Quae his ἐς γυναῖκάς — Ἠοίας, et in Sch. Apoll. II, 181. ut duo distinguuntur opera, multi habuerunt pro uno, veluti Wolfius in Proleg. ad Hom. p. CLVII, Heinrichius in Append. ad Epim. p. 161 sq. 151 sq. et in Proleg. de Hesiodi Scuto Herc. Vossius in Antisymb. p. 289. adde quos hac de re scriptores citavit Weichertus in libro doctissimo *über das Leben u. Gedicht des Apollon. Rhod.* p. 207. Quare Harlesius in Fabric. Bibl. gr. I, 580. nostrum locum ita corrigi volebat ᾀδόμενα, ἃς καὶ μεγάλας ἔπον. Ἠ. Equidem Pausaniam, si hoc voluisset, non modo τε post γυναῖκας, sed etiam καὶ omissurum fuisse arbitror. Vt proximis Θεογονίαν τε καὶ ἐς τὸν ita etiam his ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα καὶ ἃς — Ἠοίας diversa significantur. ἐς γυναῖκας ᾀδόμενα I, 3. ἔπη τὰ εἰς τὰς γυναῖκας vocantur, ubi Kuhnius iam monuit, idem carmen modo Κατάλο-

γον, modo *Κατάλογον γυναικῶν*, modo *Κατάλογον γυναικῶν ἡρωϊνῶν* appellari, et Pausaniam ab Eoeis hoc nostro loco distinguere videri. J. H. Vossius in Weltk. d. Alt. p. XI, XVI. et in Antisymb. p. 289. Eoeas dubitanter ad Hesiodum refert auctorem; sin alius sint, negat eas post Olympiadem quadragesimam esse compositas. Pausanias ipse eas nusquam Hesiodo tribuit, sed citat vel simpliciter *Ἠοίας*, ut IV, 2, 1. II, 26, 3. vel *τὰ ἔπη ἃ δὴ Ἕλληνες καλοῦσιν Ἠοίας μεγάλας*, ut II, 16; 3. vel *τὸν τὰ ἔπη συνθέντα, ἃς μεγάλας Ἠοίας καλοῦσιν Ἕλληνες*, ut IX, 36, 4. 40, 3. Caute (ut in Schol. Apol. I, 118. IV, 57, 828.) dictum illud est apud Athen. VIII, 364, b, *ἅπερ πάντα ἐκ τῶν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένων μεγάλων Ἠοίων — παρῴδηται*. Rursus tamen apud eundem X, 428, b, legitur: *Ἡσίοδος ἐν ταῖς Ἠοίαις εἶπεν*, ut in Sch. Apol. II, 1123. 181. In Hermesianactis, poetae, elegia apud Athen. XIII, 597 d. Hesiodus dicitur in vicum Ascram venisse, et deinde additur de eodem: *ἔνθεν ὅ γ' Ἠοίην μνώμενος Ἀσκραΐκὴν πόλλ' ἔπαθεν, πάσας δὲ λόγων ἀνεγράψατο βίβλους, ὕμνων ἐκ πρώτης παιδὸς ἀναρχόμενος*. Suspicio est, auctorem huius carminis laudem cuiusque heroinae orsum esse a verbis *Ἢ οἵη*, et inde nomen carmini datum *Ἠοίας*. cf. intrpp. ad Athen. l. c. et ad p. 590, b. ubi videmus commemorari *τοὺς Σωσικράτους Ἢ οἵους, ἢ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου*, et istos Sosicratis *Ἢ οἵους* dixeris Catalogum virorum ita compositum, ut omnia exempla initium caperent a verbis *Ἢ οἵας*. Ex locis autem Pausaniae antea allatis et ex nostro, *ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας* patet, auctorem carminis non ipsum id ei nomen inscripsisse. Caeterum cf. praeter Fabricii Bibl. gr. Heinrichius ll. cc. ubi etiam de Pausaniae locis II, 26, 6. IV, 33, 3. dicitur. De *Theogonia* Pausanias ipse dubitavit. v. cap. 35, 1. p. 781. 27, 2. VIII, 18, 1. *ᾄδην* Mosq. *παραίνεσίς τε Χείρωνος, ἐπὶ διδασκαλίᾳ δὲ τῇ Ἀχιλλέως* Vulgata. Pro *δὲ* Sylb. volebat scribi *δὴ*, *scilicet*; recte, quum idem sit in Amasaei versione: atque ita scripsit etiam Clavier. Equidem antea corrigebam *παραινέσεις τε Χείρωνος ἐπὶ διδασκαλίᾳ τῇ Ἀχιλλέως*· idem Porsono placuisse nunc video. De *Achillis educatione* cf. III, 18, 7. Philostr. Sen. Imag. lib. 2. cap. 2. *καὶ ὅσα ἐπὶ ἔργοις τε καὶ ἡμέραις praeter Opera et Dies;* male autem vertit Amasaeus. Fuerunt iam inter veteres qui negarent,

Ἀσπίδα esse Hesiodi v. Bekkeri Anecd. p. 672. 1165. adde Fabric. Bibl. gr. I, 577. *πέρασιν* ante Facium, qui Sylburgii emendationem *τέρασιν* recepit.

§. 6. *Ἐναντία κτλ.* Varia de *Hesiodi morte* congessit Wyttenbachius ad Plut. Conv. VII. Sap. p. 162. C. cap. 19. ibi et in Thuc. 3, 96. *caedis locus* accuratius indicatur. *Ganyctor* est Amphidamantis, Euboeae regis, filius in Homeri et Hesiodi Certamine p. 478. Hes. Loesn. *Ἄντιφος.* „Ita et Suidas. Tzetzes Hesiodum occisum refert *ὑπὸ Ἀμφιφάνους καὶ Γανύκτορος* ob violatam sororem *Κτειμένην* leg. *Κτιμένην*" Kuhn. *Κλυμένην* voluit Wyttenb. ad l. c. Plut. Ante *τῇ Μολυκρίδι* omissum esse vel potius excidisse *ἐν* omnes viderunt, et Clavier [*ἐν*] *τῇ Μολυκρίδι* edidit. *Μολυκρία* volebat Porsonus, ex *ΑΙ* putans *ΔΙ* ortum esse cf. ad 53, 3. Pro vulg. *τάδε* est *τὰ* in Mosq. *ἄλλοι τοῦ* ante Facium, qui *ἄλλου του* scripsit ut correxerat Sylburgius. *ἄλλον* habet etiam Mosq. *οἱ δὲ, ἐκεῖνον γενέσθαι τὸ ἔργον*; quum haec probanda sint, lectio codicis Mosq. *οὐδὲ* pro *οἱ δὲ* repudianda est. cf. et Amas. *τοσοῦτο* Mosq.

§. 6. *ὁ* ante *Λάμος* videtur eliminandum, ut VIII, 5, 5. ante *Λαΐας* ubi v. adn. *Θεσπιέων δὲ ἐν τῇ γῇ, ἡ Δονάκων ἐστὶν ὀνομαζομένη* Vulgata; *Ἡδονάκων* Ald. Amas. sed Hartungus et Xylander maluerunt divise *ἡ Δονάκων.* In Mosq. est *ὀνομαζόμενος* et Clavier *Ἡδονάκων — ὀνομαζόμενος* scripsit, ego vero — *γῇ Δονακὼν ἐστιν ὀνομαζόμενος*, quum *ἡ* ante *Δονακὼν* e praecedente *γῇ* ortum existimari posset. Sensus: *locus est qui arundinetum vocatur.* Kuhnio quoque videbatur *tractus palustris et arundinibus obsitus* indicari. Comes Natalis Myth. IX, 16. *vicum Danacum* vocat, Mannert *Flecken oder Strich Donakon*, Müller in Orchom. p. 48. *Rohrschilfthal, Donakon.* Quod ibid. p. 78 sq. et Strabonem, qui IX, 407 ac 411. *ἕλος φύον τὸν αὐλητικὸν κάλαμον* commemorat, huc non vocabis. Reliquum est ut, quomodo Creuzer hunc locum et proximum restituendum censuerit, commemoretur. Is enim in Plotino de Pulcritudine Praepar. §. 10. de *Narcissi fabula* disserens „si commenta, inquit, veterum sequimur, voluptariae aquae et protulerunt Narcissum, et deliciis suis eaedem rursus in se retraxerunt. Quae qui apud animum collegerit, is fortasse paratam medicinam credat loco corrupto Pausaniae IX, 31, 6:— hoc scio, interpolatum esse et, nisi egregie fallor, mul-

to aptiorem eidem futuram esse mentionem hominum *voluptariorum* quam arundinum, vel quidquid istud est, *ἡδονάκων*." Putat igitur verbis *ἐνταῦθά ἐστι Ναρκίσσου* eiectis ita legendum esse: *Θεσπιέων ἐν τῇ γῇ ἡδονικῶν ἐστιν ὀνομαζομένη* [*ἐνταῦθά ἐστι Ναρκίσσου*] *πηγή*. Quod nobis quidem ab iis, quae Pausanias scripsit et significare voluit, videtur longius abire. „*Neo Chorio* probably the ancient Donacon" Gellii Itin. of Greece p. 118. Forsan haec uda vallis abundabat narcissis. *ἐπὶ τοῦ ἔρωτος ἐπὶ τῇ πηγῇ* Mosq. *ἔνθες* pro *εὔηθες* idem. Pro vulgato *ἠλιθιότητος* est *ἡλικίας* in Mosq. quod verum putantes recepimus hoc sensu: *hominem iam eo aetatis provectum ut capiatur amore ne dignoscere quidem quid sit homo et quid hominis umbra.* Clavier, qui eodem modo scripsit, ita interpretatus est: „Il me paroît tout à fait absurde d' imagines que quelqu'un, parvenu à un âge assez avancé pour pouvoir se laisser prendre d'amour, ne sût pas distinguer etc." Similiter Nibby: „che uno, il quale ad una età di gia siasi avanzato, da essere preso da amore, non distingua." Sylburgius putaverat *ὡς αὐτοῦ ἔρωτος ἁλίσκεσθαι* legi posse, Kuhnius autem deesse hic *σκιᾶς*, *umbrae amore capi.* *μὴ δὲ* Mosq. *ἔχει* — *λόγος spectat, pertinet ad eum.* Post *εἶδος* delevi distinctionis notam, etiam in Aldina omissam. *συνιέντα* pro *συνιέντι* Mosq. *νάρκισσον κ. τ. λ.* Flos narcissus, in quem mutatus fertur Narcissus (cf. Conon. cap. 24.), putatur esse *νάρκισσος ἔνδον κροκώδης*, *Tazetta Narcissus*; v. Floram Classic. Billerbeckii p. 87 et J. H. Vossium ad Virg. G. IV, 123. p. 770. *δοκεῖ* pro *δοκεῖν* Mosq. *ἁρπασθῆναι παίζουσαν καὶ ἄνθη συλλέγουσαν· ἁρπασθεῖσαν δὲ οὐκ ἴοις ἀπατηθεῖσαν, ἀλλὰ ναρκίσσοις* Vulgata. Pro *ἁρπασθεῖσαν δὲ* legendum esse *ἁρπασθῆναι δὲ* iam vidit Sylburgius, atque ita nobiscum scripsit Clavier. Sed nisi fallor corrigendum ita est: *ἁρπασθῆναι μὲν παίζουσαν* — *ἁρπασθῆναι δὲ* — *ἀπατηθεῖσαν*. De *μὲν* in hoc loquendi genere interdum a librariis neglecto v. ad cap. 12, 4. *οὐκίοις* Mosq. De narcisso Proserpinam decipiente similia sunt in Homerio h. in Cer. 8 sqq. Scholiasta autem Sophoclis ad Oed. Col. 717. utrum e Pausania an ex Pampho profecerit, negat sibi liquere Ignarra in Emend. hymni in Cer. p. 484.

CAPUT XXXII.

§. 1. *Κρευσίδι — Κρεῦσιν* et §. 2. *Κρευσίδος* Vulgata. Scribendum fuit *Κρεύσιδι — Κρεύσιδος*. Genitivus *Κρεύσιος* est apud Xenophontem (v. Lex. Xen.) et Stephanum Byz. qui ita: *Κρεῦσις, πόλις Βοιωτίας, κειμένη καταντικρὺ τῆς Μεγαρίδος. ἡ γενικὴ Κρεύσιος*. Hoc Thespiarum *ἐπίνειον* Straboni IX, 409 (445, 442.) *Κρέουσα* et *Κρεουσία* vocatur. Miras autem h. l. codex Mosq. lectiones habet, *Νηρεῦσιν* pro *Κρεύσιδι, ἐνηρεῦσιν* pro *ἐς Κρεῦσιν* et *νηρευσίδος* pro *Κρεύσιδος*. sed vitiorum origo facile inveniri potest. Creusis nunc dicitur *the port of St. Basilio* referente Hobhousio, *Livadostro* iudice Gellio in Itin. of Greece p. 120. aliter Mannert. VIII, 231. *ἄλλος* pro *ἄλλως* Mosq. *σκολιὸς πλοῦς* explicatur sequentibus *ὡς μὴ κατ' εὐθὺ τῆς θαλάσσης περαιοῦσθαι*, i. e. *ut recta per mare transiri non possit.*

§. 2. In *πλέειν ἄνω* latet significatio verbi *ἀναπλέειν, altum petere*, quod hic docet verborum nexus. De *Thisba* Strabo IX, 411 (456): *Ἡ δὲ Θίσβη Θίσβαι νῦν λέγονται. οἰκεῖται δὲ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ὅμορον Θεσπιεῦσι τὸ χωρίον καὶ τῇ Κορωνειακῇ, ὑποπεπτωκὸς ἐκ τοῦ νοτίου μέρους τῷ Ἑλικῶνι καὶ αὐτό*. „Near Livadostro at a spot called Castri are the ruins of Thisbe" Hobhouse. *ἐστὶ τοῦτο δὲ* pro *τοῦτο δὲ* Ald. *ὑπερβαλόντα* malebat Corayus. Mox *ἐστὶν ἡ πόλις* pro *ἐστὶ πόλις* legendum est. *Τοῖς ὑπωρείαις* Mosq. Ald. *Ἡρακλεῖα* Mosq. quanquam Facius *Ἡρακλείαν* inde profert. *παρὰ ἔτος altero quoque anno* reddendum fuisse; monuit Schaefer ad Lamb. Bos. p. 85. cf. X, 4, 2. *ἐπὶ τὰ ἕτερα* i. q. *κατὰ τὰ ἕτερα* VIII, 45, 4. Similia sunt *γεφυρῶν δὲ ἐφ' ἑκάτερα, τῇ μὲν ἐστιν ἄγαλμα Ἡρακλέους, τῇ δὲ εἰκὼν Λυκούργου* III, 14, 8. *ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἠπείρου πόλεις ἔκτισαν* Isocr. Paneg. cap. 9. *Θίσβην — ἔσχηκε*. Apud Stephanum Byz. et Phavor. *Θίσβη ἀπὸ Θίσβης τῆς Ἀσωποῦ*. De hoc *aggere* Gellius in Itin. of Greece p. 116: „the road lies trough a marsh or lake, upon a mound well raised and strengthened by large bloks of squared stone. This is mentioned by Pausanias."

§. 3. Pro *αὐτόθι* legisse Amasaeum *αὐτόθεν* monuit Sylb. quorum adverbiorum confusio notata est ad cap. 25, 3. *Τίφα* vulgo. Apud Stephanum Byz. *Σίφαι*

(ita etiam apud Ptolemaeum et Thucyd. 4, 76.) ἐπίνειον τῆς Θεσπιακῆς· καὶ ἑνικῶς Σίφη. in Schol. Apollon. Paris. 1, 105. Σῖφαι. Nos hic scripsimus Τίφα, quum prima producatur in Σιφάεσι apud Apollon. 1, 105 et Orpheum in Arg. 125, similiter in Τῖφυς. In scriptura huius urbis per Τ Sylburgins putabat esse Dorismum ut in τὺ pro σύ. Equidem dixerim, Boeoticam esse hanc formam, quum Boeoti Ποτειδάων (v. Ael. Herodian περὶ μον. λεξ. p. 11. Dindorf.) et Μυκαλητιὸν pro Μυκαλησσὸν dixerint teste Strabone IX, 404 (405), et Aeolenses non minus quam Dorienses ἀντὶ τοῦ σ τὸ τ posuerint. v. Greg. Cor. p. 615. Nomen urbis factum a τῖφος, *stagnum*, *aestuarium*. v. Phavor. Suid. λίμνην ἐν Σίφαις memorat Müller. in Orchom. p. 493. Eodem referente Tipha aliis est *Livadostro*, aliis *St. Basilio*, aliis *Langia*: sed narrante Hobhousio „to the westward of Livadostro a high rock juts into the sea, beyond which is the harbour and town of *Cacos*, once Typha." Auctore Gellio in Itin. of Greece p. 116. „the port of Thisbe is about an hour distant from *Kakosia* to the south et p. 117. Mt. *Korombile* was perhaps called Tipha." Mox in loco, ubi nunc est Palafo castro prope pagum *Chostia* seu *Kostia*, dubitat utrum Bulis an Tipha fuerit. Τιφαιεῦσιν Vulg. Τιφιεῦσιν Mosq. Σιφάεσι apud Orpheum et Apollonium ll. cc. Vulgatam defendit Stephanus Byz. ita: Ἔστι δὲ ὡς ἀπὸ Κρηταῖος Κρηταιεὺς, οὕτω Σιφαῖος Σιφαιεύς. Mox ἐπίτιον Mosq Τῖφον Vulgata, quam correximus ex Apollonio I, 105 et eius scholiasta, e Lycophrone et Phavorino. Τίφην Mosq. Hunc navis gubernatorem e Tipha oriundum, Aphrodisius apud Stephanum Byz. *Aphormiensem* et Pherecydes *Potniensem* perhibuerat, Aeschylus autem non Τῖφυν sed Ἴφυν nominaverat teste Scholiasta Parisino ad l. c. Apoll. de quo cf. Hermannus ad Orph. Arg. I, 125 et Weichertus de Apollonio p. 226 sq. ἀποφαίνουσι — ἔνθα ἐκ Κόλχων ὀπίσω κομιζομένην κομίσασθαι τὴν Ἀργὼ λέγουσιν Vulg. Scripsi ὁρμίσασθαι pro κομίσασθαι· idem voluerunt Sylburgius atque Schaefer ad Lamb. Bos. p. 85. idem nunc video scriptum in Claverii editione. Nescio autem an huc pertineat locus Stephani Byz. v. Ἀφόρμιον qui, ut videtur, corruptus est adhuc. Θίσβην et Τίφαν eandem esse suspicabatur Mannertus VIII, 232.

§. 4. Nos diceremus; hinc versus euroaquilonem euntibus esse Haliartum; atque hoc paucis monuisse satis esse poterat Mannerto T. VIII. p. 207. *Θεσπίας* non reprobandum, nam *γράφεται καὶ διὰ τοῦ ι καὶ ἐκτείνεται καὶ συστέλλεται παρὰ Κορίννῃ* ut ait Stephanus Byz. cf. et adn. ad IV, 36, 5. neque aliter Eustathius p. 265: *γράφεται κοινῶς διὰ του ι ἡ παραλήγουσα, ὡς τὸ Λάμια, Λίμνια.* *Haliartus* vicina lacui Copaidi (in loco angusto inter montem imminentem et hunc lacum), fonti Tilphussio, qui sub monte Tilphussio profluxit, et duobus amnibus Permesso atque Olmio fuit teste Strabone IX, 407 (430). 410, 411 (453, 455, 460). cf. Mülleri Orchomenos p. 69. 71. 482. Gellius in Itiner. of Greece p. 124. ita: „The ruins of Haliartus lie just below the village of Mazi — on the post road from Thebes to Lebadia. Haliartus stood on a rocky eminence between the foot of Mt. Libethrius, a branch of Helicon, and the lake, and in fact defended a narrow pass. There are many ruins; and not only walls remain, but the direction of some of the streets and the citadel may be traced. Vnder the rock on the N. side is the lake and a copious fountain, perhaps the *Lophis*. W. of the ruins is a tumulus, perhaps that of Lysander.“ *ὅστις — χωρίζειν.* Cf. cap. 34, 5 sqq. Pro vulg. *στρατείαν* e Mosq. *ἐπιστρατείαν* dedi. Hoc voluisse etiam Sylburgius videtur monens pro simplici hoc illud compositum alibi usurpari ut X, 8, 4. adde VI, 2, 1. 16, 2. *μοῖρα — καίουσα* cf. X, 35, 2. Pro *στρατιᾶς* et hic et paulo post est *στρατείας* in Mosq. De *loco, ubi Lysandri sepulcrum* fuerit dissentire Plutarchum in Lys. c. 29, iam Facius monuit. Pausanias idem repetit cap. 33. in. ubi v. adn. *προσβαλὼν γὰρ τῷ Ἁλιάρτῳ πρὸς τὸ τεῖχος.* Equidem *τῶν Ἁλιαρτίων* corrigendum existimo; sic de eodem Lysandro *προσβολὰς ἐποιεῖτο ἐς τὸ Ἁλιαρτίων τεῖχος* III, 5, 4. (*Haliartum masculino genere* etiam Homerus dixit). De *Lysandri interitu* ibidem. cf. Wessel. ad Diod. S. XIV, 81.

§. 5. Usque ad finem huius capitis *Pausaniae sententia de Lysandro.* *Λύσανδρος τὰ μὲν* Mosq. *τὰ δὲ — τοιαύτην* idem omisit. *Ἀντίοχον — ἄστεως.* cf. Diod. S. XIII. 71. *ἀνάγεσθαι in altum provehi.* cf. Lex. Xenoph. *ἀλαζονίας* Mosq. Ald. *ἄστεος* Mosq. *οὐ πόῤῥω — ἄστεως* significatur *Notium.* de quo v. Lex. Xenoph. *ἡμερώσα-*

σθαι benivolentiam alicuius sibi comparare. *Κῦρον* et supra *Κῆρον* Mosq. De hoc *Autolyco* I, 18, 5. Rem autem hanc a Plutarcho in Lys. c. 15. paulo aliter narrari et Spartanum non Eteonicum sed Callibium vocari, monuit iam Kuhnius. *Eteonicus* est Laconicum nomen et Spartanorum illo tempore ducis v. Lex. Xenoph. *ἐπήρθη·* sic et I, 12. sub fin.

§. 6. *Τὰ* pro *Τάδε* Mosq. Pro *τόσα* Porsonus voluit *τόσαδε* scribi, nescio, cur? *Φιλοκλέα κ. τ. λ.* Teste Xenophonte in Hellen. II, 1. sub fin. Lysander iussu sociorum, quos consuluit, captos Athenienses interfecit, crudelitatis in hostes et exercitae et decretae accusatos, et nominatim *Philoclem*, quod captivos de saxo in mare abiecerit. Videmus autem hic diversa aequalis et serioris iudicia. *δεκαδαρχίαις — ἁρμοσταῖς.* De his cf. ad cap. 6, 1. *Λακεδαιμονίων — τῇ Σπάρτῃ.* Hoc oraculi responsum Alcameni ac Theopompo, Spartanorum regibus, datum ita legitur apud Zenobium II, 24: *Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ἕλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν.* vide Plutarch. Lacon. Instit. XLII, 239 (969 sq.) cum anim. Wyttenb. E nostro voc. *ἀπώλεια* rationem non duces, in isto oraculi versu *ὀλεῖ* legendum esse. *ὃ δὲ* Vulg. *ἃ δὲ* Mosq. *ὅδε* volebat Porsonus, sed vide ad cap. 5, 2. V, 2, 2. *χρημάτων — ἰσχυρόν.* cf. Plutarch. l. c. et vita Lycurgi c. 30, ubi est *πλεονεξία καὶ πλούτου ζῆλος ἐπέβη διὰ Λυσάνδρου.* adde Vitam Lysand. c. 16. Comp. Lys. et Sullae c. 3. Athen. VI, 4. Aelian. V. H. XIV, 29. Hinc Socratis aetate Lacedaemonii omnium Graecorum ditissimi fuerunt. v. Platon. Alcib. I, 38. 39. *νόμων τε τῶν* Mosq. Puto intelligi Persarum legem ab Herodoto I, 137. laudatam, quae nemini permisit irae in quemquam indulgere nisi postquam subductis rationibus reperisset, plura et maiora eius esse delicta quam praestita officia. (adde Brissonium de regno Persar. p. 87, 88.) Significat igitur Pausanias, ex illa lege se comparatione male recteque factorum Lysandri instituta iure eum reprehendere.

CAPUT XXXIII.

§. 1. *Ἐν — Λυσάνδρου μνῆμα.* Hoc iam dictum cap. 32, 4. itaque fortasse quispiam suspicetur δὴ pro δὲ legendum esse. Ab Haliarto seu Mazi via est quartam horae partem aequans ad tumulum, quem Gellius in Itin. of Gr. p. 154. putat esse vel Lysandri sepulcrum, vel *Cecropis* heroum. *Cecrops Pandionis* est Cecrops posterior; at hic Cecrops est I, 5, 3. Erechthei filius et Pandionis prioris nepos, itaque iudice Palmerio Pausanias a se ipso dissentit. Sed *Κέκροψ ὁ Πανδίονος* potest etiam esse *Cecrops Pandionis filio natus.* cf. adn. ad I, 1, 1. quanquam O. Müller in Orchomeno Cecropem, Aegyptium habitum (?) vult intelligi p. 92. 122 sq. *Τιλφούσιον — Τιλφοῦσα. Τιλφωσσαῖον* Lex. Phot. et Harpocr. Apud Strabonem IX, 410. 411. est *Τιλφούσιον, Τιλφώσσιον, Τιλφῶσσα* ubi v. Tzsch. de scriptura. adde ibid. p. 413 et O. Müllerum in Orchom. 33 sq. De *fonte* eundem p. 47. Gellius in Itin. of Greece p. 152 sq. ita: „Mt. Tilphossus was the nearest hill to Alalcomenae. A rough and winding path of eight minutes length forms the ascent to the projecting foot of Mt. Tilphossus, now called the Petra. — — 12. M. A chapel and tumulus l. At the foot of the rock (Petra) a beautiful and copious source. This is the fountain Tilphossius, where Tiresias expired. At the chapel are several blocks, and the heap was probably the tumulus of the Theban prophet. Pausanias says, Tilphossus was less than 60 stadia from Haliartus, so that there is no difficulty in placing Tilphossus to the eastward of Alalcomenae. Pausanias also in coming from Haliartus toward Coronea speaks first of Tilphossus. The mountain south of Sullinara and Corunies must have been called Tilphossus. The fount of Tiresias is shaded by wild fig trees.“ Iudice Hobhousio mons Tilphosius versus euroaquilonem oppositus erat Haliarto. *ἀπέχουσα* pro *ἀπέχουσι* Mosq. *ἀπὸ Ἑλλήνων* idem. *Τηρεσίαν* sic et postea Mosq. ut cap. 18, 3. *καὶ* post *ἄγειν* Mosq. omisit. *τάφος ἐν τῷ αὐτῷ* ante Facium, qui auctoritate codicis Mosq. *ἐν τῷ* delevit, quod ut fieret iam Sylburgius suaserat. *Tiresias ibi sepultus.* cf. Strabo IX, 413, et quae modo allata sunt e Gellii itinerario. *ἐς τὴν Ἰωνίαν* Vulgata. Dedi e Mosq. *ἐς τὴν νῦν Ἰωνίαν·* idem est in Clavierii editione; bene, sed male

ibidem legitur καὶ [ἐκ] Ἰωνίας, quae emendatio Facio exciderat invito. Post περαιωθῆναι, ubi Mosq. καὶ inserit, nos cum Aldina maiorem posuimus distinctionis notam. συνώκεισέ Mosq. Κρητον pro Κρητὶ idem. Cum toto hoc λέγεται δὲ — Κρητὶ conferendus est locus VII, 3, 1. ubi idem narratur. τὰ δὲ ἄλλα ἐς Τειρεσίαν, ἐτῶν τε ἀριθμοῦ ὡς γεγράφασιν αὐτὸν βιῶναι Vulgata. Sylburgius pro ἀριθμοῦ ὡς volebat ἀριθμὸν ὅσα. Clavier dedit ἀριθμὸν ὄν· equidem malim ἀριθμὸν ὤν. qui enim ὡς ferri possit, non intelligo. *Septem aetates*, ut fuit in Melampodia, *novem*, ut alii narrabant, vixit Tiresias. v. Tzetz. ad Lycophr. 682. εἰς ἄνδρας Ald. De hac *Tiresiae transformatione* Tzetza l. c. et ibi meus Müller. Locus *Homericae Odysseae* est X, 494, ubi πεπνῦσθαι scholia interpretantur συνετὸν εἶναι. Vt Iupiter ita et Proserpina eum honoravit. v. Tzetza l. c. ᾅδου cum Mosq. pro Ἅιδου.

§. 2. θεῶν ἢ ἱερὸν Ald. ἐν ὑπαίθρῳ, *in Haliartiorum agro*, non *in urbe*, ἐν Ἁλιάρτῳ, quod deinde opponitur: namque ad montem Tilphosium fuit. *Praxidicae*. v. ad III, 22, 2. adn. videntur esse πράξασαι δίκην, *ultrices*. Mülleri interpretationem in Orchom. 128. propositam, *Eidgöttinnen*, equidem non probaverim. ἐπίδρομος ὅρκος ex iis, quae ad cap. 21, 4 extr. de hac voce allata sunt, poterit explicari. Si in Soph. Ai. 647, ἁλίσκεται ὅρκος est: *iusiurandum coarguitur temeritatis*, ἐπίδρομος ὅρκος denotabit *iusiurandum quod facile temeritatis coarguitur* i. e. *temerarium*, *leve*. ἐπίδρομον etiam ab Eustathio 633. εὐάλωτον exponitur. Facius reddidit *iusiurandum quod facile et temere praestatur*, *temerarium* cum Kuhnio. καὶ σφισιν — ἔπεστιν. Causam aperit X, 35, 2.

§. 3. Vulgatum Ἁλιαρτίδι Porsonus ortum putans ex ἉΛΙΑΡΤΙΑΙ voluit Ἁλιαρτίᾳ scribi, ut cap. 16, 4. 18, 3. 34, 5. X, 35, 2. Fuit tamen similis forma Μολυκρὶς cap. 31, 5, quanquam et illam sollicitavit Porsonus. De fluvio *Lophi* cf. ad cap. 32, 4 adn. ὡς ἂν Mosq. Παρθενουμένους Vulgata. „Mendosa est haec vox: cui quum aliam adhibere medelam iam non possim, lego interea Παρθενομένους. Amasaeus verterat *impuberem filium* [quod a Sylburgio mutatum est]. Sed hic potius proprium quam appellativum indicatur nomen." Sylb. Eius emendationem codicis Mosq. lectio παρθενὸν μὲν ὥ

quodammodo firmat. Porsonus malebat *πορευομένῳ* legi, ego autem *παραγινομένῳ*, *advenienti*. sic iste Lophis huius ipsius viri *δυναστεύοντος* filius habendus esset, quod verum esse puto inprimis ab additum articulum *τὸν* i. e. *suum filium Lophin*. *ὅπου δὲ ῥυῆναι τὸ αἷμα*. Sylburgius putabat desiderari hic verbum *συνέβη* vel simile, vel pro *ῥυῆναι* legendum *ἐῤῥύη*. Sed eadem est huius adverbii relativi ratio, quae pronominis relativi cum Infinitivo constructi; cuius constructionis exempla attulimus ad Hellenica p. 126.

§. 4. *Ἀλαλκομεναὶ* etiam apud Strabonem IX, 410, 413, ubi urbibus Copaidem paludem cingentibus adnumerata dicitur *πόλις ἀπόρθητος ἀεὶ, οὔτε μεγάλη οὖσα, οὔτ' ἐν εὐερκεῖ χωρίῳ κειμένη, ἀλλ' ἐν πεδίῳ*. Stephano Byz. est *Ἀλαλκομένιον*. Lebadia Haliartum euntibus et duas horas quintamque horae partem progressis est „a projecting knoll r. on which there is some little appearance of a small ancient establishment or town, and which may have been the site of Alalcomenae" iudice Gellio in Itin. of Gr. p. 151. *Ἀλαλκομένους* Vulgata. Iam Berkelius ad Stephani l. c. monuit, legendum esse *Ἀλαλκομενέως*, namque herois nomen in casu recto *Ἀλαλκομενεὺς* dici, e Stephano, Eustathio et Etymologico M. manifestissime apparere, quam emendationem confirmat codex Mosq. In Etym. M. p. 56. est de hac Minerva *ἡ ἀπὸ* (leg. *ὑπὸ*) *Ἀλαλκομενηΐου τραφεῖσα Βοιωτοῦ*. Vrbem et Minervam de *Alalcomeneo*, qui cultum Minervae instituerit, nominatam esse non de verbo *ἀλαλκεῖν*, contendit Stephanus; nam si hoc esset, dicta Minerva esset *Ἀλαλκηΐς*. Placuit hoc tamen Müllero. v. eius Orchom. p. 213. et aliis v. Etymol. M. non Koësio, qui in Lexici Homerici specimine Minervae cognomen de hac Boeotiae urbe ducendum putaverat. *τὴν Ἀλαλκομενίαν — φασίν*. An huc pertineat quod Panyasis apud Stephanum Byz. v. *Τρεμίλη* cecinit *ἔνθα δ' ἔναιε μέγας Τρέμιλος, καὶ ἔγημε θύγατρα Νύμφην Ὠγυγίην, ἃν Πραξιδίκην καλέουσι*, dubium est. Cf. tamen Mülleri Orchomenum p. 128 sq. De hoc *Minervae templo* v. Strabon. IX, 413 (470). Gellius l. c. ita pergit: loco ubi Alalcomenae fuerunt relicto „cross three little rivulets, between the two last of which by turning r. and climbing a little elevation among the bushes may be discovered a wall or peribolus of ancient and massive poly-

gons, founded upon the solid rock. This is probably the *site of the temple of the Alalcomenian Minerva*, and one of the little torrents may have been the *Triton*.“ Σύλλα κ. τ. λ. Vulgata, sed scribendum putavi Σύλλᾳ ex I, 20, 4, p. 48. Σύλλᾳ δὲ ἐστι μὲν καὶ τὸ ἐς πολλοὺς Ἀθηναίων ἀγριώτερα ἢ ὡς ἄνδρα εἰκὸς ἦν ἐργάσασθαι Ῥωμαῖον. Ibidem Genitivus Σύλλου legitur. Pro Ἀθηναίους est Θηβαίους τε in Mosq. quod vitium ex errore oculorum ortum est. ἀπέλαβεν pro ἐπέλαβεν Mosq. φθειριῶν γὰρ ἤνθησεν Vulg. „Mallem φθειρῶν ἤνθησεν· ἀνθεῖν φθειρῶν idem esse quod ἐκζέσαι φθειρῶν *cum pediculis effervescentibus conflictari*. Hesych. ἐξανθῆσαι, ἐκζέσαι. Quod igitur Herodoto est IV, 205 [non 105] εὐλέων ἐξέζεσε seu ἔζεσε, id Nostro dicitur φθειρῶν ἤνθησε“ Kuhn. ἀνθεῖν enim ut copiae significationem habens etiam cum Genitivo construi potuit. Hinc Facius sumsit φθειρῶν quod confirmat Mosq. ubi est φθοιρῶν. Comparandum est βρύειν νόσου in Aeschyl. Choeph. 67. De hoc Sullae morbo et exitu iam dixit Pausanias I, 20, 4. τέλους Mosq. ἠρημωμένης Vulg. aptius est ἠρημωμένον iudice Sylburgio, quod recepi, item Clavier. Pausanias igitur neque huius templi quidquam nisi ruinas, neque hoc Minervae simulacrum ibi vidit, ut ablatum a Sylla. Intelligitur vero etiam ex hoc loco, quae opera Pausaniae dicuntur ἀρχαῖα non necessario esse *rudiora*, nisi ubi opponuntur τὰ σὺν τέχνῃ πεποιημένα. (cf. ad I, 24, 3. VII, 22, 6 adn.) seu σὺν κόσμῳ, ut cap. 38, 1.

§. 5. Hunc fluvium *Tritonem* commemorat etiam Strabo IX, 407. cf. adn. ad §. 4. hinc Minervam Tritonin appellatam vult etiam Müller. in Orchom. 213. 355. πρὸς Λιβύην Vulg. rectius πρὸς Λιβύῃ animadvertente Sylburgio, atque ita scripsi.

CAPUT XXXIV.

§. 1. Κορωνίαν Mosq. sic et postea per simplex ι. De hoc *templo Itoniae Minervae* (ἐν τῷ πρὸ Κορωνείας πεδίῳ III, 9 extr. et inter Coroneam atque Alalcomenas illi versus euronotum oppositas) cf. Mülleri Or-

chom. p. 70. et de *hac Minerva* Not. ad Hellen. p. 200. Pro vulgato Ἰτωνίου legendum esse Ἰτώνου patet ex Pausania ipso IX, 1, 1. V. 1, 2. ex Amasaei interpretatione, ex Schol. tum ad Hom. Iliad. II, 494, tum ad Apollon. I, 551, 721, e Diod. S. IV, 67, Stephano Byz. atque Phavorino. idem viderant Hartungus et Spanhemius, quem v. ad Callim. h. in Cer. 75. idemque nobiscum dedit Clavier. Ἀμφικτύωνος Mosq. ἐς τὸν — σύλλογον. Huius conventus mentio facta VII, 16, 6. Strabo IX, 411 (459) ait: ἐνταῦθα τὰ Παμβοιώτια συνετέλουν. cf. Mülleri Orchom. p. 402 sq. ἐν δὲ — ἀγάλματα. Auctore Strabone l. c. συγκαθίδρυται τῇ Ἀθηνᾷ ὁ Ἅιδης. κατά τινα, ὥς φασι, μυστικὴν αἰτίαν. Estne Ζεὺς h. l. inferorum? Pro vulgato Ἰοδάμειαν et Ἰοδαμείας est Ἰοδάμαν et Ἰοδάμας in Mosq. ut hoc §. extremo in Vulgata et in Etym. M. p. 479. Sic nobiscum scripsit Clavier. Simile est nomen Ἀριστοδάμα II, 10, 3. αὐτὴν τὴν Ἀθηνᾶν φανῆναι Vulg. Kuhnius Facio et Corayo probantibus correxit αὐτῇ τὴν Α. φ. recte. Alia ratio est loci VII, 5, 1. καθεύδοντι κελεύειν φασὶν αὐτῷ τὰς Νεμέσεις ἐπιφανείσας, ubi a κελεύειν Dativus pendet. ἐς τρεῖς ἐπιλέγειν Vulgata; iam Sylburgius correxit ἐς τρίς. Cf. II, 35, 6, ubi Clavierii editio magis laudanda est. Neque dubitavi scribere ἐπιλέγει, quod iam Facius malebat, τῇ B. φωνῇ, sed Pausanias vulgari modo extulit.

§. 2. De *Coroneae* positu Mannert. VIII, 208 et O. Mülleri Orchom. p. 69. 483. παρέχετο Mosq. Mercurius unde Ἐπιμήλιος, vides II, 3, 4. κατωτέρω κ. τ. λ. Videtur forum in altiore loco positum fuisse. De proximis v. Excurs. II. De hoc *Pythodoro* Meyeri Hist. art. int. Graec. ind. artif. Clavier coniecturam Σειρῆνας ἄπτερας proposuit (!). Ἀχαιλώου Mosq. ἐς ᾠδῆς ἔργον Vulgata; Valckenarius ad Theocr. Adon. p. 300 sq. corrigebat ἐς ᾠδῆς ἔριν, et Clavier in margine posuit coniecturam ἐς ᾠδῆς ἔριδα, quanquam Sylburgius monuisset, ἔργον pro ἀγῶνα dixisse Pausaniam. Quum ἔργον etiam de *pugna singulari* positum legatur V, 4, 1, cur negemus idem translatum esse ad certamen? ἀποτίλασαι — πτερά. Simile quiddam expressum vides in Winckelmanni Mon. ined. N. 46. p. 56. et in Millini Mytholog. Galler. tab. XIX. num. 63. [καί] ποιήσασθαι Clavier scripsit aliud agens: sed iam Corayus damnavit hoc additamentum.

§. 3. De monte Boeotiae *Libethrio* Heliconis parte, cf. adn. ad cap. 32, 4. et Mülleri Orchom. p. 34, 69. Ergo τὸ *Λειβήθριον ὄρος Μακεδονίας* apud Tzetzam ad Lyc. 275. ab illo distinguendum est. Propter hunc Macedoniae montem fuit urbs *Libethra* cap. 30, 5 commemorata. *Λειβηθρίδων νυμφῶν ἄντρον* Strabo IX, 410 ponit in Helicone. Pro πέτρα scripsi *Πέτρα*. μαστοὶ de *collibus* etiam apud Xenophontem. ὅμοιον — ἄνεισιν. Cf. adn. ad III, 24, 5. et ibi Addenda. An huc pertineant οἱ περὶ τὸ *Γαλάξιον τῆς Βοιωτίας κατοικοῦντες* in Plutarchi libro περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμ. prope extr. quaeri potest. cf. Mülleri Orch. p. 47. Welckero autem in ind. ad Philostr. et Callistr. p. 755 dicenti, Pausaniam his verbis καὶ πηγαὶ — ἄνεισιν Libethriarum Nympharum statuas describere assentiri non possumus.

§. 4. ὄρος *Λαφύστιον* etiam Tzetz. ad Lycophr. 1236. p. 977. Müll. Teste Gellio in Itin. of Greece p. 151. hic est nullus mons nisi *Kranitza* seu *Granitza*, qui caret antiquo nomine. cf. de hoc monte Mannert. p. 209. *Λαφυστίῳ Διὶ* Phryxus arietem aureum immolavit in Bithynia narrante Sch. ad Apoll. II, 652, auctore Pausania I, 24, 2. in Colchide, ubi Iupiter sic apud Orchomenios vocatus dicitur. De eo forsan mons nominatus est, seu de Baccho *Laphystia*, de quo Tzetz. ad Lyc. 1236. ἀποδρᾶσαι ante Facium, qui e Mosq. restituit ἀποδρᾶναι. Cf. adn. ad II, 51, 1, quibus adde Thomam Mag. p. 93. *Χάροψ*· apud Suidam *Χάρωψ*· Eiusdem stirpis est χαροπὸς i. e. περιχαρής, εὐόφθαλμος· bene autem Scholiasta ad Apollon. I, 1280 et ex eo Phavorinus: τὸ γλαυκὸν καὶ χαροπὸν συνωνύμως λέγεται ἐπὶ τοῦ λαμπροῦ, quo significationes *coloris ei hilaritatis* inter se conciliantur. ἐνταῦθα — κύνα. Cf. III, 25, 4. *Phalarus*. cf. Mülleri Orchom. 46. Mannert VIII, 210.

§. 5. De via Thebis Orchomenum ducente Plut. Pelop. 16.

A §. 5. usque ad cap. 38. de *Orchomeno et Orchomeniis*, quem locum auctor ipse cap. 24, 3. τὴν Ὀρχομενίαν συγγραφήν, et cap. 32, 4. τὰ ἐς Ὀρχομενίους ἔχοντα appellat. Aristoteles Orchomeniorum πολιτείαν scripserat. *Callippi* Corinthii ἡ ἐς Ὀρχομενίους συγγραφὴ seu λόγος ὁ ἔχων ἐς Ὀρχομενίους citatur a Pausania c. 29, 1. 38, 6, ubi et de *Chersia*, poeta Orchomenio dicitur.

Conferendi autem hic sunt Buttmannus de Minyis in Diss. hist. philol. Academiae Berolin. 1820 — 1821. p. 176 sqq. et O. Mülleri Orchomenus, inprimis 133 sqq. 213 sqq. *Orchomenus* (de cuius positu Mannert. VIII, 200.) nunc *Skripu* v. Mülleri Orchom. p. 481. „Cross the bridge over the Cephissus at the point of Mt. Acontius. The city of Orchomenos was at the eastern end of that mountain. (cf. Strab. IX. p. 415, qui p. 424. ad *Hyphanteum* collocat. — The bridge over the Cephissus at Scripu (2 h. 2 m. from Kaprena). Cross it and enter the large village Skripu or Skripou.“ Gellii Itin. of Greece p. 222 et 161. „Scripoo is placed immediately on the lake Copais at the foot of a mountain about seven miles east of Livadia“ Walpolii Turk. p. 336. Hobhousio autem in Iourn. I. p. 268. nostrae chartae videntur Orchomenum iusto propius admovisse huic lacui. Auctore Strabone distabat ab Aspledone XX. stadia, et medius inter utramque urbem erat fl. Melas p. 415. (480) lib. IX. εἰ τοῖς Ἕλλησιν ἄλλη πόλις ἐπιφανής· Vulgata. Recte emendavit Porsonus in Advers. p. 3.0 (275 Lips.) εἴ τις citans II, 7, 4. 30, 6. III, 11, 7. 17, 5. 22, 6. VI, 2, 6. VIII, 52, 2. Idem postulavit ut redderetur huic Pausaniae loco Corayus; reddidimus. εὐδαιμονίας κ. τ. λ. De *opibus Orchomeni* cf. Strabo IX, 414 (475) Homerum, etiam a Pausania 38, 6. productum, testem citans. οὐ πολύ τι κ. τ. λ. breviter pro ἢ ὅ (scil. τέλος) ὑπεδέξατο Μυκήνας. Similiter μέτρα πολύ τι ἀποδέοντα ἐστιν ἢ τοῖς ἰδοῦσι παρέστηκεν ἐς τὸ ἄγαλμα δόξα, V, 11, 4. τοιαύτην pro τοιαῦτα ἦν Mosq. ὁπόσα ita saepe apud Pausaniam. cf. cap. 39, 5. ubi bis. Constructio est περὶ δὲ τῶν ἀρχαίων ὁπόσα καὶ μνημονεύματα ἦν quaecunque *narrant, talia erant* ὁπόσα καὶ etiam X, 7, 2. sed omisso καὶ I, 23, 3. ὁπόσα — πάντα Xenoph. Anab. I, 10, 3. Quae sequuntur usque ad finem huius capitis, continuantur capite 36, 37. et continent regum Orchomeni atque Minyarum stemmata, quae delineata vides in Beckii Anleit. zur Kenntn. der allg. Welt- u. Völk. Gesch. I, 1. p. 861. ed. 2dae, et Mülleri Orchom. p. 464. His adde Buttmannum l. c. qui p. 176 sqq. hunc ipsum Pausaniae locum tractat. Ἀνδρέαν — Πηνειοῦ Mosq. *Andreï* huius nomen Buttmanno interprete p. 216 nihil denotat nisi *hominem*, *hominem primum*, *Adamum quendam*. idem hunc *Athamantem*, e Phoenicia adscitum, cum Adamo nec non cum Abraha-

mo confusum putat. Pausanias *e Thessalia oriundum* significat Andreum, ut Athamantis Aeolidae patria Thessalia fuit. *ἀπένημε — Λαφύδιον* Mosq. *λελίφθαι* idem. *Φρίξου* Porsonus delendum censuit; perperam, ut ex praecedentibus *αὐτὸν περιόντα* patet. *Κορωνὸν* Vulgata: sed v. ad II, 5 extr. adn. Ad *ἐποιήσατο* animo addendum *παῖδας*. quod quum e praecedentibus facile possit repeti, cum Sylburgio non putaverim corrigendum esse *ἐςεποιήσατο*. *παῖδα ποιούμενος* fuit hoc sensu VII, 1, 2. *οἱ δὲ Πρέσβωνος*· Apollonius II, 1094 narrat: *υἱῆες Φρίξοιο μετὰ πτόλιν Ὀρχομενοῖο ἐξ Αἴης ἐνέοντο.* Ut hic *οἶκος* sic in Sophocl. Ai. 1005 *δόμοι* cum explicatione *κράτη*. *Haliartum et Coroneam* a Thersandri Sisypho nati filiis conditas memorat etiam Stephanus Byz. adde c. 32, 4. *Eteocles Cephisi filius* etiam in Schol. Theocr. XVI, 104, et ad Pindar. Ol. XIV, init. *εἴασεν — αὐτῷ* Vulgata, cui inhaerens Porsonus *κατεστήσαντο* corrigebat. *Cephisiadem* fuisse primorum incolarum i. e. Pelasgorum putat Müller. in Orch. 183. *ἐπώνυμος* cum Genitivo et Dativo construi, multis exemplis docuit Schaefer ad Apollon. T. II. p. 168. *Ἄλμῳ τῷ — καὶ αἱ κῶμαι τότε ἐκλήθησαν Ἄλμωνες ἀπὸ τοῦ Ἄλμου τούτου· χρόνῳ δὲ ἐξενίκησεν ὕστερον εἶναι τῇ κώμῃ Ἄλμωνας* Vulgata; Clavier post *Ἄλμωνας* addidit [*ὄνομα*] de suo. Sisyphi filius est *Ἄλμος* II, 4, 3. et in Sch. editis ad Apollon. III, 1094. *Almon* in Plin. IV, 15 legitur. Sed *Ὄλμος* fuit supra c. 24, 3. Deinde in *αἱ κῶμαι* vitium latere, patet e sequente *τῇ κώμῃ*. *αἱ* ortum est ex antecedente *καί*· quod ut ex errore natum est, ita peperit vitiosos numeros *κῶμαι* et *ἐκλήθησαν*· quibus turbis *μὲν* etiam expulsum videtur. Totum nos locum ita restituendum esse arbitramur: *Ἄλμῳ — καὶ κώμη τότε μὲν ἐκλήθη Ἄλμωνες ἀπὸ τοῦ Ἄλμου τούτου· χρόνῳ δὲ ἐξενίκησεν ὕστερον ὄνομα εἶναι τῇ κώμῃ Ὄλμωνας.* De hoc ultimo vocabulo dubitare nos non patiuntur Pausanias ipse cap. 24, 3 et Stephanus ibi citatus. Forsan e praecedentibus et e verbo antegresso *καλεῖσθαι* repetendum animo erit *ὄνομα*, ut X, 1, 1.

CAPUT XXXV.

§. 1. Hunc Pausaniae locum de *Gratiis* tractavit O. Müller in Orchom. p. 177 sqq. qui quidem Gratiis, quas hic Eteocles coluerit colendasque tradiderit, Veneris, rerum naturam gubernare creditae, filias, Buttmannus autem l. c. p. 176. 217. putavit, gentis splendorem innatum significari: *πλοῦτον καὶ δύναμιν* ait Strabo IX, 414. *Τὸν δὲ — θῦσαι πρῶτον.* Cum his cf. cap. 38, 1, et adn. Dicitur haec esse fama Boeotorum; idem tradiderat Hesiodus Scholiasta Pindari Ol. XIV. in. ita testante: *Χάρισιν Ἐτέοκλος ὁ Κηφισσοῦ, τοῦ ποταμοῦ, πρῶτος ἔθυσεν, ὥς φησιν Ἡσίοδος.* Nomina earum non commemorabant haud dubie quod nulla tradita acceperant. *ἐπεὶ — γε* cf. ad cap. 18, 4 adn. *φασὶν ταύτας* Mosq. *Κλιτᾶν καὶ Φαεννᾶν* Vulg. rectius esse *Κλητὰν καὶ Φαεννὰν* iudicavit Sylburgius, atque ita legitur in Mosq. Nos scripsimus *Κλῆταν καὶ Φάενναν* ut III, 18, 4, ubi v. adn. *Κλήτη* est in schol. ad Eurip. Or. 615. ubi ea Eurotae uxor et Spartae mater dicitur. *Auxo* est in Horis apud Hyginum f. 183. Propter hanc similem naturam *communis est Bacchi et Gratiarum ara* V, 14 extr. et *Gratiae cum Baccho vinum pararunt*, ut cecinit Panyasis apud Athen. II, 36, d. Mosquensis hic *Ἡγεμονίαν* habet; Vulgatam *Ἡγεμόνην* tuetur Pollux VIII, 9, 25. *Θαλλωτὴν θεὸν* ante Facium, qui Kuhnii correctionem *Θαλλὼ τὴν θεὸν* recepit. *Θαλλὼ* et *Αὐξὼ* dicuntur *αἱ Ἀττικαὶ* in Clem. Al. Protr. p. 16. eaedem sunt in atticis nominibus apud Pollucem l. c. *εἶναι* post *Καρποὺς* omisit Mosq. His autem *τὸ γὰρ τῆς — ὀνομάζοντες* Pausanias hoc dicit: *duas coli ab Atheniensibus Horas, Carpo et Thallo, et posteriori simul cum Pandroso sacra fieri.* Manso in Vers. über einige Gegenst. aus d. Mythol. p. 394. non male suspicatur, in *Caria* apud Hygin. f. 183. latere nomen *Carpo*. Caeterum *duae Horae* sunt etiam VIII, 31, 1. *ἀγγελιῶν τέκταο καὶ ὅσοι γε Διονύσου τὸν Ἀπόλλωνα ἐργαζόμενοι ἄλλοις τρεῖς ἐποίησαν ἐπὶ τῇ χειρὶ αὐτοῦ* Ald. Francof. Kuhn. *ἀγγελιῶν τε καὶ τέτακται ὅσοι γε* Mosq. Sylburgius emendabat ingeniose *Ἀγγελίων τε καὶ Τεκταῖος οἱ Διποίνου καὶ Σκύλλιδος μαθηταί, οἱ τὸν Ἀπόλλωνα.* Cf. II, 32, 4. Facius in Vulgata nihil mutavit, nisi quod *Ἀγγελίων τε καὶ Τεκταῖος* recepit. Eodem modo scripsit Clavier, deinde autem *οἵ γε Διόνυσον καὶ τὸν Ἀπόλλω-*

να, quod quanquam commendatum ab Amasaeo, Nibbyo ac Facio nemini probabitur. Nos Διονύσου uncis circumdedimus alienum id ab hoc loco putantes ex margine irrepsisse, ubi fortasse aliquis ad τὸν Ἀπόλλωνα alleverat Δήλιον, ita hunc Apollinem vocatum esse memoria tenens (v. Athenagorae Legat. pro Christ. p. 17. Colon.) ex quo cognomine corrupto fortasse Διονύσου ortum est. Pro ἐργαζόμενοι Corayus scribi voluit ἐργασάμενοι· idem voluerat Sylburgius. Locus de hoc *Apollinis Delii* simulacro clarissimus hic est in Plut. lib. de Musica T. 5. p. 2081. Steph. p. 1136. Francof. ἡ ἐν Δήλῳ τοῦ ἀγάλματος αὐτοῦ (Ἀπόλλωνος) ἀφίδρυσις ἔχει ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ τόξον, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ χάριτας, τῶν τῆς μουσικῆς ὀργάνων ἑκάστην τι ἔχουσαν· ἡ μὲν γὰρ λύραν κρατεῖ, ἡ δὲ αὐλοὺς, ἡ δὲ ἐν μέσῳ προκειμένην (forsan προσκειμένην) ἔχει τῷ στόματι σύριγγα· et additur, hoc simulacrum tam antiquum haberi, ut qui id fecerint, τῶν καθ' Ἡράκλεα Μερόπων fuisse perhibeantur. de qua antiquitatis fama cf. Philostr. v. Apoll. III, 5. Potius Plutarchum quam Macrobium Sat. I, 17, qui Solem et Apollinem eundem esse probaturus inter alia haec scripsit: „quia perpetuam praestat salubritatem, et pestilens ab ipso casus rarior est, ideo Apollinis simulacra (?) manu *dextera* (?) Gratias gestant, arcum cum sagittis *sinistra* (?), quod ad noxam sit pigrior, et salutem dextera manus promtior largiatur," citare debebat Manso de Gratiis p. 454, qui suam quoque adspersit interpretationem. Cf. Barthelemy in Voy. d. j. Anachars. cap. 76. Quod de hoc Delii simulacro suspicatus est Winckelmannus (T. VI, p. 1. p. 7.), idem visum est Meyero. v. eius Histor. art. int. Graec. 2, p. 209 sq. Caeterum O. Müller. et in Kunstbl. 1821, 16. et in Doriens. I, 353 ait, nostri loci emendationem repetendam esse e Philostrato; cuius qui locus huc pertineat quum ego ignorem, nec medicinam inde nostro loco petere potui: ex eo enim, qui est de vita Apoll. III, 3. nihil salutis redundabit in nostrum. Χάριτας· καὶ — ᾖσεν ἐς omisit Mosq. Ἀθήνῃσι — τρεῖς. vide §. 2. sub fin. παρὰ δὲ — ἀπόῤῥητον. Horum qui mysteriorum mentionem fecerit, equidem scio neminem. Ad Orphicas ea religiones pertinuisse et sordida fuisse, putavit Kannius in Mythol. der Griech. I. p. 257 sq. nullo certo argumento addito. πέρας ante Facium, qui e Mosq. restituit πέρα *ultra*, quod Kuhnius iam proposuerat. Loci Homerici sunt

Iliad. XVIII, 382. XIV, 267, 275 sq. 'Ἡφαίστου Mosq. Locus Πασιθέας — ἐποίησεν corruptus est, codice etiam Mosquensi indicante, qui φασιν habet et ἐν δὲ post ἐραστὴν omittit. Hartungus, Sylburgius, Facius dicunt post ἐραστὴν excidisse "Υπνον· sed quid nunc facies verbis ἐν δέ? legendum certe esset ἐν "Υπνου γὰρ τοῖς· Nos stellula hiatum indicavimus. ἡ μέν μοι Mosq. τούτου — "Ομηρος. Huc pertinet Suidae locus v. ὁπλότερος· — Χαρίτων δὲ ὁπλοτεράων, ἐπειδὴ δύο γενέσεις Χαρίτων ὑποτίθεται Ὅμηρος, πρεσβύτην καὶ νεωτέραν. διὸ συγκριτικῶς λέγει ὁπλοτεράων. Similiter Gratias antiquiores et recentiores distinguit Boettiger in nuptiis Aldobrand. p. 39 sqq. Manso l. c. p. 432, 433. natu maiores et minores, quod in Homeri loco praeferendum putamus. προσκέσθω — ἰδοῦν pro ἐν γοῦν Mosq. Locus in *Hesiodo* est Theog. 907. ἐστὶ pro φησιν Mosq. Gratiarum et matris nomina *Hesiodea* interpretatur Manso l. c. p. 436 sq. easdem Gratias commemorat Pindarus Ol. XIV, 18 sqq. (13 sqq.) Θάλειαν vulgo, Θαλίαν Mosq. Pindarus, Hesiodus ll. dd. quod recepi etiam Hermanno volente et idem restituente in hymn. Orph. 59 (60). κατὰ — 'Ονομακρίτου. Hoc etiam in hymno Orphico, quem modo citavimus, legitur, quare Hermannus existimat, hunc hymnum a Pausania vindicatum esse Onomacrito. Pro vulgato ὄνομα Sylb. volebat ὀνόματα scribi, quanquam et illud defendi potest. Nomen Αἴγλη Schellenbergius ad Antim. p. 100. recte cum Φαέννα comparavit. Πειθὼ etiam apud Suidam v. Χάριτες Gratiis accensetur. Talem coniunctionem ea quoque significant quae disputat Strabo IX, 415.

§. 2. Quum ut h. l. πλαστικὴ opponitur τῇ γραφικῇ, illa omnes artes, quae in fingendo versantur, continet. *Gratiae vestitae* etiam VI, 24, 5. Cf. Manso l. c. p. 448 sq. De *Nemesibus* apud Smyrnaeos cultis et earum templo VII, 5, 1. τούτῳ μὲν Mosq. ἐν τῷ ἱερῷ τῶν Νεμέσεων ὑπὲρ τῶν ἀγαλμάτων χρυσοῦ Χάριτες ἀνάκεινται, τέχνη Βουπάλου Vulgata; hinc omnes narrant Bupali has Gratias *auro factas* fuisse, atque etiam Clavier, quanquam is pro χρυσοῦ edidit χρυσῶν, quod non potest ad Nemeseon simulacra non pertinere: mirum igitur qui in Clavierii versione *les Graces en or sculptées par Bupalus* retineri potuerint. Nos verum existimantes χρυσῶν et e codd. profectum recepimus, an illius aetatis, qua Bupalus vixit, opifex simulacra ex auro fe-

cerit iure dubitantes. *Βουτάλου* Mosq. *τοῦτο δὲ — θαλάμῳ* idem omisit. *καὶ πρὸς τῷ — Παρίων.* Intelligunt fere *templum Pergami Pythium dictum*; cautior fuit Sylburgius vertens: *apud Pythium, ut ipsi nominant*; similiter Nibby: *presso il così detto Pizio sono.* Equidem non templum sed *Deum Pythium* dictum cogitandum puto plane ut apud Pindarum Ol. XIV, 15 (10) Gratiae dicuntur *χρυσότοξον θέμεναι παρὰ Πύθιον Ἀπόλλωνα θρόνους.* In Meyeri Hist. art. fing. int. Graec. II, 201. hic locus male exponitur; ibid. et in indice hic Pythagoras non pictoribus sed perperam fictoribus accensetur. Caeterum mens auctoris est, has Gratias omnes, quarum exempla collegit, fuisse vestitas. De *Socratis Gratiis* ante aditum in arcem Athenarum et §. 1. commemoratis cf. I, 22 extr. *Χάριτας — γυμνάς.* Hinc et proverbium *αἱ Χάριτες γυμναί* apud Suidam v. *Χάριτας.*

CAPUT XXXVI.

§. 1. *θυγατέρες Χρυσογένεια ἐγένετο καὶ Χρύση.* Huic loco simillimus est ille IX, 13, 3. *θυγατέρες Μολπία γίνεται καὶ Ἱππώ.* Quod dicendi genus *Zeugmatis* speciem appellat Sylburgius p. 931. ed. Kuhn. et addit X, 20. p. 846. *στρατηγοὶ Φωκέων Κριτόβουλός τε ἦν καὶ Ἀντίοχος.* ibid. cap. 2. p. 802. *πολλάκις μὲν οἱ Φωκεῖς καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς ξενικὰ ἐνίκησε.* Pro *Χρύσης* est *Χρυσῆς* in Mosq. atque etiam in Stephani loco mox afferendo. *τὴν* ante *Ἐτεοκλέους* Facius deletum volebat, sine iusta causa, sed post *Ἐτεοκλέους* et *ἄπαιδος* incidendum est. *Φλεγυάντιδα* ante Facium, qui auctore Sylburgio accentum in penultima posuit. Syburgius enim „Est, inquit, *Φλεγυαντὶς* a *Φλεγύας* perittosyllabως flexo per *αντος*, ut Stephanus quoque adnotavit," v. paulo post. Quod confirmatur hoc scholio Parisino ad Apollon. III, 62. p. 224. *Φλεγύου παῖς ὁ Ἰξίων, ὡς καὶ Εὐριπίδης· Φλεγύαντος υἱὲ δέσποτ' Ἰξίων.* In edit. Schol. Apollon. legitur *Φλεγύου* pro *Φλεγύαντος.* v. ibi Schaefer. Haec vero scholii Parisini lectio rursus stabilitur illo Grammatici loco in Bekkeri Anecd. p. 1185: *Φλεγύας Φλεγύαντος παρ' Εὐριπίδῃ.* Caeterum *παροξυτόνως* non modo scribi voluit praeter Sylburgium, Porsonus sed

scribitur etiam in cod. Mosq. *Φλεγυαντίδα.* Sylburgius malebat *μετέθετο,* quoniam *προσέκτισεν* sequitur, ubi tamen nomen *Φλεγύας* repetitur. *πόλις τ' ἐγένετο* Vulg. *τε* Mosq. *δὲ* corrigendum Facio videbatur. Sed *τε* post *μὲν* passim reperiri notum est. Cf. Pindar. O. VI, 150 sq. (88) ubi *πρῶτον μὲν — τ' ἔπειτ'* legitur. *αὐτῷ* pro *αὐτοῦ* Mosq. Vrbem a Phlegya conditam dictam esse *Phlegyam* etiam Stephanus Byz. ita narrat: *Φλεγύα, πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ Φλεγύου τοῦ Ἄρεως καὶ Χρυσῆς παιδός. Λέγεται δὲ ἡ χώρα Φλεγυαντίς.* In Homerico quoque h. in Apoll. 278 sqq. mentio huius urbis est. *πόλις* autem non ubique est *urbs*, sed interdum *regio*, *χώρα*. v. Hesych. et inprimis Strabon. VIII, 356 (141). Et urbes primis temporibus nullis munitae muris similes pagis fuerunt; hinc eas Thucydides in prooemio *ἀτειχίστους, κατὰ κώμας οἰκουμένας, οἰκήσεις ἀφράκτους* dicit. Vi autem originis *πόλις* est *multitudo hominum in unum locum collectorum;* cf. Hom. Iliad. ρ. 144. quod accommodari nostro loco potest, ut, quos Phlegyas homines in unum hic collegisset locum, dictos putemus esse *πόλιν Φλεγύαν.* Philostratus Sen. in Imag. II, 19 ait: *σκηνοῦσιν ἐπ' αὐτῷ [Κηφισῷ] Φλεγύαι βάρβαροι, πόλεις οὔπω ὄντες.*

§. 2. *ὑπὸ ἀνοίας.* Sic et Diod. Sic. in Excerpt. p. 549. Wess. *ἐπὶ τοσοῦτον ἀνοίας προσέπεσεν.* Cum his *ἐπὶ τὸ — Δελφοῖς.* cf. X, 7, 1. *Phlegyas templum Delphicum accendisse seu combussisse* (*ἐμπρῆσαι*) Scholiasta Villois. ad Hom. Il. XIII, 302. e Pherecyde tradidit. *πολέμων* pro *πολέμοις — ἐπὶ* pro *ἔπη — Ἄρεος* Mosq. Homeri locus est Iliad. XIII, 301. *Τὼ μὲν ἄρ' εἰσ' Ἐφύρους πόλεμον μεταθωρήσσεσθον* Vulgata. *εἰσ',* pro quo *ησ'* in Mosq. legitur, Facius in *εἰς* mutavit. *πολέμου μεταθωρήσεσθον* Mosq. Idem in proximo versiculo habet *καὶ* pro *ἠέ.* In Homeri editionibus ita legitur: *τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον·* unde apud Pausaniam *μέτα θωρήσσεσθον* scripsi, eundem secutus poetam, qui Iliad. XX, 329 canit: *Καύκωνες πόλεμον μέτα θωρήσσοντο.* Pausaniae lectio hunc habet sensum: *μετὰ πόλεμον εἰς Ἐφύρους ἢ μετὰ πόλεμον εἰς Φλεγύας θωρήσσεσθον.* Vulgatam *Ἐφύρους δὲ ἐνταῦθα ἐμοὶ δοκεῖν τοὺς ἐν τῇ Θεσπρωτίδι Ἠπείρῳ λέγειν* Sylburgius ita corrigendam censebat, ut aut *δοκεῖ* aut *λέγει* scriberetur, quorum prius Facius praetulit; Mosquensis autem *λέγειν* omisit. Nos vitium in *λέγειν*

quaerentes scribimus cum Amasaeo λέγει. Pro Ἠπείρῳ dedi ἠπείρῳ, Corayus malebat Ἐφύρᾳ Thesproticam Ephyram Ἠπείρου habet etiam Stephanus. Hi *Ephyri* Apollodoro in Schol. ad Iliad. XIII, 301 sunt *Crannonii* in Thessalia, quem Müller in Orchom. p. 193. sequens Pausaniam de Thesprotia cogitantem valde errasse indicat, quum tamen Strabo IX, 442 (662) hunc ipsum Homeri locum proferens addat, se διαπορεῖν, τίνας ποτὲ βούλεται λέγειν. add. Exc. ex eiusdem VII. 330 (482). Suntne etiam Phlegyae Gyrtonii? Müllero idem sensit Heynius, qui et Phlegyas Thessaliae apud Homerum intelligit in not. ad l. c. Homer. sed *Phlegyas* quoque nonnulli Thesprotis Epiroticis vicinos habuerunt. v. Eustath. ind. in Hom. Cum his τὸ μὲν δὴ κ. τ. λ. cf. Schol. Villois. et Eustath. ad l. c. Homeri. ὀλίγοι — αὐτῶν. Hoc repetitur X, 4, 1.

§. 3. ἐνδέχεται κ. τ. λ. Minyae stemma apud Pausaniam hoc est

Almus
|
Chrysogenia;
ex hac et Neptuno
|
Chryses
|
Minyas.

In Scholiis ad Apollon. III, 1094. Chryses hic excluditur, Minyasque Chrysogonae et Neptuno tribuitur filius. Quod Buttmannus l. c. p. 199. sequendum et cum iis quae Pausanias §. 1. narrat coniungendum ratus Minyae Phlegyaeque stemma hoc esse voluit:

Almus

Chryse ex hac et Marte	Chrysogenia ex hac et Neptuno
|	|
Phlegyas	Minyas.

Cf. §. 4. Χρυσογενίας — σάμου pro Ἄλμου Mosq. τοῦ ante Ποσειδῶνος vulgatum Facius cum Mosq. omisit. Vulgato τηνικαῦτα aptius esse τηλικαῦται indicavit iam Sylburgius, quod recepi; idem nunc video factum a Clavierio. ὑπερβαλέσθαι Vulg. ὑπερβάλλεσθαι e Mosq.

cum Clavierio. ὁπότε γε, *quandoquidem*. cf. Viger. p. 438. adde Paus. X, 18, 2. ἐπιφανέσιν omisit Mosq. sicuti τὸ ante ἀκριβέστατον. Formula οὐδὲ ἐπὶ βραχὺ ἤγαγον μνήμης comparanda est cum illa παρῆκται ἐπὶ βραχὺ VI, 19, 3. βραχὺν Mosq. οὐδὲ ὄντα ἐλάττονος θαύματος Vulg. Sylburgius non dubitabat quin Pausanias scripserit οὐδὲν, ut paulo post §. 4. idem se reperisse in Mosq. testatur Facius, et tamen legendum putat οὐδενὸς ὄντα ἐλάττονος θ. (forsan scribere voluit ἐλάττονα). Nos dedimus οὐδὲν, quod nunc video Corayum quoque commendare.

§. 4. *Minyae filius est Orchomenus;* in Scholiis autem ad Apollon. I, 230. Hesiones Danao natae et Iovis filius fuit Orchomenus, de quo urbs Orchomenus dicta est; Orchomeni et Hermippes, quae Boeotum patrem habuit, filius Minyas Neptuni esse creditus; is Orchomeni habitabat et de eo Minyae vocati sunt. His ibidem additur: Ἐκ δὲ Φανοσύρας τῆς Παίονος καὶ Μινύου γίνεται ἄλλος Ὀρχομενὸς καὶ Ἀθάμας καὶ Διοχθώνδης. Sic Orchomenus Minyae filius alter esset Orchomenus. ἐπὶ τούτου Vulg. Mosquensis habet καὶ ante ἐπὶ, quod a Facio receptum est, sed τοῦ pro τούτου Huius *Hyetti* Argivi etiam Stephanus Byz. v. Ὑηττὸς mentionem facit, qui Hyettum dicit pagum Boeotiae, et addit a nonnullis Aspledonem vocatam esse Hyettum. *Μολούρου* Mosq. Pro συνθεὶς, ἃς est συνθείσας in Mosq. In quarto ex Eoeis versu scribendum putavi Μινύειον, quam formam agnoscunt etiam Homerus, Stephanus Byz. v. *Μινύα*, Strabo IX, 414. et Tzetzes ad Lycophr. *Μινυήϊον* vulgo. pro ἷξεν est ῥίξε in Mosq. Interpretatio horum versuum capiti extremo subiecta est. In μοιχία Sylb. putavit Ionismum esse. cf. κολακία I, 9, 4. μοιχεία fuit IV, 20, 3. καὶ χρόνῳ — μοιχοῦ cf. Matthiae de indic. Atheniens. in Miscellan. Philol. I, 2. p. 151. τιμωρίας μοιχοῦ pendet a praecedentibus κατέστη ἄδεια. Ante Facium legebatur Ἄωριν — Ἰασίου. In Mosq. est Ἄοριν. Hartungus et Sylburgius iam significaverant, Χλῶριν esse corrigendum, Palmerius autem in Exerc. et Simsonus in Chron. cath. A. M. 2661. Ἰασίου scribendum. Vtrumque recepit Facius, quem sequutus est Clavier. Sed non Ἰασίου verum Ἰάσου corrigendum fuit ex Hom. Od. XI, 283, et Pherecyde in Schol. ad eundem Homeri locum v. 280. Ea autem quae narraverat Homerus l. c. quum repetiverit Pausanias, Palmerius non de-

buit reprehendere Pausaniam ut temporum rationi repugnantia referentem. *τοσοῦτο* et *Ὀρχομένους* habet Mosq. Locum hunc ex Eoeis Vossius in suo Hesiodo ita reddidit:

„Als Hyettos vordem des Arisbas Sohn den Molyros
Todt im Pallaste gestreckt, den Entheiliger seiner Vermählung,
Floh er vom Hause hinweg aus der Rosse nährenden Argos,
Vnd zu Orchomenos kam er, dem Minyer. Iener empfing ihn
Freundlich, der Held, und verlieh der Besitzungen würdigen Antheil."

CAPUT XXXVII.

§. 1: *οὐχ — Ὀρχομενός.* Qui *filii Orchomeni* commemorantur a Stephano Byz. v. *Ἀσπληδὼν* et Eustathio ad Iliad. II, 511. p. 272. suntne alterius Orchomeni, cuius mentio facta est ad cap. 36, 4? *καὶ οὕτως κ. τ. λ.* Generis istius series hoc capite explicata haec est:

Phrixus
|
Presbo
|
Clymenus
|
Erginus. Stratios. Arrhon. Pyleus, Azeus

Erginus: Trophonius et Agamedes.

Azeus
|
Actor
|
Astyoche
ex ea et Marte
|
Ascalaphus et Ialmenus.

Κλύμενος est etiam in Schol. Apollon. I, 185 sed in Parisin. *Περικλύμενος* illud tamen praeferunt oraculum §. 2. et Eustathius l. c. *Clymenus Presbonis* filius etiam in Schol. Apoll. l. d. ut in oraculo §. 2. *Presbo Phrixi*

similiter in Schol. Apoll. II, 1123. 'Εργῖνος Mosq. nec non eodem modo postea. 'Εργῖνος autem habent Apollonius II, 896. eius scholia ibid. et ad I, 185, Strabo IX, 414. et Eustathius l. c. *Ergini mater Buzyge* Lyci filia in Schol. Apollon. I, 185. 'Αξεὺς et §. 3. 'Αξέως Vulgata, sed ex Homeri Iliad. II, 512 sq. et Eustathio scribendum fuit 'Αζεὺς et 'Αζέως, et ita nobiscum scripsit Clavier.; idem iam voluerat Camerarius.

§. 2. Θηβαίους — δασμόν. Confirmat Strabo IX, 414, quem sequitur Eustathius l. c. 'Ηρακλέους κ. τ. λ. Wesselingius ad Diod. S. IV, 10. iam adnotavit, Pausaniam, quocum consentiat Scholiasta ad Theocr. XVI, 105. corrigendus e Pausania, discedere a Diodoro et aliis (veluti Strabone, Eustathio ll. cc. add. anaglyph. Farnes. in Müll. Orch. p. 66) qui Erginum interfectum ab Hercule tradant, quum idem teste Pausania post acceptam ab Hercule cladem in plures annos superaverit. Pugnae huius mentio iam facta est cap. 17, 1. ἐπιατραφέντος ἐν Θήβαις *quum Thebis commoraretur*; similiter Loescher; sed Goldhagenus Nibbyusque Amasaeum sunt sequuti. Licetne autem nobis coniecturam proponere ἐπιτραφέντος *quum educatus esset, adolevisset?* Nescio an idem Clavierio in mentem venerit, qui vertit, *Hercules, qui avoit été élevé à Thebes, fit la guerre aux Minyens*, quanquam nihil monuit Vulgatamque retinuit. συνείλεκτο Vulg. „Vsitatius συνείλεκτο vel συνειλέλεκτο, quanquam reduplicatio in aliis quoque omittitur" Sylb. Sed κατέτηκτο, quod idem VI, 3, 3. cum συνέλεκτο comparat, corrigendum fuit. Nos συνείλεκτο dedimus. ἐπεθύμει δὲ pro ἐπεθύμησεν Mosq. Πρεσβητωνάδα ὀψὲ Mosq. Pro ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν Oenomaus in Eusebii Praep. Evang. V. p. 215. ἀλλὰ καὶ ἔμπης offert, nostris non praeferendum. 'Ιστοβοῆϊ — κορώνην. Hanc translationem ab aratro factam illustrat locus Apollonii III, 1317, ubi de Iasone taurus ignivomos aratro iungente ita: αὐτὰρ ὅγ' εὖ ἐνέδησε λόφοις· μεσσηγὺ δ' ἀείρας χάλκεον ἱστοβοῆα θοῇ συνάρασσε κορώνῃ ζεύγληθεν· ubi Scholia λόφους per ἱμάντας et κορώνην per κρίκον τοῦ ζυγοῦ (iugi annulus quo temo iungebatur iugo. cf. Vossius ad Virg. G. I. p. 99.) denique συναράσσειν per συναρμόζειν interpretantur. θοὴν dicunt hic esse εἰς ὀξὺ λήγουσαν. Caeterum cf. de hoc oraculo Valcken. Diatr. 275.

§. 3. 'Αγαμίδης Mosq. et hic et postea. 'Αγαμήδης, Arcas, Stymphali filius, fuit VIII, 4, 5. Trophonius

et Agamedes dicebantur ad montem Arcadiae Alesium Neptuno templum aedificasse VIII, 10, 2. δὲ, quod post λέγεται desideratur in Vulgata, Facius e Mosq. restituit. *Nonnullis Trophonius non Ergini sed Apollinis filius.* Quod in Schol. Arist. Nub. 508 legitur: Ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις οὕτως εὗρον· ὅτι οἱ περὶ Ἀγαμήδην υἱὸν Ἀπόλλωνος καὶ Ἐπικάστης, οἱ δὲ Διὸς καὶ Ἰοκάστης, οἱ δὲ Ἐργίνου, videtur de Agamede ac Trophonio intelligendum esse. Cf. ad c. 39, 3. τὸν ναὸν ᾠκοδομήσαντο κτὸν ἐν Δελφοῖς Vulg. sed cum alterum τὸν ante ἐν Mosq. omiserit, scribendum putavi ᾠκοδόμησαν τὸν. cf. I, 1, 3. De hoc templo ab his exstructo iterum X, 5, 5. sub fin. ubi v. not. καὶ Ὑριεῖ — τολμήματος. *Hyrieus* conditor fuit *Hyriae*, quae prope Aulidem fuit in Tanagraea. Vide et de hoc homine et de ista urbe atque regione Strab. IX, 404. Steph. Byz. Palaeph. c. 5, et, ex quo hic sua habet, Euphorionem in Sch. Hom. Iliad. XVIII, 486. *Orion*, quem Hyrieus filium acceperat a Diis, cuius ipse Pindarus natales cecinit dithyrambo, Tanagrae sepultus fuit teste Pausania cap. 20, 3. εἴχετο ἀφασίᾳ i. e. ἠπορεῖτο seu ἠπόρει. Homerus δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε. Herodotus, qui similem huic rem narrat II, 121, 2 ait: οὐκ εἶχεν ὅντινα ἐπαιτιᾶται· sed Callistratus c. 6. ἀφασίᾳ πληγέντες, ubi Iacobs. similia congessit. Cum his ἵστησιν ὑπὲρ τῶν ἀγγείων — πάγας comparandum est illud in eodem Herodoti loco πάγας προσέταξε περὶ τὰ ἀγγήϊα στῆσαι. Apud Suidam v. πάγας est ὑφεῖναι πάγας, sed in Schol. ad Arist. Nub. 508, ubi eadem res traditur, παγίδας ἔστησεν. Suidas πάγας interpretatur per παγίδας. πάγη: θηρατικὸν ὄργανον τετράγωνον Bekker. An. 294. Vbique h. v. est paroxytonon; sed quid παγῆ in Herodian. περὶ μονήρ. λέξ. p. 6? δάσμος pro δεσμὸς Mosq. Quod hic Pausanias, idem in Sch. ad Arist. Nub. 508. Charax narrat, in eo a Pausania discedens, quod Agamedem et Trophonium Augiae in Elide thesaurum aedificasse, et hunc ad illorum furtum deprehendendum Daedali opera tum in Elide commorantis usum esse perhibet. „Quae narrantur apud utrumque, simillima sunt in universum fabulae Herodoteae, II, 121. de thesauro Rhampsiniti Aegypti regis. Ex Herodoto videntur a Graeculo quodam repetita atque in Agameden Trophoniumque translata, e quo sua hauserint Charax et Pausanias" Valckenarius ad h. c. Herod. assentiente Wesselingio cum Creuzero

in Symbol. II, 382. Horum tamen sententia neque Müllero neque Buttmanno probata est, quorum ille in Orchom. p. 101. hanc fabulam non ex Aegypto in Graeciam sed e Graecia in Aegyptum traiecisse, hic autem in Diss. de Minyis p. 203. eam in vagis illis fabulis ponendam existimat, quae ad varia et tempora et loca translatae sint. Quorum ultimum reliquis certe probabilius videtur esse. Cf. II, 29, 6. cum Harpocr. v. Ἄβαρις. Hanc quoque fabulam e Semiticis natam esse radicibus dicit Sickler in Nachtrag. Anm. u. Bericht. zu Dodw. Reisen. p. 149. An Winckelmannus in Descr. des pierr. grav. p. 366, 225. recte sibi visus sit videre Trophonium cum Agamedis capite in gemma expressum, aliis indicandum relinquimus. καὶ Τροφώνιον — διαστᾶσα Müller. in Orchom. p. 95. ita interpretatur, quasi quo tempore et loco Trophonius fratris caput praecidit, terra sit absorptus, sed ἐνταῦθα refertur ad proximum ἔνθα ἐστιν κ. τ. λ. Suidas II. p. 37 ita: τὸν δὲ Τροφώνιόν φασιν ἔχοντα τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἀγαμήδους καὶ διωκόμενον ὑπὸ Αὐγείου (pro Αἰγαίου cf. Mülleri Orch. p. 97.) εὐξάμενον εἰς χάσμα ἐμπεσεῖν, οὗ δὴ καὶ τὸ μαντεῖόν ἐστιν. Alia de Agamedis ac Trophonii morte habet Cicero Tusc. I, 47. cum aliis, quos citat Davisius. Λεβαδίᾳ Mosq. pro Λεβαδείᾳ quod nunc etiam in Strabone IX, 413. 414. legitur. v. ibi Tzschr, adde Phavor. et Philostr. v. Apollon. VIII, 8 init. τὴν δὲ — Τροίαν. ex Homeri Iliad. II, 512 sqq. adde ad §. 1. adn. μετέσχον — στόλου. Cf. VII, 2, 2. Γενομένης — Ἀμύντου. cf. IV, 27, 5. Hoc fecit Philippus post pugnam Chaeronensem, ut Müller. (Orchom. 423.) et Boeckh. (Oec. publ. Ath. II, 371.) putant. τὰ ἀπὸ τοῦ δαιμονίου cap. 40, 5. τὰ ἐκ τοῦ δαίμονος.

CAPUT XXXVIII.

§. 1. μὲν post Ὀρχομενίοις δὲ πεποίηται vulgatum delevi auctoritate codicis Mosq. nunc video etiam a Clav. editione abesse. τὸ δὲ — ἱερὸν concinit cum cap. 35 init. ubi ex Boeotorum fama Eteocles, Orchomeniorum rex, dicitur Χάρισιν ἀνθρώπων θῦσαι πρῶτος. Quam famam sequutus est Strabo, apud quem IX, 414 (475)

idem ille Eteocles traditur *Χαρίτων ἱερὸν ἱδρυσάμενος πρῶτος*: in quo vertendo erravit interpres latinus, qui *πρῶτος* ad sequens verbum *ἐμφαίνει* traxit. Vide haec Eustathii ad Iliad. p. 272: *ὁ γεωγράφος — λέγων, ὅτι Ἐτεοκλῆς Ὀρχομενοῦ βασιλεὺς Χαρίτων ἱερὸν πρῶτος ἱδρύσατο*, atque scholiastae ad Theocr. XVI, 104. *Ἐτεοκλέα τὸν Κηφισοῦ πρῶτον ἀποθῦσαι Χάρισιν ἐν Ὀρχομενῷ τῷ Μινυείῳ*. Quid ais? ipse Hesiodus idem cecinerat teste loco scholiastae ad Pind. O. XIV, init. a nobis iam ad cap. 35, 1. prolato: et tamen Manso de Gratiis p. 456. scribere ausus est, Pausaniam his locis errasse. *πέτρας* non Accusativum sed Genitivum, et plenam orationem esse hanc: *τὰς μὲν δὴ (Χάριτας) πέτρας sc. πεποιημένας* recte animadvertit Facius. Iis *τὰ ἀγάλματα σὺν κόσμῳ πεποιημένα* postea opponuntur.

§. 2. *ἔστι δέ σφισι — τε καὶ Ἡσιόδου*. Haec inter se nexa et posita sunt pro: *ἔστι δὲ — ἀξία (καταβαίνουσι — οἴσοντες)· θησαυρὸς δὲ ὁ — ὕστερον· (πεποίηται δὲ τρόπον — οἰκοδομήματι)· τάφοι δὲ (εἰσὶ) Μινύου τε καὶ Ἡσιόδου*. *Sunt iis fons spectatu dignus et thesaurus Minyae, magnum miraculum, et sepulcra Minyae atque Hesiodi*. Clavierius in margine suae editionis coniecturam *ἀφύσσοντες* pro *οἴσοντες* posuit, non necessariam. *Θησαυρὸς δὲ ὁ Μινύου θαῦμα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ὂν καὶ τῶν ἑτέρωθι οὐδενὸς ὕστερον* Vulgata. — *Μινύου θαῦμα ὂν τῶν Ἑλλάδι αὐτῇ καὶ ἑτέρωθι* Mosq. Hinc scripsimus *Μινύου, θαῦμα ὂν τῶν ἐν Ἑλλάδι αὐτῇ καὶ ἑτέρωθι* sic et Clavierius; ante omiseram *ὄν*, reliqueram autem *τῇ* et *τῶν* ante *ἑτέρωθι*. Hoc *ἐς ἄγαν ὀξὺ ἀνηγμένη* Valckenarius iam contulit cum Herodoteo VII, 65. *ἐς ὀξὺ ἀπηγμένας*. Haec *τὸν δὲ — οἰκοδομήματι* iam comparata sunt cum II, 25, 7, ubi v. adn. qui ibi citatus est Walpolius, vertit h. l. *the uppermost stone was said to bind or keep together the whole edifice*. *ἁρμονία* est *coagmentatio*. Apud Walpolium p. 558. partes huius thesauri adhuc reliquae lineis adumbratae sunt; cf. ibidem p. 336. et Gellii Itin. of Greece p. 161 sq.

§. 3. De *Hesiodi sepulcro* Plut. Conv. VII. sap. 162, E. et Wytt. *οὕτως τοῦ* Vulg. *τούτοις ἀποκρίνεσθαι* Vulgata. *τούτοις δὲ ἀποκρίνασθαι* Mosq. quod recepi. *ἀποκρίνασθαι* probavit etiam Corayus. Quod sequitur, potuisset ita in unum contrahere: *ἀγαγοῦσιν ἐς τὴν Ὀρχ. ἴαμα εἶναι ἄλλο δὲ οὐδέν*. Hoc oraculi responsum memo-

rat etiam Plutarchus in Conv. 7. Sap. p. 162 (641). Pro vulgato τοὺς dedi τότε e Mosq. Pro μηνύσει est μινύοις in Mosq. πέραν ante Facium, qui Sylburgii correctionem πέτραν, iam ad cap. 2, 3. ubi eadem est depravatio, laudatam recepit. καὶ τὴν — ὀφθῆναι· Hoc tangitur in Luciani Peregrino §. 41. χημαρῷ pro χηραμῷ Mosq. qui eodem modo peccavit VII, 5, 5. ἐπιγέγραπτο Mosq. Lego ἐπιγέγραπται scil. ab Orchomeniis: perperam, quod iam monuit Wyttenb. l. c., Amasaeus de inscriptione prioris sepulcri accepit. Alius autem titulus Pindaro tributus auctori est in Anth. Pal. II. p. 780. Huius inscriptionis in Hesiodi sepulcro auctor fuit *Chersias* Orchomenius testibus Orchomeniis. vide §. 6. sed in Anthologiae Palat. I. p. 522. ea Mnasalcae esse dicitur, et in Homeri et Hesiodi Certamine p. 491. Loesn. Orchomeniis tribuitur. πολυλάϊος Mosq. πλῆξ' ἵππων idem. Pro Μινυῶν est Μινύης apud Tzetzam in praefat. in Hesiod. In Hom. atque Hesiodi Cert. l. c. Μινυάς. Ibidem et in Anthol. l. c. legitur τοῦ πλεῖστον ἐν ἀνθρώποις κλέος ἐστὶν pro — ἐν Ἑλλάδι κῦδος ὀρεῖται. Hoc tinctum est colore Homerico; sic Iliad. XX, 140. νεῖκος ὀρεῖται· et sensu commendatur: *cuius maxima gloria excitabitur in Graecia.* Ἀνδρῶν κ. τ. λ. *si homines sapientiae cote spectatur.* σοφίας Mosq. Transtulit hoc in nostram linguam epigramma Iacobsius in Leben und Kunst der Alten. T. I. p. 134.

§. 4. Ἀκταίονος et hic et postea Mosq. sed cf. c. 2, 3. et ibi adn. λυμαίνεσθαι κ. τ. λ. *spectrum quoddam in rupe quadam commorans terram ipsorum quondam vastare.* κρύψαι τῇ γῇ Vulg. γῇ omisit Mosq. πρὸς πέτρᾳ Vulg. πρὸς τῇ πέτρᾳ recte Corayus. Quam vero huius rei interpretationem *Müller.* proposuit in Orchom. p. 348. „Actaeons ehernes Bild lag — um die Fruchtbarkeit talismanisch an das Land zu knüpfen — an einem Felsen angefesselt“ vereor ut vera sit, quanquam vir egregius *Bröndstedius in Reisen u. Vnters. in Griechl.* 1, 46. eam sequutus est, potius symbolice quam grammatice h. l. putans interpretandum. Quod enim Pausanias vidit ibi simulacrum rupi alligatum, imitamen fuit spectri, quod hanc devastasse dicebatur terram. Vt igitur apud Romanos clavus a dictatore pangebatur, ita ab Orchomeniis videtur illius spectri effigies rupi affixa esse, ut malum sisteretur. Neque ἄγαλμα de Actaeone capiendum est, sed de daemone, cuius εἴδωλον terram

vexaverat. Namque pro *ἄγαλμα* est antea *χαλκῆ εἰκών*: cuius? *τοῦ εἰδώλου*, de quo paulo ante fuit oratio.

§. 5. Hic *Melas* apud Plat. in Syll. 20. *ἐν ἕλεσι καταναλίσκεται ἀνατέλλων ὑπὸ τὴν πόλιν τῶν Ὀρχομενίων πολὺς καὶ πλώϊμος ἐν πηγαῖς. πόῤῥω δ' οὐ πρόεισιν, ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖστον εὐθὺς εἰς λίμνας τυφλὰς καὶ ὑλώδεις ἀφανίζεται, μέρος δ' οὐ πολὺ τῷ Κηφισῷ συμμίγνυται περὶ ὃν μάλιστα τόπον ἡ λίμνη τὸν αὐλητικὸν ἐκφέρει κάλαμον.* Cf. Plut. Pelop. cap. 16. adde Strab. ad 34, 5. citatum. Estne huic fluvio necessitudo cum Melane Cephissi filia X, 6, 2? Gellius in Itin. of Greece p. 164. Melanis fontem boreali arcis subiicit lateri. *οὗτος τῇ* pro *οὗτος τὴν* Mosq. *χειμῶνος δὲ ὥραν νότου* ante Facium, qui monitus a Sylburgio *ὥρᾳ* restituit. Pro *νότου* est *οὗ τὰ* in Mosq. *πλείω* Corayus mutari iussit in *πλεῖον*. Equidem e Mosq. eruo *νότου τὰ πλείω πνεύσαντος austro plerumque flante.* propr. *maiorem partem* ut *δένδρου λελωβημένου τὰ πλείονα* VII, 17, 1. *λόφος τὰ πλείω ἀπότομος* X, 34, 4. *ὁδὸς ὀρεινὴ τὰ πλείονα* ib. 35, 5. *ἄπεισιν* pro *ἔπεισιν* Mosq. Post *Κηφισὸν* est in Mosq. *φασὶν*, quod idem post *ἀποστραφῆναι* omisit, aperto errore. Ad hoc *Θηβαῖοι δὲ — τὸ Ὀρχομένιον* Schneider. citat Polyaen. I, 3, 5. Müller. in Orch. p. 66. hoc ita interpretatur: cum Orchomenii opibus attritis impediti essent, quominus aquis lacus Copaidis abundantibus per antra exitum darent, Thebanos dixisse, ab Hercule Cephissum in Orchomeniorum campos aversum esse. Sed haec interpretatio facit Thebanos ipsi repugnantia Homero dicentes. vide §. 6. Erginus enim damna mox reparaverat v. cap. 37, 2. *τὸ ὄρος* hic non certum montem significat sed iugum montium, *das Gebirge*. *Κηφισιάδα οὖσαν* Vulg. Scribendum putavi *Κηφισίδα* ut est paulo ante, 13, 2. 34, 4. et apud Homerum ipsum: namque alia ratio est loci cap. 34, 5, ubi non de lacu sed de tribu ponitur. *Κηφισιάδα θίουσαν* Mosq. Homeri locus est Iliad. V, 709, ubi Mosq. *Κηφισίδα* pro *Κηφισίδι* offert.

§. 6. *Ἔχει λόγον εἰκότα* impersonaliter; *es hat.* Sic apud Platonem in Phaed. p. 141. Bip. *τὸ μὴ ἀγανακτεῖν τοὺς φρονιμωτάτους οὐκ ἔχει λόγον consentaneum non est*, seu, ut Ficinus vertit; *nullam id rationem habet.* *ἀναῤῥήξαντος* Mosq. *μαρτυρεῖ κ. τ. λ.* cf. ad cap. 34, 5. Homeri locus est Iliad. IX, 381. *παρὰ Ἀγαμέμνονι* Vulg.

Ἀγαμέμνονος dedi ut Sylb. iam correxit. *ποτίνεσθαι* pro *ποτινίσσεται* Mosq. De *Aspledonis* positu Strabonis locum protulimus ad cap. 34, 5. Nostrum hunc locum citat Stephanus Byz. v. *Ἀσπληδών.* Aspledonem Homerus Il. II, 511. coniungit cum Orchomeno. Cf. Müller. Orch. 210. *Ἀσπλήδωνος* Ald. *Aspledon filius Mideae et Neptuni*, in Etym. M. Neptuni et Steropes, apud Phavorinum et Eustathium p. 272. Neptuni vel Presbonis vel Orchomeni. *Μηδείας* Mosq. et Steph. Byz. Cf. cap. 39, 1. *ὁμολογεῖ δὲ καὶ ἔπη, ἃ ἐποίησε* Vulg. Post *ἔπη* Mosq. inserit *φησίν.* Vnde *ὁμολογεῖ δὲ καὶ ἔπη σφίσιν, ἃ ἐπ.* scripsi. Ante Facium fuit *φασὶν* post *Χερσίας* insertum, quod ille codicis Mosq. auctoritate delevit. Hic *Chersias* etiam e Plutarchi Convivio septem sapient. cui interfuisse fingitur, notus est. v. Plut. l. c. p. 156. (617) ubi de eo *ἀφεῖτο ἤδη τῆς αἰτίας καὶ διήλλακτο τῷ Περιάνδρῳ, Χίλωνος δεηθέντος* legitur. *Μηδείας* iterum et *εὐρύχωρον* Mosq. De hoc *Callippo* vide cap. 29, 1. Hoc *ἐπίγραμμα* fuit huius capitis §. 3.

CAPUT XXXIX.

§. 1. Ex Orchomeno viae ad *Abas*, *Hyampolin* X, 35, 1. In Dicaearchi *ἀναγρ.* 96. ubi est *Ὀρχομενός· εἶτα μετὰ δύο πόλις Λιβαδία.* Müller. in Orch. p. 483. *μεθ' ἑκατὸν* corrigendum censuit. *Λεβαδεία* vulgo. *Λεβαδία* Mosq. ut 37 extr. sed scribendum *Λεβάδεια* ut in Strabone, Hesychio, Philostrato, Phavorino. idem voluit Sylburgius conferens *Ἐλάτεια.* In Harpocratione est *Λεμβάδεια.* Hobhousius ait: „A man might very easily at a moderate pace ride from Livadia to Thebes and back again between breanfest and dinner.“ *Lebadia*, nunc *Livadia* vocata, teste Strabone IX, 414, 423. Coroneae nec non Phocicis urbibus Panopeo et Trachini vicina inter Heliconem fuit et Chaeroneam. cf. Mannert VIII, 204. „Lebadea is placed at the entrance of a rocky ravine, on the north side of Helicon. [on the side of a hill which was between mount Helicon and the territory of Chaeronea. ait Hobhousius I, 260.] From some small masses of ancient foundations it is imagined that the site of the original city was a

short distance from the present town, and immediately on the plain." Squire in Walp. Turk. 335. „It seems probable, on well considering the description of Pausanias, that the modern city occupies the site of the Hieron, or sacred grove of Trophonius. The people reckon eight hours to Kakosia from Lebadia." Gellii Itin. of Gr. 156, 157. *Μήδεια* Mosq. ut c. 38, 6. Quam ergo Homerus Il. II, 507. *Μίδειαν* appellat, eam Lebadiam postea vocatam dicit. cf. cap. 40, 3. *πατέρα δὲ κ. τ. λ.* Constructio implicata ita resolvenda *πατέρα — οὐκ ἴσασιν οὐδὲ ἄλλο ἤ.* Post *πατέρα δὲ τοῦ Λεβάδου* Mosq. habet *λαονίκην*, deinde autem verba proxima *καὶ καθ' — Νίκην* omisit. Vulgata enim est *γυναῖκα εἶναι Λεβάδου Νίκην·* sed pro *Νίκην* Clavier *Λαονίκην* dedit, quod favente codice Mosq. recepi. In Plut. Quaest. graec. c. 39. Lycaonis filii *Eleuther et Lebadus* non participes *τοῦ περὶ τὸν Δία μιάσματος εἰς Βοιωτίαν ἔφυγον, καὶ Λεβαδεῦσιν ἐστιν ἰσοπολιτεία πρὸς Ἀρκάδας.*

§. 2. *διείργει δὲ ἀπ' αὐτῆς τὸ ἄλσος* Vulgata. *διείργειν* Mosq. Amasaeus et Facius *διείργει* interpretantur *recedit, distat* accipientes pro *διείργεται.* Goldhagenus et Clavierius putarunt excidisse verba *Ἕρκυνα ὁ ποταμός.* Ego signum hiatus interposui, cui similis est I, 35 init. *φασὶν δὲ* Vulg. *τῆς Δήμητρος — ἀφῆναι — ἀποκρύψαντος αὐτὸν* Mosq. Apud Tzetzam ad Lyc. 153. *Hercynna* est filia Trophonii (hic Trophonius Müllero in Orch. p. 155. est *Trephonius, der ernaehrende Gott des Ackerfeldes*, Welckero autem in Zeitsch. f. Gesch. u. Ausl. d. alt. K. I, 1. p. 122. idem qui *Triptolemus*). Livius autem narrat XLV, 27. Hercynnae apud Lebadios cum Iove sacrificatum et *templum* fuisse: eius *ναὸς* etiam h. l. Nomen eius Müller. l. c. interpretatur *Orcinam, deam inferorum.* De *fluvio Hercyna* Squire apud Walpol. 335 ita: „The little river Herçyna rushes trough the rocky irregular bottom of the ravine (v. ad §. 1.) and receives an increase of water from the fountains near the cave of Trophonius." Cf. Sibthorp. in Walpolii Turk. p. 66. *σπηλαίῳ·* antea *ἄντρου. τοῦ ποταμοῦ αἱ πηγαί·* Similiter apud Philostr. v. Apoll. VIII, 8. *περὶ τὰς πηγὰς τῆς Ἑρκύνης.* adde de his fontibus §. 4. p. 790. fere extr. *περιειλισμένοι* Mosq. Alterum *ἂν* omisit Mosq. Huius *Arcesilai* mentio est in Hom. Iliad. II, 495.

§. 3. *Ceres Europe.* Cum Hermanno ad Hom. h. in Apoll. 251. existimamus, primum a Graecis in Asia terram ex adverso sibi positam et late porrectam ab ipsa specie Εὐρώπην appellatam esse; idem putat terras a Thracia usque ad Peloponnesum hoc nomine ab illis significatas. Nomen *Europae* ex Asia profectum esse, illud quoque indicat, quod Hesychius affert: Εὐρώπη, χώρα τῆς δύσεως. Sic Δημήτηρ Εὐρώπη opponetur Δήμητρι τῇ Ἀσίᾳ Ceres in Europa et in Asia culta. An eandem ob causam *Hermion*, conditor Hermiones, ubi Ceres inprimis colebatur, dictus est Europis filius II, 54, 5, 11? Müllero in Orchom. p. 155. Ceres Europa est σκοτεινή, et Welckero dicta ita videbatur de *luna* (?). Κόρης ἐστὶ καλουμένη Θήρας ante Facium, qui Kuhnio obsequutus καλουμένης scripsit, socium nactus Nibbyum cum Müllero in Orch. p. 154. Hoc non contentus voluit Kuhnius etiam Θήρας mutari in Σωτείρας, atque mutavit Goldhagenus. Nobis tutissimum visum est sequi Mosquensem, qui habet καλουμένη Θῆρα, nos scripsimus καλ. Θήρα· idem voluerat Sylb. *Proserpinae venationem* intelligens. Clavier καλουμένη Θήρα dedit vertens *la chasse de Proserpine.* Pro vulg. βασιλέως scribendum Βασιλέως fuit §. 4. *Iovem Regem* hic cultum esse, testatur etiam Plutarchus in Quaest. Amat. p. 500. Frob. ναοὶ pro ναῷ Mosq. Aldin.

§. 4. usque ad fin. capitis de iis, quae fieri soleant in hoc oraculo consulendo. Eadem quae hic a Pausania an tractata sint a Dicaearcho ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως, quae citantur ab Athenaeo XIII, 594, e, nos ignoramus. Alii laudantur in Mülleri Orch. p. 158. van Dale de Oraculis crassis picturis res illustrandas suscepit p. 187 sqq.

§. 4. Plutarchi tempore hoc solum Boeotiae oraculum adhuc vigebat. Τεταγμένων κ. τ. λ. sic et Suidas. καθιερεύει — θεσμῶν· τῶ δὲ λουτρῶν Mosq. ὁ ποταμὸς ἡ Ερκυνα ut paulo post τὸν ποταμὸν τὴν Ἕρκυναν. Post καὶ οἱ Mosq. καὶ inserit. *Iuno Henioche* estne *hera, domina*? ἡνιόχην veram illa se exhibet in Iliad. V, 748, sed ἡνιοχεῖν esse etiam διοικεῖν, οἰκονομεῖν, κυβερνᾶν Hesychius docet. Δήμητρος pro Δήμητρι Mosq. ἵλεως — Ἀγαμήδη idem. εἰ μὴ τοῦδε Vulg. ἢν μὴ καὶ τοῦδε Mosq. unde καὶ ante τοῦδε inserui: idem factum a Clavierio. ἐν ante τῇ νυκτὶ Facius restituit e Mosq. καὶ καλοῦσι

pro καὶ λούουσι Mosq. Ἑρμᾶς „Camillos, v. Schol. Apoll. I, 917. Macrob. Sat. III, 8.“ Kuhn. ἄγεται Mosq. omisit. αἱ δὲ κ. τ. λ. Hi sunt duo fontes, alter *Oblivionis*, alter *Memoriae* dictus, non amnis Hercynae. „The rapid little river Hercyna has its rise in Helicon above Lebadea, and after being augmented by the fountains Lethe and Mnemosyne, near the supposed site of the cave of Trophonius, flows through the rice grounds, and discharges itself into the Lake Copais.“ Squire in Walp. Turk. 335. Paulo aliter Gellius in Itin. of Gr. p. 157. qui alterum Hercynae fontem calidum esse, et adhuc dici *Lephe*, quod nomen corruptum sit e *Lethe*, narrat. ἐπὶ τόδε Mosq. Μνημοσύνης ἀπὸ τούτου, τὸ μνημονεύειν τὰ ὀφθέντα οἱ καταβάντι ante Facium, qui post Μνημοσύνης posuit distinctionem monitore Sylburgio, qui hanc esse vult constructionis ordinem: ἀπὸ τούτου τοῦ ὕδατος γίνεταί οἱ τὸ μνημονεύειν τὰ ὀφθέντα. In Mosq. est ἀπὸ τούτου τε μνημονεύει· Clavier edidit ἀπὸ τούτου δὲ μνημονεύει· sed δὲ Clavier videtur de suo dedisse; neque recte scripsisse μνημονεύει, quippe cui non Dativus καταβάντι sed Nominativus καταβὰς addendus fuisset. Hoc *simulacrum Trophonii a Daedalo factum* iterum memoratur cap. 40, 3. ἱερῶν pro ἱερέων Mosq. ὑπιχωρίας idem. Pro χιτῶνι λινῷ Philostratus habet λευκὴν ἐσθῆτα, Suidas ἱερόν τι σχῆμα.

§. 5. Specus, in quo Trophonii oraculum sedem habuisse dicitur, locus nunc certo monstrari non potest. „A grotto or rather a cavern was shewn us as the grotto of Trophonius; this, from the description of Pausanias I should rather suppose to have been the place, where the image of the god was kept (v. §. 4.) The grotto was probably a cavern in the rock above in the opposite, where there is a Greek chapel. Near tho this place we observed frequent stumps of laurel, probably remains of the wood which Pausanias describes as being under the grotto. (v. init. huius §). The hole excavated below the rock, we suppose the image of the god to have been kept, was too shallow to have been the grotto.“ Sibthorp in Walp. Turk. p. 66. Ἔστι — ὄρους. Consentit Philostratus l. c. ὕψος δὲ ἀποδέουσι δύο εἶναι πήχεις Vulgata, cuius quae sit structura grammatica, equidem non video; quum autem manifestum sit, scriptorem de altitudine crepidinis istius loqui, corrigendum censeo ὕψος δὲ ἀποδέουσα (scil. κρηπὶς) δύο

εἶναι πήχεις, *altitudine non explens duos cubitos*, vel ὕψος δὲ ἀποδέον τε δύο εἶναι πήχεις *altitudo non perfecte aequat duo cubita*. Infinitivus cum verbo ἀποδέω ita constructus legitur etiam III, 10, 2. Ἀκαρνᾶνας ἠνάγκασε καταλύσασθαι τὸν πόλεμον, οὐ πολὺ ἀποδέοντας Καλυδῶνα ᾑρηκέναι. Mox ἀφεστήκασι Mosq. ἐφεστήκασι — χαλκοῖ· similiter apud Philostratum l. c. ξυγκλείουσι δ' αὐτὸ (στόμιον) σιδηροῖ ὀβελίσκοι, κύκλῳ περιβάλλοντες. Hae ζῶναι χαλκαῖ videntur esse catenae aeneae illis obeliscis interpositae annexaeque ita, ut singulis bini coniungerentur, et totum specus ambitum claudentes. Qui per eas aditus aperiebatur ingredientibus, hunc Pausanias vocat θύρας. Hae ζῶναι Goldhageno sunt *Reifen*, Clavierio *une ceinture*, Nibbyo *le fascie*. Hic *hiatus terrae*, χάσμα γῆς, videtur antrum fuisse in altum subsidens, non natura sed arte factum, quare mox dicitur οἰκοδόμημα. τὸ ante σχῆμα Mosq. omisit. κριβάνῳ. cf. Schneideri Lex. gr. v. κλίβανος ubi etiam e Columella affertur *scrobis clibano similis*. ὡς ἂν εἰκάσαι — τοῦ κοδομήματο — εἰκάζει — καθήκοι Mosq. κατάβασις κ. τ. λ. Descensus ad imum antrum non est per gradus factos sed per scalam, quae cuique descendenti affertur καταβάντι κ. τ. λ. „Indem er hinunter steiget, kommt er bey ein Loch, das über dem Fuſsboden an der Seite ist“ Goldhag. „en descendant vous trouvez entre le sol et l' edifice un trou“ Clav. „Colui che discende, trova fra il pavimento e la volta un boco“ Nibby. οἰκοδομήματος Sylb. h. l. interpretatur ὀροφώματος. Estne haec ὀπὴ μεταξὺ τοῦ τε ἐδάφους καὶ τοῦ οἰκοδομήματος *foramen in imo latere huius specus structi parte sui infima specus fundum tangens?* (eine Oeffnung zwischen dem Boden und der Wand dieser gebauten Grotte). Haec ὀπὴ postea στόμιον et στόμα ἱερὸν vocatur. ἐφαίνεταί Mosq. κατακλιν. ἑαυτ. ita et in Plut. de Socrat. Daemon. 664. Frob. ἔχων κ. τ. λ. Philostratus l. c. μελιττούτας (quas Suidas v. Τροφων. interpretatur μάζας μέλιτι δεδευμένας) dicit, et esse μειλίγματα ἑρπετῶν, ἃ τοῖς κατιοῦσιν ἐγχρίμπτει. Pro ὅτῳ est οὕτω in Mosq. ἀλλά πού τις καὶ εἶδε καὶ ἄλλος ἤκουσεν ante Facium, qui se ait pro ἄλλος rescripsisse ἄλλως *aliter, alio modo*, sententia flagitante; nos ἄλλος Pausaniae restituimus, qui ita declarat illum varium modum, dicens alium videre alium audire futura: itaque postea scripsit: ὁπόσα ἤκουσεν ἕκαστος ἢ εἶδεν. idem nobis fecit Clavier

στομίον — αὐτοῦ. idem apud Suidam. καὶ post λέγεται δὲ Facius e Mosq. inseruit. Pro vulg. εὐθὺς e Mosq. αὖθις recepi; idem habet Clavier. ἐπιτρέπουσι κ. τ. λ. „iis hominem tradunt, quibus id officii demandatum est.' Sylb. Virgulam post δινηταῖτο a Facio inductam removimus. παρά τε Τύχῃ καὶ Δαίμοσιν ἀγαθοῖς Vulgata. Respicitur τὸ οἴκημα Δαίμονός τε ἀγαθοῦ καὶ Τύχης ἱερὸν ἀγαθῆς §. 4. Sylburgio corrigendum videbatur Δαίμονι ἀγαθοῖς ut Pluralis ad Daemonem atque Fortunam referretur. Facius e Mosq. ἀγαθῷ, ego ἀγαθῶς enotatum inveni pro vulg. ἀγαθοῖς, quod quum ἐς sequeretur oriri facile potuit ex ἀγαθῷ· scripsi igitur quod idem Facius iam voluit, Δαίμονι ἀγαθῷ. Pro vulg. αὐτοῦ est αὐτοῦ in Mosq. ὕστερον — ἐπάνεισιν οἱ oppositum est aliorum narrationibus, de quibus cf. Mülleri Orchom. p. 160. γράφω δὲ οὐκ ἀκοὴν Vulg. Scripsi ἀκοῇ· cf. adn. ad III, 25, 5. V, 12, 1. τῷ post καὶ αὐτὸς inserui e Mosq. idem fecit Clav. ἀναθῆναι Mosq. Caeterum notabile est quod in Trophonii antro nescio quis ex oraculi ministris Timarcho cuidam consulenti respondisse dicitur in Plut. lib. de Socrat. Daem. p. 665. Frob. ἡμῖν τῶν ἄνω μέτεστι μικρὸν, ἄλλων γὰρ θεῶν ἐκεῖνα· τὴν δὲ Περσεφόνης μοῖραν, ἣν ἡμεῖς διέπομεν, τῶν τεττάρων μίαν οὖσαν, ἡ Στὺξ ὁρίζει. Ante Facium δέτι· is Sylburgii correctionem δ' ἔτι recepit. ἐδήλωσα· vide IV, 16, 4. 32, 5.

CAPUT XL.

§. 1. μαντεῖον — εὐπεπυσμένοι Mosq. ἀποστέλλουσιν idem. Λεβαδείαν vulgo ut 39, 1. De *Acraephnio* 23, 3. εἰ δὲ pro εἶδεν Mosq. ἑσμὸν vulgo. cf. adn. ad 31, 2. Kuhnius ita legendum suspicabatur: εἶδεν ἑσμὸν μελισσῶν, καὶ ὅποι ποτ' ἂν ἀποτράπωνται, αὐτὸς ἕπεσθαι *vidit examen apum, et quocunque se verterent, ipse sequi i. e. sequebatur.* Facius malebat καὶ αὐτοῖς (?) ἕπεται. Nos Vulgatam retinentes interpretamur: *Vidit examen apum quocunque illae se verterent, et ipsos sequi debere:* breviter hoc dictum pro εἶδεν ἑσμὸν μελισσῶν καὶ συνῆκεν, ὅποι ποτ' ἂν ἀποτράπωνται, καὶ αὐτοὺς δεῖν ἕπεσθαι.

Ergo εἶδεν hic non tantum oculorum sed mentis etiam est. εἶδες ad animum translatum legitur in Soph. Ai. 1015. δεῖν potuit omitti, ipso oraculi responso satis indicatum. Mox ἑσπεττομένας Mosq. Pro συνεισῆλθε est συνίεται in Mosq. An in eo latet συνεισέρχεται? *Apes* autem hic in re ad oracula pertinente et in via ad oraculum inveniendum monstranda. Pythia quoque μέλισσα Δελφὶς dicta est Pindaro Pyth. IV, 106.

§. 2. *Herculis* hoc ξόανον ex opinione Thebanorum a Daedalo factum et Thebis dedicatum commemoratum est cap. 11, 2, 3. Praeeunte Palmerio Müller. in Orchom. p. 158. notat Pausaniam, quod signum Trophonii apud Lebadenses factum a Daedalo crediderit. Mitto quod hanc Lebadensium famam esse dixit cap. 39, 4. nonne Thebani narrabant, Daedalum ipsis Herculis signum, Trophonium autem Amphitryoni thalamum fecisse, (vide cap. 11, 1, 2.) et Homerus chorum Ariadnae ut Daedali opus celebrat? Vulgo dicunt Daedalum 1396, Herculem autem, aequalem Ergini, qui pater Trophonii a nonnullis perhibebatur, 1384 a. C. natum esse, quanquam alii Trophonio Apollinem patrem attribuebant ipso Pausania probante cap. 37, 3. Caeterum pro vulgato Βοιώτοις dedi Βοιωτίᾳ e Mosq. Idem habet Λευαδεῦσι — Κρήνῃ — ἐπολοῦντι. Vrbs Cretae Ὀλοῦς est in Stephano Byz. sed hic cogitanda chersonesus corrupto nomine Σολοῦς dicta. v. Mannert. VIII, 704. Ortelius quaerit, an forte *Olyssa*, Cretae urbs apud Strabonem sit eadem; sed Vulgata in Strab. X, 479 (267) Ὀλύσσην est suspecta. παρὰ — λίθου. Locus *Homeri* in Il. XVIII, 590 sqq. Quocum cf. Philostr. Iun. Imag. c. 10. p. 129. Heynius Art. inter Graec. temp. p. 339. non dubitat erroris reum agere Pausaniam. Hoc anaglyphum an Daedali fuerit Meierus quoque in Hist. art. int. Graec. I, 6. addubitavit, quod serius artis opera in marmore elaborare coeperint. ξόανα γὰρ τότε πάντα, ut ait Pausanias II, 19, 3. An vero Pausaniae verba necessario de ipso Daedali opere accipienda sunt? Aliter defendit Pausaniam Thierschius de Epoch. art. fing. I. not. 27. Δηλίοις — συμφορᾶς. Rem istam tetigit Callimachus h. in Del. 307 sqq. Δηρίοις Mosq. Cum istis πείθομαι — Δαιδάλου cf. VII, 4, 5. ἐπεκομίζετο οἴκοθεν *domo secum ferebat.* ἀφαιρεθέντα κ. τ. λ. X, 29, 2. p. 869. hoc de eadem re legitur: τὴν Ἀριάδνην ἀφείλετο Θησέα ἐπιπλεύ-

ϕας Διόνυσος στολῷ μείζονι. De constructione huius verbi cum Genitivo cf. Schaefer. ad Longum p. 423 sq. ἀναθῆναι Mosq. ut saepe et ut 17, 1. Vulg. οἴκαδε ἐπαγόμενος Vulg. „Scribendum esse ἀπαγόμενος, non temere suspicor." Facius: nos alieni sumus ab hac suspicione memores locorum I, 8, 5. VII, 4, 4. τὰς ante συμφορὰς ne tollendum ut e praecedente syllaba ται ortum putes. Sensus: *ne quae in amore expertus erat malorum memoria renovaretur huius simulacri adspectu.* ταῦτα post παρὰ δὲ abest a Mosq. Quod attinet ad ea, quae scriptor dicit ἀνατεθέντα ὑπὸ Ἀργείων ἐς τὸ Ἡραῖον, Facius nos reiicit ad II, 17, 5. sed quod ibi commemoratur vetustum Iunonis simulacrum, id Pausanias tum illo ipso loco tum VIII, 46, 2. testatur sua adhuc aetate in Heraeo esse, neque addit a Daedalo factum credi. Hic autem loquens de Daedali operibus οὐκ ἔτι ὑπολοίποις, iis accenset id quod dedicatum erat ab Argivis in Heraeum, et causam adiungit cur ἠφανίσθη. Itaque hic aliud intelliges non id quod locis modo citatis dictum est. Est autem quanquam Pluralis positus est, unum cogitandum Daedali opus in Heraeo, ut in proximis καὶ ἐς — Ὀμφάκης, ut patet ex VIII, 46, 2, ubi de eodem oratio est. Γέλαιν — κομισθεῖσαν ἐξ Ὀμφάκης Mosq. Formulae huic ἀφανισθῆναι — αἴτιος similis illa est: ὁπόσαις μὴ καθέστηκεν ὁ χρόνος αἴτιος ἀφανέσιν εἶναι I, 22, 6.

§. 3. *Chaeronea* Orchomeno et Phocidi vicina (v. Strabo IX, 414 (471) et Steph. Byz.) nunc vocatur *Caprena, Kapourna* apud Dodwel. II, 1, 258. De viis quae inde Delphos et Stirin ducebant X, 35, 5. „Nach 3 Stunden und 40 Min. von Elateia gelangten wir in das Dorf *Kapourna*" Dodw. l. c. „Lebadia to Kaprena 1 hour 38 minutes" teste Gellio in Itin. of Greece p. 159. „Chaeronea is placed at the foot of that range of heights which forms the western limit of the plain traversed by the Cephissus, before it discharges itself into the Copaic Lake. Here are a few inscriptions, and on the height north of the town are the remains of a Greek fortress, which probably was once the acropolis. At the east extremity of this heigt, where it meets the plain, are vestiges of an ancient theatre with several seats excavated in the rock." Squire in Walp. Turk. 337. Similia habet Gellius in Itin. of Gr. p. 159.

220 sq. qui refert in marmoribus ibi repertis nomen urbis *XAIPPONEA* scriptum esse, sed in inscriptione quam protulit Boeckhius in Staatsh. d. Athen. II, 374. legitur *Χηρωνεια* aeolice seu boeotice. Chaeronea Hobhousio in Iourn. I, 266. videbatur partim subiecta partim imposita colli Petracho (v. cap. 41, 3.) vicina fuisse Parnassi radicibus euroaquilonem spectantibus, Petracho autem adiacuisse versus septentrionem campus fatalis. De Chaeroneae positu adde Mannert. VIII, 202. Orchomeniis parebat tempore Thucydidis. v. eum 4, 76. ubi etiam de situ loci. *ἐκάλεῖτο δὲ — οὐ Νεῖλον.* Huc maxime pertinent illa Stephani Byz.: *Χαιρώνεια πόλις πρὸς τοῖς ὅροις Φωκίδος. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ „Ἐν δὲ Χαιρωνεία πόλις τὸ πρῶτον κέκληται ἀπὸ Χαίρωνος.“ Ἀριστοφάνης ἐν Βοιωτικῶν δευτέρῳ. Λέγεται δ' οἰκιστὴν γενέσθαι τοῦ πολίσματος Χαίρωνα. Τοῦτον δὲ μυθολογοῦσιν Ἀπόλλωνος καὶ Θηροῦς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ ἱερειῶν Ἥρας. — Ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον. Ὅθεν καὶ Ὅμηρος, ὡς ἐμοί γε δοκεῖ, ταῖς ἀρχαιοτέραις ἐχρήσατο ὀνομασίαις, καθότι Αἴγυπτον τὸν ποταμὸν εἶπεν, οὐ Νεῖλον.* Ex quibus patet, Stephano hic ante oculos versatum esse Pausaniam, Pausaniam autem in Chaerone et eius origine consentire cum Hecataeo atque Hellanico. *Chaeronea antea dicta Arne*; sic praeter Stephanum modo citatum Scholiasta Thucyd. I, 12. *Ἄρνη πόλις Θεσσαλίας, ἀφ' ἧς ὠνόμασται κατὰ μετοικίαν καὶ ἡ ἐν Βοιωτίᾳ Ἄρνη* (sed ab Eustathio ad Iliad. 270. *Θετταλικὴ ἄποικος τῆς Βοιωτίας* dicitur) *ἡ δὲ Βοιωτία Ἄρνη νῦν Χαιρώνεια καλεῖται.* Ad Hom. Il. II, 507. ubi *πολυστάφυλος Ἄρνη* Boeotorum accensetur urbibus, Eustathius ita: *τὰ δὲ σχόλια γράφουσι, καὶ ὅτι Ἄρνη νῦν Χαιρωνείας.* Cum his *θυγατέρα δὲ — πόλιν* consentiunt illa Etymologi M. p. 132 (145) *Ἄρνη πόλις Βοιωτίας· ἔστι δὲ καὶ Θεσσαλίας· ἀπὸ Ἄρνης τῆς Αἰόλου.* Chaeronis mater non *Θηρὼ* sed *Θουρὼ* vocatur in Plut. Syll. 17. sed hoc illi ut postponatur postulant testimonia hic ab Eoeis, in Stephano ab Hellanico petita.

Φύλα — κλητοῦ Mosq. *ὤπυιε* vulgo. *Λειπεφίλην· ἦν δ' εἶδος* Vulgata. *Λειπεφιλήνη· εἶδος* Mosquensis, qui *ἦν δ'* omisit. Cod. Paris. 1399 *λεῖπε φιλήνην εἶδος.* 1410. *λεῖπε φιλήνη ει.* caetera evanuerunt. 1411. *λεῖπε φιλήνη ειδος.* In Hesiodo Loesneri p. 440. nescio unde scriptum est *Λειποφίλην.* Kuhnius corrigendum putabat *Δηϊφίλην·* ei enim videbatur *Λείπει* nota defe-

ctus, quae apposita fuerit tertio versui, migrasse in locum alienum. Kuhnii *Deiphilen* recepit Goldhagenus. Nos Vulgatam quum neque ex ea neque ex codicum lectionibus quidquam extundere possemus quod probari posse videretur, assentiente Hermanno retinendam putavimus. ὁμοίη abest a Mosq. sed huius vocis loco idem habet ἱππότη, quo nomine damnum reparatur, quod tertii versus illatum erat initio. Hic enim ante Facium ita legebatur:

* Δέ οἱ υἱὸν ἐνὶ μεγάροισιν ἔτικτεν,

quod in Loesneri Hesiodo ita mutatum est: Ἡ δέ οἱ . . . . . . υἱὸν ἐνὶ κ. τ. λ. „Supra II, 4, 3. legimus Ἱππότου τοῦ Φύλαντος. Si ergo is Phylas hunc unum filium habuit, inserere possumus Ionicum accus. Ἱππότεα, versusque et sententia stabunt.“ Sylb. quem sequutus Kuhnius scribi voluit:

ἠδ' οἱ Ἱππότε' υἱὸν κ. τ. λ..

Palmerius autem Ἱππώτην δέ οἱ· sed non ita, verum Ἱππότης scribitur hoc nomen. cf. II, 4, 3. Diod. S. IV, 55, 67. Apollod. II, 7, 3. Schol. Pind. O. XIII, 17. Misso ἱππότα addo Ἱπποτάδην. God. Hermannus anno 1807 mihi scripsit, se neque illum ionicum accusativum Ἱππότεα probare, ut epicis inusitatum, neque offendere in Mosquensi scriptura Ἱππότην, quod trochaeum et nomen proprium excuset, et accentus paene tollat; similia quoque illa esse Hom. Od. X, 36, 60.:

δῶρα παρ' Αἰόλου μεγαλήτορος·
βῆν εἰς Αἰόλου κλυτὰ δώματα.

qui duo sunt μεσόκλαστοι. Facius Ἱππότην δέ οἱ edidit. Θηρῶ Mosq. φάεσσι idem. sed similiter in Callim. h. in Dian. 211. ἶσον φαέεσσι. In ultimo versu Loesn. ed. Hesiodi male Χείρωνος habet. Vossius in suo Hesiodo ita vertit:

„Fylas erkohr die Leipófyle sich die der Held Iolaos
Hatte gezeugt, an Gestalt den olympischen Goettinnen aehnlich.
Diese gebahr als Sohn ihm den . . . in der Behausung,
Auch die reizende Thero, dem Glanz der Selene vergleichbar.
Aber von Thero darauf, die geruht in den Armen Apollons,
Wuchs mit gewaltiger Kraft der Rossebaendiger Chaeron.“

Ὅμηρος — αὐτάς. Nomen Chaeronea quanquam sibi notum non usurpavit, sed Arnen dixit. Scholiasta ad Iliad. II, 507 ait: *ὅτι οὐχ εὑρίσκεται κατὰ τοὺς Τρωικοὺς χρόνους Ἄρνη πόλις Βοιωτίας*. Lebadiam ab Homero Mideam nominatam esse, iam significaverat Pausanias c. 39, 1. *καθότι — Νεῖλον*. cf. Od. XIV, 257. IV, 581.

§. 4. *καὶ στρατείαν τὴν* ante Facium qui *στρατιὰν* a Sylburgio commendatum recepit. *βαρβάρους* et *Ἕλληνας* non est positum pro *βαρβαρικὰς*, *Ἑλληνικὰς*, quod Gottleber putavit, quem v. ad Thuc. II, 36. *νικᾷν* cum Accusativo personae atque rei interdum construi notum est. *Καρανὸν* vulgo; scripsi *Κάρανον* cum Suida, Etym. M. v. *Κοινὸς*, Diodoro Sic. in Fragm. T. II. p. 637. Media corripitur apud Ausonium. *Cisseus*, an Hecubae pater ex Euripidis Hec. princ. et Apollodoro notus? *ἐδυνάστευε χώρα* Mosq. *ἀπελθόντα* pro *ἐξελθόντα* Mosq. *ἀνατρέψαι* idem, et deinde *καὶ* post *τρόπαιον* omisit, *ἀφανισθῆναι* Facius malebat referre ad leonem! Vulgo ita legitur: *ἀφανισθῆναι· συνεῖναι δὲ γνώμῃ Καρανὸν οὐκ εὖ βουλεύσασθαι βαρβάροις τοῖς περιοικοῦσιν ἐς ἔχθραν ἐλθόντα ἀδιάλλακτον, καταστῆναί τε χρῆναι μήτε ὑπὸ αὐτοῦ κ τ λ.* Facius etiam post *Καρανὸν* distinxit. In Mosq. est *ἀφανισθῆναι γνώμη* et *δὲ* post *Καρανὸν*· idem *τε* post *καταστῆναι* omittit et deinde habet *χρῆναι γάρ*. Ex his patet, ita interpungendum legendumque esse; *γνώμη*, *Κάρανον* — *βουλεύσασθαι*, *βαρβάροις* — *ἀδιάλλακτον καταστῆναι· χρῆναι γὰρ μήτε κ. τ. λ.* Sensus: *intellexisse autem* (Macedones), *Caranum haud prudenter fecisse quod advena barbaros vicinos ad inimicitiam implacabilem eo monumento irritasset; oportebat enim* (ex illorum sententia) *neque ab ipso Carano neque ab iis, qui postea regnaturi essent in Macedonia, trepaeum erigi*. *συνεῖναι γνώμῃ* ad priscos referendum est Macedones· nam de suis maioribus id Macedones narrarunt. Vulgus de Carano id interpretans sensum loci pervertit; Goldhagenus cautior fuit vertens: *daher man auf den Gedanken gerathen sey, Karanus habe nicht vorsichtig gehandelt*. Deinde ut *καταστῆναι ἐς πόλεμον πρός τινα* seu *τινὶ* dicitur, veluti I, 10, 4. Thuc. I, 44, sic hoc loco *καταστῆναι ἐς ἔχθραν βαρβάροις*, quae haud dubie sunt coniungenda; namque interpositum *ἐλθόντα*, quod interpretes praetermiserunt, non pertinet ad *ἐς ἔχθραν*, sed denotat *advenam*. *εἰ* pro *ἵνα* Mosq. *ὑφέλξωνται* Vulgata. *ὑπά-*

ξωνται Mosq. ἐφέλξωνται voluit Abreschius ad Thuc. p. 555, ut est paulo ante ἵνα μὴ ἐς ἀνάμνησιν Ἀριάδνης ἐφέλκηται §. 2. Sed legendum est ὑπάξωνται non tantum e Mosq. sed ex aliis etiam Pausaniae locis, ex quibus nostro simillimus est VII, 13, 4. τὰ ἐν κύκλῳ τῆς Σπάρτης πολίσματα ἐς τὴν Ἀχαιῶν ὑπηγάγετο εὔνοιαν, ubi iam alio Pausaniae loco hoc verbum defendimus. At vero eius Aoristus primus offensioni est; sed eius quoque exempla exstant in Lobeckii Phryn. p. 736, 287. προσῆξαν in ipso Thucyd. II, 97. legitur. μαρτυρεῖ — νίκαις. Quas opponunt aras ab Alexandro M. erectas e Curtio III, 12 extr. IX, 3, 19. Arriano V, 19, 2, et Plutarchi Alex. 62, non fuerunt tropaea; itaque non fuit, cur Freinsheimius ad Curt. III, 12, 27. Pausaniam reprehenderet. Non magis verum est quod Facius ait, contradicere Pausaniae Herodianum: is enim III, 4. (quem locum Kuhnius iam protulerat) de campo et colle ad sinum Issicum loquutus et de Dario, per Alexandrum ibi victo, pergit μένει δὲ ἔτι νῦν τρόπαιον καὶ δεῖγμα τῆς νίκης ἐκείνης, πόλις ἐπὶ τοῦ λόφου, Ἀλεξάνδρεια καλουμένη, ἄγαλμά τε χαλκοῦν, οὗ τὴν προσηγορίαν ὁ τόπος φέρει. Vrbem ergo hanc de Alexandri aeneo simulacro Alexandriam appellatam dicit Herodianus tropaeum et signum illius victoriae. Ex quibus patet, non de vero tropaeo intelligendum esse Herodiani locum. Speciosius obiiceretur Pausaniae sententiae Gemini epigramma in Anth. Pal. II. p. 99. quod tamen Iacobsius iam monuit minus congruere cum Pausania quam illum refutare. Dubium certe est, an quod tropaeum vocari solet, hoc epigrammate significetur. οὐκ ante ἀναστήσας omisit Mosq.

§. 5. ἐπίσημα δὲ vulgo. οὐδὲ ἐπίσημα Mosq. Pro ἐπίσημα saepius dicere Pausaniam ἐπίθημα, Sylb. monuit; Facius autem ad IV, 16, 4. adnotavit, hoc nostro loco forsan scribendum esse ἐπίθημα. Sane ἐπίθημα seu ἐπίθεμα usurpatur de *signo, quod in sepulcro positum est*, veluti I, 2, 3. 43 extr. VII, 2, 6. 17, 4. ἐπίσημα *clypei signum* denotat, ut in Eurip. Phoen. 1114. An vero ut ἐπίθημα est ad clypeum (IV, 16, 4), ita ἐπίσημα ad sepulcrum sit nonnunquam translatum, videtur adhuc quaerendum esse. I, 17, 1. est adiectivum. De hoc *leonis signo* in Beckii Repertorio anni 1824. Vol. I. part. 3. p. 236. haec leguntur: „Im Iahr 1818 wurde unter den Ruinen von Chaeronea ein kolossaler

Loewenkopf von vortreflicher Arbeit durch Englaender entdeckt, aber seines Gewichtes wegen nicht fortgeschafft, sondern mit Erde bedeckt, welcher dem nach der Schlacht bey Chaeronea zur Ehre der gefallnen thebanischen heiligen Schaar errichteten Denkmal angehoerte, das Pausanias 9, 40. beschreibt." His adde quae leguntur in Boettigeri Amalth. III, 390 sqq. De formula φέρειν ἐς τὶ Facius citavit VIII, 40, 3. et Valcken. ad Herod. III, 133. cf. adn. ad Paus. I, 2, 4. ἐς τὸν — θυμόν. Cum hac istius signi interpretatione cf. Winckelmanni Opp. VIII, 154 sq. δοκεῖ Mosq. οὐκ ἐοικότα — ἠκολούθησε, alibi sic: ἄνδρες οἷς ἀγαθοῖς οὖσιν οὐκ ἐπηκολούθησε τύχη χρηστή. Mosq. in nostro loco οὐκ omisit.

§. 6. Locus *Homeri* est Iliad. II, 101 sqq. τοῦτο οὖν κ. τ. λ. Huc pertinent illa Iustini XLIII, 3. „Per ea adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Graeci sceptra dixere. Nam et ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas coluere, ob cuius religionis memoriam, adhuc deorum simulacris hastae adduntur." σέβουσιν vulg. οὐχ ἥκιστα κ. τ. λ. „davon ist auch dieses kein geringer Beweis, dass es den Besitzern ein besonderes majestaetisches Ansehen gegeben hat." Goldhag. „ç' est illustration qu' il a repandue sur ceux qui l' ont porté." Clav. similiter Nibby: „mostra la gloria, che da esso gli uomini ebbero." Ergo significatur splendor, qui ex eo fluxit in illos homines (Pelopem, Atreum, Thyesten, Agamemnonem) ad quos illud pervenerat. ἐπὶ τοῖς κ. τ. λ. Spatium inter Chaeroneam et Panopeum viginti stadiorum fuit. vide X, 4, 1. Πανοπέων — φησὶ pro σφίσι — σκῆπτρον Mosq. κομισθῆναι — πείθομαι· Electra enim nupsit Pyladae Phocensi, ἱερόμενος Mosq. ἱερωμένος ante Facium, qui accentum in antepenultimam revocavit, non puto, male. Cf. de duplici huius verbi forma ad II, 32, 1.

CAPUT XLI.

§. 1 et 2. Ἡφαιστότευκτα plura commemorantur, ex quibus unum illud Chaeronensium sceptrum vere tale esse credidit Pausanias.

§. 1. ἠκολούθησεν ἡ φήμη Vulg. ἠκολούθησε φήμη Mosq. ὅτι τὸ μὴ Mosq. De hoc *Theodoro et Rhoeco* VIII, 14, 5. et de hac *Eurypyli arca* VII, 19, 3. Ἐρύπυλος Mosq.

§. 2. Ἀθαμοῦς — δεθέντα Mosq. Ἀδώνιδος — ἀρχαῖον· Stephanus Byz.: Ἀμαθοῦς — ἐν ᾗ Ἄδωνις Ὄσιρις ἐτιμᾶτο· ὃν Αἰγύπτιον ὄντα Κύπριοι καὶ Φοίνικες ἰδιοποιοῦνται. De his ὃν ἀνέθεσαν κ. τ. λ. dixerat VIII, 24, 4. In minore editione τόπον pro τρόπον male. Hoc autem ἐσυλήθη — Φωκεῦσιν narratur etiam a Diodoro XVI, 64. χλωροὶ Mosq. Ἡ καὶ Hom. Od. XI, 327. πριννὴ Mosq. Ἦλυθ' ἀνὴρ Hom. Od. XV, 459. ἔερτο Vulg. ἔορτο Mosq. ἔωρτο Aldin. ἔερκτο Phavorinus et Ambr. B. cod. Hom. ἔερτο et ἔερκτο agnovit Eustathius ut Hesychius notante Sylburgio, qui illud ab εἴρω, hoc ab εἴργω ducit. Ὅρμον κ. τ. λ. Hom. Od. XVIII, 295. ubi tamen non Εὐρύμαχος sed Εὐρυμάχῳ legitur, et Facius Sylburgium sequens iudicat, in Pausania hic Εὐρυμάχῳ rescribendum esse; quibus nos non assentimus, Pausaniam Homeri locum praecedenti orationi accommodasse rati. ἠελίωνος Mosq. ποικίλου idem. τῷ εἰκοστῷ pro τὸ εἰκὸς τῷ Mosq. Ald.

§. 3. Pro Πετραχὸς in Plut. Syl. 17. Πέτρωχος scribitur. Cf. de hoc adn. ad cap. 40, 3. ἐνταῦθα ἐν τῇ Χαιρωνείᾳ *Hic ad Chaeroneam seu Chaeronéae*; quod offensioni fuit Sylburgio: qui voluit vel articulum οἱ inseri ante praepositionem ἐν, vel ἐνταῦθα coniungi cum praecedentibus, quanquam concessit, similem nostro locum esse X, 4, 6. ἐνταῦθα ἐν τῇ Δαυλίδι, quorum posterius Facius repetivit. Sed nihil omnino hic corrigendum esse alii declarant loci a suspicione corruptelae liberi, quamvis glossematis speciem prae se ferant: veluti X, 22, 2. τοὺς Αἰτωλοὺς οἴκαδε ἐς τὴν Αἰτωλίαν ἀναχωρῆσαι. ibid. §. 3. ἐξεστρατεύοντο οἴκοθεν ἀπὸ πόλεων πασῶν. Similiter αὐτόθεν adiungitur ipsi loci nomini apposito, ut Theocr. XXV, 170. Ἄργεος ἐξ ἱεροῖο αὐτόθεν, ubi plura huius generis exempla congessit Schaefer. Idem nobis adnotandum fuit de αὐτοῦ ad II, 28, 5, ne lectio vexaretur. Pindari locum Ol. VI, 165. δέξαιτο κῶμον

οἴκοθεν οἴκαδ' ἀπὸ Στυμφαλίων τειχέων ποτινισσόμενον, ματέρ' εὐμήλοιο λείποντ' Ἀρκαδίας, huc non traxerim. κυρῇ — ἱερέως — γίνεται ἀνθρώποις Mosq. ἀνθῶν etiam apud Diod. S. V, 3. pro meliori ἀνθέων. sed intactum reliquimus ut VIII, 51, 1. Vellem idem factum esse V, 11, 1. plus licuit in IV, 16, 4. χρείοις — σκηπεδόνας — φισίνεται (pro φύεται) — ἔσται pro ἔστιν Mosq. Pro σηπεδόνας Facio scribendum videbatur σηπεδόνος, quod nobiscum Clavier excepit; sed eadem correctio in Aldinae exemplo Dresdensi scripta legitur. ἶρις, καὶ ἀρωματικὴ πόα in Etym. M. et μυρεψικόν τι εἶδος· hac significatione Eustathius ad Iliad. p. 296. et Phavorinus tradunt κατὰ παλαιὰν παράδοσιν ὀξύνεσθαι πρὸς διαστολήν· quod discrimen Pausanias videtur neglexisse quum Genitivum ἴρεως extulerit ad formam ὄφεως, πόλεως. Haec ἶρις cum κρίνῳ comparata videtur esse *germanica iris*. v. Billerb. Flor. classic. p. 14.

Ita haec Boeotiae perlustratio a Plataeis in finibus Atticae septentrionalis progressa est ad Chaeroneam vicinam Phocidi, ad quam proximo libro transit *Pausanias*. Ordo autem, quem in enarrando sequitur, hic est: E Plataeensium agro, cuius loca indicat memorabilia, pergit in Thebanum, ubi vias persequitur, quae a Thebarum portis in diversas Boeotiae regiones ducebant, et usque ad Anthedonem, Orchomeniam, lacum Copaidem, Thespias et loca iis vicina atque Heliconem evagatur. Thespiis relictis Haliartum, Alalcomenas Coroneam, montes Libethrium Laphystiumque, adit. Hinc Orchomenum, lacum Cephissidem, Aspledonem, Lebadiam, Trophonii antrum atque Chaeroneam petit.

Excursus I. de capite XXVII, 3.

Hunc locum de *Thespiensium Cupidine* iam in Winckelmanni Opp. T. VIII, 390. tractatum nunc cum duobus aliis Ciceronis atque Plinii comparabimus, et primum hos tres locos subinde apponemus:

Cicer. Verrin. Act. II. Lib. IV. cap. 2 et 3: „Erat apud Heium sacrarium magna cum dignitate in aedibus, a maioribus traditum, perantiquum: in quo signa pulcherrima quatuor, summo artificio, summa nobilitate: — unum, Cupidinis, marmoreum, Praxitelis. — Idem, opinor, artifex eiusdemmodi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiae visuntur; nam alia vi-

sendi causa nulla est. Itaque ille L. Mummius — hunc marmoreum Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit. Verum, ut ad illud sacrarium redeam, signum erat hoc, quod dico, Cupidinis e marmore. — C. Claudius, cuius aedilitatem magnificentissimam scimus fuisse, usus est hoc Cupidine tam diu, dum forum — habuit ornatum: et, quum esset hospes Heiorum — ut illis benignis usus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum. — Haec omnia quae dixi signa ab Heio de sacrario Verres abstulit."

Plin. XXXVI, IV, 5. p. 339 Bip. „Eiusdem (Praxitelis) est et Cupido obiectus a Cicerone Verri, ille propter quem Thespiae visebantur, nunc in Octaviae scholis positus. Eiusdem et alter nudus in Pario colonia Propontidis."

Pausan. l. c. *Θεσπιεῦσι δὲ ὕστερον χαλκοῦν εἰργάσατο Ἔρωτα Λύσιππος, καὶ ἔτι πρότερον τούτου Πραξιτέλης, λίθου τοῦ Πεντελησίου. καὶ ὅσα μὲν εἶχεν ἐς Φρύνην καὶ τὸ ἐπὶ Πραξιτέλει τῆς γυναικὸς σόφισμα ἑτέρωθι ἤδη μοι δεδήλωται. πρῶτον δὲ τὸ ἄγαλμα κινῆσαι τοῦ Ἔρωτος λέγουσι Γάϊον δυναστεύσαντα ἐν Ῥώμῃ, Κλαυδίου δὲ ὀπίσω Θεσπιεῦσιν ἀποπέμψαντος Νέρωνα αὖθις δεύτερα ἀνάσπαστον ποιῆσαι· καὶ τὸν μὲν φλὸξ αὐτόθι διέφθειρε.*

Nunc quid Ciceronis locus doceat consideremus; primum quidem, quem Heius Mamertinus Cupidinem marmoreum habuerit, ab eodem illo Praxitele factum fuisse a quo Cupido Thespiensium; deinde Thespiensium Cupidinem Praxitelis a Mummio (circa a. u. c. 608.) non tactum Ciceronis aetate adhuc Thespiis fuisse; tum Heii Cupidine Praxitelis Claudium aedilem (qui circa a. u. c. 658. praetor fuit) forum Romanum ornavisse, eundem autem ad dominum reportandum curavisse; postea Heii hunc Cupidinem ablatum esse a Verre. Ex quibus intelligi debet, Ciceronem Praxitelis Cupidinem marmoreum in Heii sacrario distinguere a Praxitelis Cupidine Thespiensium, hic enim Ciceronis aetate adhuc Thespiis visebatur, illum Heii Cupidinem Praxitelium teste Cicerone Verres abstulerat ex Heii sacrario. Quam horum signorum diversitatem illud quoque arguit, quod Cicero cap. 4. atque 6. Heio hunc Praxitelis Cupidinem a maioribus ad haereditatem sacrorum relictum esse tradidit. Haec Lessingius perpendens, ne Plinius hoc loco cum Cicerone non consentiens errasse videretur, auctor

fuit Opp. T. X. p. 257, ut ante Plinii verba *ille propter quem Thespiae visebantur* insereretur *et*; quod eam ob causam probari non potest, quod tum duo Cupidines Heii atque Thespiensium dicerentur et a Cicerone Verri obiecti et in Octaviae scholis positi. Aliam contradicendi causam Sillígio nostro (Amalth. III, 301.) proxima Plinii verba praebuerunt *Eiusdem et alter nudus in Pario.* Vt nunc se iste locus habet, negari non potest, Plinium Heii Cupidinem a Thespiensium diversum non cogitasse, et qui tum in Octaviae scholis esset, hunc esse illum Thespiensium Cupidinem dixisse, quem Cicero Verri obiecerit. Quum igitur Plinius utrumque horum Cupidinum confuderit, incertum plane nunc est, uter eorum Plinii aetate in Octaviae scholis positus fuerit. Transeamus ad Pausaniam, qui quum antea narrasset, Cupidinis signum apud Thespienses antiquissimum fuisse rudem lapidem, nunc pergit, *deinde aeneum Cupidinem eis fecisse Lysippum,* haud dubie quum Praxitelis, quem antea habuerant, non amplius haberent, quem quo asportatus esset scriptor dicere non habuit. Qui igitur Cicero dicere potuit, sua adhuc aetate homines propter Praxitelis Cupidinem Thespias visere? Sin verum est quod apud Ciceronem de hac re legimus, quod Pausanias dicit, Lysippum Thespiensibus aeneum fecisse Cupidinem, ita interpretandum erit, Thespienses sibi seriori tempore Cupidinem a Lysippo quanquam non ipsis factum comparasse, ut nec Praxiteles suum Thespiensibus Cupidinem fecerat. Difficile autem dictu est, verba *πρῶτον δὲ τὸ ἄγαλμα κινῆσαι τοῦ Ἔρωτος λέγουσι Γάϊον* de utro Cupidine, Praxitelis an Lysippi, sint intelligenda; Lessingius l. c. de posteriore accepit, me quidem iudice, recte. Antiquissimo enim Thespiensium Cupidini Pausanias opponit Lysippeum, Praxitelium ut a se iam antea dictum hic *ὡς ἐν παρόδῳ* commemorans, ut *τὸ ἄγαλμα κινῆσαι* non ad hunc sed ad illum pertinere videatur; nec repugnat Pausanias quod addit, *quod sua aetate Thespiis sit Cupidinis signum, a Menodoro Atheniensi factum esse illud Praxitelis opus imitato*, quum neque tempus neque locum ubi imitatus sit adiunxerit, neutrum, ut videtur, cognitum habens. Cf. Meyeri Hist. artium fing. inter Graec. II, p. 108. Fieri autem potuisse, ut Thespiensium Cupido Praxitelis a Verris quodam filio ablatus Octaviae scholas postea nobilitaret, neminem esse puto negaturum.

Excursus II. de capite XXXIV, 2:
Ἥρας ἄγαλμα ἀρχαῖον, Πυθοδώρου — αὐτῶν λέγονται.

Mihi quidem novum videri solet, quod hic Sirenes in Iunonis manu positae fuerint, et haec illis persuasisse dicatur, ut certamen ipsis tam triste cum Musis inirent. Itaque, quum Creuzer. in Symbol. II, 586. tetigerit quidem h. l. sed non explicuerit, gratum nobis facturus fuisset, si interpretis partes suscepisset qui in Kunstbl. 1825. N. 61. p. 243. scripsit: „Die Sirenen koennen ein Symbol der Lebensgoettinnen seyn, die ihnen feindlich sind: sie konnten auf der Hand der Iuno von Koronea (Paus. IX, 34.) — nicht unerklaerlich seyn.“ Namque ego quidem nihil aliud nisi opinionem proferam, audebo tamen alios meo periculo excitaturus ad lucem nostro loco accendendam. Has Sirenes in Iunonis manu ἀπτέρους fuisse (quanquam hoc vocabulum textui non inserendum) facile intelligitur ex iis, quae Pausanias adiecit: τὰς γὰρ δὴ — αὐτῶν λέγονται, et propterea adiecisse videtur, quod has Sirenes alis carentes Pythodorus fecerat. Qua in re ille veterum consuetudinem Sirenes non alatas cogitandi (v. Vossii epp. myth. II. p. 40 sq.) sequutus videtur. Quo sumto efficietur, ut verbis τὰς γὰρ — λέγονται nihil contineatur nisi vel ipsius Pausaniae vel exegetarum opinio de his Sirenibus non aligeris. Haec vero an ulla nitatur auctoritate, equidem dubitaverim. Quodsi a veteribus traditum non sit, Sirenes nominatim a Iunone deductas ad certamen cum Musis alas perdidisse, non potius illud quid Pythodorus voluerit Sirenes nullis fingens alis ornatas, quam hoc quaerendum erit, quae causa fuerit, cur Pythodorus Sirenes in Iunonis manu collocaverit. Ac mihi quidem videtur hic illa Iuno cogitanda esse, *cui vincla iugalia curae*, et opifex Sirenum signis eius in manu positis voluisse *vim persuadendi* significare, quam iis constat a veteribus esse tributam. cf. adn. ad X, 5, 5. adde I, 21, 2. Vt igitur alii huic Iunoni *Suadam* (vid. Boettiger de nuptiis Aldobrand. p. 39.) ita Sirenes Pythodorus comites addidit et ministras. Caeterum si quis suspicetur, opificem nostrum in Iunonis hoc signo ita ornando de rebus *Semeles*, quae amoris furto non matrimonii lege Iove iuncta, et Iunonis aemulae consiliis ad rem perniciosam ab eo petendam adducta fuerat, cogitasse indicandis, equidem non facile quod ad ea dicam invenerim.

ADNOTATIONES

AD PAUSANIAE PHOCICA SEU LIBRUM DECIMUM.

Hunc Pausanias librum ipse vocat τὴν Φωκίδα συγγραφὴν X, 17, 7. extr. τὴν ἐς Φωκέας 36, 3. τὰ ἐς Φωκέας τοῦ λόγου V, 27, 6. τὸν Φωκικὸν λόγον VIII, 37, 1. In cod. Par. 1410 titulus est: Φωκικά: λοκρῶν, ὀζολῶν: namque appendix est de Locris. Maxima autem et clarissima huius libri pars est ὁ λόγος ὁ ἐς Δελφοὺς a capite 5. §. 3. usque ad caput 32, 2, continens praeter multa alia, in quibus donaria, narrationem et rerum a Graecis contra Galatas gestarum, et eorum, quae Polygnotus in Lesche Delphica pinxerat, uberiorem. Aristoteles ἐν τῇ Φωκέων πολιτείᾳ citatur a Clem. Alex. Strom. 1. p. 334. Sylb. Quae huius libri lacunae fuerunt cap. 8, 3. cap. 10, 1. cap. 13, 3. illae quidem nunc expletae sunt, non item ea, quae vol. I. Praef. p. XLVI. sq. indicata est.

CAPUT I.

§. 1. *Γῆς δὲ — Αἰακοῦ. Phocis a quibus nomen acceperit.* Idem quod hoc loco tradiderat Pausanias II, 29, 2. 3, ubi v. adn. τῇ καθ᾽ ἡμῶν καλουμένῃ Vulgata. Sylburgius malebat vel καθ᾽ ἡμᾶς, vel ἐφ᾽ ἡμῶν, quorum hoc posterius cum Clavierio recepi. Ad ἁπάσῃ — Φωκίδι e praecedentibus τὸ ὄνομα assumendum est. τὰ μὲν δὴ — κωλύουσιν εἶναι. *Phocis quam late pateat*, quod iam dixerat II, 29, 3. Cum hoc nostro et illo hic Strabonis

locus conferendus est IX, 416 (482) ἡ *Φωκὶς ἐστι πρὸς ἄρκτον παραβεβλημένη τῇ Βοιωτίᾳ παραπλησίως ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν τό γε παλαιόν. Οὐ γὰρ Δαφνοῦς ἦν τότε τῆς Λοκρίδος· νῦν δὲ Λοκρῶν ἐστιν ἡ χώρα. τὸ δὲ πόλισμα κατέσκαπται, ὥστ' οὐδ' ἐκεῖ καθήκει οὐκέτι μέχρι τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ θαλάττης ἡ Φωκίς* (In Tzsch. ed. *καθήκειν* legitur); quibus hoc nostrum *τὰ δὲ — εἶναι* illustratur. *τῇ μὲν versus occasum; τῇ δὲ versus ortum.* Pro *Κίῤῥαν* est *Κίρκον* in Mosq. et Aldina. *Ἀντίκυρα* sic Pausanias et alii, quos citat Tzsch. ad Strab. IX, 418 (496) ubi nunc ex emendatione *Ἀντικιῤῥα* scriptum est, quod quidam codd. praebent, aliis *Ἀντίκυρα* tenentibus. *πρὸ τοῦ Λαμ. κόλπου* Vulgata ut VIII, 1, 1. sed hic quoque *πρὸς τοῦ Λ. κόλπου* scribendum fuit. De *sinu Lamiaco* cf. ad I, 4, 3. „Amasaeus pro vulg. *Λαμιακοῦ*, quod supra I, 4. VII, 15. cum Aldino cod. retinuit, legit *Μαλιακοῦ* sequutus Stephanum, Livium et Plinium. Lamiam certe in Thessalia ponunt geographi. Sinum vero hunc a Maliensibus incolis esse denominatum, ex Stephano et Plinio docebitur ad cap. 8.“ Sylb. *Ὑποκνημίδιοι* corrigendum non esse patet quum ex ipso Pausania, qui sibi cap. 13, 3. in hoc cognomine constitit, et hos homines *Λοκροὺς ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Κνημῖδι* appellat cap. 8. atque cap. 20, tum ex his Phavorini: *Ἐπικνημίδιοι· τῶν Λοκρῶν οἱ μὲν Ἐπικνημίδιοι οἱ δὲ Ὑποκνημίδιοι ὀνομάζονται.* Quod quanquam probari non potest, illud tamen docet, Epicnemidios ab aliis dictos esse Hypocnemidios. In numis eos dici Epicnemidios, monuit Dodwellius in Itin. cap. 18. p. 128. Sickl. Pro *οἱ ταύτην*, quod Vulgata retinuit, legendum esse *οἱ ταύτῃ* primus vidit Sylburgius. *ὑπερηκοῦντες* Mosq. *μέντοι* in totius propositi partibus distinguendis sequente *δέ*. Alteri horum Locrorum supra Elateam alteri supra Hyampolin in septentrionem recedunt. *Hypocnemidiis* hic accensentur *Scarphei et Opuntii* ut generali Hypocnemidiorum nomine etiam Opuntii comprehendantur. Prope idem factum est in Strabone IX, 416 (484 sq.), ubi duae Locrorum partes distinguuntur, alterius sunt Hesperii, etiam Ozolae dicti, versus occasum ad sinum Crissaeum sedentes, alterius autem qui versus ortum usque ad mare Euboeicum habitabant; hi rursus dividebantur in Opuntios et Epicnemidios. Ex quo Strabonis loco Eustathius ad Dionys. Perieg. 426. sq. exponens de Locris ait: *τῶν δὲ Ἐπικνημιδίων μέρος τοὺς Ὀπουντίους φησὶν (ὁ Γεωγράφος).* Pro *Ἄβας οἱ* in Mosq.

est ἄβαοι· idem mox τε omisit. Κύνον Vulgata, Κύρον Mosq. scribendum Κῦνον ex Hom. Iliad. II, 531. Polyb. IV, 67. Strab. IX, 425 (546. 549) ubi v. Tzsch. Cf. Paus. IX, 23, 4. De *Cyno* v. Mannert VIII, 131.

§. 2. usque ad cap. 3. extr. *brevis rerum narratio a Phocensibus gestarum.* ταῦτα post κοινῷ Mosq. omisit, qui rursus ἔτι post πρότερον inserit, Pausaniae restitutum a Facio. καὶ Θεσσαλῶν — τῶν ἵππων. Hoc sumtum ex Herod. VIII, 28. cf. ad §. 5. add. Paus. V, 24. p. 439. ὅδη pro ὅτε δὴ Mosq. κατὰ γὰρ — χώραν Herodotus dicens: ἐν τῇ ἐςβολῇ ἥ ἐστι κατὰ Ὑάμπολιν significat, hanc λεωφόρον e Thessalia in Phocidem fuisse. cf. adn. ad §. 3. ὑδρίας κερ. κεν. apud Herodotum ἀμφορέας κεινούς. Deinde Herodotus scripsit χοῦν ἐπιφορήσαντες, quanquam idem etiam γῆν ἐπεφόρησαν dixerat VII, 36. ἀπελάσαντες Mosq. qui deinde ἐνταῦθα — ὑδρίας omisit. ἀπεχωλοῦντο· hoc observante Valckenario etiam Thucydides VII, 27 de equis usurpavit. Apud Herodotum est τὰ σκέλεα διεφθάρησαν. In his ἐκτείνοντο — ἵππων Sylburgius p. 929. ed. Kuhn. dixit esse πρωθύστερον· imo hoc voluit scriptor: *partim interficiebantur, partim prolabebantur ex equis* scil. impetum facientes. Similia sunt illa: ἔπειθαί σφι κτείνοντας καὶ διώκοντας Herod. VIII, 58. i. e. *alios caedebant, alios persequebantur.* Iustin. VIII, 5 *caeduntur passim rapiunturque.* Rursus apud Pausan. X, 21, 2. τὰ δόρατα ἠφίεσαν καὶ ἐχρῶντο ἐκ χειρός. Mox σμικρῷ et Ionicum et Atticum est v. ad Gregor. Cor. p. 500. τῶν ante ἱππέων abest a Mosq. Συμβαλέω Sylb. recte vertit *committam,* quum sit Futurum ionicum. v. Maittaire Dial. p. 123 (160). et Matthiae gr. graec. §. 182. ed. 2. θνητῷ δέ νυν ἄλλον Vulgata. Kuhnius pro ἄλλον volebat ἄλλην i. e. ἀλλοίην diversam et meliorem illa, quam Thessali obtinuerant deletis Phocensium exploratoribus. Vt Sylburgio ita nobis probata est Camerarii emendatio δέ νυ μᾶλλον· quod recepimus, idem nunc factum a Clavierio. Müller in Orchom. p. 415 dicit, emendandum esse θνητῷ δέ νυν ἄθλον· sed ἄθλον h. l. non differt a praecedente vocabulo νίκην· cum igitur praecessisset νίκην ἀμφοτέροις (θνητῷ τε καὶ ἀθανάτῳ) δώσω, non poterat subiungi θνητῷ δέ νυν ἄθλον i. e. νίκην. Vtrisque promittitur victoria, Thessalis Phocensium exploratores caesuris, Phocensibus totum Thessalorum exercitum fugaturis; haec vero illa maior fuit victoria. θνητὸς et ἀθάνατος qui h. l. sint, explicatur §. 4.

§. 3. μετ' τῶν Θεσσαλῶν κατοπτεῦσαι Mosq. τοῖς ἐπὶ στρατοπέδου, sic et II. 1, 2 Antea pro vulg. τῶν — ἀγνώστων cum Bekkero τὴν — ἄγνωστον scripsi. ὥστε καὶ κ. τ. λ. De similibus cf. Valck. ad Herod. VII, 107. προαποσφάξαι μὲν τὰς γυναῖκάς τε καὶ παῖδας· καὶ ὅση λεία, ἀναθέντας ταύτην καὶ τὰ χρήματα — διαφθαρῆναι ante Facium, qui maiorem distinctionem post παῖδας in minimam transmutavit. Sed hoc non sufficit ad loci integritatem restituendam: desideratur δὲ post μὲν· deinde ταύτην referri non potest ad γυναῖκας, παῖδας et λείαν, quo tamen debet. In Mosq. est ἀναθέντας ταύτας τε καί. Facium negantem ταύτας admitti posse non intelligo; hoc pronomen ad tria quae praecedunt nomina referendum existimans. Equidem ope huius codicis ita corrigam: προαποσφάξαι μὲν — καὶ παῖδας, καὶ ὅση λεία (i. e. πᾶσαν λείαν), ἀναθέντας δὲ ταύτας καὶ τὰ χρ. seu si quis malit ἀναθέντας τε ταύτας ut μὲν et τε sibi respondeant sicut X, 36, 1. atque hoc ut propius accedens ad Mosq. lectionis vestigia recepi. Ergo non modo pecudes, λεία, sed etiam coniuges et filiae, quae hic inprimis praeter puerulos cogitandae sunt, ponendae erant in pyra antea caesae. nam προσαποσφάξαι, quod Valckenarius commemorat, Vulgata non est melius. ὡς ἡ λεία pro ὅση λεία Mosq. ἀπ' ἀλλήλων idem. ἐπιπίπτοντας Ald. ἐμπίπτοντας Mosq. ἐμπίπτειν etiam IV, 21, 7. de *eo, qui se in hostes immittit.* Plutarchus de mulier. virt. T. II. p. 244. seu p. 145. Frob. idem narrans addit, hoc decretum a mulieribus Phocensium comprobatum esse. Quod is dicit de Thessalis in Phocidem invadentibus πανστρατιᾷ διὰ Λοκρῶν ἐνέβαλον, conspirat cum Pausaniae narratione §. 2. namque ab Hyampoli in Phocidem irrumpentibus per Locros eundum fuit. v. tabulam geogr. Reichardi. ἀντὶ τούτου — Φωκική. Plutarchus l. c. ita: τὸ ψήφισμα Φωκέων ἀπόνοιαν οἱ Ἕλληνες ὠνόμασαν. E Pausania videtur haustum quod apud Steph. B. v. Φωκίς legitur: Ἔστι καὶ παροιμία, Φωκικὴ ἀπόνοια ἐπὶ τῶν τὰ ἀναλγῆ βουλευομένων. Polybius XVI, 32, τὴν λεγομένην Φωκικὴν ἀπόνοιαν commemorans tribuit eam *rebus prope desperatis.* Recte igitur ἀπόνοιαν hic interpretantur *desperationem.* ἀνάλγητος, ἀπαθής, ἀνηλεής, σκληρός Phavor. similiter Hesych. Suid. „Loescher vertit *intrepida consilia.* Graecum ἀνάλγητα significat eiusmodi consilia, in quibus nulla dolorum et cruciatuum vel extremorum habetur ratio." Sylb.

§. 4. Pro Ῥοῖος Amas. habet *Rhoecus*. In Horat. Carm. II, 19, 23. de loco pugnant *Rhoetus* et *Rhoecus*. Ἀμβροσσεὺς Mosq. καὶ Ταμπολίτης — ὁ Ἀμβρυσσεὺς idem omisit. Qui Nostro Δαϊφάνης, Plutarcho l. c. Δαΐφαντος ὁ Βαθυλλίου vocatur. cf. de ser. num. vind. p. 69. et Wyttenb. Clavier Δαϊφάντης edidit, sed Vulgata aliorum nominum veluti Xenophanis, Aristophanis, Nausiphanis similitudine defendi potest. ἐν ante τοῖς ἀρχ. Mosq. omisit. μάντις ἦν ὁ Ἠλεῖος Vulgata, quam Facius ita defendebat, ut *Telliam* κατ' ἐξοχὴν *vatem Eleum* dictum esse censeret, mox autem corrigendum putaret καὶ ἐς τοῦτον τὸν Τελλίαν. Palmerius autem in Exerc. recte monuit, quando nondum de eo facta sit antea mentio, rationem requirere, ut legatur μάντις ἦν Τελλίας ὁ Ἠλεῖος. Similiter Kuhnius probatus Valckenario nomen Τελλίας hic inseri ex Herodoto iussit. Apud Herodotum enim est VIII, 27. ἔχοντες μάντιν Τελλίην τὸν Ἠλεῖον, ἐνταῦθα ὁ Τελλίης οὗτος. Adde Paus. X, 13, 4. Τελλίας ἡγήσατο ὁ Ἠλεῖος. suum igitur reddidi Pausaniae. Ab hoc Tellia vatum familiam *Telliadas*, duxisse originem monuit Kuhnius locum afferens Philostr. v. Apollon. V, 25, ubi Τελεάδαι mutat in Τελλιάδαι. *Elei* vates plures innotuerunt; v. Valckenar. ad Herod. IX, 33. eo minus *Tellias* κατ' ἐξοχὴν dici potuit μάντις ὁ Ἠλεῖος. In Vulg. ἐς τὸν Τελλίαν τοῖς Φωκεῦσι — ἐπέκειντο αἱ ἐλπίδες. Kuhnius corrigi voluit ἀπέκειντο *reposita erat omnis spes in Tellia*; quod valde placet, namque a se in illum transtulerant salutis spem οἳ — συνήεσαν. auctore Plutarcho l. c. περὶ Κλεωνὰς τῆς Ταμπόλιδος. pro quo Iac. Gronovius ad Steph. p. 24. volebat Νέωνα seu Νεῶνας de qua urbe cf. cap. 3, 2. τήν τε σωτηρίαν οὐκ ἐν βεβαίῳ αφίσιν ἑώρων σαλεύουσαν. Vulg. Facius et Clavier suspicabantur legendum esse ἀλλὰ σαλεύουσαν, Corayo recte improbante, quum sensus sit, *salutem suam non in tuto versari*, namque σαλεύειν proprie de navibus maioribus dicitur, quae ad terram appellere non possunt, sed διὰ τὰ τενάγη ἀποσαλεύουσι longius a littore ancoris tenentur et maris agitatione moventur. v. Phot. Lex. v. ἐσάλευε, et Phavor. v. σαλεύω. παντιᾷ ἀφικοντο Mosq. τότε λόγιον Francof. Kuhn. Fac. quanquam Sylb. monuisset, rectius divise τό τε scribi; atque ita legitur in Aldina; Clavier quoque tacite hoc restituit. ἀπέστειλαν ἐς Δελφοὺς, Ἀπόλλωνα καὶ Τελλίαν τότε τὸν μάντιν Vulg. Ego Kuhnii emendationem τὸν τότε μάντιν non dubitavi

excipere; idem nunc video factum a Clavierio. Schneider malebat ἀπέστειλαν ἐς Δελφοὺς τότε Ἀπόλλωνα. sed hos eos recentes ab hac victoria ergo illo tempore fecisse, per se intelligitur. Cf. et cap. 13, 4. Hunc *Aristomedontem* ut illos Argivos *Glaucum* atque *Dionysium* V, 26, 3. Meyer in Hist. art. int. Graec. I, 49. ponit in temporis spatio, quod fuit inter Olympiadem LX et Phidiae aetatem. cf. Winckelm. Opp. VI, 1, 8. 2, 16 ed. Dresd. De his donariis tum Delphos missis a Phocensibus Herod. VIII, 27.

§. 5. Εὑρέθη δὲ καὶ ὕστερον τοῖς Φωκεῦσιν οὐκ ἀποδέον σοφίας τῶν προτέρων Vulg. *Invenerunt et postea Phocenses quod non carebat prudentia priorum* Sed Pausanias dicere solet ἀποδέω τινός τινι *inferior sum alicui aliqua re*, veluti I, 21, 8. p. 50. Θρᾳκῶν οὔτε εὐπρεπείᾳ τῶν Ἑλληνικῶν ἀποδέουσιν X, 32, 9. ὅσοι εἰσὶν ἀποδέοντές πλούτῳ scil. ἄλλων. VI, 8, 4. ἔργα τῇ τε τόλμῃ λαμπρὰ καὶ οὐκ ἀποδέοντα τῇ εὐτυχίᾳ nimirum τῶν τόλμῃ λαμπρῶν. Pro Dativo est Accusativus cum ἐς I, 26. extr. ἀποδέων τῶν πρώτων (scil. τεχνιτῶν) ἐς αὐτὴν τὴν τέχνην et sine praepositione VIII, 49, 2. p. 699. μέγεθος καὶ σώματος ῥώμην ἀπέδει Πελοποννησίων οὐδενός. add. IX, 4, 1. IV, 34, 1. X, 35, 3. 36, 2. Genitivus etiam cum εἵνεκα, ut IX, 13, 1. ὁ δέ οἱ πατὴρ χρημάτων εἵνεκα μέσου ἀνδρὸς ἀπέδει Θηβαίου. Quum igitur h. l. Mosq. σοφία pro σοφίας habeat, scripsi σοφίᾳ, *quod non inferius erat prudentia iis, quae ante invenerant.* Schneideri suspicio, legendum esse σόφισμα, videtur nata esse ex opinione, verbum εὑρέθη requirere aliquid, quo integra reddatur oratio: qua de re licet reiicere ad ea quae ad I, 21, 8 adnotata sunt. Bekker. nostram recepit emendationem. Pro τῶν προτέρων existimo legendum esse τῶν πρότερον. τὰ πρότερον quae modo de Phocensibus narrata sunt. Quae autem nunc narrabit Pausanias, pertinent ad idem Phocensium bellum contra Thessalos. ὡς γὰρ δὴ κ. τ. λ. Idem habet Herodotus sed res hic atque §. 2. narratas alio ordine refert VIII, 27. 28, neque modo plane eodem. nam quod ad locum attinet, Herodotus Phocenses tum a Thessalis ad Parnassum conclusos et obsessos esse tradit, sequente Polyaeno, qui VI, 18. idem Phocensium commentum refert. λογάδες — πεντακ. Apud Herodotum dicitur Tellias *sexcentos* Phocensium ἀρίστους αὐτούς τε καὶ τὰ ὅπλα αὐτέων γυψῶσαι. *Plenilunium* ab Herodoto praetermissum Pausanias addidit cum Po-

lyaeno. σεμέλης pro σελήνης Mosq. λευκὰ ὑπὸ τῇ γύψῳ Vulg. Scripsi λευκὰ ὑπὸ τῆς γύψου· quam scripturam nunc video ut coniecturam proponi in margine editionis Clavierii. Simile est quod legimus VI, 25, 4. χλαμύδα ποικίλην ὑπὸ ἀστέρων. Bekker. malebat ἐπὶ τῇ γ. Pro his φόνον — πλεῖστον certum numerum posuit Herodotus, τετρακισχιλίων κρατῆσαι νεκρῶν καὶ ἀσπίδων. Mox ἡ κατὰ ἔφοδον πολεμίων est ἡ ὁ κατὰ ἔφοδον πολεμίων συμβαίνειν εἴωθε. Herodotus dicit hostes credidisse, ἄλλο τι εἶναι τέρας. Pro μηχανᾶσθαι apud Herodotum σοφίζεσθαι legitur.

§. 6. λέγεται τοὺς κ. τ. λ. Hic dissentit ab Herodoto Pausanias, quod Wesselingium non latuit. Apud illum enim VIII, 30. οἱ Φωκέες μοῦνοι τῶν ταύτῃ ἀνθρώπων οὐκ ἐμήδιζον, eosque solo Thessalorum odio id non fecisse suspicatur Herodotus, ideo notatus a Plutarcho de Herod. malign. 675 sq. Frob. Videtur autem res ita cogitanda esse: Thermopylis a Persarum exercitu nondum superatis Phocenses οὐκ ἐμήδιζον (Her. VII, 203. 218); his autem angustiis occupatis, Phocis obruta est Persarum copiis et vastata. Pars quidem maxima Phocensium fugit tum in Parnassum et ad Locros Ozolas (v. Herod. VIII, 31. 32.), qui autem relicti erant, coacti sunt Medos sequi (φρονῆσαι ὑπὸ ἀνάγκης τὰ βασιλέως, ut recte Noster h. l. et ipse Herodotus IX, 17.), sed in pugna Plataeensi hos quoque ad Graecos transfugisse, addit Noster h. l. Herodotus l. c. aliquot Phocenses narrat ad Parnassum conglobatos Graecorum auxisse exercitum. ὑπὸ ἀναγκαίης ἐμήδισαν est apud Herod. VII, 172. de Thessalis, et rursus de Phocensibus IX, 17. Πλαταιάσι vulgo.

CAPUT II.

De Philomelo, Onomarcho, atque Phayllo et quomodo raptis donariis usi sint v. Athen. XIII, 605. a. b. c. Diod. S. XVI, 56. 64. De sacri belli annis et scriptoribus ad cap. 3, 1.

§. 1. οὐ δὲ intactum reliqui, namque οὐ δὲ ἔχω videtur esse *nequeo autem*. De disiunctione harum particularum cf. Schaeferi Append. ad Bastii Ep. crit. p. 30.

εἶτα — σφίσιν. dicebantur enim *ἐπεργάζεσθαι τοῦ θεοῦ τὴν χώραν*, ut refert Pausanias ipse cap. 15, 1, ubi etiam multae ab Amphictyonibus irrogatae iis mentio fit. Idem ap. Diod. Sic. XVI, 25. Aliam *injuriam* commemorat Duris apud Athenaeum XIII, 560, mulierem Thebanam a Phocensi quodam raptam. *ἐπεβλήθη* ante Kuhnium, sed correxit Sylb. *ἐπέβαλλον χρημάτων ζημίαν* etiam cap. 15, 1. *ἐπεκλήθη* Mosq. *Φιλόμηλος κ. τ. λ.* Cf. de his rebus Diod. S. l. c. ubi Wesselingius de vitiis scribendi in Philomeli nomine dixit, de hoc *Philomelo* Baylii Dict. hist. et crit. et de *Ledonte* cap. 33, 1. *Χέδων* pro *Λέδων* Mosq. *ταῦτα — οὐκ ἐγίνετο ἀκούσια τῷ πλήθει τῶν Φωκέων* Vulg. Porsonus malebat *ἄκουσι*, quod neque bene copulari potest cum *τῷ πλήθει*, neque omnino necessarium est; si enim *ἀκούσια* sunt quae ab invitis cernuntur, audiuntur, sentiuntur, suscipiuntur, fiunt, denique quae praeter animi sententiam accidunt, erit h. l. *quae a Philomelo dicta non praeter animi sententiam multitudini aures accidebant i. e. non inviti audiebant.* *ἐπε— βλάστεντος*. Homericam refert sententiam *ἔνθα Γλαύκῳ φρένας ἐξέλετο Ζεύς.* In *πεφυκόσιν* hic est significatio malae consuetudinis, quae prope vertit in naturam, et animi ad ea quae libidines imperant facienda proni; ut *φύσις* in ep. ad Ephes. 2, 3.

§. 2. *πρυτανεύων* hic, qui in Sponii inscriptione Delphica *ἄρχων* vocatur; similiter in *ὑποθέσεσι τῶν Πυθίων* Pindari *ἄρχοντος Δελφοῖς Γυλίδα, Διοδώρου*, qui copulantur cum archontibus Atheniensium. An regnum habuerint hi Delphici prytanes seu archontes, quod Müller in Doriens. II, 135. videtur significare, quaerendum. Olympiadis CV. anno quarto Agathoclem Athenis archontem fuisse, confirmat Diodorus Sic. XVI, 9. *Πύῤῥος* Vulg. *Πρῶτος* Mosq. *Πῶρος* Diod. Sic. XVI, 15, ubi tamen dicitur *Μαλιεύς*, eiusque victoria in proximam Olympiadem, ergo CVI, transfertur. In Eusebii Chron. Olympiadi CV. redditur *Παῦρος*, sed ex Armenica versione *Πῶρος*. v. Niebuhr de hac vers. p. 59. *Cyrenaeus* etiam Eusebio dicitur. Sylburgio hic quoque *Πῶρος* e Diodoro videbatur restituendus. Facius addidit, discrepare temporis rationem in Diodoro, qui XVI, 23. 24. archonte Callistrato et Olymp. CVI. illud factum esse referat. quid? captum a Phocensibus templum Delphicum, de quo hic loquitur Pausanias? non; Diodorus enim significat ortum ex hac illius templi violatione bel-

lum, quod sane non eodem anno quo Phocenses templum illud spoliarunt, incensum fuerit. αὐτῇ pro αὐτοῖς Mosq. De ξενικοῖς huius generis cf. adn. ad III, 9, 6. Χρόνοι—συνεχῶς. cf. ad cap. 3 init. Νέωνα· cf. cap. 32, 6. πολὺ pro πόλιν Mosq. ἐτράπησαν κ. τ. λ. Cf. Diod. S. XVI, 31, ubi de Philomelo, ἑαυτὸν κατεκρήμνισε. In Mosq. φυλακῇ pro φυγῇ. Probabilis Facii coniectura, pro vulg. συνόντας legendum esse συλῶντας, placuit etiam Clavierio; hoc verbum in eadem re ponitur cap. 6, 3. sub fin. cap. 14, 4. Lege Delphica in sacrilegos hanc poenam constitutam fuisse, ut de saxo urbi vicino deiicerentur, legimus in Aelian. V. H. XI, 5. et in locis ibi a Kuhnio citatis. Haud dubie autem αὕτη ἡ δίκη scribendum est.

§. 3. *Onomarchus* Philomeli frater fuit teste Diodoro Sic. XVI, 61, qui et de imperio in eum translato dicit ibid. cap. 32. καὶ ἐκράτησε. γὰρ vulgo; post καὶ distinxi, et maiorem distinctionem post συμβολῆς mutavi in minimam, ut καὶ—φεύγων copularentur. alius forsan malit φεύγων τ'. Bekker. pro δ' dedit ὁ. mihi δ' post φεύγων delendum videtur. Pro κρατεῖν τῆς συμβολῆς Plut. Pelop. 30. κρατεῖν τῶν ὅπλων dixit. Palmerius e Diodoro scribi volebat κατεποντίσθη, sed iam Wesselingius ad Diod. XVI, 35. negavit, Vulgatam κατηκοντίσθη h. l. esse reiiciendam, namque aliud Diodorum et cap. 35. et cap. 61, aliud Pausaniam esse sectatum.

§. 4. *Phayllus* Onomarchi frater etiam apud Diod. XVI, 36. et Harpocrationem, qui ut Demosthenes c. Aristoc. 661. in scriptura huius nominis cum Nostro consentiunt, sed in Mosq. Φαΰλος semper legitur, Φαῦλος apud Suidam. Valesius ad Harpocrat. p. 194. praefert Φαῦλος. Idem nomen sed aliorum hominum idem repetivit ex aliis scriptoribus Valesius Emend. V, 15. παρεληλυθέναι—ἰδεῖν. Facio excidisse λέγεται vel φασί, Clavierio autem legendum videbatur παρεληλυθέναι λέγεται. sed cf. notata ad VI, 20, 7. VII, 24, 4. Locus μίμημα—χρονιωτέρου varie tentatus est. v. Triller ad Thom. Magistr. p. 529. Amasaeus videtur legisse χαλκοῦν, quod placuit Sylburgio, Trillero, Goldhageno atque nobis. χρόνιον Sylb. interpretatur χρονίαν νόσον νοσοῦντα, et me quidem iudice melius quam Kuhnius, qui Hesychii glossam χρονιώτερον, ὑπερχρονίζον de sene acceptam, qui ultra tempus vitae humanae praefixum vi-

xit, ita transtulit ad nostrum locum, ut huiusmodi senis effigiem ex aere Delphis sacratam ab Hippocrate intelligeret: quod non magis videtur verum esse quam quod idem Hesychius habet, *χρόνιον, ἀρχαῖον.* et tamen Clavier vertit *un cadaver humain déja ancien.* Minus etiam probanda est Nibbyi haec interpretatio: *una imitazione di antico bronzo di uno cui* etc. Caeterum hanc suae interpretationi convenientem proposuit coniecturam Clavier *χαλκοῦν νεκροῦ χρονιωτέρου*, quae est Facii ac Palmerii. *τῆς σάρκας* Mosq. Hic *ὑπολείπεσθαί τι reliquum habere aliquid. φθινώδης — ἐπιτελεῖ* Mosq. Diodorus XVI, 38. de Phayllo: *περιπεσὼν νόσῳ φθινάδι — κατέστρεψε τὸν βίον.*

§. 5. *Phalaecus Phaÿlli filius*; hoc contrarium Diodoro non esse, qui eum l. c. Onomarchi filium perhibet, Wesselingius iam monuit, nam de adoptione cogitari posse. Inter *Φάλαικος* et *ἰδίᾳ* excidit *αἰτίαν*, vocabulo *ἰδίᾳ* librarii oculos fallente. Clavier *Φάλαικος (αἰτίαν), ἰδίᾳ* scripsit; nos stellulam inseruimus. Diodorus XVI, 56. ita: *διαβληθεὶς ὅτι πολλὰ τῶν ἱερῶν χρημάτων κέκλοφεν, ἐξέπεσεν ἐκ τῆς ἀρχῆς.* Pro vulg. *ῃρημένοις* est *εἰρημένοις* in Mosq. Machinis bellicis, quas Cydoniae admovebat, coelo tactis, earum igne Phalaecus multis cum militibus consumtus periit teste Diodoro XVI, 63. Pars horum *ξένων* videtur cum Timoleonte Dionysium debellatum in Siciliam traiecisse. v. Plut. de S. N. V. cap. 7. p. 230. Hutt. T. X.

CAPUT III.

§. 1. *Δεκάτῳ δὲ ὕστερον ἔτει μετὰ* Vulg. *ὕστερον* abest a Mosq. *ὕστερον* cum *μετὰ* videbatur etiam V, 23, 2. suspectum esse. quanquam alibi reperitur hic pleonasmus, ut *μετὰ ταῦθ' ὕστερον* in Demosth. Lept. 44. adde ibi Wolf. adn. ad. §. 15. *τῷ πολέμῳ, Φωκικῷ τε καὶ ἱερῷ κληθέντι αὐτῷ* Vulg. sed scribendum fuit *τῷ αὐτῷ*, quod Sylburgius quoque animadvertit. cf. IV, 2, 3. *Theophilus* Atheniensium Praetor Olymp. CVIII, 1. est etiam apud Diodorum XVI, 53. idem in stadii victore consentit cum Pausania. Atqui ab Olymp. CV, 4, ubi coeptum est sacrum bellum (v. cap. 2, 2.) usque ad Olymp. CVIII, 1.

decem anni sunt, recte igitur Pausanias dicit, totidem annorum fuisse hoc bellum; et sibi hac in ratione constat (v. cap. 2, 2. 8, 2.), non item Diodorus Sic. qui eidem bello nunc *novem*, nunc *decem*, nunc *undecim* annos dat. v. eum XVI, 14. 23. 59. Cur igitur, quod Wesselingius voluit, maior fides habeatur Diodoro in fine huius belli ponendo, praesertim quum quod ex oratore, Demosthene, affertur haud ita multum ponderis addat eius sententiae? Decennale fuisse illud bellum ipse docet Wesselingius ad Diod. l. c. cap. 23. Quod vero Palmerius Exerc. p. 135. insolitam dixit hanc Pausaniae loquutionem ὀγδόης — πρώτῳ, Wesselingius iam refutavit alio Pausaniae loco X, 5, 5. sub fin. *Scriptores* huius belli *Demophilus*, *Callisthenes*, *Diyllus* commemorantur a Diodoro Sic. XVI, 14, *Callisthenes* ἐν τῷ περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου etiam ab Athenaeo XIII, 560, c. Ab hoc illud sacrum bellum diversum fuit, quod cecidit in Olymp. LXXXIII. apud Philochorum p. 50, ubi qui duo πόλεμοι ἱεροὶ narrantur, pro *uno* haberi et possunt et debent.

§. 2. *Καὶ ἐς — πόλεις* ex Amphictyonum decreto. vid. cap. 33, 5. Si oppidis Phocensium hic recensitis addideris Abas et Delphos, habebis *viginti duo*; tot autem iis fuisse traduntur. v. locos Demosthenis et Libanii in Palmerii Graec. antiq. Descript. p. 588. 591. *Ἄλλωια — Ὁμήρου.* Iliad. II, 519. sqq. Pro Ἀντίκυρα putatur apud Homerum *Κυπάρισσος* esse. v. Paus. cap. 36, 3. *Parapotamios* ab Homero non nominari sed significari creditum est. v. cap. 33, 4. *Παραποτάμιοι* etiam apud Herodotum VIII, 33. Strabon. IX, 424. et iterum apud Paus. c. 33, 4. *Παραποταμία* apud Stephanum. *Πανοπεύς* Homerica forma est. cf. c. 4, 1. τούτων μὲν δὴ ὄνομα ἦν ἐκ παλαιοῦ, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπῶν ἦν ἐκ τῶν Ὁμήρου Vulgata: Facius pro ὄνομα ex Amasaeo, ut ait, ὀνόματα rescripsit, quod Clavier, quum Facii contextum redderet, retinuit: idem tamen in margine coniecturam ὄνομα γνώριμον ἐκ παλαιοῦ proposuit. At ὄνομα, quod e proximis quoque patet τὰς δὲ — γνωριμωτέρας ἐποίησεν, est hoc loco *fama, nomen clarum.* Eodem plane modo Pausanias hoc vocabulum usurpavit II, 6, 2. Ἀντιόπης ἐν Ἕλλησιν ὄνομα ἦν ἐπὶ κάλλει. IV, 36, 4. quum dixisset τύχας καὶ χωρία τέως ἄγνωστα ἐς δόξαν προηχέναι pergit Καφαρεύς γάρ ἐστιν ὄνομα τοῖς Ἕλλησιν ἐπιγενομένου χειμῶνος ἐνταῦθα. Adde epigramma in Erinnam

ex Anth. Palat. I, p. 309, ubi est *εἰ δ' Ἀΐδας μοι μὴ ταχὺς ἦλθε, τίς ἂν τάλλικον ἔσχ' ὄνομα;* et illud Ciceronis Off. III, 2, 4. *sustines exspectationem nonnullam fortasse nominis nostri.* Plutarchus, ille verbosior, Agesil. 21. *ὄνομα καὶ δόξαν* copulavit. Male quoque bis positum Facio videbatur *ἦν*, et alterum delendum, quod quum sileant codices non faciendum. Notanda autem anastrophe pro *ἦν ἐκ τ. Ὀμ. ἐπῶν.* Geminato *erant* in Cic. Off. II, 2, 1. iure pepercerunt. Bekker. scripsit *οὐχ ἥκιστα ἐπῶν εἵνεκα.* Pro vulg. *στρατεία* scribendum esse *στρατιὰ* Sylb. recte monuit. *Ἐρωχὸν* vulgo, *Ἔρωχον* ex Herodoto VIII, 33, ubi Phocensium urbes tum a Persis combustae recensentur, dedi. *Ἀμφίκλειαν* hic recte; cf. cap. 33, 5. *Νέωνα* ut cap. 2, 2. et apud Herodotum. Pluralis huius nominis est apud Harpocrationem, Photium in Lex. Suidam et Phavorinum, sed scribitur *Νεῶσι, Νεῶνας,* ut Nominativus non *Νεῶναι* (quod adhuc est in indice Facii, et Valesio in Annotat. in Harpocr. p. 207. seu 132 excidit) sed *Νεῶνες* fuerit. Nominativum singularis numeri *Νέων* servavit nobis Stephanus, ex cuius *Νεωναῖος* hoc tantum videtur effici, ut non modo *Νέων* sed etiam *Νεώνη* dixerint ut *Ἑρμιὼν* et *Ἑρμιόνη.* cf. ad Strab. IX, 439. *Νέωνας* Mosq. Aldin. Clav. *Τιθρώνιον* vulgo ut cap. 33, 6. Stephanus Byz. *Τεθρώνιον* Mosq. Ald. Clav. ut apud Herodotum. *Δρυμαία.* de hac cf. ad cap. 33, 6. *Θρακίς τε καὶ Φωκικὴ, καὶ Μεδεὼν, καὶ Φωκικὸς* Vulgata; *Θρακὴς* Mosq. Sylburgius emendavit *Τραχίς τε ἡ Φωκικὴ* probantibus Kuhnio, Palmerio, aliis; Facius et Clavier malebant *Τραχὶν*, Palmerius tamen et in Exerc. et in Descr. Graec. ant. *Θρακὶς* retinuit. Nititur autem haec emendatio illo Strabonis loco de duobus huius nominis oppidis IX, p. 423. (529). *Πλησίον Λεβαδείας ἡ Τραχὶν, ὁμώνυμος τῇ Οἰταίᾳ, Φωκικὴ πολίχνη.* De altera Trachine, quae *Oetea* vocatur, v. Herod. VII, 199 et Steph. Byz. Deinde Palmerius in Exerc. et Graec. Ant. Descr. correxit *καὶ Μεδεὼν ὁ Φωκικὸς* ut illud sic hoc quoque a nobis receptum est. De *duplici Medeone* Strabo IX, 410 (451) *Μεδεὼν δ' ὁ μὲν Φωκικὸς ἐν τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ διέχων Βοιωτίας σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα· ὁ δὲ Βοιωτικὸς ἀπ' ἐκείνου κέκληται.* Eodem auctore Boeoticus Medeon subiectus Phoenicio monti postea appellatus est *Phoenicis* et situs fuit in Haliartia. Alterum Strabonis locum p. 423. (525) huc vocare non sum ausus, assensum retinens. Quod enim Stephanus refert: *Me-*

δεῶν, Βοιωτικὴ πόλις καὶ Φωκικὴ ἑτέρα. Στράβων ἐννάτῃ. potest de priore Strabonis loco intelligi. *Echedamia* a nullo alio commemoratur. Ἄμβρυσος ut IV, 31, 5. IX, 13, 2. Strab. IX, 423. Ἄμβροσος Mosq. *Phlygonium* et *Phlygonia* est etiam apud Stephanum. *Polygonium* ap. Amas. Στεῤῥὶς vulgo sed cap. 35, 5. Στίρις, ubi v. adn. atque Palmerius in Graec. ant. Descr. p. 647. hoc quoque loco Στίρις scribi voluit. πλὴν Ἄβας „nota genitivum Ἄβας pro Ἀβαίων πόλεως e nom. sing. Ἄβα quum pluralis in eo nomine flexio sit usitatior." Sylb. quod Facius repetivit cum Berkelio ad Steph. Sic ἐν Ἄβαις IV, 32, 5. Sane Pluralis huius oppidi Phocici est apud ipsum Pausaniam etiam cap. 35, Sophoclem Oed. Tyr. 871, (899) Stephanum atque Phavorinum: legimus tamen et, apud Stephanum Ἄβαι ἀπὸ εὐθείας ἑνικῆς τῆς Ἄβη, — ἔστι δὲ ἄλλη Ἄβα πόλις Καρίας, et apud Strabonem IX, 445. (9) hoc ex Aristotele: ἐξ Ἄβας τῆς Φωκικῆς Θρᾶκας ὁρμηθέντας ἐποικῆσαι τὴν νῆσον (Euboeam), idque ab Eustathio ad Homer. Iliad. II, 636. 539 bis repetitur. De formula οἰκίζεσθαι ἐς κώμας ad VIII, 21, 1. ἀφῃρέθησαν κ. τ. λ. Cf. c. 8, 2. Pro εἰ post πλὴν est εἰ μὴ in Mosq. quod, quum diversi sint loci II, 24, 8. 35, 8, an hic recipiendum sit dubito. Hoc ἀνὰ χρόνον — κωμῶν exemplo illustratur c. 32, 6.

§. 3. περὶ Λάμιαν vulgo, quod vitium etiam VI, 4, 4. corrigendum fuit, et relictum adhuc est in Stephano. sed cf. Strab. IX, 433. (603) et illud Etymologici M. Λάμια, θηρίον. Λαμία, πόλις. cf. Diod. 18, 12. ἐν Κράνωνι *ad Cranonem*; in campo Cranonio; τὸ πεδίον Κρανώνιον notum est ex Theocr. XVI, 38. De hoc bello cf. I, 1, 3. 25, 4. Strabo l. c. στρατειὰν — ἠμύνοντο Mosq. Res autem haec repetitur cap. 8, 2.

Nunc transit scriptor ad perlustrandas Phocidis urbes, de quibus ita Squire apud Walpol. p. 319. „The remains in Phocis of walls and towers of the most solid construction are those probably, with which the Phocian cities were surrounded after the incursions of the Persians." Primum sequitur Pausanias viam a Chaeronea ad Delphos cap. 4 — 5, 3, de qua ipse cap. 35, 5. ita: ἐκ Χαιρωνείας ἡ εὐθεῖά ἐστιν ἐς Δελφοὺς ἡ διά τε Πανοπέως καὶ παρὰ τὴν Δαυλίδα καὶ ὁδὸν τὴν Σχιστήν.

CAPUT IV.

§. 1. Haec nexa sunt e fine libri noni. Male *Παvοπέας* Sylb. mutari voluit in *Πανοπία*. Pro *εἴκοσι* Facius *εἴκοσιν* dedit e Mosq. Hic gentile *Πανοπεῖς* cap. 3, 2. fuit urbis nomen *Πανοπεύς*, quod postea mutatum est in *Φανοτεύς*, teste Strabone IX, 423. (528) cf. Palm. Graec. Ant. Descr. p. 673. sq. In Photii Lex. adeo legitur *Φανοτεύς, ἡ πόλις· οὐχὶ Πανοπεύς*. Vtramque formam servavit Stephanus. *Panopeus* teste Strabone IX, 416. 423. supra Orchomenum Lebadensium agro finitimus fuit; nunc ibi est pagus *Agios Blasios* narrante Gellio in Itin. of Greece p. 201. „The walls of *Panope* are still in existence; the acropolis was on rugged height; the city itself was partly in a plain, and near it is *Agios Blasios*" Squire ap. Walp. 319. adde Mannert. VIII, 179. Pro *viginti stadiis* Gellius ibidem habet *40 minutes*. adde Mülleri Orchomenos p. 36. *δὲ* post *ἔστι* abest a Mosq. *εἴτε* pro *εἴγε* Mosq. *οἷς γε οὐκ ἀρχεῖά ἐστιν οὐκ ἀγορὰν ἔχουσιν*. Huius constructionis rationem, qua in oratione bimembri alterum membrum alium articuli subiunctivi casum intelligi postulat quam qui in priore membro est, illustrarunt exemplis tum aliis tum nostro Hemsterhusius, Schaefer et Hermannus. v. ad Longum p. 397 sq. et ad Viger p. 707. His autem *οἷς γε — κρήνην* significantur quae in graeca urbe putabantur necessaria. *ἀρχεῖα, ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται, χαρτοφυλάκια* (ita etiam Phavor.), *ἢ τὰ χωρία τῶν κριτῶν* Suidas. cf. III, 11, ubi Sylb. ea interpretatur *οἰκίας τῶν ἀρχῶν, basilicas, praetoria magistratuum. σκέπαι κοῖλαι* sunt fortasse *casae humiles*, quae magis patent in latitudinem et longitudinem quam in altitudinem. Nibby minus bene reddidit *tugurj rotondi*. *κοῖλον* saepe significare *humile*, notum est. Dodwellius in itin. I. p. 228. Sickl. commemorat in his regionibus ipsis *Hütten die nur aus einer einzigen langen Stube bestehen*. Non probandus Mannertus intelligens *natürliche und gegrabene Vertiefungen des angrenzenden Gebirges* VIII, 179. *ὁμοίως* pro *ὅμως* Mosq. *σύλλογος ὁ Φωκικὸς* commemoratus est VII, 16, 6. solutus ille quidem est cum aliis Mummii tempore, sed postea restitutus. v. ibid. De sede huius concilii v. paulo post cap. 5, 1. *Ἐμπειοῦ* Mosq. *Panopeum* Epei patrem novimus ex II, 29, 4. De hoc dictum hoc oppidum esse tradit etiam Stephanus: hinc

Panopeus Epei patria vocatur. v. Strab. IX, 425. (528). *αὐτοὶ δὲ — τοξαρχῆς* Sylb. synecdochice accepit pro *οἱ ἐν Φωκίδι Πανοπεῖς*. Müller in Orchom. p. 188. corrigebat *αὐτοὶ δὲ οἱ Πανοπεῖς*. Nobis alia cura videbatur adhibenda esse huic loco *ταύτῃ* excidisse putantibus, ut I, 29, 2. infra §. 7. et scribendum *αὐτοὶ δὲ οἱ ταύτῃ Φωκεῖς*. Amasaei interpretatio verba *οἱ Φωκεῖς* praetermisit. Bekker. *οὐ Φωκεῖς Φλεγύαι δὲ* scripsit. *καὶ ἐς τὴν κ. τ. λ.* de hac *Phlegyarum* paucorum in Phocidem fuga cf. IX, 36, 2. *τὸν Φωκίδα — Πανοπεῦν* Mosq. *ὑπηέει ἡμᾶς μνήμη* ut VII, 1, 3. *τοὺς βασιλέας ὑπηέει δέος*. Loci *Homeri* de *καλλιχόρῳ* Panopeo et de *Schedio* (quod pertinet ad accentum vide adn. ad cap. 30, 4.) sunt Odyss. XI, 581. et Iliad. XVII, 306. sqq. quo posteriore loco Panopeus *κλειτὸς* appellatur; unde quispiam suspicetur a Pausania *ἐν κλειτῷ Πανοπεῖ* scriptum esse. *μὲν* post *τοῦτο* Mosq. perperam omisit, quum *τοῦτο μὲν* et *τὸ ἱερὸν δὲ* sibi respondeant. *τῆς* ante *Βοιωτίας* abest a Mosq. *ῥάνστῃ* pro *ῥᾷστη* Mosq. *Θυιάδων* de scriptura ad cap. 6, 2.

§. 2. *παρὰ ἔτος* explicant Vigerus de id. et Passovius in Lex. gr. ut IX, 32, 2. indicatum est; namque *παράμερον* et *παρ' ἑκάστην ἡμέραν* non videntur recte opponi. Pro *αὗται* videtur *αὐταὶ* scribendum esse. cf. VIII, 23, 1. *Ἀθηναίων* pro *Ἀθηνῶν* Mosq. Haec *ἐξ Ἀθηνῶν ὁδὸς* videtur esse illa, qua *Ἀθηναῖοι τὴν Πυθιάδα ἔπεμπον*, de qua v. Ephorus ap. Strab. IX, 422. *καὶ ἡ — χορόν*. Pausaniam falli dicit Lobeck. de Orph. aetate I, p. 22. et citat Ilgen. ad H. in Cer. 99.

§. 3. *ἑκάτερος* pro *ἕκαστος* Mosq. *χρῶμα δέ ἐστι πηλοῦ σφισιν οὐ γεώδους, ἀλλ' οἷος ἂν χαράδρας γένοιτο ἢ χειμάῤῥου ψαμμώδης* Vulgata. Suspicatus eram legendum esse *ψαμμώδους*· nunc video idem sensisse Porsonum; neque aliter Sylburgius, qui vertit: *color eis luti est non terreni sed arenosi, quale in profunde cavatis alveis et torrentibus cernitur*. Sed curis secundis deiectus de ista sententia nihil muto, videns ad *ψαμμώδης* voc. *πηλὸς* intelligendum esse. In verbis *παρέχονται — ἀνθρώπου* nemo quantum equidem sciam praeter Trillerum offendit, qui quem odorem corporis humani cutis spiret non comprehendens in Observat. crit. p. 15. hunc locum frustra corrigere tentavit. De vaporibus enim hoc intelligendum videtur, quos cutis hu-

mapae pori exhalant. In Theocrit. XXV, 68. *Τοὺς δὲ κύνες προσιόντας ἀπόπροθεν αἶψ' ἐνόησαν Ἀμφότερον, ὀδμῇ τε χροὸς, δούπῳ τε ποδοῖιν.* Nostri loci lectionem tuetur etiam quod Plutarchus in Alex. c. 4. in Aristoxeni Commentariis de Alexandro M. se relatum legisse narrat, *ὅτι τοῦ χρωτὸς ἥδιστον ἀπέπνει*, et in Sympos. lib. I. Q. 6. repetit; quod nos non ridemus cum Schmiedero ut fabellam. veteribus emunctiores nares fuisse credentes. cf. Ger. Vossii Idololatr. III. p. 871. *ἐγκεῖται* cum Dativo. cf. VI, 24, 4 *ταῦτα ἔτι κ. τ. λ.* Constructio est *ταῦτα τοῦ πηλοῦ ἔτι λείπεσθαι λέγουσι*. dicebant, reliquias illius luti, ex quo Prometheus homines finxerit, diuturnitate temporis duruisse in lapides, et esse hos ipsos lapides, qui iacerent ad hunc alveum profunde cavatum. An probandum sit quod Mosq. *τοῦ πηλοῦ* omisit, equidem dubito. Caeterum Gellius in Itin. of Gr. p. 201. narrat esse hic „a brook, in which is found a species of stone very-different from the lime stone of the country, and which on rubbing emits an odour." *Προμυθέως* Mosq.

§. 4. *Ἐνταῦθα — μνῆμά ἐστι.* Occisum hic esse *Tityum*, tradit Ephorus apud Strabon. IX, 422. (519), quod inde repetiit Eustathius ad Hom. Od. XI, 576. adde Strab. ib p. 423. (528). *περίοδος κ. τ. λ.* fortasse transposito verbo substantivo legendum est — *σταδίου ἐστὶ* „*τὸ δὲ ἔπος ἐν Ὀδυσσείᾳ.* Facius maluerat *τὸ δὲ ἔπος, ὅ ἐστιν ἐν Ὀδ.* Quod non probans corrigebat Porsonus *τὸ δὲ ἔπος ἐς Τιτυόν.* Dicere autem *τὸ* ionice positum esse pro *ὅ*, haud satis tutum videtur. cf. ad IX, 3, 4. Deinde Schaefer ad Lamb. Bos. p. 85. suspicatur legendum *πλέθρα ἐννέα ὄνομα εἶναι*, et penultimam vocem antepenultima elisam esse. *ἀνὴρ Μάγνης, οἳ* cf. adn. ad VIII, 37, 2. *Magnesia ad Hermum*, quae etiam *ad Sipylum* vocatur (cf. Mannerti Geogr. VI, 3. p. 372) distinguitur a *Magnesia ad Lethaeum* cap. 32, 4. *τὸν αὐτὸν γένηται* Mosq. *τυχεῖν γὰρ δὴ ὢν Γαδείροις* Vulgata; Facius inseruit *ἐν* post *ὢν*, sed Clavier scripsit — *δὴ ἐν Γαδείροις.* hos illum magis probamus. *ἐκπλεῦσαι μὲν αὐτός τε καὶ τὸν ἄλλον πάντα ὄχλον.* Vulgata rectissime; Facio tamen scribendum videtur *αὐτόν τε*, quod nimis dura sit casuum haec diversitas, et ecce Clavier, quem nostri peregrinorum vel ignotorum admiratores suspiciunt et laudare amant, *αὐτόν τε* edidit, quod ne

a codicibus quidem oblatum excipiendum fuit. sed hanc depravationem Lobeckius iam notavit ad Phryn. p. 751. ὡς, *quum*, Infinitivo iunctum in oratione obliqua, etiam VIII, 53, 1. Herod. I, 24. 86. VIII, 94. κεραυνωθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ καίεσθαι Vulg. Pro καίεσθαι Corayus κεῖσθαι volebat scribi. Sed acuminis specie non deceptus animadvertet, καίεσθαι non esse *combustum*, sed *incensum esse*, *ardere coepisse*. ἄνδρα θαλασ. *bellua marina* forsitan ex genere Tritonum fabulosorum. ἐπέχειν· cf. cap. 23, 3.

§. 5. Πανοπέως — Δαυλὶς. Pro ἑπτὰ Palmerius in Graec. ant. Descr. p. 641. scribendum censuit ἑπτήκοντα propter Strabonis locum IX, 424, spatium non inter Panopeum et Daulidem sed inter Panopeum et Hyphanteum, ad quod Orchomenus fuit, indicantem, ergo huc non pertinentem. Gellius in Itin. of Greece p. 203 ita: „the time employed on the road between Agios Blasios (Panopeus) and Daulis is *one hour and five minutes*. Add to this 15 minutes for the ascent from the modern to the ancient Daulis, and we have one hour and 20 minutes. The error therefor in the editions of Pausanias, in which Daulis is reckoned *seven* stadia from Panopea, is great; but the right reading cannot be, as Palmerius believes, 77 (?) stadia, but rather (27 secundum Dodwel. itin. I, 1, p. 274, Sickl. et Mannertum VIII, 179.) 37, or 47, if the road deviated from a direct line." Eodem teste recentior Daulis est *village of Daulia*, urbs autem antiqua Daulis fuit *on a high, bold, proiecting rock about 15 minutes beyond Daulia.* Squire ap. Walp. p. 519. ita: „The position of Daulis is pointed out by the modern appellation *Thavlia*, a village" vide ibid. p. 459. sq. inscriptionem. idem p. 340 Daulida quinque horarum via disiunctam, scribit Delphis. Locum τὸ δὲ ὄνομα — νύμφης citat Stephanus B. v. Δαυλὶς et ex eo Phavorinus. ὑπὸ τῶν πάλαι δαύλια Vulg. Δαυλίδα Mosq. Sylburgius autem iam monuit, rectius cum Eustathio et Stephano δαῦλα legi, idque ex sequentibus etiam Pausaniae verbis cognosci. adde Strab. IX, 423. (527) Etym. M. Hesych. quanquam apud Phavorinum legitur Δαυλία, δασεῖα, sed ut Stephanus et Eustathius volunt, Δαύλιος dicebatur huius urbis civis. Αἰσχύλον, ut putant, in *Glauco Pontio*, de qua fabula v. Hermanni Diss. de Aeschyli Glaucis p. 9. seu in Actis Semin. reg. et Societ. Phil. Lips. II, 2. p. 385. sq. Integrum Aeschyli versum

servavit Etym. M. eumque ex Eustathio, emendatum ita cum Sylburgio Politus exhibuit ad Eustath. T. II. p. 563.

δαῦλος δ' ὑπήνη καὶ γένειάδος πυθμήν.

Cf. Hermannus l. c. idem sentiens. Eiusdem fabulae sunt quae leguntur in Bekkeri Anecd. p. 347, 22. 27, inprimis autem p. 5. allata huc videntur pertinere: *Ἀνθρωποειδὲς θηρίον ὕδατι συζῶν. ἐπὶ τοῦ Γλαύκου ἀναφανέντος ἐκ τῆς θαλάσσης. Αἰσχύλος.* Rectissime hunc Glaucum *ἀνθρωποειδὲς θηρίον* ab Aeschylo appellatum esse, patet e forma ei data apud Apollonium Rh. 1, 1312. et Philostratum sen. in Imag. II, 15. *Αἰσχύλου* pro *Αἰσχύλον* Mosq. Barbam eius Aeschylus nominavit *δαῦλον ὑπήνην* „quum significare vellet, illam a malis et mento longe lateque velut hispidum arboretum fuisse promissam." Sylb.

§. 6. *Ἐνταῦθα ἐν τῇ Δαυλίδι·* de hoc loquendi genere cf. IX, 41, 5. De *Tereo* fabulam Dauliensium esse tradunt etiam Strabo IX, 423. (526) et Thucydides ibi citatus testis. Cf. de ea Pausan. I, 41, 8. *μίασμα οἱ ῥήτορες γράφουσι καὶ οὐ προστροπή* Thom. M. p. 755. *ἐπὶ τῇ κεφαλῇ δὲ οἱ τὰ πτερὰ ἐς λόφου σχῆμα ἐξήρηται* Vulg. Rectius legi *ἐξῆρται* Sylburgius putavit, quod recepimus. *ὀρόφων νεοσσιὰν* Mosq. *τῇ Φιλομήλᾳ καὶ ὄρνιθι οὔσῃ Τηρέως δεῖμα ἐφάνη* Vulg. *ἐφάνη* abest a Mosq. Kuhnius malebat *Τηρεὺς δεῖμα ἐφάνη.* Nihil mutamus vertentes *Terei species terrifica ei obiecta est:* cf. ad II, 3, 6. similiter *Ἐριννύων δεῖμα μ' ἐκβάλλει χθονός* Euripides in Iphig. T. 931. *Φιλομήλᾳ,* quum Genitivus sit *Φιλομήλας* ut dorici nominis cf. Bekk. Anecd. p. 993. Lob. ad Phryn. 438. *αὐτῷ* omisit Mosq. Verba *Δαυλιεῦσι — ἀρχαῖον* repetivit Stephanus v. *Δαυλίς* auctoris nomine suppresso.

§. 7. Seriores scripserunt *Δαύλεια*, sed *Δαυλὶα ἐν ἰῶτα* e Pausania profert Eustathius p. 274. Pro vulg. *Τρωνὶς* est *Δαυλὶς* in Mosq. *Tronis.* ab aliis ignoratur. *ἡρῷον ἥρω Ἀρχηγέτου.* cf. c. 32, 8. In Travels in various Countries of East ed. by Walpole p. 513. est initium inscriptionis hoc: *ὁδὸς ἡ ἐπι Ἀρχαγετην ἐχει πλατος καλαμους δυο.* Quod antea legebatur *ἔχειν δ' οὖν* monente Sylburgio Kuhnius tacite correxit. *ἄγοντες ἱερεῖα* Sylburg. interpretatur *σφάττοντες.* Mox *ταύτῃ* omisit Mosq. cf. §. 1.

CAPUT V.

§. 1. *ἀθεῖον* Ald. ex quo editores correctione adhibita fecerunt *ἰθεῖαν*. Sylburgius autem monuit, posse etiam *εὐθεῖαν* legi, quo passim utatur Pausanias. videsis VIII, 23, 2. p. 642. cap. 13, 3, 626 extr. V, 6. init. X, 23, 4. Similiter dixit *ἐκ τοῦ εὐθέος* VII, 12, 1.. *κατ' εὐθὺ* VIII, 35, 6. Facium igitur quod lectionem *εὐθεῖαν* a codice Mosq. oblatam recepit, probo; Schaefer ad Lamb. Bos. p. 188. *ἰθεῖαν* tuebatur. Hoc *Phocium* (cf. Gell. It. of Gr. 170.) Palmerius in Graec. ant. Descr. p. 642. 679. sq. dubitabat utrum oppidulum seu pagus an domus sola fuerit. Pausanias nihil dicit nisi hoc, aedificium fuisse, in quo legati Phocicarum urbium de rebus communibus deliberaverint. Mox autem pro *οἴκημα* scribendum *οἰκοδόμημα* censemus. Apud Dodwel. I, 1, 266. haec: „Am Fusse des Parnassos befinden sich die Trümmer eines grossen Gebäudes, aus Steinblöcken bestehend; wahrscheinlich Überbleibsel des *Phokikon*, das Paus. zur linken Hand hatte. Demnach befand sich die alte Strasse auf der andern Seite des Thales näher am Fusse des Parnassos.“ *ἐντὸς δὲ κ. τ. λ.* Intus videtur duplex columnarum ordo sequens aedificii longitudinem positus fuisse; ab his gradatim ad utrumque parietem surgebant sedilia, in quibus sedebant legati. Hi *ἀναβασμοὶ* igitur fuerunt *sedilia gradatim altius surgentia, seu gradus in quibus sederunt.* De istiusmodi gradibus, in quibus veteres sedere potuerint ac consueverint, nec non de his nostri loci dixit Winckelmannus in Opp. I, 399. ed. Dresd. Forma *ἀναβασμοὶ* cap. 16, 2. recurrens, non est sollicitanda, ut patet ex Hesychio ac Phavorino. *συνιόντες* pro *συνιόντες* Mosq. pro *τοῦ Διὸς* Bekker. *τὸ Δ* malit. Ante *ἀριστερὰ* Facius praeeunte Sylburgio excidisse putabat *κατ'*, et Clavier scripsit *ἡ δὲ* [*κατ'*] *ἀριστερὰ*, quod non probo propterea quod constructionem variare amat Pausanias; *sinistra adstans est Minerva.* Pro *Ἀθηνᾶ* est *ἀναθηνᾶ* in Mosq. vitio ex praecedente voce nato.

§. 2. Cum iis, quae de *Oedipode* hic narrantur, cf. omnino Apollodorus III, 5, 7. sqq. adde Pausan. IX, 5, 5. *Προϊὸν* Mosq. *Σχιστὴν* vide quos citavit Müller in Orchom. p. 37. adde Mannert. VIII, 180. sq. „The road still answered to the description of that called *Schiste*; for we were, as it might be, inclosed by Parnassus on

our left and the stone hills of Cirphis on our right hand" Hobhouse's Iourn. trough Alban. I, 295. Pro ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ Bekk. ἐπὶ ταύτῃ τῇ dedit. ἐς τὴν Πλαταιΐδα, ὄρος τὸν Κιθαιρῶνα Vulg. ἐς ante ὄρος Sylb. volebat repeti; opus non est, satis est eam suppleri. cf. cap. 25. extr. 20, 2. Audacior est Clavierii coniectura ἐς τὸ τῆς Πλαταιΐδος ὄρος. De re cf. IX, 2, 3. σφίσι hic post Θηβαίοις redundat. ἀδικίας pro ἀδικιῶν Mosq. et Bekk. ἀδικίας τῆς edidit. De his iniuriis IX, 5, 6. Hic οἰκέτης apud Apoll. l. c. est *Polyphontes* Laii praeco. Pro οἰκέτου τοῦ est οἱ καὶ τουτοῦ in Mosq. ταῦτα ἔτι Clav. mutandum in ταῦτά ἐστι censebat. ταῦτα Ald. Pro ἐπ' αὐτῶν in Kuhn. et Fac. est ἐπ' αὐτῷ in Mosq. Ald. et Francof. quod referri potest ad μεσαίτατον, sed probandum non videtur. λίθοι λογάδες *viles lapides et ut sors obtulit ita lecti et congesti.* Infra cap. 36, 4. λίθοι ἐπιτυχόντες vocantur. cf. Suidas v. λογάδην et adn. ad II, 34, 10. VII, 22, 3. adde Fridemannum in Strab. T. VII. p. 418. Ab hac *Triodo* usque ad Delphos via quatuor horarum indice Gellio in It. of. Gr. p. 178.

§. 3. Hunc locum usque ad cap. 32, 2. auctor ipse vocat τοῦ Φωκικοῦ λόγου τὰ ἔχοντα ἐς Δελφούς VIII, 37, 1. et τὸν λόγον τὸν ἐς Δελφοὺς X, 19, 4. τῶν Δελφῶν ὑπομνήματα commemorantur in Plut. v. Solon. 11. et *Melisseus* Δελφικὰ συνταξάμενος a Tzetz. ad Hes. Op. 1. προσάντης μᾶλλον. cf. VIII, 55, 1. πλείω — μαντεῖον. De *oraculo Delphico* scripserat *Alexander* quidam teste Stephano Byz. v. Παρνασσός. *Telluris hoc oraculum* apud plerosque omnes dicitur ab initio, monente Wesselingio ad Diod. XVI, 26. Δαφνίδα pro vulg. Δάφνην Mosq. Εὐμολπία vulg. Ὀλυμπία Mosq. Εὐμόλπια malebat Kuhnius cum Amas. et Loesch. sic et in Fabric. Bibl. gr. I, 121. Pausaniae iudicium de iis, quae Musaeo tributa sunt, I, 22. p. 53. Ἀντιοφήμου. Hoc, quanquam apud Suidam v. Μουσαῖος et in Schol. Soph. Oed. Col. 1046. sit Ἀντίφημος, tamen non est reiiciendum, quum eadem reperiatur forma cap. 12, 6. et in Orph. Argon. 306. *Pyrconis* nomen affine πυρκόοις, qui ὑπὸ Δελφῶν ἱερεῖς δι' ἐμπύρων μαντευόμενοι dicebantur. v. Hesych. Vox ducenda est a κοᾶν i. e. αἰσθάνεσθαι. Vt ἀμυοκῶν sic πυρκῶν et inde nomen proprium πύρκων factum videtur. Vulgata est

Αὐτίκα δὲ χθονίης σφῶν δὴ πινυτὸν φατὲ μῦθον

Mosq. δὴ omisit. Sylburgius corrigebat χθονίη σφὸν δὴ

πινυτὸν φάτο μ. et vertebat: *Tellus ore suo sapientia verba canebat.* Schneider malebat:

Αὐτῆς δὲ χθονίης σοφίη πινυτὸν φάτο μῦθον.

Clavier Sylburgii correctiones in contextum transtulit. Nos Vulgatam retinemus nisi quod *χθονίης* in *χθονίη* et *σοφὴν* in *σφῷν* mutamus hoc sensu: *illico Tellus et simul Pyrco vestrum editis oraculum.* *χθονίη* pro *χθών*· hinc Delphicum oraculum *μαντεῖον χθόνιον* dicitur in Eurip. Iph. T. 1249. *σφῷν* autem est dualis pronominis *σύ*, ut in Hom. Od. IV, 62, *οὐ γάρ σφῷν γε γένος ἀπόλωλε τοκήων.* quanquam et omittitur nonnunquam iota subscriptum in hoc duali. v. Matth. Gramm. gr. §. 145, 5. ed. alt. Perperam omnes *πινυτὸν φάτο* scripserant. Müller in Orchom. p. 147. sequutus est Sylburgium. *ἀμφίπολις* Mosq. *ἀμφιπόλος* Ald. Francof. quod correxit Sylb. *Ἐνοσιη.* Mosq. *ὅσον ὀλίγη μεθ' ἣν δοθῆναι* Ald. Francof. Kuhn. Kuhnius scripsit: „Leg. *ὅσον τῇ γῇ μετῆν quantum huius oraculi possidebat terra.*" et Facius: „Sic Kuhn. praeclare ex ingenio restituit." At Kuhnius huius suae praeclarae emendationis auctorem non indicans immeritum tulit honorem apud eos, qui Kuhnii vel Facii sola utuntur editione. Sylburgius est, cuius acumini soli omnis laus huius emendationis inventae debetur; sed is *Γῇ* scripserat, non *γῇ* ut Kuhnius, et verterat: *Postea Tellurem dicunt suam oraculi partem Themidi dedisse.* Cur Porsonus *τῇ* ante *Γῇ* omissum voluerit, non intelligo. *Καλαύρειαν* vulgo. *Καλαυρίαν* dedi e Mosq. cf. ad II, 33, 2, ubi Pausanias eandem rem narrat. *ὡς ἄνδρες κ. τ. λ.* Themistius orat. XIII. p. 292. Pet. dicit Delphorum conditores fuisse Amphictyones *ποιμένας τινὸς ἐν τῷ Παρνασσῷ ἐκ Κασταλίας τῷ μαντικῷ πνεύματι κατασχομένου.* Mox *ἐπιτύχειεν — ἔνθεοί γε* Mosq.

§. 4. *δόξαν* Mosq. *τὸ ἑξάμετρον* Facius interpretatur *oraculi effatum hexametro enunciatum.* Scholiastes ad Eur. Or. 1087. Phemonoen dicit *πρῶτον ἑξαμέτρῳ χρῆσαι.* Ergo articulus adiunctus non, quod Kuhnius putavit, certum aliquem versum, sed id quod solemne erat in responsis oraculorum reddendis denotat. Hanc *Βοιὼ* Clemens Strom. I, 333. accenset *χρησμολόγοις.* In Mosq. est *ἐστελέσαντο.* Nomina *Pagasus et Agyeus* quomodo Müller interpretatus sit, videbis in eius Doriens. I, 204. 268. sed cur hic *Παγασὸς*, quum alibi *Πήγασος* legatur? an quia illud a Pagasis, quae *Παγασαὶ* sunt? Alio ducit I, 2, 4. *Ὠλήν τε ὃς ἐγένετο — τεκτάναιτ'*

Mosq. *Olen* in Homeri Apotheosi ante tripodem est positus. ἐπέων τεκτῆναι' ἀοιδάν. Sic et Dio Chrysostomus in orat. 53. de Homero, ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων.

§. 5. τοῖς ἐν τοῖς Mosq. Τέμπεσι· hinc δάφνη Τέμπις Nicandro, quem mihi locum et Plut. de Musica p. 222. Hutt. Schneider indicavit. Vulgatum οὕτως — παρεσχηματισμ. *imitando factum fuerit templum ad formam casae*, fortassis erit qui defendat illo, τάξιν τεταγμένους VIII, 50 p. 702. sub fin. Sed vix dubito quin bene Sylburgius οὗτός γε — παρεσχημένος correxerit, quum σχῆμα παρέχεσθαι toties apud Pausaniam legatur. Etiam οὗτος apud Thuc. 6, 89. Vulgatae οὕτως praetulerim. οὗτος scripsit etiam Bekk. ὑπὸ μελισσῶν τὸν ναὸν ἀπό τε τοῦ κηροῦ τῶν μελισσῶν καὶ ἐκ πτερῶν. In Mosq. est πέτρων. Facius ad πτερῶν intelligit μελισσῶν· *e plumis apum?* hoc parum credibile. Veriora discimus e Philostrato, qui totum hunc locum καλύβης δ' ἄν — ἐκ πτερῶν illustrat, in v. Apoll. p. 270. lib. VI. c. 5. φασὶ ποτε καὶ λιτὴν στέγην ὁ Θεὸς οὗτος, καὶ καλύβη αὐτῷ ξυνεπλάσθη μικρὰ, ἐς ἣν ξυμβαλέσθαι λέγονται μέλιτται μὲν κηρὸν, πτερὰ δὲ ὄρνιθες et cap. 6. p. 278. ubi hic νεὼς κηροῦ καὶ πτερῶν ξυντεθεὶς dicitur, et versiculos

ξυμφέρετε πτερά τ' οἰωνοὶ, κηρόν τε μέλιτται

tribuitur Apollini κατασκευαζομένῳ οἶκον καὶ οἴκου σχῆμα, quem Kuhnius Phemonoae sine iure vindicabat. Hunc ναὸν Strabo IX, 421. τὸν πτέρινον vocat: quo illustratur quod sequitur κατὰ τοῦτο — οἰκοδομήσαντος. Ἀπτερίους Mosq. εἴ γε Ἀπρίσιος κτλ. cf. II, 23, 7. Χαλκιοίκου· cf. III, 17, 3. Ῥωμαίοις δὲ ἡ κτλ. cf. V, 12, 4. Sed adnotationem ad illum locum scribenti ad manum non fuit ipse Donatus de Vrbe Roma. Ex eius lib. 2. c. 23. et 24. nunc video, eum hunc ὄροφον χαλκοῦν accepisse non de tecto et culmine aereis tegulis instructo, sed de cameratione seu fornice aereo; itaque intelligenda esset porta fori Traiani fornice tecta aereo. Pro οὖσα παρεχ. Porsonus volebat legi ἔχουσα παρέχεται· sed ἡ ἀγορὰ dicitur θαῦμα εἶναι. εἴδους et supra ἔδους Mosq. Pro ἃ δὴ in Ald. et Frf. est ἃς, quod Sylb. correxit. Pindari verba vulgo ita scribuntur

Χρύσειαι δ' ἐξ ὑπερῴου ἄειδον κηλήμονες.

Χρύσεια Francof. quod Sylb. correxit. ἐξ ὑπερίτου ἃ εἶδον Mosq. Pro κηλήμονες ex Athenaeo et Eustathio legendum esse κηληδόνες viri docti iam viderunt. Apud

Athenaeum enim VII, 290, e. haec leguntur: *Πρὸς τῶν θεῶν τί διαφέρειν οὗτος ὑμῖν δοκεῖ τῶν παρὰ Πινδάρῳ Κηληδόνων, αἳ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς Σειρῆσι τοὺς ἀκροωμένους ἐποίουν ἐπιλανθανομένους τῶν τροφῶν διὰ τὴν ἡδονὴν ἀφαυαίνεσθαι·* quod bis repetit Eustathius ad Odyss. p. 1689. 1709. His addendus est hic Galeni locus a Schneidero in Heyn. ed. Pindari T. III. p. 55. citatus: *καὶ Πίνδαρός φησιν ἐν τοῖς Παιᾶσι· Χρυσεαῖ αἱ δ' ὀξυμπεραὶ αἱ τοῦ ἄειδον Κληδόνες.* Ergo *Κηληδόνες* recte corrigitur. In eodem hoc Galeni loco Huschkius in N. T. Mercurio 1800 Part. 5. pro *ὀξυμπεραὶ αἱ τοῦ* scribendum censebat *ἀετοῦ·* cui vereor ne pauci assententiantur vel in hoc vel in Luciani loco Nigrin. c. 3, ubi *ἀηδόνας* mutatas vult in *Κηληδόνας*. Praesidium quoque lectionis *Κηληδόνες* reperisse sibi videbantur in inscriptione vasculi Locris in Italia reperti, in quo scriptum legi dicebant *ΚΛΛΕΔΟΝΕΣ*. nunc autem Osannius Koehlerum antestatus dicit in Amaltheae vol. II, p. 274. non hoc, sed *ΚΑΛΕΔΟΚΕΣ* illi vasculo inscriptum esse; quod quid sit an eruerint, nondum comperi. Verba autem Pindari Hermannus in hunc ordinem redegit:

χρύσεαι
δ' ἐξ ὑπερῴου ἄειδον
Κηληδόνες

Haec Pindari verba in Bekk. ed. in duos versus sunt distincta quorum prior desinit in *ὑπερῴου*. Has *Celedones* Boettiger in N. T. Mercurio 1800. Part. 5. interpretabatur *iynges*, Schneidero praeeunte, qui hanc interpretationem hauserat e Philostrati V. A. VI, 11. p. 247. (279): is enim de Apolline Pythio templum se dignum habere volente ita: *ἄλλου ἐδεήθη νεὼ καὶ ἄλλου, καὶ μεγάλων ἤδη καὶ ἑκατομπέδων· ἑνὸς δὲ αὐτῶν καὶ χρυσᾶς ἴυγγας ἀνάψαι λέγεται Σειρήνων τινὰ ἐπεχούσας πειθώ.* Schneideri coniectura *ἐπιχεούσας* non est necessaria, neque magis illa *ἐπηχούσας·* significantur *iynges non modo aureae sed vi etiam persuadendi pollentes Sirenum simili.* Eustathius l. c. ad Homeri verba *κηληθμῷ δ' ἔσχοντο* ita: *ἐκ τοῦ κηλεῖν καὶ αἱ παρὰ τῷ Πινδάρῳ Κηληδόνες παράγονται.* Bene autem Phavorinus: *κηληθμός, ἡ μετ' ᾠδῆς τέρψις. Κήλησις, ἡδονὴ καὶ θέλξις μετὰ μέλους.* Pausanias autem dubitans, an hae aureae *Κηληδόνες*, quas *ᾠδοὺς* vocat, in illo tertio templo Delphico vere fuerint, significat eas ad exem-

plum Sirenum Homericarum fictas esse a Pindaro. De *Sirenibus Homerus* Od. XII, 39. Pro ἐκπεσεῖν suspicabamur ἐμπεσεῖν scribendum esse; nunc videmus idem Porsono in mentem venisse. Quod Pausaniae *quartum*, Straboni IX, 421. (513) est *secundum* templum. Apollini templum exaedificasse *Trophonium et Agamedem* prisca fuit fama. v. Hymn. Hom. in Apoll. 295. sq. Cicero Tusc. I, 47. et quos ibi citat Davisius. ea iam commemorata est IX, 37, 3. Pro κατεκαύθη est κατεσκευάσθη in Mosq. De *combusto* hoc templo cf. Philochori Fragm. p. 45.

CAPUT VI.

§. 1. De *Delphorum urbe*. cf. c. 8. extr. et Hom. h. in Apcl. 282. sqq. Ne quid forte desideres, auctor ipse cap. 32, 1. testatur, se commemoravisse quae sua aetate Delphis reliqua fuerint. De *Olympiodoro* ad 34, 2. *Philopoemenis* εἰκόνα διαμένουσαν ἐν Δελφοῖς ὁρῶμεν ait Plutarchus in v. Philop. 10 et 2. Fortasse evanuerat illa Pausaniae aetate. Strabo de hac urbe, quam cum Elatea ἐπιφανεστάτας urbes Phocidis appellat IX, 417, paulo post p. 418 ita: τὸ νότιον (Parnassi) οἱ Δελφοὶ scil. κατέχουσι, πετρῶδες χωρίον, θεατροειδὲς (cf. Iustin. XXIV, 6. Virgil. Cul. 15.) κατὰ κορυφὴν ἔχον τὸ μαντεῖον καὶ τὴν πόλιν σταδίων ἑκκαίδεκα κύκλον πληρῶσαν. add. not. ad §. 2. et ad c. 8, 5. „The ruins of *Delphi* are still sufficient to mark its site, placed on a rising ground, and screened by high cliffs to the north.“ Sibthorp in Walpol. Turk. p. 68, ubi v. editoris notam de his reliquiis, et adde Gellii Itin. of Greece p. 184. Delphi nunc vocantur *Kastri*.

ὑπὸ Παρνασσοῦ. Hunc praeter Hellanicum in Sch. Apoll. I, 709. Stephanus quoque noverat ex Alexandri libro de Delph. oraculo. Ποσειδῶνά τε θεῶν Mosq. Ald. Francof. Sylburgio rectius esse videbatur θεὸν quum sequatur ἄνδρα· quod tacite recepit Kuhnius, Facius autem cum Clavierio ut vulgatum repetivit; nobis ad priscam redeundum fuit lectionem, quum ita saepe loquutus deprehendatur Pausanias. v. not. ad I, 34, 3.

III, 18, 7. quanquam animadvertendum, hic deesse articulum τῶν, illis exemplis quae. ll. cc. congessimus additum. Post ἐπονομάζουσι plenius distinximus, ut est in Ald. Frfrt. Kuhn. Posterius ἀπὸ τούτου ut. oscitanter repetitum e. superioribus uncinis notavit Facius, delevit Clavier. *Parnassus* longus montium tractus quousque pertinuerit vides in Strabon. IX, 416. 417. (486. 488.) Παρνασσία νάπῃ in Pind. Pyth. VI, 9. Ἀπολλωνία νάπα· haec vero aliis est campus, in quo certamina equestria agebantur, aliis media Delphorum pars, aliis simpliciter urbs, Delphi. v. Sch. ad l. c. Pind. et ad Pyth. I, init. Strabo autem IX, 418 (494) ait Πρόκειται τῆς πόλεως (Delphorum) ἡ Κίρφις ἐκ τοῦ νοτίου μέρους, ὄρος ἀπότομον νάπην ἀπολιπὸν μεταξὺ, δι' ἧς ὁ Πλειστὸς διαῤῥεῖ ποταμός. Pausanias dicit, montem Parnassum Παρνασσίαν νάπην appellatum esse.

§. 2. Λυκώρεια· sic et Strab. IX, 418 (494) 425 (528) ubi v. Tzsch. de scriptura. de *urbe* ad cap. 35, 5. extr. Ait autem Strabo: ὑπέρκειται αὐτῆς (Δελφῶν πόλεως) ἡ Λυκώρεια, ἐφ' οὗ τόπου πρότερον ἵδρυντο οἱ Δελφοὶ ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ· νῦν δ' ἐπ' αὐτῷ οἰκοῦσι περὶ τὴν κρήνην τὴν Κασταλίαν. Pro τῷ πρότερον scil. λελεγμένῳ Facius volebat τῷ προτέρῳ. Κωρυκίας — Λυκώρειαν· sic et Etym. M. ubi Κωρυκείας scribitur. τὸ ἄντρον — νύμφης. cf. cap. 32, 2. Κελαινὼ κ. τ. λ. In Schol. ad Eur. Or. 1087. Hyamus Lycori filius post diluvium Deuc. regnans circa Parnassum urbem Hyan condidit. Huius filia Melanis, filium habuit Delphum, qui avi regno potitus Castaliam duxit, quae nomen dedit fonti et peperit Castaliam atque Phemonoën. Delpho, qui Delphos condidit et de se nominavit, mortuo Castalias regnavit. Ex quo qui natus est Laphrius, eius mentionem fecit Pausanias VII, 18, 6. *Celaeno* autem et *Melaine* s. *Melanis*, quarum nomina idem significant, videntur eaedem esse. Cf. adnot. ad III, 1, 3. 2, 1, et de *Melaine* ad IX, 38, 5. Apud Herodot. VII, 178. Θυίη Cephissi filia dicitur habuisse suum τέμενος, in quo Delphi Xerxis tempore ventis sacra fecerunt. καὶ ἱερᾶσθαι — θεῷ. cf. VI, 26, 1. Θυῖαι fuerunt in προπόλοις Διονύσου. v. Strab. 10, 468 (169). Scripturam Θυιάδας tuetur Bentleius ad Hor. O. II, 19, 9. μὲν inter μητρὸς et Μελαίνης videtur delendum esse, nisi forte dicis post θυγατρὸς animo addendum esse δέ. Auctore Epaphrodito in Sch. ad Aeschyl. Eum. 2 (16) Delphus

filius fuit Neptuni et Melaenae, Melaena autem filia Melanthus Deucalione natae et Cephissi fluvii.

§. 3. Χρόνῳ — Φωκέων ἐστίν. Sed nomen Δελφοὶ in Hom. hymnis primum lectum Homeri Hesiodique aetate videtur recentius fuisse. τοῦ βασ.. pro τούτου β. In hoc πύθεσθαι Strabo monet ἐκτετάσθαι τὴν πρώτην συλλαβὴν ὡς ἐπὶ ἀθανάτου καὶ ἀκαμάτου καὶ διακόνου IX, 419 (503). An per Pythonem, qui Terrae oraculo custos fuerat additus, ab Apolline occisum significatur Apollinis cultus Delphis constitutus expugnata indigenarum religione? Cf. Hermann. ad Eurip. Alcest. cum del. adn. Monk. Ὁμηρὸς πεποίηκεν. in Od. XII, 46. Post ἀκούοντες excidisse ἐνταῦθα Sylb. putavit. τὸν δὲ ἀποθανόντα κτλ. Interprete Ephoro apud Strabon. IX, 422 (519) homo fuit Πύθων cognomine δράκων notatus propter immanitatem. Κριοῦ vulgo, cf. ad VII, 27, 4. Φημονόη Mosq. ἐν ἑξαμέτρῳ (φασὶν) ἔχρησεν Vulgata; sed puto ἐν ἑξαμέτρῳ σφίσιν ἔχρησεν legendum esse. Sic ἐλθόντι ἐς Δελφοὺς καὶ ἐρομένῳ χρᾷ τάδε ἡ Πυθία IX, 37, 2. βαρύνιον ἐπανερίοι φοῖβος ἐφήσειαν τῇ φόνου δὲ ἐκ Κρησιοὶ ἄνδρες χεῖρες — ἐλεῖται Mosq. Κρήγιοι quam Κρήσιοι malebat Sylb. sine iusta causa; nomen gentile Κρήσιος agnovit etiam Stephanus. Deinde Pausanias ipse II, 7, 7. 30, 3. X, 7, 2. narrat, Apollinem Pythone caeso καθαρσίων εἵνεκα in Cretam traiecisse, et ibi a Carmanore de illa caede purgatum esse. His adde graec. ὑπόθεσιν τῶν Πυθίων Pindari. Hic verbo ἁγιστεύειν activam vim tribuimus non verentes, ne id temere fecisse videamur. Nam in Bekkeri Anecd. 328. ἁγιστεύειν explicatur ἁγιάζειν, et ἁγιστεύσαντες, τὰ τῆς θυσίας ἐπιτελέσαντες, ut Ruhnkenius in Timaei Lex. *peragere quae ad sacrificium pertinent.* Idem ibid. e Philone affert ὅσα ἄλλα πρὸς τὸν βωμὸν ἁγιστεύεται, ergo Passivum. adde Strab. locum ad VI, 20, 2. citatum. Deinde quod in ἁγνεύειν factum videmus ut ei transitiva et intransitiva potestas daretur, idem verbo ἁγιστεύειν accidisse existimamus. Quare hic cognatum esse putamus verbo ἀφαγνίζειν, quod est II, 31, 11. de iis, *qui purgant, lustrant.* Denique in Hesychio ac Phavorino est ἁγιστεῦν pro ἁγιστεύειν et exponitur ἁγνεύειν, ergo hoc cum illo recte videmur contulisse, neque metuere debere ne hoc nobis obstet, quod in Lexicis nostris haec verbi ἁγιστεύειν significatio praetermissa sit. Sensus igitur huius responsi videtur esse: *Quum prope accesserit Parnassi*

vastator, gravem sagittam mittet in eum Phoebus. caede autem purgabunt Phoebi manus Cretenses, nec gloria huius facti unquam intercidet. Forsan erit qui ἀγιστεύσουσι malit.

CAPUT VII.

§. 1. Ἔοικε κ. τ. λ. *Theopompus* ἐν τῷ περὶ τῶν συληθέντων ἐκ Δελφῶν χρημάτων citatur ab Athenaeo XIII, 604. f. ἤδη iungendum cum ἐξ ἀρχῆς. Quum in cod. 1410 sit ὑποβεβουλεῦσθαι, Bekk. ἐπιβεβουλεῦσθαι correxit. ἐπιβουλεύειν etiam Accusativum eius, cui insidiae parentur, adsciscere, legimus in Bekkeri Anecd. 136. inde h. l. et II, 19, 1. ἐπιβουλεύομαι *insidiis petor*. Hic quoque Clavier in ἔτεσιν ὕστερον offendit atque, si diis placet, corrigit ἔτεσιν ὕστερον οὐ πολλοῖς, malo aliis exemplo, ut videbimus ad cap. 17, 3. Sed cf ad VI, 19, 9. Φλεγύαιν vulgo cf. ad VIII, 4, 2. De *Phlegyis* templum Delphicum diripientibus cf. IX, 36, 2. X, 34, 2. adde illud Ovid. Met. XI, 414. *templa profanus invia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas*, cum Phil. Senior. Imag. II, 19. et Mülleri Orch. p. 191. De hoc *Pyrrho* I, 4, 4, et de hoc *Neronis* sacrilegio X, 19, 1. τοῖς χρήμασιν ἐπελθόντες *qui invaserunt in*. στρατεία vulgo; Sylb. malebat στρατιά, quod recepi; antea fuit δύναμις. In Mosq. ὀλιγωρίας legitur. τε post θεῶν, quod Vulgata habet, cum Mosq. omisi.

§. 2. Constructio est ᾆσαι δὲ ὕμνον ἐς τὸν θεὸν ἀρχαιότατον κτλ. nam ᾆσαι — θεὸν est enunciati subiectum. Articuli hic ante subiectum omissi exempla sunt in Matthiae Gram. gr. §. 541. seu 542 ed. 2. Auctore Strabone IX, 422. (514) priscum certamen hic fuit citharoedorum παιᾶνα ᾀδόντων εἰς τὸν θεόν. Sed ᾆσαι ὕμνον h. l. *hymnum canere ad citharam*; nam pro eo §. 3. ponitur κιθαρῳδία, et hac ipsa §. Hesiodus dicitur certamine exclusus esse ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ ᾠδῇ δεδιδαγμένος. Hoc loco ἆθλα sunt *praemia argentea aut alia pretiosa*, et ἀγὼν, ubi talia proponebantur praemia, dicebatur θεματικός, χρηματίτης etc. eique opponitur στεφανίτης ut §. 3, ubi de priore genere est ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἀγωνίζεσθαι. cf. ibi adn. Hic *Chrysothemis*

commemoratur etiam in gr. ὑποθέσει τ. Πυθίων Pindari. De accentu Ael. Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 8. Dind. Ὀρφεον pro Ὀρφέως et ἐθέλῃσαι Mosq.. φασιν — φωνοῦντα Mosq. omisit. scripsi φασὶ. Vulgata est ἐπεὶ ᾄδειν γε Kuhnius corrigebat ἐπᾴδειν γε, quod Facius ut bonam emendationem recepit, malebat tamen δὲ quam γε annecti. Corayus autem quum ἐπᾴδειν in Clavierii contextis reperisset, volebat tantum γε affixum in τε mutari. Sensum Kuhnius suae lectionis ita expressit: *accinuisse ipsum alienam cantilenam.* Sed mutatione opus non est; ἐπεὶ — γε in constructione obliqua Accusativo cum Infinitivo iunctum vidimus I, 32, 5. add. Matth. gr. gr. §. 538. ed. 2. Deinde ἐπεὶ — γε erit hic non *quanquam* ut IX, 18, 4. hoc sensu: *quanquam ipse non suum carmen caneret*, sed potius *quandoquidem, nam*, ut sit, eam tantum ob causam reportasse victoriam, quod μέγα καὶ ἡδὺ ἐφώνει, nam suum ipsum non cecinisse carmen. Notio *accinendi* aliena quoque est a praecedentibus μέγα καὶ ἡδὺ φωνοῦντα, in quibus *canendi significatio* iam inclusa est; nam *forte et suave canens accinuit* dixisse Pausaniam non credo. λέγεται — δεδιδαγμεν. cf. IX, 30, 2. De forma ἀπελασθῆναι, quam Kuhnius frustra sollicitavit, cf. adn. ad I, 11, 5. Caeterum hic Ἐλευθὴρ mihi ignotus, num est *Advena?* v. Etym. M. 329, an Ἐλευθερεὺς *Eleutherensis* quidam? qualis est I, 2, 4.

§. 3. ἀκροτωνιάτης Mosq. Κεφάλλην vulgo. Κεφαλὴν Mosq. *Cephalon* Amas. *Cephala* Natal. Com. Mythol. p. 421. Facius interpretatus est: *Lampi fil. ex Cephalenia. Cephalen* autem h. l. non est gentile, sed proprium nomen ut *Pallen* VII, 26, 5. *Azen* Herod. VI, 127. ὃς Λάμπος Mosq. inde et ex cod. 1410 Bekk. ὃς λάμπος edidit; Boeckhius Μελάμπους coniecit. De *Sacada* VII, 14, 4. II, 22, 9. ἀνείλετο Πυθιάδας. cf. adn. ad VI, 15, 6. Ad τὰ ἐν Ὀλυμπίᾳ scil. ἀγωνίσματα e verbo νομοθετήσαντες supplendum προςθέντες, αὐτοὶ autem minime cum Facio in αὐτὸν mutandum est, quum sensus sit: *Proposuerunt vero etiam tum primum praemia athletis, et Olympica certamina assumentes exceptis quadrigis, et ipsi instituentes pueris dolichi diaulique cursum.* Ergo praeter id, quod Olympiae institutum erat, ipsi quoque hoc instituerunt. πρὶν pro πλὴν et πᾶσιν pro παισὶν Mosq. δευτέρᾳ — κατεστήσαντο illustrantur iis, quae legimus in graec. ὑποθέσεσι τ. Πυθίων Pindari: Eurylochus Thessalus Cirrhaeis bello subactis restituit ἀγῶνα Πυθι-

κὸν, sed eum χρηματίτην· χρήμασι γὰρ μόνοις τοὺς νικήσαντας ἐτίμων, οὔπω στεφάνου ὄντος. Sexto autem post illud bellum anno, quum Delphis Diodorus archon esset, Athenis autem Damasias s. Damasis, Olympiade XLVIII, ἀνεκήρυξαν τῷ θεῷ τὸν στεφανίτην. Data δάφνη. v. paulo post. Tum quoque ὁ ἀγὼν μετέστη εἰς πενταετηρίδα et Pythiades numerari coeptae sunt; *secunda Pythias* ex Mülleri ratione in Doriens. II, p. 492. incidit in Olymp. XLIX, 3, quo tempore Diodorus etiam ei archon fuit Delphorum. In Euseb. Chronic. Pythia primum acta Olymp. XLIX. Πύθια δίου ἢ Mosq. pro Πυθιάδι οὐκ. ἐκάλεσαν ἀγωνίζεσθαι Facius interpretatus est ἐκάλεσαν εἰς ἀγῶνα· recte; sed addit, rectius fortasse legi ἐξεκάλεσαν· quod non probamus memores Sophoclem dixisse in Elect. 996. ἐμὲ ὑπηρετεῖν καλεῖς. *invitarunt certare* i. e. ad certandum. cf. Matth. Gr. gr. §. 531, ubi de Infinitivo. ἡ γὰρ κτλ. duas affert causas cur αὐλῳδίαν abrogaverint, verba autem ita sunt ordinanda ἡ αὐλῳδία ἦν τὰ σκυθρωπότατα, μελέτη τε αὐλῶν, καὶ ἐλεγεῖα — αὐλοῖς. Kuhnius et Facius alia docent. In Sophocl. Ai. 889. βοὴν πάραυλον interpretantur nonnulli θρηνητικὴν, δύςφημον. Ipsum quoque tibiarum sonum querulum lugubremque fuisse, liquet e Pindari Pyth. XII, 12. 34 sqq. Earum tamen in Pythicis certamen mansisse, ex eadem Pindari oda intelligitur: ac de Apolline aulētis reconciliato dixerat Pausanias II, 22, 9, καὶ ante θρῆνοι omisit Mosq. Locus Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς — καὶ ἐλέγους ut prosaria oratio vulgo scribitur Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκε Ἡρακλεῖ νικήσας τόδ' ἄγαλμ' Ἀμφικτυόνων ἐν ἄθλοις, Ἕλλησι δ' ἀείδων μέλεα καὶ ἐλέγους. In Mosq. est Ἀρκάδ' ἧκε τῷ — ἀοίδων. in Paris 1399. θῆκε τοι ἡρακλεῖ — ἀφικτυον. in 1410 θ' ἧκε τῷ ἡρακλ. in 1411 ἀρκαςθ' ἧκε τῷ ἡρακλ. — τὸ δὲ ἄγαλμ. Ante ᾄδων dubium visum est δ', sed coniungit hoc participium cum νικήσας. Fuerunt qui dicerent, hoc epigramma spurium esse vel ex eo intelligi, quod non sit iusto conclusum metro. v. Attisch. Museum I, 2. p. 340. At metrum inesse negari non potest, quaeritur tantum quale illud sit. Ac mihi quidem prior huius inscriptionis pars Ἐχέμβροτος — Ἡρακλεῖ videbatur soluta oratio, posterior autem νικήσας — ἐλέγους distichon esse. Quo ego anno 1819 eodem modo scripsit Iacobsius in Anth. Pal. II, p. 858. Hermannus autem Lipsiensis qui mihi nuper, ante annum tamen huius sae-

culi vicesimum quintum, de hoc loco scripsit, negat fieri potuisse, ut pars tantum huius inscriptionis metro includeretur; ipse ex tribus hanc inscriptionem hexametris constitisse existimans ita corrigit:

Ἡρακλεῖ ἥρωϊ Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκε
Νικήσας τόδ' ἄγαλμ' Ἀμφικτυόνων ἐν ἀέθλοις,
Ἑλλήνεσσι δ' ἄειδε μέλεα θρήνους τ' ἐλέγους τε.

namque in μέλεα duas posteriores syllabas in unam contrahi. Cf. quae idem | *über H. Prof. Böckhs Behandl. d. griech. Inschr.* p. 152 scripsit. Passovius quoque mihi per literas significavit, in verbis Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκε videri sibi exitum latere hexametri, cuius initium fuerit Ἡρακλῆϊ. Idem qui nobis Pentameter esse visus est an vere sit dubitans in hos eum numeros desiisse arbitratur

— — μέλη τ' ἐλέγους θ' Ἕλλησιν ἀείδων.

Sed ut ad formam redeamus huius inscriptionis, quam dixi ex oratione videri partim soluta partim vincta constare, illud nostram confirmat sententiam, quod in ipso legimus Pausania V, 27, 1. p. 448, ubi scriptor postquam narravit, Phormidem duos equos a Dionysio Argivo et Simone Aegineta factos Olympiae dedicasse, pergit: τῷ προτέρῳ δὲ τῶν ἵππων ἐπίγραμμα ἔπεστιν ἐπὶ τῇ πλευρᾷ τὰ πρῶτα οὐ σὺν μέτρῳ. λέγει δὲ οὕτω·

Φόρμις ἀνέθηκεν
Ἀρκὰς Μαινάλιος, νῦν δὲ Συρακόσιος.

Similis est inscriptio in Anthol. Pal. T. II, p. 806. et alia p. 787. N. 86. Quum igitur nonnullarum inscriptionum partem οὐ σὺν μέτρῳ fuisse pateret, idem hunc in locum dici posse existimavimus. Deinde nostra scriptura propius accedit ad Vulgatae codicumque vestigia, a quibus nobis quidem non licebat longius discedere. Caeterum Frankius quoque in Callino p. 50. 123 sq. dicit hoc epigramma spurium esse, idem illud argumentum urgens, quod nobis quidem non videtur vim habere necessitatis. Fieri tamen potuisse concedimus, ut hic tripus serius dedicaretur. Cf. adn. ad VI, 10, 2. Vulgatam ἐν ἄθλοις Ἕλλησι δ' ἀείδων eodem modo quo nos edidimus emendavit Ignarra in Palaestr. Neap. teste Iacobsio. Vt vero, quod in μέλεα residet, vitium (si vere vitium est) tollatur, non ausim corrigere:

Ἕλλησιν δ' ᾄδων καὶ μέλε' ἠδ' ἐλέγους.

Vulgata est ἱππέων δρόμον. Amasaeus ἵππων δρ. legit, atque ita scripsit Clavier; recte; sic V, 8, 1. 3. κέλητος

ἵππου δρόμον. ἵππων τελείων δρόμον. δρόμος δύο ἵππων τελείων. cap. 9, 3. 5. δρόμου τῶν ἵππων. Similiter ἵππων ἀγὼν ibid. ubi opponitur ἀνθρώπων ἀγών. Pro vulgato ὁ Σικυώνιος τυραννήσας Sylb. scribendum censuit Σικυῶνος vel Σικυωνίων, quorum illud cum Clavierio recepi. Σικυωνίων τυραννοῦντα est cap. 37, 4. κιθαρισταὶ ἐπὶ τῶν κρουμάτων ἀφώνων sunt haud dubie ψιλοκιθαρισταί. III, 17, 5. est κροῦσμα. ἀφόνων Mosq. προςτιθέασιν idem. Φιλοῦντος Mosq. qui ἀνείλετο omisit. ὀλυμπιάσιν vulgo. Δημάρετος Vulgata. sed cf. de eodem VI, 10, 2. κραιεὺς pro Ἡραιεὺς Mosq. συνωρὶς v. V. 8, 3. Ὀρφώνδα vulgo. Ὀρφῶνδα Mosq. Ὀρφνώνδα Clav. qui tamen in versione *Orphondas* reliquit. Huic Thebano nomini Ὀρφώνδας simile est aliud Παγώνδας V, 8, 3. συνωρίδα τε πῶλον καὶ κέλητα Vulgata, sed in vitio est; primum enim vocabulo συνωρὶς adiungere Pausanias solet Genitivum ἵππων, πώλων, ἡμιόνων vel adiectivum πωλική, ut paulo post; deinde non κέλητα ἵππον sed κέλητα πῶλον additum esse, patet e proximis; denique dicit ab Eleis hoc eos recepisse; at ubi de Eleis loquitur V, 8, 3, *ita* scribit: συνέθεσαν καὶ συνωρίδα πώλων καὶ πῶλον κέλητα· hinc planum esse arbitramur, recipiendam esse Sylburgii emendationem nostri loci συνωρίδα τε πώλων καὶ πῶλον κέλητα· recepit etiam Clavier. πολλοῖς — ἑξήκοντα omisit Mosq. vulgatum ὁ Λαΐδας haud dubie corruptum est, et videtur omisso articulo Λαΐδας scribendum esse. De similibus vitiis dictum est ad V, 8, 3. VIII, 5, 5. adde VIII, 17, 5. Similiter ferri in Iuntina Plutarchi Ὄναβις, Ὀνάβιδος adnotarunt ad Plut. Philop. 12. Quum hic nominum similitudo Λάϊος, Λαΐς, Λαΐας accessisset, nos ὁ uncis notavimus. διαλιπόντες, Sylburgii correctionem, tacite recepit Kuhnius, quum antea διαλιπόντος legeretur. Simile vitium correctum est I, 2, 4. Λαρισαῖος etiam IX, 30, 5, ubi v. adn. Λαρισσαῖος infra cap. 16, 4. ut apud Xenophontem. ἔχαιρον γὰρ δὴ Μακεδόνες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενοι βασιλεῖς Vulgata. Clavier ordine mutato edidit — δὴ βασιλεῖς — καλούμενοι Μακεδόνες. quod videtur correctoris manum prodere. Ptolemaeus Lagi se ipse in inscriptione donarii Μακεδόνα ἐκάλεσε βασιλεύων ὅμως Αἰγύπτου teste Pausania VI, 3, 1.

CAPUT VIII.

§. 1. νομίζουσι Vulg. ὀνομάζουσι Mosq. προςηκόντων συνεδρεύοντες Mosq. καὶ ὀνομασθῆναι μὲν Ἀμφικτύονας Vulgata. Vt in Hellenicis nostris p. 35 (36) et in Fragm. Androt. p. 116. Ἀμφικτίονας ita hic quoque scripsimus sequente Clavierio. Numum Delphicum, cui inscriptum Αμφικτιο, commemorat *Bröndsted in Reisen* T. I. Τὸν νῦν Mosq. Quod autem h. l. Pausanias Androtioni tribuit, idem quo iure nescio Harpocratio Anaximeni, cuius citat πρώτην Ἑλληνικῶν, vindicat. De Androtione fabulas ad fidem et veritatem historicam revocante cf. Fragm. Philoch. et Androt. p. XX. Interpretationem ipsam Suidas quoque affert v. Ἀμφικτ. Quos Thucydides III, 104. περικτίονας Δήλου vocat, scholiastes ἀμφικτίονας interpretatur. Ad Delphicam Amphictyoniam qui mittebantur Athenienses, videntur Ἀμφικτύονες Ἀθηναίων dici in Corp. Insc. gr. Ber. I, 1. p. 253.

§. 2. In nominibus populorum, qui legatos ad hunc Amphictyonum consessum misisse dicuntur, scriptores variant. v. Wessel. ad Diod. XVI, 29. Pausanias distincte ait, se populorum, quos Amphictyon ipse adsciverit, nomina recensere. Αἰνειᾶνας vulgo et Suidas v. Ἀμφικτ. alii eos Αἰνιᾶνας vocant, ut Diodorus XVI, 29. Strabo X, 450. Harpocratio v. Ἀμφικτ. Stephanus Byz. Phavorinus v. Αἴνια, Eustathius ad Iliad II, 749. In Cicer. lib. 2. cap. 4. de rep. *Enianes* atque apud Homerum ipsum d. l. et Herodotum VII, 132. appellantur Ἐνιῆνες ionica dialecto. Mosq. h. l. habet Ἐνειᾶνας. Αἰνειᾶνες redeunt cap. 22, 5. in Vulgata, ubi Mosq. constanter exhibet Αἰνιᾶνας. Vt vero apud Herodotum l. c. ita et h. l. Aenianes distinguuntur a Thessalis, quibus illi ab Augusto additi sunt, ut paulo post narrat Pausanias. Heliodoro in Aethiop. II, 34. dicuntur Θετταλικῆς μοίρας τὸ εὐγενέστατον καὶ ἀκριβῶς Ἑλληνικὸν καὶ τῷ Μαλιακῷ κόλπῳ παρατεινόμενον. In Suida l. c. Μολιεῖς· Μαλεέας ante Facium qui, quod iam Sylb. voluerat, Μαλιέας reposuit e cap. 23, 8. et I, 23, 4. mox et Mosq. Μαλιεῖς exhibet, Harpocratio autem Μηλιεῖς· assentitur Valckenarius ad l. c. Herod. ζημίας ante Kuhnium et in Mosq. Hunc accusativum pluralem auctore Sylburgio Kuhnius tacite mutavit in ζημίαν. Βέννου Mosq. προθυμίαν — παρέσχοντο. cf. cap. 3. extr. Μαλεεῖς vulgo.

e Mosq. *Μαλιεῖς* dedit Fac. *συντελεῖν* omisit Mosq. *Νικοπολίταις φέρειν* Mosq.

§. 3. *Τριάκοντα.* Hunc numerum populorum, qui hic recensentur, non explent, etiamsi illos, quos Vulgata omisit, addideris; ergo aliquot nomina excidisse necesse est, vel numeros esse corruptos. Bekkerus Boeckhii et Buttmanni coniecturam *ἀπὸ ἑκάστων ἓξ ἀριθμῷ* recepit. *δὲ* ante *Ἀμφικτύονες* Mosq. omisit. in eodem verba *ἐκ Νικοπόλεως — ἀριθμῷ ἦσαν* desiderantur. *Θεσσαλίας — ἐκαλοῦντο* Vulg. Ex Amasaei interpretatione haud dubie probanda non efficitur ut ille voc. *μοῖραν* insertum legerit, Genitivus de parte accipiendus est quum non totam Thessaliam sed eius partem incoluissent, ut in illo *τῆς γῆς τέμνειν*· quare nec cum Clavierio ausus sum *Θεσσαλίαν* corrigere atque edere. De *re* Not. ad Hellen. 203. 524. Stephanus *Ἰωνία.* Mox *οἱ πέραν Εὐβοίας* Homericum est Iliad. II, 535, quod Buttmannus in Lexil. II, 26. interpretatur: *e regione.* *πέραν* iam in Scapula redditur *e regione.* cf. ad c. 36, 4. Fluit sane haec significatio ex illa *trans, ultra.* *καὶ Εὐβοεὺς ἐστιν εἷς καὶ εἷς Ἀθηναῖος* Vulgata. Hic lacunam esse Clavier iam in praefatione voluminis primi p. III. significaverat; eam nunc in editione eius e codicibus Paris. partim quidem ita expletam videmus *καὶ Εὐβοεὺς ἐστιν εἷς· Πελοποννησίων δὲ ἐξ Ἄργους καὶ Σικυῶνος καὶ Κορίνθου σὺν Μεγαρεῦσίν ἐστιν εἷς, καὶ εἷς Ἀθηναῖος.* Sed ne sic quidem efficiuntur triginta, verum viginti et unus. *ἐς Ἀμφικτυονίαν πᾶσαν* Vulg. *ἐς Ἀμφικτύονας* Mosq. Idem proxima *πᾶσαν — ἐς Ἀμφικτύονας* omisit; hinc patet, unde hoc vitium *ἐς Ἀμφικτύονας* natum sit in Mosq., neque inde ansam Vulgatae sollicitandae, quod Facius fecit, arripiendam esse. Ad *ἐς Ἀμφικτύονας* animo addendum *ἀποστέλλειν, συνεδρεύσοντας.* Vulgo scribitur *συντελεῖν ἐστιν.*

§. 4. Pro *κενὸς* est *καὶ ναὸς* in Mosq. *Ἀθηνᾶς καλεῖται Προνοίας* Vulgata, quam videntur firmare Demosthenes, Aeschines (loco clarissimo c. Ctesiph. p. 502. seu 95. ap. Wunderl. 94. sq.), Harpocratio, Photius in Lex., Phavorinus; alii commemorant Minervam *Προναίαν*, veluti Aeschylus Eumen. 21, qui ibi in Schol. citatur Callimachus (in Fragm. Bentl. CCXX) Herodotus I, 92, VIII, 37. 39. Diodorus S. XI, 14. cum interpp. Bekkeri Anecd. 293. 299. Etym. M. p. 700. A Facio et Creuzero Symbol. II, 713. defensor Vulgatae

laudatur Lennepius ad Phalar. p. 142 sqq. Cognata quidem videtur fuisse Minerva πρόναος in Apollinis Ismenii templo apud Pausan. IX, 10, 2, sed simulacra veritatis et umbras non moramur. *οἱ δὲ Μασσαλ. κ. τ. λ.* Laborat locus prava interpunctione, virgulam igitur post ἄποικοι sublatam pones post Ἰωνίᾳ. Φωκέων pro Φωκαιέων Mosq. Ald. Pro μοῖρα καὶ αὐτοὶ, quod e Sylburgii correctione Kuhnius tacite in contextum transtulit, in Mosq. Ald. Francof. μοῖρα καὶ αὐτὴ legitur, sed illud praeferendum, quum sensus sit: *et ipsi pars eorum sunt, qui quondam Harpagum Medum fugerunt ex Phocaea.* Non omnes qui ex Phocaea migraverant huc venisse, ex Herod. I, 163 sqq. notum est. Φωκέας pro Φωκαίας Ald. γενόμενοι — Καρχηδ. cf. Herod. I, 166. ut de his καὶ ἐπὶ — εὐδαιμον. Strabo IV, 180. ἀσπίδα — ὡς Matth. Gr. §. 295. Hunc *Croesi clypeum* commemorat etiam Herodotus I, 92. Φυλάκου τέμενός ἐστιν ἡρῷον· καὶ ὁ Φύλακος οὗτος Vulgata, haud dubie corrupta, nam pro ἡρῷον est ἡρώων scribendum, atque ita interpungendum Φυλάκου τέμενός ἐστιν· ἡρώων καὶ ὁ Φύλακος οὗτος. cf. de hoc *Phylaco* Delphis opem ferente cap. 23, 3. Herod. VIII, 38. 39. quo posteriore loco etiam de *fano* eius dicitur. σφίσιν ante ἀμῦναι Mosq. omisit. πεφυκέναι — ὗν· II, 1, 3. dixerat τραφῆναι — ὗν. Sed pro φασὶν ὗν est φασίγλην in Mosq. et cod. Par. 1410. unde Bekk. φασὶν ὕλην scribendum putavit. De his καὶ Ὀδυσσεία — συός Hom. Od. XIX, 413 — 450. Forsan ὑπὸ τῆς ὑὸς legendum καὶ ante μετὰ deerat; Facius inseruit auctore Sylburgio: Bekk. scr. ἀφικόμενος μετὰ τοῦ quum in 1410 ἀφικόμενον reperisset. Coenobium nunc esse creditur, ubi olim fuit gymnasium narrante Gellio in Itin. of Gr. p. 187.

§. 5. Πλεῖστος Vulg. Kuhnium Tzschuckiumque ad Strab. IX, 418 sequentes Πλειστὸς scripsimus. cf. de hoc fluvio c. 37, 5. De *Castalia* Gellius in the Itin. of Gr. p. 187 et 183 „Passing on right (scil. a monasterio) the Castalian spring, and the bath of the Pythia with a chapel of S. Iohn in the rock, above which the precipices Nauplia and Hyampeia, separated by a tremendous chasm. This spring bubbles op from under the precipices on r. and l. of the chasm.“ (adde ib. p. 189) et Sibthorpius in Walpolii Turk. p. 68. ait: „The fountain of Castalia, excavated in a rock of marble, still exists. — Above the fountain were the waters of *Cassotis* (cf. c. 24,

5.) which still murmured.“ *Παν̔ίασσις* ante Facium hic et cap. 29, 2. De hoc poeta v. Weicherti liber doctissimus de Apollonio p. 245 et O. Mülleri Dorienses II, 471 sqq. ubi praeter hunc Pausaniae locum etiam c. 29, 2. p. 871 et IX, 11, 1. referuntur ad eius Heracleam. *Τὸ ὕδωρ — Κηφισσοῦ.* Simile est quod narratur II, 5, 1. *Κασταλίη* Mosq. *προοιμίῳ.* Schneider adnotavit, Himerium orat. 14. p. 626. Wernsd. appellare *παιᾶνα*, Müller autem in Doriens. I, 269. eius fragmentum sed numeris solutum reperiri in illa Himerii oratione, et cum eo consentire Ciceronis locum N. D. III, 23. De *fonte Cephissi apud Lilaeenses* c. 33, 2. *ἐς τοῦ Κηφισοῦ* ante Facium, qui e Mosq. *Κηφισσοῦ* scripsit. *Δελφίς δέ τε πόλις* Vulg. Sylburgio videbatur aptius legi *Δελφοῖς δὲ ἡ π.* quod a Facio commendatum recepit Clavier. *τε* sane removendum; an *Δελφὶς* retinendum, quum haec adiectivi forma reperiatur apud Sophoclem Oed. Tyr. 464 et Stephanum? *Delphica urbs.* De eius positu cf. ad Hellen. 152. et Mannert VIII, 161. sq. hic inprimis consulendus. add. adnot. ad c. 6; 1. *ἀνωτάτω τοῦ ἄστεώς ἐστι* similiter cap. 32, 1. *στάδιον ἀνωτάτω τῆς πόλεώς ἐστι.* Pro vulg. *ἄστεως* Fac. e Mosq. *ἄστεος* dedit ut c. 34, 1. 35, 1. 32, 3. qua mutatione opus non erat, quum Mosq. sibi non constet in hac scriptura. Cf. ad VI, 24, 4. adn. *διὰ τοὺς* pro *δι' αὐτοῦ* Mosq. Hic *ἱερὸς περίβολος τοῦ Ἀπόλλωνος* ab Eumelo circumdatus est muro teste Diodoro Sic. XVI, 25.

CAPUT IX.

usque ad cap. 19, 3. de *donariis*, quae Pausaniae aetate Delphis reliqua erant. *Alcetas ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων* citatur ab Athenaeo XIII, 591, c (138) et *Hegesander* Delphus *ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὑπομνήμασι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων* lib. V. p. 210, 6. Hoc autem *ἱερῷ περιβόλῳ τοῦ Ἀπόλλωνος*, qui cap. 8. extr. commemoratus est, comprehensa fuerunt omnia, quae usque ad cap. 31. extr. enarrantur. Ab hoc transit cap. 32. ad alia.

§. 1. Post *ἐφαίνετο* deesse *ἄξια*, dixerat iam Sylburgius. *ἐφαίνετο [ἄξια]* edidit Clav. quum idem dixis-

set Facius, nec negaverim esse hic hiatum, quem etiam stellula significavi, quanquam haud ita dissimile illud sit Herodoteum *ἐόντες λόγου πρὸς βασιλῆος* IV, 138. *μετὰ οὐδενὸς λογισμοῦ γενέσθαι sine ulla consideratione, aestimatione esse, plane non aestimari.* Clav. non bene: „ces derniers étant pour la plupart des gens peu connus." Pro toto hoc *οὐ πάνυ — ἀξίους* in Mosq. nihil est nisi *μετὰ τῆς σπουδῆς.* Proxima in Vulgata sunt: *Φαΰλλῳ — Ὀλυμπιάσι μὲν οὐκ ἔστιν αὐτῷ νίκη· τὰς δὲ Πυθοῖ — ἀνείλετο καὶ σταδίου τρίτην· ἐναυμάχησε δὲ καὶ ἐναντία τοῦ Μήδου ναῦν τε παρασκευασάμενος οἰκείαν, καὶ Κροτωνιατῶν ὁπόσοι ἐπεδήμουν τῇ Ἑλλάδι ἀνεβίβασε· καί ἐστιν ἀνδριὰς ἐν Δελφοῖς, τὸν μὲν δὴ ἐς τὸν Κροτωνιάτην οὕτως εἶχεν.* Facius auctore Sylburgio finita periodo post *Δελφοῖς* pro *τὸν* scripsit *τά.* Idem Sylburgius putabat, post *ἀνδριὰς* desiderari *αὐτῷ ἀνακείμενος*, Facius autem veram lectionem fuisse *καὶ — Δελφοῖς αὐτοῦ. τὰ* etc. Denique Schaefer ad Lamb. Bos. corrigebat *καὶ ἔστιν οἱ ἀνδριὰς ἐν Δελφοῖς.* quod in contextum recepit Clavier. Remanet tamen difficultas quaedam in *αὐτῷ* post *Φαΰλλῳ·* qua codicis Mosq. auxilio sublata intelligetur, locum, cuius restituendi pericula modo allata sunt, esse sanum integrumque. Antea autem monendum, in hoc codice legi *Φαΰλῳ*, et Valckenarium ad Herod. VIII, 47. *ἀνεβίβασε* mutasse in *ἐνεβίβασε* probante Schaefero ad Dion. de comp. verb. p. 32, idque recepisse Clavierium. Sed quum *ἀναβαίνειν* de iis, qui navem conscendunt, et *ἀναλαμβάνειν* de iis, qui in navem recipiunt, dixerint, sine codicum testimonio quidquam hic novare nolui. Post *ἀνεβίβασε* i. e. *iis complevit*; Loescher male: *revexit*, Mosq. *καὶ* omisit, recte; sic enim patet, *ἔστιν ἀνδριὰς ἐν Δελφοῖς* nexum esse e praecedentibus *Φαΰλλῳ δὲ Κροτωνιάτῃ.* Quae coniunctio animadversa planum facit, in medio posita *Ὀλυμπιάσι μὲν — ἀνεβίβασεν* parentheseos signis includenda, adiuncta autem *ἔστιν ἀνδριὰς ἐν Δελφοῖς* incorrupta esse, neque *αὐτῷ* post *Φαΰλλῳ* misera negligentiae excusatione egere. In hunc *Phayllum*, de quo vid. Herod. VIII, 47, est epigramma in Anthol. Pal. T. II, p. 851. Sylburgius recte animadverterat, structurae legem postulare *ἀναβιβάσας*, Schaefer autem ad Dionys. l. c. cum anomalia *ναῦν τε παρασκευασάμενος καὶ ἀνεβίβασε* iam contulit Herod. I, 85. init. adde Paus. X, 32, 5.

§. 2. *Θεοπρόπον*. Clav. proposuit coniecturam *Θεοπρέπους* haud probabilem. Hic Aeginetа ignotus. ὁ pro ὡς Mosq. *τηνάλως* idem. *καί σφισι — ἄγρας*. cf. V, 27, 6.

§. 3. *Ἔλαττος* et antea ἡ *Νίκη* Mosq. *Triphylus* Arcadis filius etiam apud Polyb. IV, 77. *Erato* Arcadis uxor VIII, 4, 2. *ἀλλὰ Λαοδάμεια* habet, indice Sylburgio, Camerarium et Amasaeum auctores, namque in Aldina unum est verbum *ἀλλοδάμεια*, in Mosq. *ἀλλαοδάμια*. Apud Apollod. III, 9, 1. Arcadis uxor est *Λεάνειρα* (sic et in Sch. Eur. Or. 1642 appellatur) Amyclae filia. ibidem et alia istius foeminae ponuntur nomina, sed in iis *Laodamia* non est. itaque hoc nomen suspectum habemus. *Ἀρκάδος τὴν εἰκόνα* malit Bekker. *Σακύλας* pro *Σαμόλας* Mosq *ἄζαντα* pro *Ἀζᾶνα* idem. *Ἔλατον — καὶ Ἔρασον*. *Ἀργεῖος* Vulgata; non dubitavi scribere ὁ *Ἀργεῖος*· sequutus est Bekkerus. significatur *Antiphanes*. De his opificibus cf. indic. posteriorem in Meyeri Hist. art. inter Graec. *Λακεδαιμονίους — ἑλόντες*. cf. III, 5, 5. *π*, 3.

§. 4. *Ἄβας τε*, ὃς Mosq. in *ἀβάστεος* mutavit. sed III, 11, 5. hic vates *Ἄγίας* vocatur, de quo cf. Wessel. ad Her. IX, 33. *Τὸν Ἕρμωνα Θεόκοσμος ποιήσειν ἔμελλεν sibi sumebat faciendum, nahm sich wohl Th. zu verfertigen*. quibus scriptor indicat, videri sibi Hermonem a Theocosmo factum esse. De hoc *Theocosmo Megarensi, Phidiae aequali atque socio* I, 40, 3. et indic. in Meyeri Hist. art. int. Gr. *Παίσωνος* ante Facium, qui e Mosq. (ubi est *Πίστωνος*) et e VI, 3. 2. *Πίσωνος* scripsit, quum Sylb. iam *Πείσωνος* proposuisset. *Δαμίας* vulgo, *Δαμέας* Mosq. Clav. Etiam VI, 14, 2. est *Δαμέας* sed *Crotoniates*, quum hic sit *Arcas*. In Plin. 34, 19. Harduinus scripsit *Damiam*, in codd. est *Demeam et Dameam*. ὁ *μὲν τὴν — δὲ τὸν* Mosq. omisit. Post *Βοιώτιος* lacuna est, quam credimus cum Palmerio non posse sine codd. auxilio recte expleri; Sylburgius tamen opinabatur, periodo post *Βοιώτιος* clausa reliqua sic esse continuanda: *ἐκ δὲ τῶν ὑπὲρ Μίμαντος*, Kuhnius autem *ἐξ Ἐρυθρῶν τῶν ὑπὲρ Μιμ*. atque hoc posterius sequuti sunt in suis versionibus Goldhagenus atque Clavier. Pro Aldina lectione *Μίναντος* Camerarius *Μίμαντος* reposuit. Inter *Κιμμέριος* et *Μιλήσιος* Facius *καὶ* inseruit e Mosq. Quae fuit antea inter *Θεόπομπον* et *Μίδειον* distinctio, eam Sylburgio auctore sustulit

Facius, ex urbe Argolidis *Midea*, cuius civis apud Stephanum *Μιδεάτης* et *Μιδιαῖος* vocatur. E lectione codicis Paris. 1410 *μίδιον* Bekk. *Μήλιον* fecit. *Ἑρμιόνος* vulgo; Kuhnius Facio videbatur recte monuisse, *Ἑρμιόνης* legendum esse, afferenti II, 34, ubi §. 5. et 6. est *Ἑρμιόνη*, sed ibidem §. 11. *Ἑρμιὼν* etiam in Vulgata. Duplicem Nominativi formam *Ἑρμιὼν* et *Ἑρμιόνη* exemplis illustravit Stephanus Byz. et in Bekkeri Anecd. p. 1207 docetur, nomina urbium in *ων τῷ η παραληγόμενα τρέπειν τὸ ω εἰς τὸ ο ἐν τῇ γενικῇ — ἔτι δεῖ προςθεῖναι καὶ χωρὶς τοῦ Ἑρμιὼν Ἑρμιόνος καὶ τοῦ Ἠιὼν Ἠιόνος καὶ τοῦ Βιὼν Βιόνος.* Non fuit igitur quare Clavier *Ἑρμιόνης* scriberet. *Κόνων* vulgo, *Κώμων* Clavier, quanquam in versione Vulgatam retinuit. *Ἀγιμένης* vulgo, *Ἀγαμένης* Mosq. Clav. quod recepi. *ἀγεμένης* cod. 1410. *Τηλεκράτης* vulgo, *Τηλικράτης* Mosq. *Τηλυκράτης* Clav. In Clavierii editione Vulgata *τελευτᾷ* Kuhnii coniecturae *τελευταῖοι* cessit; sed *τελευτᾶν*, quod saepe intransitivam habet vim, potest etiam significare *ultimum, extremum esse;* in hunc fere modum dixit Sophocles Antig. 261. *κἂν ἐγίνετο πληγὴ τελευτῶσα* i. e. *τελευταῖον*. *ἀγεόνικος* pro *Ἐτεόνικος* et *μακεδόνιοι* pro *Λακεδαιμόνιοι* Mosq. De artificibus hac §. nominatis indic. in Meyeri hist. art. inter Graec. *Πατροκλέους δὲ εἶναι καὶ* Boeckh. e lectione 1410 *ει οἱ αι* eruit et Bekker. recepit.

§. 5. *τὴν δὲ πληγὴν κτλ.* Hanc narrationem de *Tydei et Adimanti* proditione non spernit Wesselingius. v. eum ad Diod. XIII, 106, atque eam ipse sequutus est Pausanias IV, 17, 2. Nepos in Alc. 8 et Lys. 1. *immodestiae militum* id infortunium tribuit; Lysias in Epitaph. 10, 43. dubitat utrum ad *ἡγεμόνος κακίαν* an ad *θεῶν δύςνοιαν* (vulgo *διάνοιαν*) referat. *Ἀθήνη* pro *Ἀθηναίοισι*, *πολέμοισι* pro *πολέμοιο*, et *δολεροῖς — νομέων* Mosq. Versus tertius ex Musaei oraculis vulgo ita legitur

Ἠι γ' ἅλις ἡμύσουσι πόλιν, τίσουσι δὲ ποινήν.

Mosq. habet *ἦτ' οὐλήσουσί μεν* (unde Heynius ad Hom. Il. II, 148. corrigebat *οἵ γε μὲν οὐλήσουσι πόλιν* pro *ὀλέσουσι*). Paris. 1410 *παραιφα* (reliqua evanuerunt) *ἔσται ἡτταλοιαημανσουσι πολιν τ. δ. π.* 1411 *ἡτταλοισημουσοισι πολ. τ. δ. π.* Hoc recepit Bekkerus. 1399 *ἤ γ' ἅλις* reliqua ut edit. Facius Vulgatam interpretatus *qua urbem quidem sat inclinabunt h. e. evertent* praeferebat tamen Mosq. lectionem ita explicans: *qua perdent, evertent,*

quidem urbem. Censor Facianae editionis in d. Neuen allgem. deutsch. Bibl. vol. 41, part. 1 fasc. 5 corrigebat Ἡι πόλει ἠμύσουσι πάλιν, *qua in urbem incumbent, invadent;* Schneider in Lex. gr. ἦ μὲν αὐλήσουσι πόλιν. Passovius per litteras mihi significans, se neque hos neque Heynium in adn. ad Hom. Iliad. II, 148. T. 4. p. 223. probare, locum hunc in Musaeo suo p. 62 ita reddidit:

"Wahrlich es nahet dereinst den Athenern ein furchtbares Wetter
Durch Feldherrenbetrug: doch nicht bleibt fern die Vergeltung;
Denn wie die Stadt sie gewaltig erschütterten, büssen die Schuld sie."

Lobeckius mihi scripsit; tutissimum videri retinere Vulgatam ita ut scribatur ἦν ἅλις ἠμύσωσι πόλιν *die Stadt wird eine Erleichterung finden, wenn jene sie genug gebeugt haben werden; sie aber werden ihre Strafe leiden.* namque intransitivam verbi ἠμύειν potestatem (quam Passovius quoque scholio Veneto ad l. c. Homeri tuebatur) notam esse vel ex Hom. Iliad. II, 373. ἠμύσειε πόλις, eamque agnosci ab Hesychio, atque similitudine verborum κλίνειν et κάμπτειν firmari. Denique Hermannus codicis Mosq. vestigia sequutus mihi nuperrime ita scripsit: hoc quidem non esse dubium quin legendum sit: οὐ λήσουσι πόλιν· reliqua autem forsan hoc modo scripta fuisse:

παραιφασίη δέ τις ἔσται.
ἤ τε γὰρ οὐ λήσουσι πόλιν, τίσουσι δὲ ποινήν.

sed erit tamen aliquid solatii. Certo enim non latebunt civitatem, sed dabunt poenas. Equidem, si meam mihi liceat adiungere opinionem, scripserim:

παραιφασίη δέ τις ἔσται
Ἧττα γ'· οὐ λήσουσι πόλιν, τίσουσι δὲ ποινήν

aliquid solatii erit cladi: non latebunt etc. ἧττα erui e codicibus · bene autem inter se opponuntur οὐ λήσουσι, τίσουσι δὲ ποινήν. Post μὲν abest δὴ a Mosq.

§. 6. Θυραίας Mosq. cf. ad II, 29, 5. καὶ Ἀργείων ἀγῶνα hoc ordine idem. Χαλκοῦν τινα ἵππον Vulg. τινα cum Mosq. omisi. Δούριον κληθέντα Clavier putabat scriptum fuisse, nos non item.

CAPUT X.

§. 1. *Τῷ βάθρῳ — εἰκόνας effigies, quae sunt positae in hac basi.* Buttmannus voluit παρὰ τὸν ἵππ. et Bekk. *Μαραθῶνι* pro *Μαραθωνίου.* Sylburgio videbatur inter τὰς et εἰκόνας inserendum adverbium ἐφεξῆς vel simile. Sed quae hac paragrapho recensentur εἰκόνες, eas τῷ βάθρῳ τοῦ ἵππου τοῦ Δουρίου impositas fuisse, ipse docet Pausanias, quum iis enumeratis §. 2. ita pergat: *Πλησίον δὲ τοῦ ἵππου καὶ ἄλλα ἀναθήματά ἐστιν Ἀργείων.* Clavier bene reddidit: „inscription, qui nous apperend que les statues; qu'il supporte, ont été dediées par les Atheniens." Nibby quoque: „inscrizione, che le immagini ivi poste sono decima." *Πανδίων, καὶ Κελεός τε* Vulg. *δίων* habet 1410. Pro *Κελεὸς* utique scribendum fuit *Λεὼς* ex I, 5, 2. idem voluit Porsonus atque dedit Clavier. *Λέων* suaserat Palmerius. Clavier autem scripsit: *Πανδίων, οὗτοι μὲν δὴ καὶ Λεώς τε,* quod, quum in Mosq. etiam pro *Πανδίων καὶ* sit *οὗτοι μὲν δὴ*, nos quoque recepimus. Post *Φυλεὺς* Bekk. *ἐστιν* delevit, et maiorem distinctionem mutavit in minimam; bene. *τὸν μὲν — δέει.* His similia sunt illa I, 9, 4.

§. 2. *Πολυνίκη — Πολυνίκης* Mosq. *οἱ ἀπόγονοι Προίτου, καὶ Καπανεὺς — καὶ Ἐτέοκλος ὁ Ἴφιος* Vulg. *καὶ* ante *Καπανεὺς* expungendum Palmerius atque Kuhnius recte censuerunt, quum Capaneus et Eteoclus *Προίτου ἀπόγονοι* fuerint; stemma est:

Proetus
|
Megapenthes
|
Argus seu Argeius
|
Anaxagoras

Alector	Hipponous
|	|
Iphis	Capaneus ex Laodice natus Iphios filia.
|	
Eteoclus	

Cf. Schol. ad Eurip. Phoen. 181 (185) etiam T. III, ed. Lips. p. 80 et adn. ad Paus. II, 18, 4. *Ἴφιος* etiam in

Schol. ad Eurip. l. c. ed. Matth. in ed. Lips. *Ἴφιδος* ut apud Suidam. cf. Bekkeri Anecd. 1193. *Hippomedon* apud Apollod. III, 6, 3. Aristomachi filius, et ut ex nostro loco videmus, ex Adrasti sorore. Clavier in Hist. d. prem. temp. de la Gr. I, p. 171. Adrasti sororem dicit *Aristomachen*. *Βάτων — οἰκεῖοι*. cf. II, 23, 2. et X, 30, 1. *Ἀλιθέργης* Mosq. nomen *Ἀλιθέρσης* est etiam VII, 4, 2. De *Hypatodoro et Aristogitone* indic. in Meyeri hist. art. int. Gr. Hi quum Ol. CII. putentur floruisse, haec *pugna* im bellum Corinthiacum cecidisse censenda est, ut Clavier opinatus est ad I, 15, 2, ubi de eadem hac *pugna ad Oenoën*. An *Thebani* fuerint hi artifices quaeritur. v. Boeckh. in Corp. Insc. gr. I, 1. p. 42. et Rosii Insc. gr. vetust. in inscr. Delphica. *ὑπὸ ἀλλήλων* ante Facium; Sylburgius iam monuerat *ὑπὸ Ἑλλήνων* scribendum, esse de qua confusione cf. ad V, 4, 5. extr. *Ἀκμαίων* Mosq. *Αἰγιδεύς* pro *Αἰγιαλεύς* idem. *τοῦ Μεσσηνῶν — παρασχόντες* ante Facium; *Μεσσηνίων — μετασχόντες* Sylburgius, non Kuhnius, correxerat. *Μεσσηνίων* est etiam in Mosq. *βασιλεύων* pro *βασιλέων* (idem error VI, 4, 6.) et *καθαρὰς* pro *καθαρὰ* Mosq. Ald. Articulus ante *Λυγκεὺς* suspectus. Pro *καθῆκον* legi posse *ἀνῆκον* et *πρότερον* accipiendum esse pro *πορρώτερον* Sylburgius putabat, Goldhageno iam recte contradicente; namque haec oratio est de Lyncei posterorum genere, quod ad Herculem descendit et ad Perseum, qui illo prior fuit. Bekkerus tamen malebat *πορρώτερον* legi.

§. 3. *Μεσαπίων* vulgo; dedi *Μεσσαπίων* ex Herodoto VII, 170, Strabone IX, 405. ac Stephano Byz. hunc ipsum Pausaniae locum citante. adde Paus. IX, 22, 5. *Ἀγελάδα — Ἀργεῖον* omisit Mosq. De hoc *Phalantho* Iustin. III, 4. et ibi interpp. add. infra cap. 13, 5. et de formula *λόγιον ἦλθεν ἐκ Δελφῶν* ibi adn. *αὐτὸν* post *ὑετοῦ* e Mosq. addidit Facius. *καὶ* ante *πόλιν* omisit Mosq. *κτήσεσθαι* aptius videbatur esse Sylburgio, sed de Infinitivo Aoristi etiam de futuris posito cf. Matthiaei Gram. gr. §. 506, 2. Caeterum hic quoque locus Vulgatam confirmat, quam nos VII, 6, 2. defendimus. *παραυτίκα* Mosq. ex eodem *τοῦ* ante *χρησμοῦ* Facius restituit. *τοὺς φθεῖρας*, ut Phrynichus et Th. Magister voluerunt. *εὐνοίας* Mosq. *προσέχει* Vulgata; rectius videbatur Sylburgio *προέχει profundebat*; ut hoc ita multa alia, quae Sylburgius invenerat, vel Kuhnius ipse sibi vel

Kuhnio Facius tribuit. Hanc tamen emendationem necessariam esse non putamus interpretantes: *hac in re fundebat, hierbei vergoss sie.* ὄνομα — ἦν Αἴθρᾳ τῇ γυναικὶ Vulg. restitui Αἴθρα, quod Sylburgius ad IV, 1, 2. iam voluerat. Sic ὄνομα δέ οἱ ἦν Πατρεύς VII, 6, 2.

§. 4. Τὸν ἥρω — τοῦ ἥρω Vulg. ἥρωα — ἥρωος Mosq. quod nobiscum recepit Bekkerus, quanquam nec altera forma damnanda est. cf. ad VI, 6, 3. καλεῖται — ποταμός· idem tradit Stephanus Byz.

CAPUT XI.

de variis *thesauris* hic exstructis; de iis, qui Olympiae fuerunt, VI, 19, 1, ubi etiam quos ἐν Δελφοῖς Ἑλλήνων τινὲς ἐποιήσαντο τῷ Ἀπόλλωνι scriptor tangit in transcursu. Περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν scripserat *Polemo* Atheniensis teste Plutarcho Symp. 5, 2. Strabone referente hos Delphicos thesauros καὶ δῆμοι καὶ δυνάσται κατεσκεύασαν, καὶ εἰς αὐτοὺς καὶ χρήματα ἀνετίθεντο καθιερωμένα καὶ ἔργα τῶν ἀρίστων δημιουργῶν IX, 419 (501). Eosdem fuisse ἐν τῷ ἱερῷ περιβόλῳ idem Strabonis locus docet, ubi ille scribit, pristinum huius templi cultum declarari etiam his thesauris. adde p. 420 (509). Idem V, 214 (107) commemorat *Spinitarum* thesaurum hic praetermissum. Eorum, quae in his thesauris dedicata erant ex manubiis, reliquae erant inscriptiones, illos etiam qui dedicaverant indicantes. v. Strab. p. 421. (510) adde his quae ad VI, 19. a nobis adnotata sunt, Wyttenb. ad Plut. VII. Sap. Conv. p. 164, (990).

§. 1. οὐδὲ ἐνταῦθα Mosq. Pro vulgato ἤδη ἦσαν est in Mosq. ἴδοισαν, ex quo feci scripsique ἴδοις ἄν. Sic IX, 10, 5. in Vulgata est Ἀνωτέρω δὲ τοῦ Ἰσμηνίου τὴν κρήνην ἴδοις ἄν, quod pariter contraxit in ἴδοισαν idem codex. De hoc *Triopa* v. Diod. S. V, 61. de eo Cnidiae promontorium Apollini sacrum *Triopium* appellarunt. *Equo* hoc apposito Boettiger in Ideen zur Archaeol. d. Mal. p. 323. putabat Triopam significari ἱππόδαμον, nobis quidem dubitantibus. Hunc enim Triopam nonnulli dixerant Neptuni filium, in quibus fuerunt Callimachus h. in Cer. 100 et Apollodorus I, 7, 4. Atqui Neptuno sacer fuit equus. ἐφιέντας vulgo,

ἀφιέντας dedi e Mosq. Sic I, 2, 4. δόρυ ἀφιεὶς ἐπὶ γίγαντα. cf. ad VI, 13, 5. Pro τὰ δὲ Sylburgio legendum videbatur ὁ δὲ ut ad Tityum referretur; Clavierio autem τῷ δὲ· quod ut stare posset, etiam τετρωμένον corrigendum esset, atque ita, vel τοῦ δὲ — τετρωμένου scribi volebat Corayus. Sed τὰ ad βέλη referendum indicat, alias eos sagittas mittere, aliis iam feriisse Tityum. παρὰ τῶν Σικ. Mosq.

§. 2. *Siphniorum* hunc thesaurum et metalla commemorat etiam Herod. III, 57. Σιφνίων ἡ νῆσος Vulg. Σιφνίοις ἡ ν. e Mosq. καὶ αὐτοὺς — ἐποίησεν. Eadem fere habet Suidas v. Σίφνιοι, qui et formula τὴν φορὰν τὴν τῆς ἀπαρχῆς ἐξέλιπον utitur.

§. 3. Ἀνέθεσαν — Τυῤῥηνῶν. Cf. cum his c. 16, 4. et ibi adnotata. τυράννων pro Τυῤῥηνῶν Mosq. Similiter in inscriptione Corporis inscr. graec. Berol. I, 1. p. 35. Τυραν legendum putatur Τυῤῥανα i. e. Τυῤῥηνά. Hoc οἱ δὲ Λιπαρ. — ἄποικοι confirmat Strabo VI, 275. Hic *Antiochus* res Siculorum persequutus est usque ad Olympiadem LXXXVIII, teste Diodoro XII, 71. adde de eo Siebenk. Praef. ad Strab. XV. ἐρήμους ἔτι οἱ ἀναστήσαντες ante Facium, qui Kuhnii emendationi ἢ ἀναστ. locum in contextis dedit. καὶ ante κατὰ τὰ Bekk. uncis inclusit. Θμήρια Mosq. Ἱέρα, bene, etiam in Schol. ad Apoll. Rh. III, 42. editis, Ἱερὰ in Parisinis et Strab. l. c. Ibidem et in Thuc. III, 88. Steph. B. Diod. S. V, 7. est Διδύμη. Quod hic de Cnidiorum colonia in Liparam ducta, quam Strabo quoque 6, 275. testatur, et de Liparaeis in has tres insulas agri colendi causa traicientibus traditur, conspirat cum Thucydidis loco indicato. De ignibus Strongules et Hierae cf. Strab. 6, 275. sq. Diod. S. l. c. et Wessel. ἐπὶ θαλάσσῃ λουτρά ἐστιν ἐπιτήδεια· δέξαιτό σε ἠπίως τὸ ὕδωρ, ἐπεὶ ἄλλως γε χαλεπὸν ὑπὸ ζεστότητός ἐστιν ἐμβαίνεσθαι ante Facium, qui e Mosq. δέξεται scripsit. Kuhnius putabat, deesse quaedam de certo usu istarum thermarum, Facius autem hoc non credens ἐπιτήδεια mutatum volebat in ἐπὶ τῇ δείλῃ, hoc distinctione post ἐστιν facta referens ad δέξεται. Hoc probatum est Clavierio atque etiam Porsono, qui tantum δὲ post δείλῃ inserit. Denique Corayus ita corrigebat: ἐπιτήδεια, ἃ δέξαιτ' ἂν σε καθιέμενον ἠπίως ἐς τὸ ὕδωρ. ἐπεὶ ἄλλως γε κτλ. *des bains très-commodes, que l'on peut prendre, pourvu qu'on ait la précaution de s'y plonger doucement; car autrement*

on ne sauroit en supporter la chaleur. Hoc nimium, namque ad id quod Corayus volebat efficiendum, una tantum opus erat particula εἰ, et ita legendum: ἐπιτήδεια, εἰ δέξεταί σε ἠπίως τὸ ὕδωρ· ἐπεὶ κτλ. et *EI* inter *EIA* atque *ΔΕΞ.* facile poterat excidere.

§. 4. ἀπὸ ἔργου τῶν ἐς πόλεμον Vulg. Sylburgius malebat ἔργου τοῦ, ut est cap. 13, 5, Facius autem, praeeunte Goldhageno, ἔργων τῶν quod excepit Clavier. Quae mihi non esse emendatio videtur, scriptor enim dixit ἔργον τῶν ἐς πόλεμον hic non certum (ut cap. 13, 5) facinus bellicum indicaturus, quum id mox verbis ἐπεὶ Θηβαίοις κ. τ. λ. factus esset. Ἀθηναίων ἐστὶν ὡσαύτως Mosq. forsitan recte, namque ex praecedente θησαυροὶ assumendum θησαυρός, quum duo intelligantur alter Thebanorum, alter Atheniensium. cf. adn. ad II, 29, 1. εἰσὶν prodit correctoris manum. Κνιδίους κτλ. Hic *Cnidiorum* thesaurus, §. 1. simulacra ab iis dedicata, quae in alio erant loco posita, commemorantur. ἢ pro εἰ Mosq. Ald. Frf. correxit Sylb. Κλεωναῖοι — λοιμώδους. cf. ad II, 32, 5. Πιτιδιατῶν Mosq. ἀπὸ — πταίσμ. *clades Atheniensium Sicula.* Ποτιδαιάται vulgo. εὐσεβείας τῆς Vulgata, quem Genitivum Facius a praecedente ἀπὸ pendere putabat; nos corrigendum εὐσεβείᾳ τῇ existimamus.

§. 5. βοσκήματα pro κοσμήματα Mosq. πλ. τ. ἄκρα κοσμ. Sylb. *interpretatur ornamenta quae extremis navium partibus, prorae et puppi, de more adduntur.* ἀριθμεῖται Mosq. γενέσθαι — ὀνομαζομένῳ Ὠρίῳ καί μοι φαίνεται· ante Facium, qui Palmerii bonam emendationem ὀνομαζομένῳ Ῥίῳ e Thucydide II, 84. haustam recepit. Diodorus idem referens ad Thucydidem iam citatus est XII, 48. mirum igitur, quod in Schol. ad Theocr. I, 125. τῷ ὁρίῳ τῷ Ἀχαϊκῷ adhuc legitur. Praeterea Facius καί μοι φαίνεται interpunctione antea sublata praecedentibus addidit. Θυσεῖ pro Θησεῖ Mosq. De hoc *Phormione* cf. I, 23, 12, ubi *Asopichi* cuiusdam nomen etiam ex Athen. XIII, 605. a, poterat adiungi. καὶ ante ἐς τοῦ Mosq. omisit. Bekk. post Ῥίῳ distinxit coniungens καί μοι φ. cum sequentibus; sic ἔχειν desse dicendum est.

CAPUT XII.

episodium de foeminis et viris, qui *ἐκ θεοῦ μαντεύσασθαι* dicebantur, inprimis de *Sibyllis*, de quibus cf. Fabric. Bibl. gr. I, p. 227 sqq.

§. 1. *ἀνίσχουσα ὑπὲρ ταύτης* Vulgata, et Sylb. *ταύτης* referebat ad porticum cap. 11, 5. commemoratam. At in Mosq. est *ὑπὸ τῆς γῆς*, quod Facius in *ὑπὲρ τῆς γῆς* mutandum censuit, et Clavier mutavit. Aliquamdiu quidem putabam *ὑπὸ* hic defendi posse loco Euripidis Hec. 53. *περᾷ ὑπὸ σκηνῆς exit e tentorio*, et sensum hic esse *eminet e solo*, nunc tamen in prosaico scriptore *ὑπὲρ* videtur praeferendum; atque etiam VII, 1, 2. Mosq. *ὑπὲρ* in *ὑπὸ* mutavit perperam. Caeterum teste Clemente Alex. Strom. I, p. 304. (qui sua sumsit e Plut. *περὶ τ. μὴ χρᾶν* p. 619. Basil.) narrabatur, prope curiam ostendi petram quandam, in qua Sibylla prima a Musis nutrita et ab Helicone profecta sederit. *Herophilen* memorant Tibullus II, 5, 68. et Clemens Al. Strom. I, 304. 323. Apud Lactantium I, 6, 10. est *Demophile* vel *Herophile*, apud Suidam *Ἱεροφίλη*. Vulgata habet *Σιβύλλαν*: melius *προπαροξύνεται* in Suida, Phavorino, Aelian. V. H. XII, 35, Strab. XIV, 645, Athen. XIV, 637 b, Tzetz. ad Lyc. 1278, Clem. Alex. l. c. Inprimis autem regula, quam Etym. M. p. 19 (18) affert, sequenda nobis fuit. Bekker scripsit: *Σίβυλλαν δὲ ἐπίκλησιν .... τὴν πρότερον* γ. quod Boeckhius ita explendum putavit *ἐπίκλησιν. τὴν δὲ Σίβυλλαν τὴν πρ. γενομένην, ταύτην.* Ad *priorem Herophilen* pertinent verba usque ad *λέγουσιν ὀνομασθῆναι*· quae deinde sequuntur ad *posteriorem*; hanc quoque narrarunt Delphos venisse, et in petra paulo ante commemorata a Pausania oracula cecinisse. *καὶ Λαμίας κ. τ. λ.* Lactantius l. c. Sibyllas enumerans ait: *Secundam Libyssam fuisse, cuius meminerit Euripides in Lamiae prologo*, cuius fabulae hi duo supersunt versus: *τίς τοὔνομ' αἰσχρὸν κἀπονείδιστον βροτοῖς οὐκ οἶδε Λαμίας, τῆς Λιβυστικῆς γένος;* In Suida et scholio Platonis a Valckenario ad Theoc. Adon. p. 346 sq. emendato, ubi pariter plures recensentur Sibyllae, est *δευτέρα ἡ Λίβυσσα.* Hinc suspicor in hoc Pausaniae loco corrigendum esse *καὶ ἀπὸ τῶν Λιβύων Λίβυσσαν λέγουσιν ὀνομασθῆναι.* (Nunc demum video Perizonium quoque ad Ael. V. H. 12, 35. hunc locum correxisse, sed alio tamen modo.) Adde illud Hesychii *Λάμια — γυνὴ*

τις ἀρχαία οὕτω καλουμένη Λίβυσσα. cf. Duris apud Suid. et in Phot. Lex. v. Λάμια et Diod. S. XX, 41. Plutarchus περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμ. p. 619 Bas. refert, nonnullos dixisse, Sibyllam esse Λαμίας θυγατέρα τῆς Ποσειδῶνος· haec αὐτολεξεὶ repetivit Clemens Strom. I, 304, sed pro Ποσειδῶνος hic vitiose legitur Σιδῶνος. De *Helena Asiae Europaeque perniciosa* hi versus sunt in Orac. Sibyll. lib. 3.

Ἴλιον οἰκτείρω σε· κατὰ Σπάρτην γὰρ Ἐριννὺς
Βλαστήσει περικαλλὲς, ἀείφατον, ἔρνος ἄριστον,
Ἀσίδος Εὐρώπης τε πολυσπερὲς οἶδμα λιποῦσα.
Σοὶ δὲ μάλιστα γόους, μόχθους, στοναχάς τε φέρουσα
Θήσει, ἀγήραντον δ' ἕξει κλέος ἐσσομένοισι.

Hic ὡς cum Optativo et Indicativo. cf. cap. 31, 2. Mosquensis ἁλώσεται omisit, sed deinde pro ὕμνων habet ὕμνον, quod Sylb iam voluerat et nobiscum dedit Clav. καλεῖ δὲ οὐχ Ἡροφίλην μόνην — αὐτὴν Vulg. In Clav. ed. est καλεῖται δὲ Accusativis, qui sequuntur, non mutatis. οὐχ Ἡροφ. ionismis accensent, quaeritur autem utrum Pausaniae an librariis hoc debeatur. οὐχ scr. Bekk. Pro μόνην assentiente Sylburgio μόνον dedit mecum Clavier. Sibylla se Ἄρτεμιν et, quod illico sequitur, *Apollinis sororem* dixit. Huc pertinet locus Clementis Al. Strom. I, 323. de Sibylla: Φρυγίαν τε οὖσαν κεκλῆσθαι Ἄρτεμιν, καὶ ταύτην παραγενομένην εἰς Δελφοὺς ᾆσαι

Ὦ Δελφοὶ, θεράποντες ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος,
Ἦλθον ἐγὼ χρήσουσα Διὸς νόον αἰγιόχοιο,
Αὐτοκασιγνήτῳ κεχολωμένη Ἀπόλλωνι.

Pro vulgato τὸ δὲ corrigente Sylburgio dedi τοτὲ δὲ, item Clav. μὴ πρὸς pro μητρὸς Mosq. δ' post νύμφης Bekker. omisit. πατρὸς δ' αὖ mutatum in Mosq. in πατρὸς δέ. Kuhnio κητοφάγος *qui cete, pisces edit*, est homo. Clavier melius interpretatus est: *mon père vivoit d' aliments grossiers.* Sic oppositus esset mortalis, qui his alitur, deae quae nectare et κνίσσῃ nutritur. ἐρυθρῇ Μαρπησσος vulgo; Stephanus habet Μερμησσὸς, πόλις Τρωϊκὴ, ἀφ' ἧς ἡ ἐρυθραία Σίβυλλα. ἦν δὲ καὶ ἡ πόλις αὐτὴ ἐρυθρὰ τῷ χρώματι ubi etiam Μυρμισσὸς legitur et apud Suidam Μαρμισσός. In Tibulli codicibus II, 5, 67. fuit *Marpesia*, cui Salmasius substituit *Mermessia*. Apud Lactantium I, 6, 12. *Marpessus et Marmessus* legitur variantibus codd. μητρὸς ad Sibyllae matrem

recte referunt. μητρὸς ἱερή, ποταμὸς δ' Ἀϊδωνεύς vulgo — ἱερὴ ἡ ποταμός Mosq. atque Clav. scripsit ἱερή, ἡ ποταμὸς δ' Ἀϊδ. de quo errore non est cur dicamus.

§. 2. Post ἔτι καὶ Bekker. vellet νῦν additum esse. ὡς ἂν pro ὡς Mosq. ὅς ἂν habet 1410. unde Bekk. ὅσον scr. περὶ τὸ Μάρπησσον γῆ vulgo; duplicem sibilantem e Mosq. restituit Fac. sed scribendum fuit τὴν Μαρπ. quod Sylb. iam voluerat sed Kuhnius reticuit. τὴν Μαρ. Clav. nobiscum dedit. Corayus autem ante γῆ recte voluit inseri articulum. ὥστε καὶ τῷ Λάδωνι ποταμῷ καταδύεσθαι ἐς τὴν χώραν, καὶ ἀνασχόντι τὸ αὐτὸ αὖθις πάσχειν, τέλος δὲ καὶ ἀφανίζεσθαι κατὰ τῆς γῆς· αἴτιον (ἐμοὶ δοκεῖν) ἐστιν, ὅτι λεπτὴ — ἐστὶν ἡ Ἴδη Vulgata, qua propter perversam interpunctionem sinistre accepta, excidisse aliquid plurimi perperam putaverunt. Pro Λάδωνι scribendum esse Ἀϊδωνεῖ primus vidit Sylburgius, sed non vidit, post τὴν χώραν non deesse verbum finitum συμβαίνει vel simile. Notatu dignum, ut errandi facto initio error errorem sequutus sit; Kuhnius enim opinabatur, post ποταμῷ requiri verbum παρέσχεν vel simile ad structurae integritatem; Facio autem arbitro Dativi illi prorsus abhorrent a constructione, quae Accusativum postulet; itaque vel Accusativum restituendum τὸν Ἀϊδωνέα — ἀνασχόντα, vel, si Dativos retinere velis, emendandum censet καταδύεσθαί τε ἐστι ἐς τὴν χώραν. Nihil iam reliquum erat nisi ut contextum ipsum corrigeretur; quod factum est a Clavierio, qui audacter scripsit: καταδύεσθαί. ἐστι τε ἐς τὴν χώραν. Sed nihil desse, et omnia quae oblata sunt supplementa reiici debere intelliges, si, quod in minore editione iam fecimus, maiorem distinctionem post τῆς γῆς in minimam nobiscum mutaveris. Hi enim Dativi cum Infinitivis pendent a formula αἴτιόν ἐστιν· quae structura minime est insolens. v. adn. ad I, 26, 5, ubi est τὸ συμμαχικὸν τοῦτο ἐγένετο Ἀθηναίοις αἴτιον μάλιστα διαφυγεῖν τὸν Κασσάνδρου πόλεμον. Nunc video Corayum plane idem sensisse de hoc loco scribentem „il faut retrancher le premier ἐστι, qui est une correction inutile de Facius et changer la punctuation, τῆς γῆς αἴτιον, ἐμοὶ δοκεῖν, ἐστιν.“ Idem quam nobiscum Clav. recepit lectionem Ἀϊδωνεῖ probat.

§. 3. Τὴν δὲ — Σμινθέως. Eustath. p. 34: φησὶν ἡ ἱστορία, ὅτι ἐν τῇ Χρύσῃ Σμινθέως ἐστὶν ἱερόν· ergo in Troade. Ante Kuhnium distinguebatur post Ἀλεξαν-

δρεία, Kuhnius auctore Sylburgio posuit virgulam post *ταύτην*, sed recte hanc plane removit Facius. Pro *ταύτην* autem in Mosq. est *ταύτη*, et *ταύτῃ* scripsit Clav. me non probante, quum scriptor *τὴν Ἡροφίλην ταύτην* dixerit *τὴν νεωτέραν*, de qua nunc loquutus est; de eadem mox *αὕτη ἡ Σίβυλλα* posuit. *ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ* accipiendum esse de Troica, per se planum est. De hoc *Hecubae somnio* Apollod. III, 12, 1. *αὐτὴν* post *χρεὼν* omisit Mosq. Hoc *ἐλεγεῖον* repetitum est in Anth. Pal. T. II, p. 792. *ἅδε — ἀφοίβειος ἀφηγαγεὶς* Mosq. Idem *λαΐνεῳ — Μοῖρα ὑπὸ* omisit. *αὐδήεσσα* scripsit Iacobsius. *τῇδε* pro *τήνδε* Mosq. *Ἑκάταιῳ* pro *Ἑκάτῃ* idem. Brunckius malebat *Ἑκάτων*, quod nobis quoque placet. Sensus est: *functa Phoebi sacerdotio quod tum fuit*.

§. 4. *γὰρ* post *ἀμφισβητοῦσι* Mosq. omisit. *Κώρυκος* apud Strab. XIV, 644. *Theodorum* Sibyllae patrem nominat Suidas auctore Hermippo. Hunc usum vocabuli *ἴδη* inprimis Ionum proprium esse vult Phavorinus. v. Lexic. Herod. Schweigh. *Κάρπησσον* pro *Μάρπησσον* Mosq. *Ἐπίκησοις* pro *Ὀπικοῖς* idem. Hic *Hyperochus* ab Athenaeo XII, 528, d. ita citatur *ὥς φησιν Ὑπέροχος ἢ ὁ ποιήσας τὰ εἰς αὐτὸν ἀναφερόμενα Κυμαϊκά*. Deinde *χρησμὸν δὲ οἱ Κυμαῖοι τῆς γυναικὸς ταύτης ἐς οὐδένα εἶχον ἐπιδείξασθαι* Vulgata hoc sensu, *oraculum in nullum;* sed *χρησμῶν* est in Mosq. sic tollendum *ἐς* ante *οὐδένα*, quod Clavier quoque delevit, quanquam retinuit *χρησμόν*. Pro *ἐς* est *ἐπ'* in cod. Par. 1410. Mox *ἐπιγραφη — Δημοῦς παρὰ Ἑβραίαις* ante Facium, qui cum Salmasio post *Δημοῦς* distinxit. Ad *Δημοῦς* intelligitur *ὄνομα*. De hac muliere cf. et Reines. Observ. in Suidam p. 65.

§. 5. *Ἑβραῖοι οἱ ὑπὲρ τ. Παλαιστ.* cf. adn. ad I, 5, 5. Adde illud Strabonis *ἡ ὑπὲρ Φοινίκης μεσόγαια μεταξὺ Γάζης καὶ Ἀντιλιβάνου Ἰουδαία λέγεται* 16, 334. *Παρὰ Ἑβραίοις — Σάββη.* Bis haec dicitur *Σαμβήθη* apud Suidam. De ea reiicimur ad Periz. not. in Ael. V. H. XII, 35. In parentibus huius Sibyllae consentit Suidas cum Nostro. *Phaënnis* qua aetate vixerit, indicatur etiam cap. 15, 2. *Sibyllam* eam ab hominibus nominatam esse negat Pausanias. *τῆς μὲν δὴ πυθέσθαι τὴν ἡλικίαν καὶ ἐπιλέξασθαι ῥᾴδιον τοὺς χρησμοὺς* ante Facium, qui post *πυθέσθαι* inseruit *ἐστὶ* ut haberent quo regerentur isti Infinitivi. Diceremus eos pendere

ῥᾳδίως, nisi hoc ipsum vocabulum abesset a Mosq. et cod. 1410. Clavier quoque omisit, qui ita scripsit: πυθέσθαι τὴν ἡλικίαν καὶ ἐπιλέξασίν ἐστι τοὺς χρ. Quum ἐπιλέξασιν ferri non possit, scripsimus πυθέσθαι τὴν ἡλικίαν καὶ ἐπιλέξασθαί ἐστι τοὺς χρησμούς. Medium ἐπιλέγεσθαι est *legere*. v. adn. ad I, 12, 3. Ἀντιόχου κτλ. *Phaennis* una aetate ante Gallorum in Graeciam expeditionem (quae cecidit in Olymp, 125) eam praedixisse dicitur cap. 15, 2. Hic *Antiochus* est I. seu Soter filius et successor Seleuci Syriae regis, cui se captivum tradidit hic *Demetrius Poliorcetes* Antigoni filius. v. Plut. Demetr. 49 sqq. ἀντιοι pro Ἀντιόχου Mosq. Πελιάδας Mosq. Ald. Frcf. correxit Sylburgius. ἔσεται Mosq. Ἀ καρπούς vulgo ἀὰ καρποῦ Mosq. Γᾶ Camerarius legit, sagaci coniectura, ut ait Sylb. et ita nobiscum scripsit Clavier. κλήζεται Mosq.

§. 6. De *Eucloo* infra cap. 14, 5. Pro Ἀθηναῖον Bekker. Ἀθηναίους volebat legi. Βάκιν Mosq. κατάσχετος ἐκ Νυμφῶν i. q. μανεὶς ἐκ Νυμφῶν. quod de eodem est IV, 27, 2. De vera *Bacidis* patria interpp. ad Ael. V. H. XII, 35. Ergo hic Bacis quoque a Nymphis afflatus χρησμολόγοις viris accensetur., cf. Rein. Obs. in Suid. Huius *Lyci* χρησμοὶ commemorantur etiam IV, 20, 2. τοσαῦτα Ald. Francof. sed Sylb. correxit. ἄχρι pro vulg. ἄχρις Mosq. v. adn. ad II, 30, 7. VI, 15, 5. adde Phryn. Lobeck. p. 14. ἐν δὲ τῷ κτλ. Qui hoc et similia putant dicuntque *Pausaniam opposuisse Christianis*, hos velim explicare causam, cur Pausanias tecte tantum in illos invadere, neque usquam quidquam aperte contra eos dicere ausus sit.

CAPUT XIII.

§. 1. *Paeonici tauri* videntur iidem esse qui Herodoto dicuntur βόες ἄγριοι VII, 124. 126, quos narrat in illa esse regione. De *bisonibus* et eorum nomine Schneideri adn. ad Eclog. physic. p. 24. Δρωπίων δέοντος Vulgata. δὲ ὄντος 1410. ex Amasaei translatione sumsi Δέοντος. Sylburgio et Nibbyo placebat Λέοντος, sed Clavierio nostra lectio item Bekkero. Schneider malebat Αὐτοδέοντος vel Αὐτολέοντος e Diod. S. XX,

19, init. ubi Cassander dicitur *βοηθήσας Αὐδολέοντι τῷ τῶν Παιόνων βασιλεῖ*, et Wesselingius hoc apud Diodorum nomen constabilit Polyaeni loco IV, 12, 3. Loescher vertit: „Caput Pisonis factum ex aere Paeonico, Dropiorum cum esset, rex Paeonum Delphos ablegavit.“

§. 2. *δίκτυα — ἐμβολῇ* „concisa et manca est structura: plena sic, *ὥστε τῇ ἐμβολῇ ἀντισχεῖν*“ Sylb. quod probatum est Clavierio (optanti *ὥστε τῇ ἐμβολῇ ἀντισχεῖν αὐτῶν*) atque etiam Porsono, non nobis; namque Adiectivum vel Adverbium cum *οὕτω* copulatum interdum non sequitur *ὥστε*, veluti in Strab. IX, 400 *τὴν Εὔβοιαν τρόπον τινὰ μέρος Βοιωτίας πεποίηκεν ὁ Εὔριπος, οὕτω στενὸς ὤν, καὶ γεφύρᾳ συνεζευγμένος πρὸς αὐτήν*· et XII, 540 (42) *οἱ θαυμάσαντες, εἴ τινες οὕτως εἶεν ἀπειρηκότες πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἐπέτρεψαν αὐτοῖς ἑλέσθαι ὃν ἂν βούλοιντο.* nos simili modo in communi loqui vita notum est. cf. adn. ad 28, 1. Sensus nostri loci est: *nec ulla retia satis valida (firma) sint adversus eorum impetum.* Quodsi constructio *ἰσχυρὸν εἶναί τινι* non vacat offensione hoc sensu, *validum esse ad aliquid perficiendum, sustinendum*, poterit fortasse *ἰσχυρὰ πρὸς τὴν ἐμβολὴν* scribi. *πρὶν* pro *πρηνὲς* Mosq. Mox pro *πρηνὲς* est *πρανές*· cuius permutationis exempla congessit Lobeckius ad Phryn. p. 431. *πέρατι* pro *περὶ τῷ* Mosq. *τὸ περὶ τῷ πέρατι ὁμαλὸν* displicuit Sylburgio, qui malebat *πρὸς* quam *περί*, quod hic esset *circum.* Forsitan *περὶ τῷ* ortum e proximo *πέρατι* i. e. *in fine*, quam suspicionem lectio Mosq. auget. In minore editione suspectis uncos iniecimus. *ὀλισθῶντες* Mosq. *ὀλισθέντες* margo Excerpt. cod. Palat. *ἐῤῥιμένοι* Mosq. *πίτυος τ. ἡ. καρπ.* cf. ad II, 10, 3. *πρὶν ἐκλέξαντες* vulgo, *προελέξαντες* Mosq. hinc cum Schneidero antea *προεκλέξαντες* dedi. Camerarius *πρὶν ἐκλέψαντες* voluerat. Nunc bene *προεκλέψαντες* scripsit Bekkerus. *τότε παραυτίκα* Mosq.

§. 3. *Τοῦ βίσονος κτλ.* Quod Spanhemius de Vsu et Praest. Num. T. I. p. 210 se suspicari ait, huius viri statuam videri e regione illius capitis taurini positam esse ad indicandam viri ferociam et robur, id minus improbarem, si utrumque donarium ab iisdem fuisset dedicatum, atque certum esset, in suo quodque loco semper mansisse donarium, quod Delphis vidit Pausanias. Ante Facium legebatur *Τοῦ βίσωνός τε*, is Syl-

burgii δὲ recepit. Huius *Andrei* mentio etiam apud Stephanum videtur exstare, sed adhuc Ἀνδρεία quarto casu ibi v. Ἄνδρος legis. οἱ ante Ὑποκνημ. Bekk. inseruit. De monte *Pieria* et urbe *Dio* diximus ad IX, 30, 3. καὶ ἐπὶ τῷ ἅρματι Ἄμμωνα Vulg. καὶ ἐπὶ τῷ ἅρματι ἄγαλμα Ἄμμωνος Clavier edidit. quod recepi quum in Mosq. Ἄμμωνος pro Ἄμμωνα reperissem. Boeckhius in Oecon. publ. Athen. II, p. 259 unde hoc hauserit: *das Weihgeschenk Ammon auf einem Wagen, war gewiss älter als Alexander*, nescio. τὸν Ἀπόλλωνα — ἐλάφου *eum Apollinem qui cervam prehendit, den Apollon, welcher den Hirsch angefasst hat.* Videtur significari Apollo, qui cervae se attollentis alterum pedem anteriorem manu dextra tenet; qualem effigiem videmus in Schlichtegrollii Auswahl vorz. Gemm. aus d. Stoss. Cabin. tab. XLV, cui iudice Welckero in Zeitsch. f. Gesch. u. Ausl. alt. K. I, 1. p. 166. non Endymionis sed Apollinis nomen dandum fuit. Φαρσάλιοι δὲ Ἀχιλλέα τε ἐπὶ ἵππῳ. καὶ Κορίνθιοι δὲ κτλ. Vulgata. Mosq et Vindob. lacunam quae hic est ita explent: ἐπὶ ἵππῳ καὶ ὁ πάτροκλος συμπαραθεῖν οἱ καὶ τῷ ἵππῳ κορίνθιοι· quod nos in minorem editionem ita transtulimus ut scriberemus ἐπὶ ἵππῳ, καὶ Πάτροκλος συμπαραθεῖ οἱ τῷ ἵππῳ. Κορίνθιοι δὲ κ. λ. Clavier ἐπὶ ἵππῳ, καὶ ὁ Πάτροκλος συμπαραθεῖ οἱ καὶ τῷ ἵππῳ. Καὶ Κορίνθιοι δὲ edidit. Nobiscum consentit Bekkerus nisi quod ὁ ante Πάτροκλ. retinuit. De hoc *Corinthiorum thesauro et de hoc auro* v. omnino Herod. I, 14. Quod idem IV, 162. refert in hoc Corinthiorum thesauro fuisse θυμιητήριον, Pausaniae aetate evanuerat. De hoc thesauro cf. et Plut. Conv. 7. sap. p. 164 et Wyttenb. adnot. ἡνίκα — Θεσσαλίας. cf. cap. 1; 2—4. Φλιάσιοι — Αἰγίνης. Aeginam Asopi filiam ex *Phliunte* rapuit Iupiter. v. Diod S. IV, 72. Not. ad Hellen. p. 255. sq. et Pausan. II, 5, 1.

§. 4. τοῦ Κορινθίων vulgo, τοῦ Κυρηναίων Mosq. et 1410. Ἡρακλῆς δὲ κτλ. Ad hunc nos locum scriptor ipse reiecit VIII, 57, 1, ubi aliud artis opus sed eiusdem argumenti commemoratur. Pugnae huius ipsius mentio iniecta iam est III, 21, 7. Ars eam saepe simulavit. v. indic. in Winckelmanni Opp. VIII, 120. ed. Dresd. eiusdem Desc. d. pierr. grav. p. 284. 285. Monum. Pelopon. Praef. XXXIII, et p. 114. Statues antiques Musei (olim) Napoleonis num. LI. Horneri Bilder des griech. Alterth. II. num. XII. adde Creuz. ad Cicer. de N. D. III, 16.

ubi Cicero hoc de *antiquissimo Hercule Iovis antiquissimi et Lysithoës filio narrari dicit.* ἡγήσατο Ἠλεῖος vulgo; scripsi ἡγήσατο ὁ Ἠλ. ut est cap. 4. 1. ubi de eodem narratur vate. *Diyllum, Amyclaeum et Chionin* Winckelmannus et Meyer praetermiserunt. Nomen Δίυλλος est etiam in inscr. attic. in Corp. Inscr. graec. Berol. I, 1. p. 220. v. 7. add. adn. ad cap. 3, 1. Χιονᾶς Mosq. ἀλλ' ὅς δ' ἂν pro ἄλλος ἄρ' Mosq. De *Hercule Canobeo seu Aegyptio* Herod. II, 113. Strab. XVII, 801. Cic. N. D. III, 16. Intrpp. ad Tacit. An. II, 60. πρότερον κ. λ. Plutarchus de Herod. malign. c. 14. vol. 12 Hutt. negat ab ullo antiquiore poeta *Herculem Aegyptium* aut *Phoenicem* commemorari. ἀποδίδωσι nunc pro ἐπιδίδωσι legitur e Sylb. correctione. παραδεξάμενοι κτλ. ex poetis ut Noster ita Apollodorus II, 6, 2, Hyginus fab. 32 hauserunt sua.

§. 5. χρυσοῦν τρίποδα — ἡγεμόνες. Quid huius monumenti reliquum fuerit aetate Pausaniae quid non, ex his eius verbis planum est. De eodem hoc donario Herodotus IX, 80 (81) ita: ὁ τρίπους ὁ χρύσεος ἀνετέθη, ὁ ἐπὶ τρικαρήνου ὄφιος τοῦ χαλκέου ἐπεστεὼς ἄγχιστα τοῦ βωμοῦ. ubi Gronovii et Cuperi de hoc serpente lites Wesselingius tangit suam non celans sententiam. Quid sit ἐπικείμενον δράκοντι patet ex Herodoti verbis. Hic autem nullum discrimen inter ὄφιν et δράκοντα. Mosq. καὶ ante τὸν χρυσὸν omisit. καὶ ἄλλην δεκάτην κ. λ. de altero Tarentinorum donario iam dixit cap. 10, 3. τέχνη μὲν τὰ ἀναθήματα Ὀνατᾶ τοῦ Αἰγινήτου, καὶ Καλύνθου τε ἑστήκασιν ἔργα, εἰκόνες δὲ καὶ πεζῶν καὶ ἱππέων Vulgata. Ὀνόματα pro Ὀνατᾶ Mosq. ὀνότᾳ cod. Paris. 1410. Ὀνάτα est in Bekk. ed. τέ ἐστι κωσιν ἔργου pro τε ἑστήκασιν ἔργα idem. ἑστήκασιν ἔργα non vacat offensione, et τέχνη μὲν τὰ ἀναθήματα Ὀνατᾶ ab eo, quod respondere debet, εἰκόνες δὲ καὶ πεζῶν καὶ ἱππέων, corrupta oratione abscissum est. Quibus vitiis tollendis utilissima est codicis Mosq. lectio, ex qua hunc locum ita restituendum putavi: τέχνη μὲν τὰ ἀναθήματα Ὀνατᾶ τοῦ Αἰγινήτου καὶ Καλύνθου τέ ἐστι τοῦ συνεργοῦ, εἰκόνες δὲ καὶ πεζῶν καὶ ἱππέων· βασιλεὺς Ἰαπύγων κτλ. Ergo et illa ἀναθήματα et hae εἰκόνες fuerunt opus Onatae atque Calynthi, socii. De καὶ — τε cf. ad I, 24, 7. περῶν pro πεζῶν Mosq. δελφὶς recte scripsit Fac. pro Δελφίς. An καὶ ante ναυαγίᾳ sanum? nunc video Bekkerum uncis notasse. In Κρισσαίῳ haerebat Sylburgius

expectans *Κρηταίῳ* i. e. *Κρητικῷ*· sed ex cap. 10, 3. videmus Phalanthum locum quaerentem quo coloniam duceret, Delphicum consuluisse oraculum; nam quod ibi legitur *στελλομένῳ ἐς ἀποικίαν λόγιον ἦλθεν ἐκ Δελφῶν* non est necesse, ut interpretemur de legatis Delphos missis, qui oraculi responsum ad eum retulerint Spartam. *πέλαγος τὸ Κρισσαῖον* est *sinus Crissaeus*, cuius ostium Rhium et Antirrhium, septem stadiorum spatio diremta, indice fuerunt Thucydide II, 86. initium eius Acheloi ostium dicitur apud Strabon. X, 450 (46). Magnus huius sinus ambitus, de quo v. Mannert. VIII, 151 sq. causa fuit, cur hic *πέλαγος* diceretur.

CAPUT XIV.

§. 1. et 2. De hoc *Cycno, Tenne et Venediorum insula* Diod. S. V, 83. Strab. XIII, 604. Tzetz. ad Lyc. 232. Plut. *πεϱ. καταγϱ. ἑλλην* cap. 28. Phavor. Suid. Phot. Lex. v. *Τένεδος*, *Τενέδιος*, et qui ibi citantur. adde Mureti V. L. I, 12. Bochart. Chan. p. 416. *Εὐθυμάχου* Mosq. *Κολώναις* — *Κολῶναι*. In Strab. XIII, 589. 604. Tzsch. *Κολωναί*· in Diod. S. l. c. *Κολώνη*. „The town *Colonae* was most probably nearer to the shore exactly opposite to Tenedos" Hobhousius T. I. p. 684. *Iliadis* locus est XV, 419. *ὅτι ὑπὸ κτλ.* Amasaeum legisse *ὅτε* Sylburgius iam animadvertit; eodem modo corrigi voluit Corayus, quod recepi, aliter de hoc loco ac de II, 22, 5. iudicans. *ἐπειςελθοῦσα.* cf. ad III, 3. 7. *Φιλονόμη.* in Etym. M. 763 (692) eadem *Φιλονομία* vocatur. Reinesius Pausaniae margini alleverat coniecturam *Φυλονόη*, quo nomine fuerit filia Tyndari culta a Lacedaemoniis, sed Vulgatam defendit Phavorinus atque Tzetzes l. c. et in Antehom. 245, ubi v. Müller et Iacobsius, qui eam pluribus etiam auctoritatibus confirmant. *Κραυγάσου* Vulg. *Κραγάσου* Mosq. *Τραγανάσου* et *Τραγάσου* Tzetz. ad Lyc. l. c. quorum posterius est etiam in Etym. M. d. l. Hinc *Τραγάσου* scripsi: idem meus voluit Müller ad Lycophron. Nomen *Τραγάσου* est etiam apud Steph. B. v. *Τράγασαι* unde *Τραγασαῖον* in Strab. 13, 367. *διήμαρται* Mosq. *καὶ οἱ Κύκνος* Vulg.

Scripseram *καὶ ὁ Κύκνος* e Mosq. quod nunc a Claverio quoque receptum video. *Λεύκοφρυν*, ut supra, habent etiam Strabo XIII, 604, Diodorus V, 83 et, quod Sylb. animadvertit, Eustathius tum ad Dionys. tum ad Homerum, sed Stephanus *Λευκόφρυν* et Tzetzes ad Lyc. *Λευκοφρύν*. *προσορμησαμένου* Mosq. *κάλλους* pro *κάλως* idem. *ἀπέκοψεν ἀπὸ τοῦ θυμοῦ* Mosq. *Τεννεδίῳ* — *Τεννέδιοι* ante Facium, qui se dicit simplici v. scripsisse e Stephano ac Strabone; idem voluerat Sylb., sed v. de scriptura Tzsch. ad Strab. VIII, 380 (275 sq.) contra duplex ν disputantem. Proverbium *Tenedia bipennis* varie ipsos veteres interpretatos esse videre licet e Stephano, Suida, Phavorino, Photii Lex.

§. 3. *ἐναντία βασιλέως* Vulgata, sed non dubium quin scribendum fuerit *ἐναντία τοῦ βασιλέως*. Hunc *Δία* — *χαλκοῦν* commemoravit scriptor V, 23, 1. 2. *λαφύρων τῶν Μηδικῶν κομίζων τῷ Ἀπόλλωνι* Vulgata; Facius sibi videbatur *τι* desiderare, quod Clavier non dubitavit inserere scribens — *κομίζων* [*τι*] *τῷ Ἀπόλλωνι*, quanquam Schaefer in indice ad Lamb. Bos. Ellips. istam ab hoc loco iam defenderat correctionem. cf. adn. ad IV, 24, 2. Minus paruit Clavier Facio §. 4. *ἀναθημάτων* Mosq. *τὰ ἐς τοῦτο τοῦ χρ. responsum hanc rem spectans. Πέρσαιος σκύλλων* — *ηωεν καταθήσης* Mosq. *οἶκον* Schaefer ad Dion. de Comp. Verb. p. 38 mutatum volebat in *οἴκων*, quod Clavier in margine suae editionis repetivit. Ad *ἀπηξίωσεν* — *μὴ* cf. Hermanni Adn. ad Viger. N. 271. p. 777. (810) quanquam non praetermittendum, in Mosq. *μὴ* deesse. cf. cap. 16, 4. Clavier suspicabatur *προςίεσθαι* scribendum esse. *ἀπῶσθαι* Mosq. *ἔτι τούτῳ* idem. *ἵνα μὴ ἀναθέντι τὰ ἔχθος ἄπιστον ποιήσῃ ἀπὸ τοῦ Μήδου* Vulgata. — *ἄπαυστον* pro *ἄπιστον* Mosq. et Vindob. quod excepi, praesertim quum et alibi hoc vocabulum Pausanias usurpet, veluti cap. 37, 5. Sensus: *ne dedicanti odium, quo in eum Persae flagrabant, perpetuum redderet*, seu *ne Themistocles propter dedicata haec spolia perpetuo Persis esset odio.* Abreschius Dilucid. Thucyd. p. 555. referente Valckenario et Schaefer ad Dionys. l. c. malebant *ἄσπειστον*, quod in contextis posuit Clavier. *ἄπιστον* et *ἄσπειστον* confundi monuerant Wessel. ad Diod. T. II. p. 612. et Kuhn. ad Pausan. IV, 28. p. 348; sed mirum, quod Kuhnio hic in mentem non venerit corrigere *ἄσπειστον*, sed *ἀναθέν τι τὸ ἔχθος ἄπιστον*. Nobis tutius visum est codices sequi, *ἄσπειστον* et

ἄσπονδον ἔχθραν, μῖσος magis poetica esse indicantibus. ποιήσει pro ποιήσῃ Mosq. στρατιὰν ante Facium, qui monente Sylburgio scripsit στρατείαν. An ἀπὸ ante τοῦ βαρβάρου probandum? *Bacidis* oracula huc spectantia sunt apud Herod. VIII, 20. 77. 96. IX, 43. et in Anthol. Pal. T. II, p. 574. Εὔκλῳ· sic Εὔκλου τοῦ χρησμολόγου apud Suidam T. I. p. 2. et in Siebenk. Anecd. gr. p. 72. Rursus apud Pausaniam X, 24, 3. Εὔκλου et cap. 12, 6. Εὐκλοον. Scripsi Εὔκλῳ cum Mosq. ab Εὔκλοος, Εὔκλους· sic εὔξοος, εὔξους, εὔνοος εὔνους· namque τὰ εἰς ος ὀνόματα, ἔχοντα τὸ εὖ μόριον κατ' ἀρχὴν, ἅπαντα προπαροξύνονται docente Etym. M. p. 394. Sylburgius putabat, veram esse scripturam Εὔκλος ut Εὔκλος esset ex Εὐκλῆς sicut Ἴφικλος ex Ἰφικλῆς. Adde de hoc vate et eius nomine Gregor. Corinth. p. 717. (ubi mirum quod Pausaniae nulla facta mentio est) Fabric. Bibl. graec. I, 33. et Lobeck. de Orph. aetate II, 9 sq.

§. 4. ἀναθήματα pro ἀνάθημα Mosq. Hic quoque Facius volebat scribi χρημάτων συλήσαντα τι ἄνθρωπον. cf. notata ad §. 3. ὁσημέρας et ἐπεὶ δὲ pro ἐπειδὴ Mosq. Antea αὐτὸν post ἔχειν scripsit Facius pro vulg. αὐτόν.

§. 5. Athenaeus XIII, 591. b. ex Alceta refert, hanc *Phrynes* statuam in columna marmoris Pentelici positam mediam inter Archidamum Spartae regem et Philippum Amyntae hanc inscriptionem habuisse Φρύνη Ἐπικλέους Θεσπική et dedicasse Delphis τοὺς περικτίονας scil. Thespiarum. Auctore Aeliano sophista V. H. IX, 32. eam ἀνέστησαν οἱ τῶν Ἑλλήνων ἀκρατέστεροι ἐπὶ κίονος εὖ μάλα ὑψηλοῦ. Et hic et Alcetas male narravit, hanc statuam fuisse *auream*, quanquam idem legimus in Plut. περὶ τοῦ μὴ χρᾶν p. 620 sq. Frob. et huius mulieris nomen *Mnesareten* fuisse, Phrynen cognomen.

CAPUT XV.

§. 1. *Μεγαρεῖς — κρατήσαντες.* Rem his paucis tetigit Thucydides I, 114: οἱ φρουροὶ Ἀθηναίων διεφθαρμένοι εἰσὶν ὑπὸ Μεγαρέων, πλὴν ὅσοι ἐς Νίσαιαν ἀπέφυγον. Eodem videtur pertinere locus Plutarchi περὶ τοῦ

μὴ χρᾶν p. 621. Frob. *Μεγαρεῖς μόνοι σχεδὸν ἐνταῦθα λόγχην ἔχοντα τὸν θεὸν ἔστησαν ἀπὸ τῆς μάχης, ἣν Ἀθηναίους μετὰ τὰ Περσικὰ τὴν πόλιν ἔχοντας αὐτῶν νικήσαντες ἐξέβαλον.* Ante Facium *Νισσαίᾳ* qui alteram sibilantem oppressit, *Νησαία* Mosq. *Πλαταιέων — ἄλλων* cf. c. 16, 3. *Γομβρύου* Mosq. *Ἡρακλεωτῶν τῶν* malebat Bekk. *Ἀμφικτυον. — ζημίαν.* Huius meminit Plut. l. c. p. 620. extr. *ἐπέβαλον* dedit Bekker. Nomen *Σιτάλκας* Schwenckius in Etym. u. Myth. And. p. 210 non male ducit a *σῖτος* et *ἀλκέω* de *frumento ab agris sacris arcendo. στρατηγοὶ δὲ οἱ πολλοὶ plerique autem, qui deinceps positi sunt, duces sunt copiarum.* Verba *στρατηγοὶ δὲ — ἀγάλματά ἐστιν* Mosq. omisit. Mox breviter pro *καὶ τὸ μὲν Ἀρτέμιδος τὸ δὲ Ἀθηνᾶς.*

§. 2. *Στρατείαν* vulgo; scripsi *Στρατιὰν* et sensu postulante et Amasaeo praeeunte, et Facio suadente. *Phaënnis.* v. cap. 12, 5. *γενεᾷ — ἔργον.* Schneider citavit Heynium ad Zosim. 2, 36. p. 655. *Δὴ τοι* abest a Mosq. *Αὐλήσει* Clavierii praetermisit interpretatio, Nibby redidit: *restera de' Galli l' oste sterminatrice.* Pro vulgato *Αὐλήσει* est in codd. Paris. 1399. 1410. 1411. *αὐδήσει.* Sylburgius opinabatur aptius legi posse *αὐχήσει, sese iactabit, iactabundus insultabit oppressis;* censor editionis Facianae in der Neuen allgem. deutsch. Biblioth. XLI, 1, 3. p. 161. malebat *καὶ τοτ — λυσσήσει,* Lobeckius *ἀνοήδει,* Godofr. Hermannus *αὐλίσσει* seu potius *αὐλίσεται*, si antea locus nominatus esset, ad quem hoc verbum posset referri. Cui harum emendationum omnium nulla probatur, is videat an Vulgatam interpretari possit, *Gallorum exercitus tibiam inflabit, tibia ad bellum, proelium vocabit.* Medium *αὐλεῖσθαι* est *tibia accinente moveri* ut in Xen. Anab. VI, 1, 6. seu V, 9, 11. Spartanos quidem bellis adhibuisse tibias, et ad earum cantum pugnam iniisse, notum est vel ex Meursii Misc. Lacon. II, 2, ubi *μετ' αὐλῶν ἐξορμᾶν ἐπὶ τοὺς πολεμίους· μετ' αὐλῶν στρατεύεσθαι* ex scriptoribus affertur. adde Manson. Spart. I, 2, 168. Herodotus de Alyatta I, 17. *ἐστρατεύετο ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων καὶ αὐλοῦ γυναικηΐου τε καὶ ἀνδρηΐου.* Contra hos ipsos Galatas dicitur Marsyas opem Phrygibus tulisse *μέλει τῶν αὐλῶν* apud Pausaniam X, 30, 5 extr. Equidem tamen nescio, an e codd. legendum sit *Αὐδήσει* i. e. *ζεύξει,* ut antea Xerxes, et *ἀμειψόμενος.* In cod. 1411 et Mosq. est *ὅλος* pro *ὀλοός.* Mox *ἀθεμιστώσασι*

διαπορθήσουσι Mosq. πάγχυ μάλ' idem omisit. πᾶσι malebat Bekk. παρήων ἴσσῃ Mosq. τάχα omisit idem. σφι ναὸς σωτῆρα — πᾶσι Γαλάτῃσιν Mosq. De hoc istius *Attali* claro facinore Paus. I, 4, 5. 8, 2. τὸν δὲ — χρηστήρων. Oraculum huc pertinens legitur hoc apud Suidam v. Ἄτταλος

Θάρσει Ταυρόκερως, ἕξεις βασιληΐδα τιμὴν
Καὶ παίδων παῖδες· τούτων γε μὲν οὐκέτι παῖδες.

Et Alexandrum M. ut Ammonis filium, et successores eius in numis cornigeros conspici, Facius monuit Spanhem. de praest. num. I, p. 387 sqq. testem citans. ταυρόκερον Mosq. Φρουροὶ τρεψάμενοι τὴν Ἀττ. ἵππον. in quo id bello acciderit nescio.

§. 3. Huius *palmas* etiam Plutarchus περὶ τοῦ μὴ χρᾶν p. 618 et in Nicia c. 13. mentionem fecit; dedit autem ei χρυσᾶς βαλάνους. Adiectivum ἐπίχρυσον non tantum ad ἄγαλμα sed etiam ad φοίνικα pertinet. Hoc palladium Noster ἐπίχρυσον melius quam Plutarchus in Nicia χρυσοῦν dicit. cf. cap. 18, 7. extr. ἀγάλματα pro ἄγαλμα Mosq. πεζοὶ pro πεζῇ idem. Similiter loquutus est I, 29, 14. de eadem hac re. De *Clitodemo*, eius aetate et Atthide seu λόγῳ Ἀττικῷ cf. Praef. ad Phanodemi, Demonis, Clitodemi et Istri Fragm. p. XIII. XIV. Pro vulg. Ἀττικῷ est Ἀχαιῶν in Mosq. ἐπὶ Σικελίᾳ Vulg. Legendum censui ἐπὶ Σικελίαν· sic 29, 9. στρατεία ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Anth. Palat. II. p. 198. πλοῦς ἐντύνεται· ἐπὶ Ἰταλίην. Pro ἔθνος alibi est ἀγέλη, sed illud Homericum, ut Iliad. II, 459. pariter de *avibus*. ἔθνος de animalibus etiam apud Philostratum. v. ad imag. p. 258. Iacobs. κατήρετο τότε Vulgata; scribendum esse κατῆρε ποτὲ ostendimus iam in Clitodemi Fragm. p. 40, atque ita hic scripsimus; Simillimum est et de avibus ductum illud ὥςπερ ὄρνιθες ἤλισκοντο εἰς τὰς τῶν πολεμίων χεῖρας κυταίροντες in Plut. Philop. 14. extr. ἀπήρρησον — αὐτοῦ χρυσὸν omisso τὸν Mosq. τὸν χρυσὸν referes etiam ad praecedentia περιέκοπτον τοῦ ἀγάλματος. Plutarchus l. c. dixit: τὴν ἀσπίδα τοῦ Παλλαδίου κόρακες περιέκοπτον. Ante Facium ἐπὶ τῷ φοινικίῳ, qui auctore Sylburgio φοίνικι scripsit, ut est paulo ante et VIII, 48, 1. et apud Plutarchum aliosque. Reliquum est ut videamus quid sit illud initio huius loci Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐπὶ τῷ φοίνικι· Goldhagenus reddidit: *bei dem Baume*, Clavier *sous ce palmier*· quae vera esse non pos-

sunt, quum Plutarchus in Nic. l. c. dixerit hoc palladium *ἐπὶ φοίνικος χαλκοῦ βεβηκός* ergo est *in hac palma,* Nibby bene: *con una statua di Minerva sopra. καὶ ἄλλα κτλ.* Eiusmodi portenta affert Plutarchus l. c. fortasse ex Clitodemi Atthide sumta, quum haec *καὶ ἄλλα σημεῖα — Σικελίαν* teste Nostro narraverit.

§. 4. *Κυρήνης* pro *Κυρήνη* Mosq. Ald. *Libya Battum coronans.* Similia sunt VI, 16, 3. *Κνώσσιος* Mosq. Pro vulgato *Ἀκέστερος* dedi *Ἀκέστορος* cum Amasaeo, quem probarunt Porsonus et Sylburgius. De huius *Amphionis* magistro VI, 3, 2. *ἐπιόντων Κυρηναίων κτλ* Vulg. Locus corruptus ita restituendus: *ἐπιὼν τῶν Κυρηναίων τὴν χώραν, ἐν τοῖς ἐσχάτοις αὐτῆς, ἐρήμοις ἔτι οὔσι, θεᾶται λέοντα. Obiens Cyrenaeorum agrum, in extremis eius partibus, adhuc desertis, conspicit leonem.* Sic iam in minore editione correxeram. *καὶ — ἠνάγκασεν* rem obscurius indicat Iustinus XIII, 7, 6. Scholia ad Callim. h. in Apol. 65. conspirant cum Pausania. Similiter dicitur in subito terrore filius Croesi plane articulateque eloqui coepisse apud Herod. I, 85. Gell. N. A. V, 9. *τὸν θεὸν* ante *τῶν Φωκέων* omisit Mosq.

CAPUT XVI.

§. 1. Pro vulg. *Ἀλυάττου* scripsi *Ἀλυάττου* ex ipso Paus. V, 10, 2, Herod. I, 16. 25. 93, Strab. XIII, 627, Suida atque Phavorino. Hoc *ὑπόθημα κρατῆρος* aliorum quoque scriptorum laudibus celebratum est, *Herodoti* I, 25, qui dicit *ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων· Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε,* et *Hegesandri,* qui apud Athen. V, 210, quum *Γλαύκου τοῦ Χίου τὸ ἐν Δελφοῖς ὑπόστημα, οἷον ἐγγυθήκην τινὰ σιδηρᾶν, ἀνάθημα Ἀλυάττου* commemorasset, pergit: *Εἴδομεν δ᾽ αὐτὸ καὶ ἡμεῖς ἀνακείμενον ἐν Δελφοῖς, ὡς ἀληθῶς θέας ἄξιον διὰ τὰ ἐν αὐτῷ ἐντετορευμένα ζωδάρια καὶ ἄλλα τινὰ ζωΰφια καὶ φυτάρια. καὶ ἐπιτίθεσθαι ἐπ᾽ αὐτῷ δύνανται* (sic lego) *καὶ κρατῆρες καὶ ἄλλα σκεύη.* Neque silentio praetermiserunt *Philostratus* in v. Apol. VI. p. 279. et *Plutarchus* de defect. orac. p. 198. Frob. eodem de illo,

quo Herodotus, vocabulo utentes. Quod igitur Herodoto ὑποκρητηρίδιον, Hegesandro ὑπόστημα, Nostro ὑπόθημα κρατῆρος dicitur. Verum non est quod Schweighaeuser ad d l. Ath. scripsit, Reinesium in Var. Lect. lib. III. p. 441 sq. probabile fecisse, pro ὑποκρητηρίδιον scriptum oportuisse ὑποκρητήριον, quod inscriptio Sigea superior videtur habere; v. Corp. Inscr. Gr. ed. a Boeckhio I, 1. p. 15. imo ille negat hoc vocabulum, quanquam diminutivorum more terminetur, diminutionis significationem habere. Fuit ergo *basis ferrea crateris*, quasi *subcrater*, quae vox non displicuit Reinesio. *soucoupe* vertit Clav. sed *basamento del cratere* Nibby. Quod, ut Pausanias ait, ἕδρα τῷ κρατῆρι fuit, id crateris figura non fuisse, Reinesius iam monuerat, neque obscurum esse potest. aliter tamen Meyer in Hist. art. int. Gr. I. p. 19. Hanc σιδήρου κόλλησιν Winckelmanni editores T. V, 429. Dresd. et Meyer in Hist. art. int. Graec. II, 24. interpretantur non *loethen* sed *damasciren*. Clavier *souder le fer*, Nibby *attacare il ferro*. Schneider et O. Müller retinent *löthen* ut ego. ἔλασμα — κρατῆρι. Obscurum esse hunc locum dixit Meyer l. c. Videntur autem in hac basi distinguenda esse ἐλάσματα ὀρθὰ et πλάγια, et haec postea ζῶναι πλάγιαι dici, *scapi recti et laminae transversae, geradaufsteigende Staebe, Streifen, und Querstreifen.* Primum scriptor dicit, hanc basin compositam fuisse e scapis rectis et ferreis et ex laminis ferreis iisque transversis, quarum alia alii imposita i. e. super alia posita et ita iuncta inter se et cum illis scapis fuerit, ut non fibulis aut clavis, (quibus antea usi fuerant) sed solo ferrumine inter se cohaererent et colligatae essent. Deinde de forma, quam haec basis habuit, loquitur: turris ea prae se ferebat speciem, ima parte laxior erat et in obtusum fastigium surgebat; latera attollebant se non continenter, aequabiliter et sine intercapedine et ad rectam sed ad lineam introrsus reclinatam, et ita, ut distincta essent tanquam scalarum gradibus, quum laminarum transversarum latitudo subinde decresceret. Qui autem recti stabant scapi ferrei, quum summa sui parte extrorsum essent resupinati, iustam crateri sedem praebebant. Nibby ita reddidit: „ciascuna delle spranghe della base è unita coll' altra non con perni di ferro, o con chiodi, ma con la sola colla, la quale serve di legame al ferro. La figura della base assomiglia ad una torre, che larga nel basso va

sempre diminuendo. Ciascun lato del basamento non è dappertutto isolato, ma vi sono spranghe oblique di ferro, che servono come i gradini nella scala: quelle spranghe poi che sono rette, sono un poco ritorte nella estremita esterna." *ἐλάσματα* Clav. reddit *lames* et *ζώνας πλαγίας bandes transversales*, denique *ἐλασμ. τὰ ὀρθὰ les lames qui forment les montants*. *πλευρὰ* hic non est, quod Ramshornius putavit in Diss. de statuarum in Graecia multitudine, idem quod *ἔλασμα*. De hoc *Glauco* indic. in Meyeri Hist. art. int. Gr. et Winckelm. Opp. *ἔλεσμα* — *ἐλάσματι* — *μύουρον* — *ἀνέστακται* Mosq.

§. 2. De *Delphico et aliis umbilicis terrae creditis* diximus in Not. ad Hellen. p. 153 sq. *Pindari* loci huc pertinentes sunt Pyth. IV, 131 sq. VIII, 85. adde Aeschyli Eumen. 40. et Bröndstedii Reis. u. Vnters. in Griechl. I. p. 114. 120 sq. ubi et plures loci citantur, et de forma huius umbilici in artis monumentis dicitur. Pro vulgato *ἀναθήματα* scripsi *ἀνάθημα*, quod Sylb. quoque voluit. *καὶ συνοικήσασα Ὀρέστῃ* Vulg. *ἡ συνοικήσασα Ὀρ.* malebat Hartungus; mihi scriptum videtur esse a Pausania *καὶ Ὀρέστῃ συνοικήσασα τῷ Ἀγαμέμνονος, καὶ ἔτι πρότερον Νεοπτολέμῳ*. Hunc *Eurydamon* novimus ex VI, 16, 1.

§. 3. Vrbs *Ἔλυρος* est etiam in Stephano Byz. et in Excerpt. Stephani Gramm. Constantin. in Bibl. Coislin. p. 292. putatur in valle *Hagia Rumelia* fuisse. Ortelius eam eandem cum *Olero* putabat. Sylburgius monet, Amasaeum *Φιλάνδρῳ* legisse, et *Philandro* scriptum est in ed. Francof. quod Kuhnius mutavit, ut Vulgatae *Φυλάνδρῳ* responderet. *γαῖα* pro *γάλα* Mosq. *Ἔλυροι* Vulg. Sylburgius et Berkelius e Stephano *Ἐλύριοι* emendabant, quod recepi. *Acacallis* Creticum nomen. vide VIII, 53, 2, ubi Acacallis nympha Minois filia et Mercurii dicitur; rursus II, 30, 3. Carmanoris filius Eubulus filiam habet Carmen, quae Iovi peperit Britomartin Minoi amatam. *Tarrha* Cretae urbs est apud Stephanum, qui refert, in ea Tarrhaeum Apollinem cultum esse. *καὶ οὗτοι* ut *Plataeenses*, de quibus mox et cap. 15, 1. De Euboensibus certe doctiora qui velit eruat e Strabone X, 445 (9). add. 447. extr. (30). *ἀροῦν ἐλευθέρᾳ τῇ γῇ* Vulg. Kuhnio *ἐν* subaudiendum, Facio addendum videbatur. Equidem malim *ἐλευθέραν τὴν γῆν*· sic *ἀροῦν γαῖαν, γύας* Anth. Pal. T. II. p. 104, 301. Apoll. Rh. I, 796. *ἀρουμένη γῆ*

Paus. VIII, 24, 5. ἀροῦν τὴν γῆν Plut. de discr. adul. et am. p. 64 (245). Strab. 5, 120. De verbo ἀροῦν cf. Lobeck. ad Phryn. p. 254 sq. In Arriani Exp. III, 11, 3. est ἀροτριᾶν et in proximo versu ἀροῦν. Etiam ἀροτριᾶν adsciscit casum quartum. v. Phavor. τὰς ὁ σφ. Ἀκαρνάνας Mosq.

§. 4. *Παράλογον, παράδοξον καὶ ὃ οὐκ ἄν τις προςδοκήσειεν* Suidas. cf. VI, 1, 1. Sic παρὰ λόγον εὖ πράττειν Thuc. II, 64. τὸ πλείστῳ παραλόγῳ ξυμβαῖνον. ib. 61. Λιπαραίους ἐς Mosq. ναυσίως ἐλαχίστας idem. ἀνάγονται τριήρεις Vulg. sed legendum est ἀνάγονται τριήρεσιν, quod Corayus quoque voluit. cf. de hoc verbo Lex. Herod. Schw. ἀπὸ δὲ pro ἀποδεῖν Mosq. ἀνάγονταί σφισιν ἴσαις ναυσί Vulg. Corayus suspicabatur corrigendum esse ἀντανάγονται, addens, si haec correctio vera sit, esse hoc verbum Lexicis inserendum; quod iam factum est atque legitur mox in ipso Pausania et IV, 23, 4. p. 336. quare quominus recipiatur nihil videtur obstare. De *bello Liparaeorum et Tyrrhenorum* cf. cap. 11, 3. adde Strab. 6, 275, qui et *donaria Liparaeorum missa Delphos* commemorat; de quibus v. et supra cap. 11, 3. Hunc *Echecratidam* ex Aleuadarum gente oriundum fuisse, Meineckius in Comm. Miscel. Fasc. I. p. 55 significari putat nomine ὁ Λαρισσαῖος, namque Echecratis et Echecratidarum nomina in Aleuadarum familia quasi regnavisse, et citat praeter nostrum locum Thuc. I, 111. Λαρισαῖος Mosq.

CAPUT XVII.

Episodium de *Sardinia;* auctor ipse §. 7. appellat τὸν τῆς Σαρδοῦς λόγον, quem cur inseruerit ibidem aperit. Cum nostro loco omnino conferendus est Silius Ital. XII, 342 sqq.

§. 1. πρὸς τῇ ἑσπέρᾳ — Σαρδῷ — τῷ ἐπωνύμῳ Vulg. Scripsi πρὸς τῆς ἑσπέρας — Σαρδὼ et cum Sylb. corrigendum putavi τοῦ ἐπωνύμου. Sic cap. 18. init. est τῇ εἰκόνι τοῦ Σάρδου. eodem modo legit Amasaeus. Interpretatio *in honorem eius a quo nomen traxerant* parum satisfacit. De scriptura Σαρδὼ cf. VII, 2, 2. Herod. V, 106.

§. 2. Sardinia Graecis antiquioribus videbatur maxima et fertilissima esse insula. v. IV, 23, 2. Herod. I, 170. V, 106. Mela II, 7, 19. Ἡ δὲ Σαρδὼ μέγεθος μὲν καὶ εὐδαιμονίαν ἐστὶν ὁμοία ταῖς μάλιστα ἐπαινουμέναις Vulgata. sed scribendum cum Valckenario et, quem hic ad Her. V, 106. citat, Hemsterhusio ὅμοια, namque integra oratio esset haec ἐστὶν ὅμοια ταῖς μάλιστα ἐπαινουμέναις ἐπαινουμένη. Sic Herod. III, 57. θησαυρὸς ἀνακέεται ὅμοια τοῖσι πλουσιωτάτοισι scil. πλούσιος. Thuc. I, 25. χρημάτων δυνάμει ὄντες ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις scil. πλούσιοι. cf. Matth. gram. gr. §. 289. seu 290 ed. 2. Ἰχνοῦσα· etiam Stephanus v. Σαρδὼ eandem causam cur ita nominata sit afferens. cf. Bocharti Chan. II, 1, 31. p. 630 sq. Ἰχνοῦσσαν malebat Porsonus. ἴχνους ἀνεκάλεσαν Mosq. μῆκος δὲ ἐπ' αὐτῆς Vulg. Delendum ἐπ' et delevit Clavier. Pro ἐπ' est ἀπ' in 1410. Auctore Pausania *Sardiniae longitudo* est 1120 stadiorum, sed apud Strabonem V, 224. explet μίλια σκ i. e. CCXX, quae milia respondent 1760 stadiis. εὖρος δὲ ἐς εἴκοσί τε καὶ τετρακοσίους πεντήκοντα Vulgata; post εἴκοσι Mosq. omisit τε. Porsonus in *Tracts* p. 280. non male suspicatur, duplicem fuisse scripturam ἐς εἴκοσι καὶ τετρ. et ἐς πεντήκοντα καὶ τετρακ. *Latitudo* autem in Strab. l. c. habet ἐννενήκοντα καὶ η μίλια — XCVIII, in quibus essent DCCLXXXIV stadia. Apud eundem legimus *Sardiniae circuitum* quater mille stadiorum esse. De hoc *Maceride* et de reliquis advenis, qui teste Pausania Sardiniam frequentarunt cf. Bochartus l. c. σύνοικοι — ἐδέχθησαν. Simillima sententia VII, 4, 3.

§. 3. Ἔτεσι δὲ ὕστερον Vulg. Hic quoque Clavier οὐ πολλοῖς annexum volebat; qui autem Bröndstedius in Reis. u. Vnters. in Griechl. I. p. 53. dicere potuerit: *so schrieb ohne Zweifel Pausanias*, miramur, quum Strabo etiam 8, 137. 14, 504. χρόνοις ὕστερον scripserit. add. 14, 552. 16, 278. et a nobis adnotata ad cap. 7, 1. καὶ Δαίδαλον ἀποδράναι τηνικαῦτα, καὶ οἴκου διὰ τὴν ἐπιστρατείαν τῶν Κρητῶν, καὶ ἀποικίας ἐς τὴν Σαρδὼ μετασχεῖν Vulgata; scripsi ἀποδρᾶναι ut II, 31, 1. sic et Mosq. Ex eodem dedi τὴν Κρητῶν. Facius καὶ ante οἴκου deleri et οἴκου cum praecedentibus iungi volebat, ut hoc ad Daedali domicilium in Sicilia et Minois expeditionem in illam insulam referretur. Clavier pro καὶ οἴκου ex Herod. VII, 169 sq. Καμικοῦ scripsit. Quam emendationem ut certissimam atque etiam a Diodo-

ro IV, 78. firmatam commendat Bröndstedius l. c. haud scio unde addens, idem esse in codd. Paris. Bekkerus certe hoc ibi invenisse non videtur, quum se in hac scriptura Clavierium sequutum esse fateatur. καὶ οἴκου haud dubie corruptum sed, ut mihi quidem videtur, Ἰνύκου corrigendum est ex ipso Pausania; is enim VII, 4, 5. de Daedalo narrat: ἐκδιδράσκει ἐκ Κρήτης, καὶ ἐς Ἴνυκον Σικελῶν πόλιν ἀφικνεῖται παρὰ Κώκαλον. Quod ibi e Stephano Byz. adnotatum est, docet in nomine Inyci consentire Pausaniam cum Charace; *Inycum* ergo restitui. De hac urbe cf. et intrpp. ad Herod. 6, 23. 24. Αὐτονοήτου i. e. Αὐτονόη τοῦ Mosq. Forsitan cum Amasaeo πόλεως ἦσαν οἰκισμὸν legendum.

§. 4. δὲ post Μετὰ abest a Mosq. οἰκίσθη Νωρaπόλις Mosq. sed urbs non est *Norapolis* verum *Nora* dicta, ut patet tum e Stephano tum e nomine civium, quod est apud Plin. H. N. III, 23. *Norenses*, apud Steph. Νωρανοί. Ἐρυθείας Mosq. Pro vulg. στρατεία scribendum fuit στρατιά, nam illa τετάρτη μοῖρα non στρατεία, sed στρατιὰ appellanda fuit. *Quarta pars Iolai Thespiensium et ex Attica manus migravit in Sardiniam* i. e. quarta pars advenarum fuit illa, quae duce Iolao collecta ex Thespiensibus et Attica terra migravit in Sardiniam. Eandem hanc rem narraverat VII, 2, 2. Famam hanc confirmat Strabo V, 225. v. de *Iolao* paulo post. κατεῖρεν Mosq *Olbiam* Sardiniae agnovit etiam Stephanus cum Itin. Anton. Aug. p. 17. itaque non sollicitabimus cum Sylburgio. ἰδίᾳ κτλ. *separatim vero condiderunt* etc. Ὀγρύλλην vulgo. Ὀγρύλην Mosq. et Bekker. Kuhnio corrigendum videbatur Ἀγρύλλην seu Ἀγύλην· nos scripsimus Ἀγρυλὴν ex his Stephani Byz. Ἀγραυλὴ δῆμος Ἀθήνησι· τινὲς δὲ Ἀγρυλὴ γράφουσιν ἄνευ τοῦ α. (cf. Harpocrat.) ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἀθηναίων ἄποικος ἐν Σαρδοῖ, ἀπὸ τοῦ δήμου κληθεῖσα Ἀγρυλὴ quod iam Berkelius in nostrum locum transferri voluit cum Valckenario, quibus assensus est *Raoul Rochette* in Hist. de l'etabl. d. col. gr. T. II, p. 260. Cluverii coniecturam probavit Bochartus l. c. p. 637. legendum esse Γορύλλην ut sit quam *Gurulin* Ptolemaeus dicat. μήδων pro δήμων Mosq. Proxima autem ἢ καὶ αὐτὸς τοῦ στόλου μετεῖχεν ὁ Γρύλλος quomodo corrigam nescio, meae coniecturae — αὐτοὶ — μετεῖχον οἱ Ἀγρυλεῖς, non multum tribuens. Ὀγρύλος coni. Bekker. Γρύλος Mosq. Ἰολάϊα· Ἰολαεῖς commemorantur a Strabone V, 225. Ἰόλλειον, ἱερὸν Phavor. forsan

'Ιολάειον legendum cf. IX, 23, 1. *Σαρδῶ* pro *Σαρδοὶ* Mosq. *'Ιόλαος — τιμάς.* Fr. Münter in epist. ad Creuzerum scripta de Sardis quibusdam idolis agit de hoc *Iolao*, et putat Iolaum fuisse eundem et Sardum. Sardum venisse ex Africa; in Mauritania fuisse urbem *Iol*, postea Caesaream dictam; hinc populi Sardici *'Ιόλαοι* nomen ducendum esse. Sardinicam urbem *Iolem* reperiri etiam in numo Romano et apud Ptolemaeum. Post *Αἰνείου* maiori opus est distinctione. *Σαρδῶαν ἐμίχθησαν* Mosq. *καταστῆναι — βαρβάρους·* Hic aliquid excidisse putabat Palmerius immemor usus verbi *κωλύειν*, de quo dicebam ad IV, 25, 3. Si verbum de verbo interpreteris, est: *impediebatur quominus barbari adversus Graecos et Troianos arma moverent. παρασκευῇ — ἴσῃ τῇ ἀπάσῃ — ῆσαν* Vulg. Sylburgii correctio *ἴσοι*, quam Kuhnius non invenit, sed tantum repetivit, valde probabilis est. *Θόρσον* et *Θύρσον* apud Ptolemaeum Ortelius putat eundem esse. *μέσου* ut substantivum. *παρεῖχεν δὲ ὅς* Mosq. *ὕστερον μὲν δὴ πολλοῖς ἔτεσιν* Vulg. Schaeferi correctionem ad Dionysium propositam *μέντοι* nobiscum Clavier, hic quoque inventoris laude perperam ornatus, recepit. *πελληνικὸν* pro *τὸ 'Ελληνικὸν* Mosq. et cod. 1410. *ἐς ἅπαν* etiam I, 13, 1. *ἐς τὸ πᾶν* apud Aeschylum. v. Herman. ad Viger. p. 727. *οἵ τε Τρῶες* Vulg. „Scripsi *δὲ* (ita et Clavier cum Bekkero) pro vulgato *τε* praecedente *μὲν* illud flagitante" Fac.. Sed *τε* interdum post *μὲν* legi, notum est; in tali praesertim coniunctione Troianorum et Graecorum *τε* restituendum putavi, quum in minore editione me invito *δὲ* relictum esset. *Λίβουσι — παν διαίταν* Mosq.

§. 5. *ὑπὸ δὲ — Κορσική.* cf. Spanh. ad Callim. h. in Del. 19. sed in Strab. V, 224. (156) ubi exponitur de hac insula, *Κόρσικα* scribitur. *Κόρσοι* vulgo; scripsi *Κορσοὶ* e Stephano; idem nunc video voluisse Corayum: mox etiam *Κορσῶν* legitur. *'Ιλέων* Mosq. *ῴκισαν — καὶ αὐτοὶ πόλιν οἱ Καρχηδόνιοι, Κάραλίν τε καὶ Σύλλους* Vulg. Pro *πόλιν* putamus scriptum esse ab auctore *πόλεε* seu *πόλεις.* rursus *πόλεις* pro *πόλις* scriptum est VII, 22, 1. Pro *Κάραλιν* et *Σύλλους* Bochartus l. c. p. 636. ex Strab. V, 225, Pomp. Mel. II, 7, 19, Floro II, 6. et Claudiani Bel. Gild. legi *Κάραλιν* et *Σουλχοὺς* volebat. In priore nomine bis peccatum videtur esse apud Stephanum, nam v. *Σολκοὶ* est *Καρβάλεως* pro *Καράλεως*, et sub v. *Χάρμις* ita legitur: *Χάρμις, πόλις ἐν Σαρδοῖ,*

κτίσμα Καρχηδόνιον. Παυσανίας δέ φησι περὶ αὐτοῦ ubi iam Bochartus et Holstenius Κάραλις emendandum censuerunt. Clavier edidit Κάρναλίν τε καὶ Σουλκοῦς. *Caralim et Sulcos* habet Itiner. Anton. Aug. p. 17. Posterioris nominis varias scripturas recenset Tzschuckius ad l. c. Melae. ἀφιστάντες ἐσωκήσαντο Vulg. Cum Sylburgio correxi ἀποστάντες, et ἐςῳκίσαντο Facius iam adscivit e Mosq. idem voluerat Sylb. Valckenarius ad Herod. IV, 18. ἀνῳκίσαντο proposuerat. καλοῦσι οἱ Mosq. *Balarorum* istorum nomen Straboni (V, 225) Livio et Plinio notum fuisse, Bochartus iam ostendit p. 635.

§. 6. αἱ ante ἄκραι inserendum putabat Corayus. τὸν δὲ ἀέρα Mosq. οἱ δὲ — ἀνήκουσαν· τὸν Ζέφυρον οὖν Vulg. quae cui probatur, is οἱ δὲ accipiet ut VIII, 25, 7. οὐ πλέονας ἀπὸ τῆς Σαρδοῦς ἢ ὀκτὼ τῇ θαλάσσῃ διείργεσθαι Vulg. Accusativus positus est, quum quanta esset spatii intercedentis latitudo indicandum esset. Sed ὀκτὼ Corayus mutandum censuit in ὀγδοήκοντα, et sane Corsicam a Sardinia LX. stadiis distare Strabo V, 223, *minus octo millibus passuum* Plinius III, 13. refert. Quod Pausanias antea dixit §. 5. a Sardinia Cyrnum οὐ πολὺ ἀπέχειν nihil facit ad hanc rem iudicandam. Ad voc. ἀνώλεθρον Valckenarius citavit Abresch. Thucyd. p. 321. οἱ ante λύκοι Facius e Mosq. addidit. οἱ δὲ ἄγριοι τράγοι Vulg. Amasaeus: *Caprae quidem*, ergo δὲ et ἄγριοι non legit. δὲ et τράγοι abest etiam a Mosq. In Clav. edit. ita legitur: οἱ κριοὶ μέγεθος κτλ. quod a me atque a Bekkero receptum est. ἐμπλαστικῇ Mosq. Censor in Ephem. Erlang. 1801 N. 95. recte legit ποιήσειε pro vulg. ποιήσει, quod Pausaniae reddidi etiam Porsono probatum. Αἰγειναῖαν Mosq.

§. 7. Post Πλὴν δὲ Mosq. ἢ inserit. γελῶσι ἐπιγ. Mosq. De hac *herba* quid narrent (λέγουσι) refert *Homerus*, apud quem Od. XX, 302. est μείδησε σαρδάνιον, huc non erat vocandus vel eam ob causam, quod ille de Sardinia et Sardis fando audivisse vix credi potest; iamque aliunde loci Homerici interpretationem petendam esse intellexerunt. *Seriores* autem multi sunt de hac Sardorum herba γελωτοποιῷ v. Demonis Fragm. p. 22. Σαρδώνιον vulgo ut apud Stephanum, Suidam et Pollucem; cum Sylb. praetuli Σαρδόνιον quum sit a Σαρδών, όνος, namque a Σαρδώ fieret Σαρδῷος ut in Virgil. Ecl. VII, 42. Σαρδόνιον habent Apoll. Rh. IV, 633. Schol. ad Hom. l. c. Hesychius. τοῦ ὕδατος pro vulg. τῷ ὕδατι

Mosq. In τὸν μὲν δή γε τῆς Σαρδοῦς λόγον offendit Porsonus et legi voluit τὸν μὲν δὴ περὶ τῆς Σ. λ. putans γε ex Π i. e. περὶ ortum esse. Sed δή γε, *iam quidem*, etiam apud alios reperiri notum est. Praecedenti μὲν deinde c. 18. in. δὲ respondet. λόγος Σαρδοῦς pro περὶ Σαρδοῦς excusationem habebit in illis Herodoti IX, 58. τουτέων μὲν ἑτέρωθι ἔσται λόγος· et Sophoclis in Ai. 221. οἵαν ἐδήλωσας ἀνδρὸς ἀγγελίαν ubi Lob. citavit Thuc. III, 15. Est Genitivus obiecti ut in illo *contentio honoris*. Similiter Paus. VI, 1, 1. dixit συγγραφὴν ἀναθημάτων καὶ εἰκόνων. adde adn. ad IX, 5, 4. Etiam infra c. 24, 3. est οὐδένα αὐτῶν λόγον γράφομεν.

CAPUT XVIII.

§. 1. Hic *Callias* e gente λακκοπλούτων, qui praeda Marathonia locupletati sunt teste Plutarcho in Arist. cap. 5, videtur fuisse. Post ἰδίᾳ distinxi, ut h. v. cum ἀναθεῖναι coniungeretur. πολέμου χρήματα — Αἰτωλίᾳ abest a Mosq.

§. 2. Φανὰ τοὔνομα ἦν. γενέσθαι δὲ χρόνον φασὶν οὐκ ὀλίγον τῇ πολιορκίᾳ Vulg. Forsitan scribendum est ἐγγενέσθαι· Hoc enim de tempore longiore cum Dativo vel hominis, cui, vel rei, in qua illud consumitur, interdum sine hoc Dativo simpliciter de tempore interiecto usurpatur. Sic Herod. II, 124. χρόνον ἐγγενέσθαι τριβομένῳ τῷ λαῷ· ex Demosthene affert Steph. Thes. ἵνα μηδεὶς χρόνος ἐγγένηται τοῖς πράγμασι. et χρόνου ἐγγενομένου seu ἐγγινομένου Plato Phaedon. p. 197. Bip. Herod. I, 190 (ubi additur συχνοῦ) Paus. X, 19, 5. In Stephano Byz. est Φάνα, ἐνικῶς πόλις Ἰταλίας· puto scribendum esse Αἰτωλίας. aliter Ortelius in Thesauro. In oraculi responso ὁππότε est *quoniam*, ut ἀλλ' ἄγε δὴ sit initium apodoseos. *nun so erwäget denn.* Bekkeri coniectura est οἵ ποτὶ — πῶς κε πτ. ἕλοιτε. Pro κε post ὡς est καὶ in Mosq. idem λέχος pro λάχος habet. ἠδὲ πέτωκεν inde ab ed. Francof. usque ad Clavier. In Aldina est ἢ δὲ, quam lectionem malam dicit Facius, nos eam cum Sylburgio veram habemus; is ita: „ἠδὲ legitur in Camerariana epigrammatum editione: sed rectius in Ald. ἢ δὲ scil. πόλις· ordo enim est: πόσον

ὕδατος λάχος, πινόντων καθ' ἕκαστον ἦμαρ λαῶν, τὴν πόλιν ῥύεται, ἡ δὲ πεπ." quod in minore editione iam restitui. Sensus: *quanta portio aquae quotidie civibus bibenda data urbem tueatur et quantam haec urbs biberit.* i. e. quantum aquae quotidie inter incolas urbis distribuatur et hactenus distributum sit. οἱ μὲν οἴκαδε ἀποπλεῖν ἐβουλεύοντο — οἱ δὲ ἐντὸς τοῦ τείχους, οἱ δὲ ἄλλῃ οὐδενὶ λόγῳ σφᾶς ἐνεποιοῦντο Vulg. ἄλλοι pro ἄλλῃ Mosq. sed οἱ δὲ ἄλλῃ seu ἄλλοι tollendum, quod iam voluit Camerarius; delevit Clavier; nos uncis notavimus. Depravatio hinc videtur orta esse, quod quis pro οἱ δὲ ἐντὸς τ. τ. scripserat οἱ δὲ ἄλλοι ἐντὸς τ. τ. Animadversa est deinde duplex scriptura οἱ δὲ ἐντὸς et οἱ δὲ ἄλλοι ἐντὸς, et postea in textum admissa ita, ut post ἄλλοι omitteretur ἐντὸς iam antea positum; quod ipsum effecit, ut ἐν ante οὐδενὶ excideret, serius quidem sed non suo loco restitutum; hinc cum Kuhnio correximus ἐν οὐδενὶ λόγῳ σφᾶς ἐποιοῦντο. quae loquutio est Herodotea. Clavier scripsit ἐν οὐδενὶ — ἐνεποιοῦντο· sed ἐμποιεῖσθαι non ita usurpatur. Bekker. οἱ δὲ — τείχους οἵ τε ἄλλοι οὐδενὶ λόγῳ σφᾶς ἐνεπ. scripsit. τέλει pro τείχει Mosq τήν τε τὴν γυναῖκα Ald. Frcf. correxit Sylb. διεμέτρουν τὸ αὐτὸ ante Facium, qui Sylburgii emendationem διεμετροῦντο αὐτὸ recepit. De verbo συγχέειν ad IX, 4, 2.

§. 3. λόχοι pro λόχον — ὄνος pro ὄνου Mosq. Pro vulg. ἕδρας idem habet ἀνέδρας, ex quo fecimus ἐνέδρας, namque ἐνέδρα, ἐν ᾗ κάθηνταί τινες μέχρις ἂν ἔλθωσιν, οἷς ἂν ἐπιβουλεύσωσιν interprete Phavorino, ergo etiam de *loco*. Clavier ἐνέδρας ut coniecturam in margine posuit.

§. 4 Ὀρνεᾶται vulgo. στέλλειν Mosq. ὀσηραὶ pro ὁσημέραι idem. ἐν Δελφοῖς non explicem cum Sylb. in Kuhn. ed. p. 932. ἐς Δελφούς. qui pompa Orneis Delphos quotidie missa cogitari potest? πομπὴν στέλλειν est hic i. q. πομπεύειν, πομπὴν πέμπειν (I, 2, 4. II, 55, 4. VII, 18, 7.), ποιεῖν, ἄγειν. Similiter Dionys. Hal. Arch. VII, 475. Sylb. πομπὴν ἔστελλον τοῖς θεοῖς ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου ἄγοντες ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον. Verba οἷα — σφίσιν Mosq. omisit. οἷα δὴ — ἀριθμὸν *generis numerique haud scio cuius et quanti.* cf. ad VII, 3, 4. οὕτω δὲ Mosq. ἀναθῆναι idem. Ante Facium distinctio maxima fuit post καὶ πομπὴν, ut χαλκᾶ ποιήμ. coniungeretur cum proximis ἔστιν ἐνταῦθα. Facius se hunc locum recta

distinctione dicit constituisse, sed omnis haec laus Sylburgio debetur, qui ita corrigendam esse distinctionem sua et adnotatione et interpretatione monuerat.

§. 5. καὶ ἡ τέχνη, σιδήρου καὶ ὕδρα καὶ ὁ Ἡρ. Vulg. Sylburgius recte vidit ἡ ante τέχνη tollendum et ante ὕδρα ponendum esse. Hunc *Tisagoram* simulacra e ferro facientem neque indices in Pausaniae edd. neque Winckelmannus et Meyer commemorarunt. Pausanias ipse quis et cuius ille fuerit se fatetur ignorare. Pro τε post Διονύσῳ Facius volebat δὲ scribi; sed cf. adn. ad I, 2, 1.

§. 6. ἀνέσχον pro ἀντέσχον Mosq. Ὀλυμπιοδώρῳ φασὶν ἐξ Ἀθηνῶν ἀμύνοντες ante Facium; ut hic istum locum emendavit, ita ante eum Goldhagenus, et ante hunc Sylburgius, hic quoque a Kuhnio neglectus, qui se hanc lectionem fatetur Amasaeo debere, et affert pro ea cap. 34, 2. adde I, 26, 3. ubi praeterea Elatenses aeneam Olympiodori statuam habuisse eamque Delphis dedicasse dicuntur. τῶν πρὸς Mosq.

§. 7. ἐπιθέντες — Καλλίας. Cf. cap. 22, 2., τοι Λεοντίνων ante Facium, qui e Mosq. ἐκ inseruit. ἐπίχρυσος δὲ εἰκὼν, ἀνάθημα Γοργίου — αὐτὸς Γοργίας ἐστὶν εἰκών Vulgata; ut εἰκὼν post ἐστιν tolleretur, suaserat iam Sylburgius, Facius uncinis notavit, Clavier delevit. Locos Athenaei XI, 505, e, Ciceronis de orat. III, 32, Plinii XXXIII, 4. de hac *Gorgiae statua* iam citaverat Sylburgius; hanc illi *non inauratam sed auream* fuisse narrant, iterum contradicente Pausania ut cap. 15, 5.

CAPUT XIX.

§. 1. Σκύλλις apud Herodot. VIII, 8. Σκυλλίης, apud Athen. VII, 296, f. Σκύλλης v. de eo et vario nominis scribendi modo intrpp. ad l. c. Herodoti, qui addit, rebus de hoc viro narratis admixta esse mendaciis similia. φήμης pro φήμην Mosq. ἐδιδάξατο fortasse corruptum est ex ἐδίδαξε, quod Valckenarius quoque ad l. c. Her. illi praetulit, sed neque in discrimine formarum οἰκοδομεῖν et οἰκοδομεῖσθαι (v. adn. ad I, 1, 3.) servando religiosior fuit Pausanias, nec codices discedunt a Vulgata. Fortasse καὶ ante Κυάναν excidit. Suspicionem

firmat lectio cod. 1410 *καὶ Ὕδναν·* hanc et postea *τῆς Ὕδνης* pro *τῆς Κυάνης* recepit Bekkerus. *ἐπεπεσόντες* Mosq. *δύεσθαι* et *καταδύεσθαι* de his rebus sunt apud Pollucem. *ἡ* ante *εἰκὼν* addidi e Bekkeri edit. *θήλεως* pro *θήλεος* esse contra grammaticorum observationes iam Sylb. monuit. cf Phavor. p. 842. attamen illud movere dubitavi. v. Lobeck. ad Phrynich. p. 247.

§. 2. *ἔρχομαι διηγησόμενος nunc narraturus sum,* formula Herodotea, qua significatur *nunc, hoc tempore aliquid narratum iri.* cf. Herod. I, 5. *Μηθύμνη* Vulg. ut IX, 30, 2. *Μεθύμνη* et *Μεθυμναῖοι* Mosq. Herod. I, 151, quae scriptura iudice Eustathio ad Iliad. p. 329. antiquior fuit; est etiam in oraculi responso mox afferendo. *φέρουσαν μέν τι ἐς τὸ θεῖον* Vulg. *μέντοι* Mosq. quod excepi. *φέρει ἐς τὸ θεῖον vergit ad divinum, prope accedit ad divinum, significat aliquid divini.* *εἴροντο* est verbi *ἔρομαι* v. Matthiae gr. gr. §. 234. ed. 2. *ἤροντο* habet Bekk. ed. *Κεφαλῆνα* Mosq. Lobeckius in Prolus. I. de Thriis Delphicis p. 4, scribi voluit *Διόνυσον Φαλλῆνα* propter Eusebii Praepar. Evang. V, 36. p. 233. ubi hoc legitur oraculum:

Ἀλλὰ Μεθυμναίης ναίταις πολὺ λώϊον ἔσται
Φαλλῆνος τιμῶσι Διονύσοιο κάρηνον.

Additur ibidem: *οὐδ' ἂν εἷς τις Ὀλυμπίων εἰς τοῦτο ἦλθε παραπληξίας, ὥστ' ἐλάϊνον κορμὸν θεῶσαι, ὃν* (forsan *οἷον*) *οἱ Μεθυμναῖοι σαγηνεῖς* (hoc voc. dubiae auctoritatis visum est Schneidero, sed vide *Ἐπιτύμβια* in Anth. Pal. N. 276. 295) *ἐμπλακέντα τοῖς λίνοις ἀνείλκυσαν.* — *ἐξ ἄκρου κεφαλοειδὴς ὁ κορμός.* Mosq. *οἱ* ante *Μεθυμν.* omisit.

§. 3. Quid sit *δύσις Ἡλίου,* illud videtur artis docere opus V, 11, 3, in quo fuit *ἀναβεβηκὼς ἐπὶ ἅρμα Ἥλιος·* illo igitur expressus fuit *Sol, quum invectus equis altum petit aethera* (Voelkelius vertit: *der auf dem Wagen steht*), hoc nostro rursus *Sol, quum praecipitem Oceani rubro iam iam lavit aequore currum.* Meyer reddit: *die untergehende Sonne*, et accenset tamen simulacris. *Θυάδες* Mosq. cf. c. 6, 2. *τὰ μὲν δὴ πρόσωπα αὐτῶν* Vulg. *πρῶτα* pro *πρόσωπα* Mosq. recte, idque cum Clav. recepi. Pro *ἐργασάμενος* Corayus suspicabatur *εἰργασμένος* scribendum; mihi *ἐστιν ὁ ἐργασάμενος* vel *ὁ εἰργασμένος* legendum videtur. *χρόνου δὲ, ὡς ὁ ναὸς ἐπεποίητο, ὁ ἐγγιγνομένου* ante Facium legebatur, qui *ὁ* ante *ἐγγιγνομ.* etiam volente Sylburgio expulit. Haec

in illis fastigiis opera Meyer in Hist. art. int. Gr. II, 94. putat non a fundo elevata sed simulacra integra fuisse, quoniam hoc templum magnum fuerit. ἐπιστύλια. cf. Winckelmanni Opp. VIII, 76. et Paus. V, 10, 2. ubi etiam de *clypeis ibi affixis*, de quibus maxime huc pertinent illa Aeschinis c. Ctes. p. 100. (508) τὰς χρυσᾶς ἀσπίδας ἀνέθεμεν πρὸς τὸν καινὸν νεὼν πρὶν ἐξαράσασθαι (sic Wunderlich, atque quem ille non consuluit, Harpocratio h. v. ubi conf. Vales. In Bibl. class. Weigeliana T. I. p. 145. vulgata retenta est) καὶ ἐπεγράψαμεν· Ἀθηναῖοι ἀπὸ Μήδων καὶ Θηβαίων, ὅτε τἀναντία τοῖς Ἕλλησιν ἐμάχοντο. τῷ pro τοῦ ἐν et γερῷ pro γέῤῥων Mosq. Idem antea ἐποίησεν — Εὐκάδμου omisit. Nomen Εὔκαδμος sunt qui interpretentur *bene fingentem*, ducentes a κάζω, κέκαδμαι cf. IX, 5, 3.

§. 4. usque ad cap. 23 extr. de rebus a Graecis contra Galatas, quorum dux Brennus fuit, in Graecia gestis, de quibus quare hic accuratius expositum sit quam in Atticis, scriptor ipse hanc affert causam §. 4. §. 4. προάγειν — ἐνταῦθα ἦν. Quo quidem loco possumus quodam modo Pausaniae artem res scribendi gestas metiri.

τῶν ἐς τὴν Mosq. ἡ ἐς — συγγραφὴ· significat I, 3, 5. et cap. 4. ὅτι ἔργων τῶν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους τὰ μάλιστα Ἕλλησιν ἐνταῦθα ἦν Vulgata, *quod rerum contra barbaros a Graecis gestarum quae maximae hic gerebantur*, ut τὰ μάλιστα sint τὰ μέγιστα Comparari possit I, 14, 4. φρονῆσαι Ἀθηναίους ἐπὶ τῇ νίκῃ ταύτῃ μάλιστα εἰκάζω, ubi Loescher et Facius μάλιστα interpretantur μέγιστα, quod magis placet quam quod Sylb. suadet, ut μάλιστα coniungatur cum εἰκάζω. Erit fortasse qui putet, ex nostro loco excidisse μνήμης seu λόγου ἄξια, aut Porsoni probet coniecturam, τὰ κάλλιστα, quam recepit Bekk. *Prima expeditio*. v. Beckii Welt u. Völk. Gesch. II, 47. Καβαύλη Mosq. ἀποθαῤῥεῖν voc. Xenophonteum. αὐτῶν ὅτε Mosq. καὶ ante δεύτερον nescio an eliminandum sit. ἀπληστιῶν — γεγενημένοι Vulg. In Mosq. est ληστειῶν, quod nobiscum recepit Clav. Κελέθριος Mosq. Ἀκιχώριος in Diodori Eclog. XXII, 13. p. 497. Κιχώριος vocatur, quod apud eundem in Biblioth. XII, 5. Romani consulis nomen est. Quod Valesius in Not. in Notas Maussaci ad Harp. p. 216. ait se in nominibus barbaris observasse, saepe A litteram initio praeponi,

interdum omitti solere [adde *Murad*, *Amurad* et ex Strab. XVI, 767. *Μαζήνην*, vulg. *Ἀμαζήνην*], idem de nonnullis Graecorum nominibus propriis dici potest. cf. III, 14, 3. VI, 6, 4. VII, 6, 1. VIII, 27, 3. Strab. IX, 415. et ibid. XIII, 289. locus Homeri. *Βόλγιος*. Apud Iustin. XXIV, 5. *Belgius*. *δὲ* pro *τε* cum Bekkero. Pro vulgato *ἤλακε* adsivi e Mosq. *ἤλασε*. Pro *ἔχοντα* est *ἔχον σε* in Mosq. qui deinde *τὴν Μακεδόνων* — *ἐδολοφόνησε* omisit, causa erroris aperta. De rebus huius *Ptolemaei Cerauni*, causa cognominis et caede dixit iam I, 16. *Caesus* est hic Ptolemaeus Ol. 124, 4. iudice Valesio, quem ibi citavi. *εἶχεν ἐπίκλησιν Κεραυνὸς*· cf. adn. ad IV, 31, 6. *πότε* pro *τότε* Mosq. *οὕτως στόλος* idem. *ὡς ἐπὶ* primum quidem *in der Richtung als wenn man auf etwas zu, zu etwas gehen wollte;* deinde *versus*, sed ita ut tantum cogitetur motus. cf. cap. 24, 5. Strab. X, 430 (50).

§. 5. *Βρέλιος* pro *Βρέννος* Mosq. *πολὺς ἦν — ἐπαίρων*· Sic Herod. IX, 90. *πολλὸς ἦν λισσόμενος*. In Mosq. *ἀπαίρων* pro *ἐπαίρων*, et deinde *ἔτι ἐπίσημος*, in Ald. *ἔτι σπίσημος*· pro quo cum Amasaeo Loescher Hartungus, Camerarius et omnes edd. legunt *ἐστιν ἐπίσημος*. Sylburgii coniectura *ἔτι ἄσημος* est hoc loco aliena, nam *χρήματα* est genus; hoc dividitur in *ἀναθήματα* et *ἄργυρον καὶ χρυσὸν ἐπίσημον*. rudia enim auri argentique pondera intelligenda esse, nemo dixerit. *αὐτῷ — Ἀκιχόριον* Mosq.

§. 6. *οἱ δὲ ἱππεύοντες κτλ.* numeri inter se congruunt; si enim 40800 coniunxeris cum 20400, habebis 61200. Qui hic *οἰκέται* et *δοῦλοι*, iidem, ut videtur Wesselingio, Diodoro Sic. V, 29. *θεράποντες ἐλεύθεροι*, et Caesari B. G. VI, 15. *Ambacti* vocantur. Diodorus enim de Galatis ita: *ἐπάγονται δὲ καὶ θεράποντας ἐλευθέρους, ἐκ τῶν πενήτων καταλέγοντες, οἷς ἡνιόχοις καὶ παρασπισταῖς χρῶνται κατὰ τὰς μάχας*. Posidonius Apameensis apud Athen. VI. p. 246, c, contulit hos ambactos cum parasitis: ait enim: *Κελτοὶ περιάγονται μεθ' ἑαυτῶν καὶ πολεμοῦντες συμβιωτὰς, οὓς καλοῦσι παρασίτους*. *Ambactos* Caesar Romano voc. *clientes* interpretatur. *ἱππεύοντες* Caesari sunt *equites*, alterum illud genus in Gallia hominum, qui aliquo erant numero atque honore; ex plebe quae paene servorum habebatur loco, erant ambacti, qui et *θεράποντες ἐλεύθεροι* et *οἰκέται* seu *δοῦλοι* dici poterant. Corayus suspicabatur legen-

dum esse *οἱ οἰκέται τοσάδε σφίσιν ἐγίνοντο χρήσιμοι*, quod recepit Bekker. Ad *παρεῖχεν* e sequentibus supplendum *ὁ δοῦλος*. *ἐπιλάβοι* Mosq. *εἰ δὲ ἀμφοτέρους ἐπιλάβοι τὸ χρεὼν* referendum videtur non ad dominum et ad alterum servum, sed ad utrumque domini servum, *ἵππους ὁμοίως ἔχοντα* ut modo dixerat. *ἐνταῦθα ἕτοιμος ἦν ἱππεὺς*, *tum praesto erat alius eques;* hoc intelligimus de tertio servo, qui antea non habuerat equum, sed illis duobus servis occisis equum conscendebat; sic et *de Anton* Gorliziensis super hoc loco a me consultus, qui Caesaris l. l. et Taciti Germania c. 13. usus recte contendit, non duos sed plurimos circum se ambactos habuisse equites. *τραύματα τῶν ὁ μὲν ἐπεξῆγε* Mosq. Ante *μίμησιν* Facius inseruit *ἐς* e I, 38, 8. X, 15, 3. Sylburgius iam desiderabat *κατὰ* vel similem praepositionem. *τοῦ — Ἀθάνατοι*. cf. Herod. VII, 83. *ὑπὸ αὐτὴν τοῦ ἔργου τὴν δίκην* Vulg. Sylburgii correctionem *ἀκμὴν* etiam Schaefero probatam ad L. Bos. Ell. p. 187. recepit nobiscum Clavier. *Τριμαρκισίαν — καὶ ἵππων τὸ ὄνομα ἴστω τις Μάρκαν ὄντα ὑπὸ τῶν Κελτῶν* Vulgata, cui ab oriente usque praesidium accivit Bochartus Chan. II, 1, 42. p. 749. sq. Camerarius autem magis audiendus est, qui *Τριμαῤῥισίαν* et *Μάῤῥαν* corrigebat, quum Mosquensis quoque codex *Τριμαρισίαν* habeat. Camerarii correctionem Sylburgio probatam recepit Clavier; Vulgatam ego retinui quum sonus huius antiqui vocabuli varius fuerit, *Mar*, *March*, *Mark*. v. Adelungii gramkrit. Wörterb. v. Mähre. Pro vulg. *ἵππων* est, quod Sylb. iam vidit, *ἵππον* legendum; idem voluerunt de Anton et Porsonus, quorum posterior etiam *ὄντα* mutari iubebat in *κληθέντα*. Iusta structura orationis foret *καὶ ἴστω τις, τὸ ὄνομα ἵππον Μάρκαν ὂν ὑπὸ τῶν Κελτῶν* i. e. *ἵππον Μάρκαν ὀνομαζόμενον ὑπὸ τ. Κ.* namque *ὄνομά ἐστιν ὑπό τινος* est, *nomen datum est ab aliquo*, *vocatur ab eo*. Participium ad *ὄνομα* referendum relatum est ad *ἵππον*. ut IX, 22, 2. *ἐποίησε ἄγαλμα Ἑρμοῦ φέροντα* pro *φέρον*. Pro *ὄντα* est *ὂν τὰ* in Mosq. Pro *τοσαύτης* scribendum existimavi *τοιαύτης*, quod Sylb. iam voluit est *tali consilio* scil. diripiendi et profanas et sacras opes.

CAPUT XX.

§. 1. *προῆγεν ἐς ἀνάγκην·* Similia vides II, 19, 2. 20, 1. *τῷ* ante *παρόντι* omisit Mosq. male; eadem formula mox recurrit. *οὐδὲ δοῦσιν κ. τ. λ.* *neque si aquam et terram dedissent sibi licere reliquum tempus secure agere*, ut hic *ἄδειαν φέρειν* ita alibi *διδόναι*, *παρασκευάζειν*. Locus *ὡς οὖν ἀπολωλέναι ἤδ' οὖν ἐπικρατεστέρους εἶναι, κατ' ἄνδρα τε ἰδίᾳ καὶ αἱ πόλεις διέκειντο ἐν κοινῷ* varie tentatus est. Pro *ἤδ'* est in Mosq. *ἤδ'* et supra *οἶ*. Sylburgius malebat *ἢ δ' οὖν* divise aut *ἢ δέον*, ut hoc esset absolute positum ut *συμβάν*, Porsonus autem *δέον ἤ*. Kuhnius *δέον* tantum animo volebat addi, Denique Corayus *ἢ γοῦν* commendabat. Nos Porsonum sequuti sumus cum Bekkero. *διέκειντο* est *γνώμην εἶχον* ut in Xenoph. Cyrop. VI, 2, 8 et 9 (4 et 5) *ἐπιτεστέρους* pro *ἐπικρατεστ.* Mosq. Facius Vulgatam tenens interpretatur: *Quare vel perire vel hostes superare, privatim singulis hominibus et publice civitatibus communis omnium sententia fuit.*

§ 2. *ἀνταριθμῆσαι* Kuhn. interpretatus est: *numerando inter se componere* *ἐπὶ μέν γε κτλ.* sumsit ex Herod VII, 202. sq. *Τεγεᾶται* vulgo. *παρεγένοντο δὲ καὶ Βοιωτῶν ἑπτακόσιοι ἐκ δὲ Θεσπείας καὶ Θηβῶν τετρακόσιοι* Vulgata. Kuhn. post *ἑπτακόσιοι* colon, Facius comma posuit. Ex Herodoti l. l. *ἀπὸ δὲ Βοιωτῶν, Θεσπιέων τε ἑπτακόσιοι, καὶ Θηβαίων τετρακόσιοι* patet, nostrum corrigendum esse, et iudice quidem Valckenario ita: *παρεγένοντο δὲ καὶ Βοιωτῶν, ἑπτακόσιοι ἐκ Θεσπείας, καὶ ἐκ Θηβῶν τετρακόσιοι*, Porsono autem — *ἑπτακόσιοι ἐκ Θεσπείας, ἐκ δὲ Θηβῶν.* Priorem rationem praetuli ut propius accedentem ad Vulgatam omissa repetitione praepositionis *ἐκ* ante *Θηβῶν·* nec repetita est praepositio cap. 5, 2. *ἀφικέσθαι — πόλεων* est *πανστρατιῇ* ad Herodotum. *τὸ οὖν — μύριοι — 11200.*, apud Herodotum 5200, qui Locrorum multitudinem *ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων ἀφικομένων* numero non addidit. Horum vero an *sex millia* fuerint, quae Pausanias e verbis Herodoti, Locros Opuntios *πανστρατιῇ* venisse, collegit, sane incertum est sed nec ipse pro certo haberi voluit Pausanias. *οὐδὲ* ante *οὗτοι* Mosq. omisit. *προαπελείποντο πέρας* Mosq. sed Activum fuit etiam II, 1, 5. III, 17, 3. Corayus autem malebat *προαπέλιπον*, fortasse recte, quanquam velim conferas adnotata ad cap. 32, 10. adde cap. 23, 2.

§. 3. πεντακοσίους pro πεντακοσία Mosq. *Λοκροὺς — νήσου* i. e. *Locros Opuntios*, quorum ante terram sita erat insula *Atalante*. cf. Strab. IX, 425. Int. ad Thuc. 3, 89. adde Mannert. VIII, 132. *παρὰ δὲ Μεγαρέων — Μεγαρεύς*. Veremur, ne quid in his corrupti lateat; gravis armaturae milites numerat, sed ducem omittit, equitum numerum non indicat, sed eorum nominat ducem. Fortasse repetito vocabulo ἱππικὸν oblitterata est vera lectio, et, donec ea reperiatur, scribendum τούτων ἡγεῖτο Μεγαρεύς. Idem de hoc loco sensisse dicitur Boeckhius in Bekkeri editione. Vitium inesse Clavier quoque vidit sed coniectura in margine proposita: τούτων ἦγε καὶ τοῦ ἱππικοῦ Μεγαρεύς non sustulit. στρατεία ante Facium qui Sylburgii emendationem στρατιὰ recte excepit. In *Aetolorum ducibus* fuit etiam *Eurydamus* VI, 16, 1. X, 16, 2. commemoratus. *καθὰ — λόγου*· nimirum I, 5, 4. 4, 2. Palmerius putans, etiam navium numerum atticarum a Pausania memoriae proditum esse, corrigebat τριήρεις τ' ε' πλώϊμοι πᾶσαι, *triremes ter centum et quinque, omnes ad navigandum instructae*. Cui emendationi maxime obstat quod Pausanias ipse I, 4, 2. dixerat, Athenienses tum Macedonici belli diuturnitate crebrisque cladibus admodum attritos fuisse; quare haec tempora Palmerius comparare non debuit cum illis, ubi Athenienses contra Aeginetas ducentas naves novas fabricaverant. Corayus suspicabatur, αἱ πλώϊμοι legendum esse, quod recepit Bekker. Ὀόντῃ pro Ὀρόντῃ Mosq. Graecorum igitur, qui ad Thermopylas adversus Galatas convenerunt, Pausania teste fuerunt 24690, omissis Aetolorum equitibus, quorum numerus definiri non potuit.

§. 4. ἀθροισθεῖσι Ἕλλην. Mosq. Vitium Facii editionis ἐπύθοντο Clavier propagavit. ψιλούς τε ἐς χιλίους καὶ ἐς τὴν ἵππον ἀπολέξαντες Vulg. „Amasaeus legit ἀρίστην pro ἐς τήν. Si quis vero τὴν pro numerali nota τριακοσίαν positum velit, vel ἐς τὴν perperam ex ἴσην factum viderit quibus id rationibus tueatur, Sylb. Clavier tamen posteriorem coniecturam in margine proponere ausus est, quum Facius ἐς tantum ante τὴν ἵππον delendum censuisset. Mihi videtur Pausanias scripsisse καὶ ἐκ τῆς ἵππου scil. τινάς. De ἐκ in ἐς depravato cf. ad c. 21, 1. Verbo ἀπολέγειν c. 22, 2. 5. simpliciter Genitivus additur. ἵνα μηδὲ cum Coniunctivo significat consilium, *ut ne — quidem*, sed quod mox,

sequitur ὡς μὴ cum Optativo optatum, *ne*. cf. omn. Herod. I, 159 ἐς τὸ κάτω cohaeret cum ἀπέστειλεν. νήχειν de homine etiam Hom. Odyss. V, 399. Falsum esse Facium μακρῷ habentem pro epitheto substantivi μήκει ideoque corrigentem μακροί, adnotaverat iam Schaefer Apollon. Rh. T. II. p. 307. De *Gallorum illorum proceritate* cf. Callim. h. in Del. 174 et Spanh. ὧδε *hoc modo*, quum optassent locum, ubi facilius natare per fluvium poterant; Amasaeus de *loco* intellexit, non recte, quia locus transitus iam indicatus erat, neque Herodotus, quem Noster imitatus videtur. v. Lex. Herodot. Schweigh. λιμνῶν δὲς — Θυραιοὺς — ἐμβαλὸν Mosq. *Spercheum*, nunc *Ellada* vocari creditum, frequenter cursum ostiumque mutavisse, legimus in Gellii Itin. of Greece p. 246.

CAPUT XXI.

§. 1. ἐπέτασσεν· cf. cap. 32, 10. μὴ δὲ pro μηδὲ Mosq. Vulgatum διεβ. τ. στρατείαν Fac. recte in δ. τ. στρατιὰν mutavit. κατὰ τὰς γεφύρας διεβίβασε ut cap. 22. 2. ὁδεύειν κατὰ τὰς γεφύρας. Pro τὰ ἐκ τῆς χώρας quod legitur in Ald. et Frcf., operarum errore in Kuhn. ed. scriptum est τὰ ἐς τῆς χώρας, quod Facius prioribus editionibus non consultis ita correxit τὰ τῆς χώρας, quum restituendum ei fuisset τὰ ἐκ τῆς χ. Poppo in hoc agnoscit genus quoddam attractionis ut in ὁ ἐκ Κυρήνης τυῦρος, ὁ ἐξ Ἀΐδου κέρβερος Diod. IV, 13. 24. ἐγκαταληφθέντας Vulg. ἐγκαταλειφθέντας Clav. sed illud, quum ab hoc loco alienum non sit, retinui. ἐκ τῶν τειχῶν ante Facium, qui e Mosq. ἐκ τ. στενῶν adscivit. Huius loci στενὰ saepius commemorantur a Strabone, veluti IX, 428. Thuc. 3, 92. *muris* etiam Amas. Haec *Heraclea* antea *Trachin* appellata est, quanquam haec ab illa sex stadiis distabat. v. Strab. l. c. Haec Heraclea a Lacedaemoniis condita 40 ferme stadiis a Thermopylis, 20 autem a mari distabat. v. Thuc. 3, 92. quod fortasse non pugnat cum Strabone IX, 429. De eius *ruinis* Gell's Itin. of Gr. 241.

§. 2. De his *Pylis*, *Thermopylis* Herod. VII, 176, quo teste τό γε παλαιὸν πύλαι fuerunt in muro ibi exstructo. ἐν σιγῇ ἐπῄεσαν ut maiores apud Homerum

Iliad. III, 8. qui ἴσαν σιγῇ. ἐπῄεσαν Mosq. ὧδε σφισιν οἱ πεζοὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς τάξεως ἐξέθεον Vulg. Kuhnius ὧδε corrigendum censebat scribendumque οὐδέ: Corayus malebat οὔτε· recte, namque his οὔτε οἱ πεζοὶ respondet καὶ οἱ ψιλοί, quod suscepit mecum Bekkerus. idem Popponi videbatur. v. eius Chrest. Histor. II. p. 165. Clavier maiora moliens in margine corrigebat: οὐδέ οἱ πελτασταί. Sed πεζοὶ hic sunt ὁπλῖται et opponuntur ψιλοῖς. τοσοῦτο — φάλαγγαν Mosq. ἀκόντι idem. οὐ στενοῦ μόνον χωρίου τοῦ μετὰ τὰς Πύλας ὄντος Vulg. Suspicabar corrigendum esse κατὰ τ. Π. et vidi idem voluisse Sylburgium, hic quoque a Kuhnio Facioque neglectum. De harum praepositionum confusione cf. ad VI, 25, 5. θυραιοὺς Mosq. ut c. 20. extr. ἄλλον idem. τῆς ἐς pro τῇ ἐς Mosq. Vocabulis θυμὸς et ὀργαὶ usus est etiam de Messeniis in Lacedaemonios exacerbatis IV, 7, 2. Ante Facium legebatur θυμοῦ· is auctore Kuhnio scripsit θυμῷ· quod nobis magis placuit quam quod Sylb. suadebat, ut transpositione facta legeretur: ἐπὶ τοὺς ἐναντίους μετὰ θυμοῦ καὶ οὐδ. λ. Mox οὔτε πελέκεσι διαιρουμένους ἢ ὑπὸ μαχαιρῶν ἀπόνοια τοὺς ἔτι ἐμπνέοντας ἔτι ἀπέλιπεν, οὔτε ὅσοι βέλεσι καὶ ἀκοντίοις διεπείροντο, ὑφαιροῦντο θυμοῦ, μέχρις οὖν παρέμενεν ἡ ψυχὴ Vulgata, nisi quod Facius alterum ἔτι post ἐμπνέοντας delevit. Mosq. habet ὑφῄρουν τοῦ θυμοῦ. Deinde μέχρις οὖν Sylb. Corayus et Porson. mutatum voluerunt in μέχρις οὗ· quod Poppo quoque recepit. Cf. ad c. 32, 1. adn. alia enim ratio est loci Thuc. 3, 98 init. pro ἔτι ἀπέλιπεν Porsonus ἐπέλιπεν scribendum censuit. Cum his igitur et cum Schaefero (quem v. ad Lamb. Bos. p. 187) hunc locum ita scripsi: οὔτε πελεκ — μαχαιρῶν ἡ ἀπόνοια — ἐμπνέοντας ἐπέλιπεν, οὔτε — ὑφῄρουν τοῦ θυμοῦ, μέχρις οὗ. In Clav. ed. legitur ἡ ἀπόνοια τοὺς ἔτι ἐμπνέοντας ἀπέλιπεν — ὑφῄρουν τοῦ θυμοῦ, μέχρις οὖν. Ad ὑφῄρουν erit οὐδὲν animo addendum. ἔτι ἀπέλιπεν ortum est, ut Porsonus significavit, ex ἀπελιπεν. (ἐπ written above) Kuhnius ἐμπνέοντάς τε ἀπελ. corrigendum putabat. ἐχρῶντο ἐκ χειρὸς cominus iis pugnabant. τῆς θαλάσσης i. e. τῆς ταύτῃ θαλάσσης. cf. I, 4, 3. Ad ἐπέχει, de quo verbo cf. c. 23, 3. animo repetitur ἡ ἰλύς. Ante ἡγεμόνες Corayus cum Poppone οἱ inseri voluit. Quod mihi persuaseram, scribendum esse ἐλάσσων, idem senserunt Corayus et Porsonus; Vulgata ad ἐλασ-

σον aberravit. ἢ ἐν τῇ ἀγῶνος συνέβη τῇ ἀκμῇ Vulg. Vt Sylb. Schaefer ad Soph. Ai. 1163 et ad Lamb. Bos. p. 187. atque Porsonus voluerunt, scripsi ἢ ἐν τοῦ ἀγῶνος συνέβη τῇ ἀκμῇ. Confusa τῇ et τοῦ etiam 25, 2. Clav. dedit ἢ ἐν τῇ [τοῦ] ἀγ. συν. τῇ ἀκμῇ. Mosq. pro τῇ habet τοῦ. τοῦ ἀγῶνος scripsit etiam Poppo.

§. 3. Post ἡλικίαν Porsonus ὢν iussit inseri; sed ὢν interdum subauditur. cf. adn. ad VI, 3, 2. ἀγῶνα πολέμου sic et IX, 6, 1. Ad illud Sophoclis Ai. 1152 (1136) μεγάλης ἔριδός τις ἀγὼν Lobeckius similia citavit. In hoc epigrammate, quod repetitum est in Anthol. Palat. T. II. p. 821, codex Mosq. habet ἢ μαρδαλη ποθέουσαν ἔαν — διιάς διδη — ὁπότε — ἤκμασεν θοῦρον et post φωτὸς in margine adscriptum ἔσφαλται. Iudice Iacobsio ad ποθέουσα subauditur κεῖμαι vel εἰμί, nisi auctor scripserit ἧμαι δὴ ποθέουσα. Quod si verum sit, iungendum esse ἧμαι — ἄγαλμα Διΐ. τοῦτο μὲν δὴ ἐπεγέγραπτο breviter dictum hoc sensu: *Hoc scutum cum ista inscriptione erat in donariis Iovis Eleutherii, priusquam.* De hac στοᾷ τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς cf. I, 3, 1. 2.

§. 4. αὐτῶν pro αὐτῶν Mosq. γῆς τυχεῖν. VI, 20, 8. γῆς μέρη λαμβάνειν. Mox μοι pro ἐμοὶ Mosq. πολεμίους τε ἄνδρας ἐκπλήξασθαι Vulg. Praeferenda mihi fuit Mosq. lectio ἐκπλῆξαι. Sic et καταπλήττειν IV, 15, 2. p. 316. neque ἐκπλήξασθαι sed ἐκπλῆξαι hoc sensu dicitur. cf. 23, 3. καὶ ὅτι ἐστὶ τεθνεώτων οὐδὲ ἔθους οἶκτος αὐτοῖς Vulg. Sylburgio ac Valckenario videtur placuisse Camerarii correctio οὐ δι' ἔθους eamque excepit Clavier. Nobis tutius visum est Mosq. lectionem ἔθος sequi; idem Popponi placuit. ἔθος ἐστι μοι cum Infinitio est apud Strabon. 16, 283. idem vero dixit etiam κοινὸν ἐστι τοῖς βαρβάροις ἔθος ἡ ξενηλασία 17, 541. Longius abiit a Vulgata Censor Facianae editionis in Neu. allgem. deutsch. Bibl. XLI, 1, 5. ita corrigens καὶ ὅτι ἐστὶ τεθνεώτων οὐδεὶς ὅλως οἶκτος αὐτοῖς. A Mosq. abest ἐξ ante αὐτῶν. sed cf. 20, 4. 19, 4.

CAPUT XXII.

§. 1. Haec ἀτραπὸς memoratur etiam I, 4, 2. et hoc capite §. 5. καὶ ταύτης μετὰ ταῦτα ἐρείπια ἀνήκει

τὰ Τραχῖνος Vulg. Pro ταύτης et ταῦτα Sylburgio videbatur rectius legi ταύτῃ et τά. idem reddidit: *tramite post Trachinis rudera erat ascendendum.* sed longe melior est Clavierii lectio καὶ ἀνάντης, μετὰ τὰ ἐρείπια ἀνήκει τὰ Τρ. quam recepi. ἀνάντης κατ' αὐτὰ τὰ habet ed. Bekkeri. ἐς τε οὖν τὴν Οἴτ. eadem. ἀνάκειται pro ἀνήκει τὰ Mosq. Verborum ἦν δὲ — Τραχινίδος incorruptam integritatem praestare non audeo. προςέσται — τὴν φρουρὰν οἰομένου Τελεσάρχου καὶ νικῶσι Mosq. ἐκ τοῦ ἱεροῦ, τὴν φρουρὰν οἰόμενοι .... Τελεσάρχῳ καὶ νικῶσι Bekker. e cod. 1410, ubi etiam οἰομένου legitur.

§. 2. καταπλήττεσθαι cum Accusativo etiam IV, 6, 3. sed usitatius esset καταπεπληγμένοι ἦσαν iudice Poppone. πεπληγὼς pro πληγεὶς poeticum esse pronunciat Phavorinus, idem καταπεπληγὼς, καταπεπτηχὼς interpretatur. ἠπόρουν κτλ. in eodem loco Xerxes erat ἀπορῶν apud Herod. VII, 212. Αἰτωλοὺς οἴκαδε ἐς τὴν Αἰτωλίαν· cf. adn. ad IX, 41, 3. οἴκαθεν Mosq. στρατιᾶς ante Facium, qui Sylburgii correctione στρατιᾶς usus est. μυριάδας τοὺς πεζοὺς τέσσαρας Vulg. Sylburgii emendationem μυριάδας τῆς πεζῆς τεσσ. adscivi. Ὀρεστόριον Mosq. et Ald. sed semel tantum. Quid Porsoni ἐμβαλοῦσι pro ἐμβάλλουσι velit, equidem non assequor. διὰ Θεσσαλ. i. e. per agrum Perrhaeborum, Athamanum et Aenianum. v. Strab. X, 450 (45). ὁμοίως γέροντάς τε καὶ τὰ νήπια ἐπὶ τῶν μητέρων τοῖς μαστοῖς ἐφονεύετο Vulg. Structurae legem postulare ἐφόνευον Sylb. recte monuit, quod eo confidentius Pausaniae restitui, quod intelligitur etiam, unde ortum sit ἐφονεύετο· sequitur enim τούτων· duplicata est igitur syllaba το. Bekkerus tamen Buttmanni coniecturam γέροντες καὶ τὰ νήπια — ἐφονεύετο praetulit. γυναῖκες δὲ καὶ ὅσα ἐν ὥρᾳ τῶν παρθένων ante Facium qui, quod ὅσα a genere subsequentis nominis prorsus abhorreret se dicit rescripsisse ὅσαι. idem fecit Clavier cum Bekkero. Sylburgius quoque putaverat ὅσον scil. πλῆθος vel ὅσαι verius legi. At neutra Adiectivorum pluralia saepe pro singularibus apud Pausaniam reperiri, notum est. cf. adn. ad I, 8, 5. nominatim ὅσα pro ὅσον attice poni Phavorinus tradit. Locus, qui vulgo legitur, ταῖς δὲ οὐ μετὰ πολὺ ὑπάρξειν τὸ χρεὼν ἔμελλεν ἥ τε ἀσιτία καὶ ἡ ἀϋπνία Schaefer in Meletem. p. 17. quaerit an ita corrigendus sit ταῖς — πολὺ παρέξειν τὸ χρ. κτλ. addens, in idem incidisse

Wakefieldium. Ac Clavier quidem ita scripsit, sed παρέχειν in hac formula apud Pausaniam non legitur, potius ἀπάγειν, κατάγειν, ut IX, 7, 3. III, 6, 1; itaque videndum, ne haec sit Pausaniae manus τὰς δὲ οὐ μετὰ πολὺ ἀπάξειν τὸ χρεὼν ἔμελλε τῇ τε ἀσιτίᾳ καὶ τῇ ἀϋπνίᾳ. In Vulgata ἥ τε ἀσιτία καὶ ἡ ἀϋπνία est subiectum *aliis autem mox inedia et vigilia mortis causae futurae erant*. ἐκ διαδοχῆς (i. e. τὸ ἐν μέρει in Bekkeri Anecd. 97) rarius cum Dativo reperiri adnotavit Schaefer l. c. affert tamen locum similem ex Harpocratione v. Πρυτάνεις, qui repetitus est in Photii Lex. διάδοχος cum Dativo est etiam apud Herod. V, 26.

§. 3. συμφορὰς Mosq. Ald. Frcf. sed Sylb. correxit. καὶ οἴκοθεν· hi opponuntur illis, qui a Thermopylis nunc redierunt.

§. 4. Vrbs *Callion* aliis non commemorata, sed *Callienses* novit Thucydides ut Ophionensium extremos, eosque dicit III, 96 versus Maliacum sinum extendi (καθήκειν πρός): nec desunt in Stephano Byz v. Καλλίαι, ubi dubito an Berkelius recte Aetoliam in Arcadiam mutaverit, quanquam probabile est ad Aetoliam Arcadiamque pertinentia ibi contracta et confusa esse. Mannertus VIII, 113. sumit, Callipolin et Callium eandem urbem fuisse. Palmerius in Graec. Ant. p. 503 ex hoc nostro loco et §. 2. recte videtur colligere, Callium fuisse in ipso Aetoliae ingressu, et primum se obtulisse a Thessalia venientibus. Pro ἐκομίζοντο Corayus opinabatur ἀνεκομίζοντο scriptum esse ab auctore: sed *redeundi* notio addita est etiam simplici. v. Lexic. Herod. Schweigh. v. κομίζεσθαι et κομιδή. IX, 32, 3. coniunctum est cum ὀπίσω. ἐνταῦθα — μόνοι. idem de his legimus VII, 18, 5. Πατρεῖς — δεδιγμένοι Mosq. qui deinde ἐς ante τὰ ἔργα omisit. θυραιοὺς Mosq. ut antea. μὴ δὲ Mosq etiam §. 5. Λαιστρυγόνα Mosq. recte; sic Homerus Od. X, 199. μνησαμένοις ἔργων Λαιστρυγόνος Ἀντιφάταο Κύκλωπός τε βίης. Pro vulg. ἐγένετο e Mosq. ἐγίνετο recepi. πρὸς Θερμοπύλας ante Kuhnium, sed Sylb. correxerat.

§. 5. ἑτέρα τε ante Kuhn. qui Sylb. correctionem tacite recepit. Αἰνειάνων Vulgata, atque etiam postea ut cap. 8, 2. sed quum h. l. sibi constet Mosq. in scriptura per simplex iota, hanc aliis quoque probatam Vulgatae isto loco praetuli. δι' ἧς κτλ. vide omnino Herod. VII, 213 sqq. ubi c. 216. accurate exponitur de *hac via*,

de qua licet etiam conferre Voy. d. jeun. Anach. T. I. cum tabula topogr. Thermopylas ostendente. ἐπέθεντο et φθείρειν Mosq. εὐπήματον Vulg. Scribendum esse ἀπήμυτον Sylb. dixit, atque ita tacite scripsit Clavier. Nos ἀπήμαντον, quod Heynius et Schneider in Lex. graec. voluerunt, restituimus Pausaniae, vocabulum Homericum in Od. XIX, 282. Pindari verba, Pausaniae obversata, ex quibus haec fluxit emendatio, sunt Nem. I, 82. τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει πάνθ' ὁμῶς· εὐθὺς δ' ἀπήμων κραδία κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον. Mox Ἀκιχόριον Mosq. ἐπὶ τῇ στρατείᾳ ante Fac. sed post Sylburgium corrigendum censuit Kuhnius. ἐπιλάβωσι pro περιλάβωσι Mosq. ἀπ' ἐκείνης συνέβαινε τῆς ἡμέρας ante Fac. qui ἐπ' ἐκείνης edidit. ἐπ' αὐτῆς ἡμέρας ante Fac. qui ἀπ' αὐτῆς omisso ἡμέρας scripsit e Mosq. sic et Amas. legit. τὸ πήλιον pro τὸν ἥλιον Mosq. εἶρχον pro ἦρχον idem.

CAPUT XXIII.

In huius expeditionis adversus Delphos susceptae descriptione Pausanias Kuhnio quidem imitatus Wesselingio autem iudice (ad Diod. XI, 14) eleganter aemulatus est Herodotum VIII, 35 — 39. Pausaniae narratis simillima tradere Iustinum XXIV, 8. Valckenarius iam adnotavit.

§. 1. ἐπισχὸν Mosq. οἱ δὲ — ἑαυτοῦ. Herodotus ita: οἱ Δελφοὶ δὲ — ἐν δείματι μεγάλῳ κατεστεῶτες ἐμαντεύοντο περὶ τῶν ἱρῶν χρημάτων· — ὁ δὲ θεός σφεας οὐκ ἔα κινέειν, φὰς, αὐτὸς ἱκανὸς εἶναι τῶν ἑωυτοῦ προκατῆσθαι. Ipsum responsum ab oraculo Brenni tempore Delphis datum legimus in Cicer. Divin. I, 37. ubi hoc: „Tum enim ferunt, ex oraculo effatam esse Pythiam,

Ego providebo rem istam et albae virgines."

Graeca sunt apud Suidam v. ἐμοὶ μελήσει T. I. p. 750. et in Biblioth. Coisl. p. 609:

Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις.

sed intelligitur etiam ex his locis, istum versiculum ad alia quoque translatum esse.

§. 2. *Amphissa* in Locride. v. cap. 38, 2. τὸ δὲ μάλιστα — τὴν αἰτίαν. Quum enim Brennus Graecos in Thermopylarum faucibus circumvenisset, tum Acicho-

rius quoque in castris ad Heracleam relictus ex iis movit per Thermopylas a Graecis relictas; sed impeditum eius fecerunt iter Aetoli; quae causa fuit, cur Acichorius serius coniungeretur cum Brenno Delphis redeunte. vide §. 7. κατέλειπε animo coniungimus cum Participio πορευόμενος: Corayus autem κατέλιπε volebat corrigi; sed videsis adn. ad cap. 20, 2.

§. 3. στρατείᾳ et postea στρατεία Vulg. et posteriore loco στρατείαν Mosq. Vtrobique στρατιᾷ et στρατιὰ scribendum esse monuerat Sylb. et ita scripsit Fac. Sensus loci Βρέννῳ — φανερώτατα est: *Brenno eiusque exercitui quum ii Graecorum, qui Delphos convenerant, se opposuerunt, tum barbaris numen Dei contraria signa dabat et celeriter et omnium apertissime.* ἀντισημαίνω in Stephani Thes. bene exponitur: *prodigium emitto contrarium et adversum futuri praesagium edo.* Prodigia Xerxi expeditionem in Graeciam aggresso oblata refert Herodotus VII, 57. ὅσην ἐπεῖχεν ἡ τ. Γαλ. στρ. sic et Herodotus I, c. ὅσα οὗτοι ἐπέσχον τῆς Φωκίδος. Proprium hac in re verbum etiam ubi de uno aliquo est sermo, ut Homer. Iliad. XXI, 407. Philostr. Sen. Im. II, 19. Cf. Paus. X, 4, 4. 21, 2. οἱ μὲν ad remotius referendum βρονταὶ, tamen genus propioris κεραυνοὶ sequitur. κατασκήψαι Vulgata. Facium hoc pro Infinitivo habentem, ideoque κατέσκηψε corrigentem notavit Schaefer in Melet. p. 85, quanquam Sylburgius Indicativum praeferenti se repugnaturum negaverat. Qui Optativum retinendum censebit dicet, suam tantum opinionem praeposuisse Pausaniam hoc sensu: *non in singulos quosdam tantummodo irruerint fulmina.* ἐξῆπτέ τε Mosq. Ald. Francof. τε Sylburgius deleri iussit. In Clav. editione legitur ἐξηπτέτο (sic). Quodsi ἐξήπτετο referendum tantum esset ad τὰ ὅπλα, probanda videretur haec lectio: sed illud fieri non potest, itaque nec hoc. Caeterum brevius Herodotus ita: ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον. Mox φάσματα, ὁ Ὑπέροχος καὶ ὁ Λαοδόκος τε καὶ Πύῤῥος Vulgata. In Atticis 4, 4. fuit: λέγουσιν ἐλθεῖν Ὑπέροχον καὶ Ἀμάδοκον, τὸν δὲ τρίτον Πύῤῥον εἶναι. Vncis hic seiunxi duplicatum ὁ. Valckenarium in Atticorum locum e nostro Λαοδόκου nomen translatum voluisse iam adnotatum est. Rursus autem in utroque loco Λαόδικος corrigendum censuit Müller in Doriens. I, 268. propter Λαοδίκην Herodoti IV, 33. 35. Nomen Λαοδόκος est in Orph. Arg. 149, pro quo apud Apoll. Rh. I, 119.

Λεωδόκος ut apud Val. Flaccum reperitur. *Λαόδικος* est tantum in Sch. ad Apoll. I, 47. Hic *Phylacus* etiam Xerxis tempore Delphis opem tulisse ferebatur. v. Herod. VIII, 39. cf. Pausan. X, 8, 4. De praesentia numinis et heroum in pugna Graecorum adversus Galatas dixerat Pausanias etiam VIII, 10, 4, ubi per *τὸν θεὸν* significari *Apollinem* intelligitur e locis Iustini et Suidae antea indicatis. Quae autem sunt apud Ciceronem et Iustinum *virgines ferentes arma contra*, non videntur *Hyperoche et Laodoce* esse, Delo illae magis quam Delphis vindicandae teste Herodoto IV, 33, 35, sed *Minerva ac Diana*. ὅς post *Ἀλεξίμαχος* Mosq. omisit. *καταχρῆσθαι* est hic *ἀναλίσκειν*, *καταναλίσκειν*. Pro *ἐκπλήξεσι* est *ἐκπλήξει* in Mosq. Ald. Francof. Mutatio auctore Sylburgio in Kuhn. ac Fac. editionibus facta est. *ἢ βάρβαροι* Mosq. *τὰ δὲ τῇ νυκτὶ* ante Facium, qui *ἐν* inseruit, de qua re iam Sylb. monuerat. cf. §. 5. *ἐν* non semel excidit. v. VI, 4, 4. 14, 1. VIII, 26, 2. *σφᾶς ἔμελλεν ἐπιλήψεσθαι* etiam cap. 33, 2. De *frigore et nive* convenit Iustino et Ciceroni cum Nostro, *πέτραι — κρημνῶν*. Iustinus: *terrae motu portio montis abrupta Gallorum stravit exercitum*. Herodotus de Xerxis militibus: *ἀπὸ τοῦ Παρνήσσου ἀποῤῥαγεῖσαι δύο κορυφαὶ ἐφέροντο πολλῷ πατάγῳ ἐς αὐτούς, καὶ κατέλαβον συχνούς σφεων*. Mosq. post *μεγάλαι* inserit *τε*, habet deinde *σκοπῶνον* et *εἶχεν*.

§. 4. *ἐτόξευον σὺν οὐδενὶ ὑπὸ τῶν βαρβάρων δείματι* Vulgata; *ἐπὶ τ. β.* 1410. iam in minore edit. scripsimus, quod Schaefer etiam voluit Melet. p. 85. *ἀπὸ* pro *ὑπὸ*, idem fecit Bekk. cum Clavier. Similiter IX, 28, 2. sub fin. *δεῖμα ἀπὸ τοῦ ἰοῦ*. De eadem confusione in simili formula cf. adn. ad VIII, 27, 1. *τραυματίαις* pro *τραυματίαι* Mosq. *ἑαυτῶν — φονεύουσιν*. Similia de iisdem narrat Diodorus Sic. Eclog. XXII, 13.

§. 5. *Πανίκης* pro *Πανικὸς* Mosq. Notanda in *βαθ. τὴν ἐσπ.* collocatio articuli ante substantivum, de qua cf. adn. ad I, 25, 6. Sic et *ἀγχιβαθεῖ τῇ θαλάσσῃ* X, 32, 3 *παραχθέντες ἐκ τοῦ νοῦ* Vulgata, haud dubie vera. *ταραχθέντες* Mosq. et cod. Casaub. in margine; quae lectio repudianda est, quod Lobeckius quoque animadvertit. v. eum ad Soph. Ai. 447. p. 289. adde adn. nostras ad III, 4, 1. *ναοῦ* pro *νοῦ* Mosq. forsitan *νόου*. *ἐδόξαζον — ἀλλήλους*. Haec apud Suidam v. *Πανικῷ δείματι* e scriptore non nominato allata *τὰ ἄνευ αἰτίας*

(δείματα) τῷ Πανὶ ἀνετίθεσαν. δοξάζεται γὰρ πολεμίων ἔφοδος εἶναι· καὶ ἀναλαμβάνοντες ὅπλα ὑπὸ ταραχῆς ἀνθιστάμενοι ἀλλήλοις μάχονται sunt fortasse ex hoc nostro loco ducta. αἰσθάνεσθαι Mosq. omisit. Vocabulum ἄγνοια, quod mox recurrit, sine codicibus non moveam, quum esse possit *error ex ignoratione ortus;* putabant se audire quod non audiebant, haec erat potius ἄγνοια quam ἄνοια. Et tamen Sylburgio opinanti, hic ἄνοια convenientius esse, Facius Clavier et Bekker. assensi sunt. Rursus ἄνοιαν in ἄγνοιαν mutari voluit Valckenarius apud Herod. VI, 69. Adde illud Phavorini: ἄνοια, ἡ παντελὴς ἀφροσύνη, ἄγνοια δὲ, ἑνὸς πράγματος ἀγνωσία, et quod legitur s. v.: ἀγν. ἔστι δὲ ἄγνοια ἕξις μοχθηρὰ καὶ ἠπατημένη. Suspicari possis ἀλλήλους post ἔκτεινόν τε eliminandum esse. οὔτε γλώσσης — σχήματα. Pro tertio οὔτε legendum arbitramur οὐδὲ, nam sibi respondent οὔτε συνιέντες et οὔτε καθορῶντες, ut οὐδὲ sit *ne — quidem.* Nunc video idem placuisse Bekkero. πλεῖστον — τὸν φόνον Vulg. Τοῦ φόνου dedi e Mosq. κατελίποντο Vulg. κατελείποντο scripsi praeeunte Porsono. eodem modo scripsit Poppo in Chrest. Hist. II. p. 178. et Bekk. ἀναθαρσήσαντες οἱ Φωκεῖς Mosq. ἔπαυλις ut *stabulum* in Virgil. G. III, 228. *Huerde, Gehege.* περιώρων Mosq.

§. 6. ἀναχωσθὲν Mosq. Ald. unde Cod. Casaub. fecit ἀναχωσθὲν *obrutum terra;* hoc in Francof. tacite transiit in ἀναλωθέν. Ad πλῆθος — ἀναλωθὲν pertinet ἐγένετο, pro quo positum est ἐγένοντο cum appositione ὀλίγῳ μὲν — δείματι coniunctum.

§. 7. ἐπισκεψόμενοι μὲν ἀφίκοντο ἐν Δελφοῖς Vulg. Sic ἐν Δελφοῖς videtur cum ἐπισκεψόμενοι copulandum; possit quispiam de correctione ἀφίκοντο τὰ ἐν Δελφοῖς cogitare. Sed quum in Mosq. Δελφοὺς legatur, scripsi ἐς Δελφοὺς iam in minore edit. κατειληφότα. vide adn. ad IV, 14, 4. αὐτοί τε Vulgata, cuius in locum Mosq. lectionem αὐτίκα substitui: sic non qui speculandi causa venerant, quod est in Vulgata, sed omnes Athenienses, qui illico proficisci poterant, intelliguntur. Ergo οἱ δὲ sunt Athenienses, quibus se adiunxerunt Boeoti. αἰεὶ ionice ut apud Herodotum pro ἀεί. Rectius autem transpositis verbis legi αἰεὶ τοὺς ἐσχάτους nemo nunc credet Sylburgio. cf. Lexic. Herod. Schweigh. v. αἰεί, et Lex. Xenoph. Sturz. Ἀλίχωρον Mosq. τοῖς δὲ φεύγουσι κτλ. cf. ad §. 2. adn. ὥστε — αὐτῶν· redierunt per Thermopylas in castra ad Heracleam relicta. v. adn. ad §. 2.

§. 8. *πλεονάκις* Mosq. *ἑκουσίως — οἴνου.* Diodorus Eclog. XXII, 13. similiter: *Βρέννος ἄκρατον πολὺν ἐμφορησάμενος ἑαυτὸν ἀπέσφαξε.* Ad Iustini verba XXIV, 8. *Brennus pugione vitam finivit* Isaac. Vossius hoc adnotavit: *Atqui Pausanias inquit, illum vulneratum veneno vitam finiisse;* vides, quam indigne habitus sit Pausanias a nonnullis veterum scriptorum interpretibus. *ὡς μηδένα οἴκαδε ἀποσωθῆναι.* Malum se horum interpretem egit Palmerius: cum Nostro conspirant Diodorus et Iustinus ll. cc. quanquam posterior addens, *neminem ex tanto exercitu vel ad memoriam tantae cladis superfuisse*, modum excedit. Strabo IV, 34. refert, Posidonium scripsisse de his Gallis: *οὐδὲ σωθῆναι αὐτοὺς εἰκὸς εἰς τὴν οἰκείαν, ἀθλίως ἀπαλλάξαντας μετὰ τὴν ἐκ Δελφῶν ἀποχώρησιν.* Sed ut quod Pausanias scripsit illustrarem, hoc adnotandum putavi. Pausanias loquitur de Gallis, qui invaserant in Graeciam; sed pars tantum Gallorum exercitus e patria profecti se in Graeciam immiserat; alii enim Macedoniam ac Thraciam pervagabantur. cf. Paus. X, 19, 4. I, 4, 1. Quod ergo Pausanias mox §. 9. scribit, proximo anno Celtos in Asiam transiisse, intelligi non potest de reliquiis exercitus a Brenno in Graeciam ducti; neque magis I, 4, 5. *Γαλατῶν οἱ πολλοὶ ναυσὶν ἐς τὴν Ἀσίαν διαβάντες* sunt qui e Graecia se fuga expediverant; sed ex iis sunt, quorum multitudo Macedoniam Thraciamque obruerat. Qui ad Byzantium aliquamdiu morati sunt, hos sane Polybius IV, 46. ait fuisse *διαφυγόντας τὸν περὶ Δελφοὺς κίνδυνον*, sed videtur ita scripsisse, quia antea dixerat, eos *κινῆσαι ἅμα τοῖς περὶ Βρέννον ἐκ τῆς οἰκείας.* Hic *ἐμφορεῖσθαι* de iis, *qui alios maxima strage afficiunt.* Haud ita dissimile illud Plut. de Ser. N. Vind. p. 224. Hutt. T. X. *ἐμφορεῖσθαι τιμωρίας.*

§. 9. *στρατιὰ* Mosq. *δὲ* post Genitivos absolutos. cf. ad III, 23, 5. Non recte Sylb. p. 926. ed. Kuhn. putabat, hic *οἱ δὲ* in redditione plane redundare. *οἱ δὲ* pro *οὗτοι.* cf. IX, 5, 2. notanda repetitio subiecti, ut VII, 23. p. 584. X, 32, 5. Alius *Anaxicrates* Ol. CXVIII, 2. summus magistratus Atheniensium fuit. De hoc nostro et de *Democle* nec Meursius de Archont. habuit quod diceret.

CAPUT XXIV.

§. 1. *ἔστι ὠφελ.* Mosq. Haec *ἐν τῷ προνάῳ τῷ ἐν Δελφοῖς γεγραμμένα ὠφελήματα ἀνθρώποις ἐς βίον* apud Clementem Al. Strom. V. p. 568. *τὰ λεγόμενα Δελφικὰ παραγγέλματα* vocantur, in Plut. T. IX. p. 218. Hut. *προγράμματα*, mox a Pausania *τὰ ᾀδόμενα*, a Diogene Laert. I, 41, *ἀποφάσεις*, in Anth. Pal. T. II. p. 127. *ἀποφθέγματα*, ubi ut hic est *Χίλων*, sed p. 822. ut apud Hesych. *Χείλων*. De *Pittaco et Periandro* cf. I, 23, 1. De forma *Θαλῆς* cf. ad I, 14, 3. *δὲ* post *ἐκ Δωριέων* Porsonus recte videtur inserere. *τὸν δὲ ἕβδομον — Κυψέλου ἀκατειλόχητον Χηνέα* Vulgata, quae corrigenda est e Diogene Laërt., e Clemente Alex., qui in eadem re Platonis afferunt testimonium, et e Platone ipso. Diogenes I, 41. ita: *Πλάτων ἐν Πρωταγόρᾳ Μύσωνα ἀντὶ Περιάνδρου ἐγκρίνει.* Clemens autem Strom. I. p. 299. D: *Πλάτων ἀντὶ Περιάνδρου, ὡς ἀναξίου σοφίας, διὰ τὸ τετυραννηκέναι, ἀντικατατάττει Μύσωνα τὸν Χηνέα.* Plato ipse in Protagora T. III. p. 153 Bip. (342 sq.) de septem sapientibus hunc in modum: *τούτων ἦν καὶ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Βίας ὁ Πριηνεὺς, καὶ Σόλων ὁ ἡμέτερος, καὶ Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος, καὶ Μύσων ὁ Χηνεύς· καὶ ἕβδομος ἐν τούτοις ἐλέγετο Λακεδαιμόνιος Χίλων.* quem locum etiam Stephanus Byz. v. *Χὴν* repetit. Ex his locis in nostro scripsi cum Hartungo *Κυψέλου Μύσωνα κατείλοχε τὸν Χηνέα.* nunc video Clavierium quoque sed tacite ita edidisse. *κατείλοχε* est etiam cap. 33, 4. Camerarius malebat *ἐγκαταλόχει Μύσωνα τὸν*' Anonymus *Μύσωνα κατειλόχει τὸν*'. Menagius ad l. c. Diogen. *Μύσωνα καταλέγει τὸν* ut Amasaeus; Palmerius *κατείλοχε τὸν Χηνέα* et Valckenarius *ἐγκατείλοχε τὸν Χην.* uterque omisso nomine *Μύσωνα*, quos Nibby sequutus est. Sed ut antea nomina propria addita sunt, ita nec hoc potuit omitti praesertim quum legeretur in Platonis loco, ex quo sua et Pausanias et quos antea nominavi hauserunt, atque Periandri nomen oppositum diversitasque in recensendis septem sapientibus ut ipsum Mysonis nomen adiungeretur postularent. Steph. Niger habet: *Acatilochetum Chenea septimum posuit.* *Χῆναι* Mysonis patria Nostro pagus fuerunt ad Oetam. Veteres autem dubitasse, utrum haec *Κώμη Οἰταϊκὴ* an *Λακωνικὴ* fuerit, patet e Diog. L. I, 106. Idem Myso suo cognomine *Οἰταῖος* (v. Diog.

l. c.) dubitationem movit, pro quo apud Stephan. v. Ἠτεια legitur Ἠτειος (Ἠτεῖος apud Diog.) et Ἠτεια δῆμος Λακωνικῆς dicitur. cf. adn. ad Paus. VIII, 12, 5. Γνῶθι σαυτόν tribuitur Chiloni in Anthol. Pal. T. II. p. 127. et in Hesychio, ubi plura in adn. et in auctar. emend. Praecepti Μηδὲν ἄγαν ab aliis Pittacus, ab aliis Chilo perhibetur auctor. v. Anth. Pal. T. II. p. 127. 822. Aristot. Rhet. II, 28; sed de primo dubitatur inventore, v. Valcken. ad Eur. Hipp. 264. adde de his duobus praeceptis Wyttenb. anim. in Plut. VII. Sap. Conv. p. 164. B: οὗτοι — εἰρημένα. In Plut. lib. περὶ ἀδολεσχ. p. 339. Basil. dicuntur ea Amphictyones ἐπιγράψαι τῷ ἱερῷ τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος.

§. 2. ἐπιλέξει retine ut ὄψει V, 6, 3. Ὄλβιε — φυλάξαι. Quod hic et in Stephano v. Ἴος in unum oraculi responsum est contractum, in duo divisum est in Homeri vita nomen Plutarchi ferente et in Anthol. Pal. T. II. p. 564, ubi v. Iacobs. Principium Pausanias iam tetigit XIII, 24. extr. δίζεαι. μητρὸς Mosq. μητρὶς et πατρὶς etiam in Eusebii Praep. Evang. apud Iacobsium et in Steph. Byz. Ἔστιν Ἴος — Δέξεται. Plutarchus in Sertor. c. 1. Δυεῖν ὁμωνύμων τοῖς εὐωδεστάτοις φυτοῖς πόλεων, Ἴου καὶ Σμύρνης, τὸν ποιητὴν Ὅμηρον ἐν ᾗ μὲν γενέσθαι λέγουσιν, ἐν ᾗ δὲ ἀποθανεῖν. In Mosq. est καί: δων ab alia manu additum. Hoc αἴνιγμα a pueris piscatoribus propositum legitur tum in Homeri et Hesiodi Certam. p. 497. Loesn. ed. Hes. tum in Homeri vitis Herodoto et Plutarcho inscriptis, et in posteriore dicitur Homerus, quum illud aenigma solvere non posset, prae animi dolore mortuus esse; quod in priore cap. 36. negatur verum esse.

§. 3. Κύπριοι δὲ κτλ. In Plut. vita Homeri est: οὐκ ὤκνησαν δέ τινες Σαλαμίνιον αὐτὸν εἰπεῖν ἀπὸ Κύπρου. Idem de Euclo commemoratur in Schol. Platon. Ruhnk. p. 135. De nomine Εὔκλους cf. ad cap. 14, 3. adn. πολύκλυτον Mosq. πολύκλυτον — δ' ἵρος τ' ὑπὸ Cod. Par. 1410. πολύκλυτον σαλαμῖνος — δ' ἱερος τ' ὑπὸ — ἀήρανς 1411. σαλαμῖνα — ἔσσετ' 1399. Quum structura orationis προλιπὼν διερός τε ἀρθεὶς ferenda non sit, corrigendum puto διεροῖς θ' ὑπὸ κύμασιν ἀρθεὶς· quod sibi probari per litteras mihi significavit Passovius, addens non opus esse, ut hic admittatur tmesis. εὐρυχώρου — σήματα pro ἤματα Mosq. μοῦνος πρῶτος omnium

primus? aliter apud Demosth. de pace p. 58. πρῶτος καὶ μόνος. Num καλὰ pro κακὰ legendum? ταῦτα — γράφομεν. Porsonus malebat γράψομεν quam γράφομεν; constructionis ratione non perspecta; haec vero, quod Sylb. iam vidit, est: ταῦτα ἡμεῖς ἀκούσαντές τε καὶ ἐπιλεξάμενοι τοὺς χρησμοὺς γράφομεν, ἰδίᾳ δὲ οὐδένα αὐτῶν λόγον οὔτε ἐς πατρίδα οὔτε περὶ ἡλικίας Ὁμήρου· ita nec δὲ difficultatem creat, quod omisso μὲν post ταῦτα respondet. Causam, cur de his rebus nollet scribere, aperuit IX, 30, 2. πλεξάμενοι pro ἐπιλεξάμενοι Mosq.

§. 4. De *Neoptolemi caede* cf. dicta ad II, 29, 7. Eum ad Apollinis aram (βωμὸν) caesum narraverat IV, 17, 3. Sic ergo βωμὸς et ἑστία promiscue usurpantur. ἐς δὲ τοῦ ναοῦ τὸ ἐσωτάτω παρίασί τε ἐς αὐτὸ ὀλίγον, καὶ χρυσοῦν Ἀπόλλωνος ἕτερον ἄγαλμα ἀνάκειται Vulg. τῷ ἐσωτάτῳ Mosq. sed pro ὀλίγον idem habet ὀλίγοι· eodem modo legit Amasaeus; scripsit mecum Clavier ὀλίγοι· idem praeterea correxit Ἐν δὲ τοῦ ναοῦ τῷ ἐσωτάτω. quod ferri non potest nisi postea etiam corrigas (παρίασι δὲ ἐς αὐτὸ ὀλίγοι) χρυσοῦν κτλ. Nos ad καὶ χρυσοῦν — ἀνάκειται intelligimus ἐνταῦθα. Kuhn. corrigebat ἐς δὲ τοῦ ναοῦ τὸ ἐσωτάτω παριᾶσι, ἐς αὐτὸ ὀλίγον τε καὶ χρυσοῦν — ἀνακ. Facius autem παριοῦσί γε ἐς α. ὀλίγον. Accentum in παρίασι retinuimus; v. omn. Phavor. h. v. qui παριᾶσι et παρίασι distinguit. add. Fischer. ad Weller. T. II. p. 504 sq. ἐς αὐτὸ est repetitio obiecti; sic αὐτὸς etiam II, 3. p. 119. V, 4, 382. et in repetitione subiecti VII, 23. p. 584. Similiter repetit obiectum οἱ X, 26, 1. p. 863. 30. 3. p. 873. 31, 3.

§. 5. ἐς ἀριστερὰ Vulg. e Mosq. dedi ἐς ἀριστεράν. Eadem confusio est cap. 33, 6. p. 884. περίβολος — τάφος. Strabo IX, 421. (513) ita: δείκνυται ἐν τῷ τεμένει τάφος Νεοπτολέμου κατὰ χρησμὸν γενόμενος. Cum his καί οἱ — Δελφοί cf. I, 4, 4. Pausanias, missis Aenianibus Pyrrho sacra quarto quoque anno facientibus teste Heliodoro in Aeth. II, 34, loquitur tantum de Delphis. λίθος ἐστιν — ὁ Κρόνος. Rem illustrat Graevius in Lection. Hesiod. p. 630. Vitium Kuhn. editionis ὡς αὖθις Facius et Clavier repetiverunt. Κασσότις — Κασσότιδος Mosq. κασσοῒς 1410. Κασσοτὶς Bekk. De hoc *fonte* cf. adn. ad cap. 8, 5. adde autem hoc e Gellii Itin. of the Greece p. 193. „At the east end of the Pythic stadium among the uppermost houses of Kastri is a rock. East of this

is a source, and above the latter near a path is a fountain, which may be *Cassotis*, near which was the Lesche. It seems very possible that the temple of Apollo was on a platform above this." τε post δύεσθαι Mosq. omisit. τὴν δὲ — εἶναι. Hanc sibi nympham Bröndstedius videre visus est in Homeri Apotheosi, ubi alii putarunt Pythiam in antro Corycio offerre phialam Apollini. v. eius Reis. u. Vnters. in Griechl. I, 114 sq. quae eius interpretatio an conspiret cum his praecedentibus ταύτης — ποιεῖν equidem dubito, quanquam ille non istud antrum sed Delphicum ἄδυτον ibi cogitet.

CAPUT XXV.

hinc usque ad cap. XXXI. extr. de *Lesche* in templi Delphici περιβόλῳ, et de iis quae in illa pinxerat *Polygnotus.* Quae explicandi atque illustrandi causa quid nostris temporibus susceptum sit et scriptum, breviter indicandum est, ut, qui sibi hoc illud hic desiderare videntur, ea unde petenda sint habeant. Primum commemorandi sunt Riepenhusii, fratres; hi enim ediderunt *Gemaehlde des Polygnotos in der Lesche zu Delphi nach der Beschreibung des Pausanias gezeichnet von F. und J. Riepenhausen,* Gottingae ap. Dietericum. sed hic substiterunt in picturis dextri parietis, quas primum quidem in partes divisas per quatuordecim tabulas distribuerunt, Polygnotum in nominibus quoque hominum subscribendis imitati, deinde autem cunctas in decima quinta tabula composuerunt, quomodo eas a Polygnoto ipso dispositas fuisse putarunt. His iidem addiderunt *Erlaeuterung des Polygnotischen Gemaehldes auf der rechten Seite der Lesche zu Delphi von F. u. J. Riepenhausen.* T. I. Gottingae 1805. Adiuncta est delineatio Lesches. Quorum operum censura, a *Goethio* scripta, haec est; *Viber Polygnots Gemaelde auf der rechten Seite der Lesche zu Delphi, mit Beziehung auf die von F. u. I. Riepenhausen entworfenen Vmrisse und Erlaeuterung derselben* in Ephemerid. litter. Ienens. 1805 T. III. Cui censurae addita est tabula, quae Riepenhusiorum compositionem imaginum, nonnullis tamen ali-

ter ordinatis, repetit; hanc nos rursus ita repetivimus, ut singulis partibus numeros adderemus, quoniam nominibus subscribendis spatium deerat, et ubi necessarium esse videbatur, discederemus. Eorundem Riepenhusiorum sinistri quoque parietis picturas huius Lesches imitandi periculum nos quidem nondum vidimus. Polygnoti autem tabularum Delphicarum interpretibus adnumerandus est *Boettiger*, qui in *Ideen zur Archaeol. d. Malerei* p. 296 sqq. de iis etiam, qui antea in his picturis illustrandis operam collocaverant, multa inspersit, veluti de *Cayli Description de deux tableaux de Polygnote donnée par Pausanias* in Hist. de l'Acad. des Inscript. T. XXVII, et de delineationibus, quas huic descriptioni *le Lorrain* addidit. Boettigerum autem mihi semper amicissimum, quod hic illic ab ipsius sententia discesserim, aegre laturum non esse scio. Denique *Meyer* in Histor. art. int. Graec. II, 131 sqq. de hac Lesche et his Polygnoti picturis disputavit. Quae in dextro pariete a Polygnoto picta erant, in quo ea loco ponenda fuerint, indicat scriptor cap. 26, 1. p. 863. In his distinguenda sunt ea, quae extra urbem sunt et aguntur (in tabula nostra 1—9) ab iis, quae urbs ipsa et inprimis arx conspicienda praebet (in tabula nostra 10—18), et maioris sunt momenti. v. ad c. 27. extr.

§. 1. *κασσοΐδα* cod. 1410. *Κασσοτίδα* scripsit Bekker. cf. 24, 5. *ἔχον τῶν* Vulg. *ἐχόντων* Mosq. *ἔχον τοῦ* Clav. *ἀναθημ. Κνιδίων.* cf. 11, 4. A Plutarcho de def. orac. p. 185. Bas. et haec Lesche dicitur *Cnidiorum.* *Λέσχη.* cf. III, 14, 2. Hesiod. Opp. et DD. 493. cum Graev. Lect. Hes. cap. 11. Valcken. ad Ammon. p. 210 sqq. Leopold. ad Plutarch. Lycurg. et Boettiger in *Ideen zur Arch. d. Mal.* 296, qui putat, Leschen Delphicam fuisse *περίστυλον* cum *δρόμοις καταστέγοις*, et assentitur Caylo existimanti, *dass dieses οἴκημα ein in ein länglichtes Viereck gebauetes, einen kleinen Hof* (*μέσαυλος* impluvium) *einschliessendes Gebäude gewesen sey, mit einer rings herumlaufenden von innen offenen und nur durch Säulen unterbrochenen Gallerie und mit Sitzen.* Quod autem ad Hom. Od. XVIII, 329. ex Ambr. B. Q. et Eustathio affertur, *λέσχην* fuisse *οἴκημα ἀθύρωτον*, id non congruit cum Plutarchi loco citato de def. orac. ubi est: *ἀπὸ τοῦ νεὼ προϊόντες ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς Κνιδίων λέσχης ἐγεγόνειμεν.* In Hesiodi l. c. *λέσχη* coniungitur ut hic apud Homerum cum *χαλκείῳ θώκῳ*, et

dicitur ἐπαλὴς· ergo ἀθύρωτος non fuerit. Suam quemque pagum atticum lescham habuisse, colligas e corp. inscript. graec. Berolin. I, 1. p. 133. et quae a Proclo ad l. c. Hesiodi commemorantur 360 Atheniensium leschae, videntur non solius urbis sed omnium Atticae pagorum fuisse. Aliter Zell in Ferienschriften. In Mosq. 1410. Ald. Francof. est συνιέντες, quod correxit Sylb. cf. Bekker. Anecd. 21, 33. *Homeri* locus de *Lesche* est Od. XVIII, 329. *Μελανθίου* ante Facium, qui e Mosq. et Vindob. *Μελάνθους* scripsit; sic et Clavier, quum iam Hartungus et Sylburgius monuissent, *Μελανθοῦς* scribendum esse; nam nonem eius *Μελανθὼ* fuit. Caeterum *λέσχας* Apollini consecratas fuisse, et de iis Deum hunc ipsum *Λεσχηνόριον* appellatum esse, Cleanthes apud Harpocr. docuit et in Photii Lexico.

§. 2. *Ἴλιον — ἑαλωκυῖα* Vulg. E Mosq. *Ἴλιος* scripsi iam in min. ed. ἡ *Ἴλιος* est etiam in Schol. Apollon. I, 929. *Μενελάῳ δὲ — Ἄλφιος.* In tabula nostra 1 et 2. εὐτρεπίζοντι cur Kuhnius mallet nulla causa fuit. *καὶ ναῦς — χαλκῆν.* in tabula est 1. Clavier suspicabatur sine causa *καὶ ναῦς ἐστι γεγρ.* esse corrigendum. Ionicae formae *τοῖσι — μέσσῃ* forsan fluxerunt e Leschei carmine imprudente Pausania in hunc locum. ut apud Strab. XII, 544. ex Herodoto *Εὔξεινον καλεόμενον πόντον.* De *τοῖσι* licet etiam reiicere ad Praef. vol. I. p. XXI. et Bornemannum ad Xenoph. Anab. I, 4. 18. Dativi in ῃσι et οισι plures sunt in inscriptione, quae putatur esse attica in Corp. Inscr. graec. Berol. I, 1. p. 108. Caeterum Bekker. cㄈni. *ἐν τοῖς ἰκρίοις ναῦται*, et scripsit *μέσῃ*. Boettiger l. c. p. 316 corrigi volebat *ἄνδρες στρατιῶται ἐν τοῖσι ναύταις*· quod probari non potest; namque opponuntur inter se *ἄνδρες* et *παῖδες*. Hi *ναῦται* sunt *πληρώματα* i. e. *remiges ac milites*. cf. Valcken. ad Herod. VIII in init. seu *propugnatores et socii navales*. Etiam *πληροῦν ναῦς* de utroque genere accipiendum est ap. Thuc. III, 16. 17. *κυβερνήτης* Mosq. etiam paulo post. Pro *Φρόντις κόντους* est *φροντινος τοὺς* in Mosq. *κοντοὺς* X in Angelico. *κοντοὺς διέχων* Boettigerum sequens interpretor *duos contos distinens*. Sic Herod. IX, 50. *σχιζόμενος ὁ ποταμὸς καὶ διέχων ἀπ' ἀλλήλων τὰ ῥέεθρα*. Polyb. IV, 52. *διέχοντος τὰς χεῖρας*. Plut. Agesil. 18. *διέσχον τὴν φάλαγγα*. *Contis* etiam pugnabant cominus et eminus. v. Strab. X, 448. Hic *Homeri* locus est Od. III, 277 sqq. *Φροντίνου* pro *Φρόντιδος* Mosq.

Vind. Inter Φρόντιδος et πατρὸς excidisse ὡς putarunt Facius, Schneider, Porsonus; et Clavier scripsit Φρόντιδος· [ὡς] πατρὸς· Bekker. omisit uncos in hac recepta emendatione. πλέοντι ante Facium, qui e Mosq. et Vindob. πλέων, Angelico firmatum, recepit; idem voluerat Kuhnius. Pro vulgato τὸν Φρόντιν· οὗτός τε οὖν est in Mosq. et Angel. φροντίνου τότε οὖν· Vindob. habet etiam τότε. Mox ἐν τῇ Πολυγνώτου Vind. ὑπ' αὐτὸν *iuxta eum* ut in Plutarchi Agid. 17. ὑπ' αὐτὸν Ἰθαιμένης τέ τις κομίζων ἐσθῆτα Vulg. ὑπ' αὐτὸν ἵστατο Μένης τέ τις Mosq. — ἵστατο Μενεστεύς τις Vind. Hinc Porsonus Ἰθαιμένης τε ἵσταται Μενίστης corrigebat, quid Μενίστης esset non dicens. Μενέσθης est in Iliad. V, 609. Retinui Vulgatam quum *Ithaemenes* Homericum nomen sit; v. Iliad. XVI, 586. αἰσθῆτα Mosq. Ἐχοίαξ ab οἴαξ et ἔχειν. ἀποβάθρα, κλίμαξ νεώ Hesych. Phavor. atque etiam Etym. M. (hinc et σκάλα dicta. v. Poll. I. cap. 9.) hoc tamen addit, γέφυρα, δι' ἧς εἰς τὴν χέρσον οἱ ναῦται ἀποβαίνουσι. Similiter Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 12. ἀποβάθρα, ἡ τῆς νεὼς ἔκβασις, δι' ἧς εἴσιμέν τε καὶ ἔξιμεν· et talis ponticulis e navi in littus eiectus, per quem conscenderent navem, videtur h. l. intelligendus. καταλύουσι — παῖς· in tabula nostra 2. Τρόφιος Mosq. Vindob. pro Στρόφιός. Ἀμφίαλος est nomen Homericum ut Στρόφιος et Πολίτης. φροντίνω pro Φρόντιδι Mosq. Vindob. τῶν δὲ ἄλλων κτλ. non omnium sed eorum, qui erant in navi et tentoria dissolvebant. Βρισηῒς ἡ Ἠλέκτρα in tabula nostra 3. sed Vulgatam Διομήδης — πρὸς ἀμφοτέρων, ἐοίκασιν ἀνασκοπούμενοι ita correximus Διομήδη — πρὸ ἀμφ. — ἀνασκοπουμέναις *Diomedes* enim Argivorum ad Troiam dux, et *Iphis* ille, qui est X, 10, 2, huc vocati in indice Facianae editionis, non sunt huius loci. *Diomeden* et *Iphin* in hac tabula foeminas esse, iam Boettiger l. c. p. 319. significaverat; quod confirmat Homeri Ilias IX, 664 sqq. ubi illa Achilli, haec Patroclo παρκατέλεκτο· hinc etiam in gripho, quem affert Schol. Aristidis in Creuzeri Melet. I. p. 86, Achilles Διομήδης ἀνὴρ dicitur, quoniam hanc post Briseidem habuerit. πρὸ ἀμφοτέρων iam Facius voluerat. ἐοίκασιν — εἶδος· Similiter Helenam per Troiae vias euntem Τρωάδες ἐθηήσαντο γυναῖκες apud Tryphiod. 466, quod sine iure reprehendit Thierschius de Homero in Europa nato p. 461. in Iahnii Annalib. Philol. et Paedag. P. I. Fasc. 2. ἀνασκοπουμένοις etiam in Aldinae editio-

nis exemplo Dresdensi atque a Porsono correctum est. Dativus verbo ἐοίκασι adiunctus est paulo post p. 861, cap. 31, 1. p. 874. VIII, 17, 3. Equidem scripseram ἀνασκοπουμέναις, quanquam masculinum quoque articuli et participii saepe de foeminis positum esse, Valckenarius iam monuit ad Eurip. Hipp. p. 205 sq. Briseis ergo media erat, Iphis ante, Diomede post eam stabat; sic igitur Iphis πρὸ ἀμφοτέρων et Diomede videtur paulo altiore loco stetisse, ergo ὑπὲρ ἀμφοτέρων. De ὑπὲρ v. post cap. 31. adn. ἀνασκοπεῖν et σθαι ut ἀποσκοπεῖν et σθαι, de quo v. Thom. Mag. p. 100. sq. Medium nostri verbi est etiam V, 17, 4. Activum in Phil. Im. 115. 118. Iac. κάθηται — πλησίον, τὸν Vulg. Suspicantur ὃν pro τὸν legendum esse; nos cum Aldina post πλησίον maiorem posuimus distinctionem; sic τὸν erit accipiendum pro τοῦτον. Ad Εὐρυβάτης intelligitur ἕστηκε. sed pro vulg. αὕτη τε ἡ Ἑλένη quod Bekker. retinuit, haud dubie legendum est αὐτή τε ἡ Ἑλ. quod Amasaeus quoque vidit. Pro vulgato εἶχεν Porsonus suspicabatur ἔχει γ' scribendum esse. Vulgata prodit narrantem quae viderit, non videat. ἡ μὲν — παρέστηκε· hic nihil animo addendum: dum enim Electra in genua demissa calciabat dominam, Panthalis stabat iuxta dominam factura, si quid imperaretur. Recte animadvertit Porsonus, e verbis διάφορα δὲ καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα Ὅμηρος ἔθετο excidisse ἢ post ὀνόματα· sic I, 29, 9: γράφω οὐδὲν διάφορα ἢ Φίλιστος. Nomina quae Homerus Il. III, 144. his ancillis posuit sunt *Aethra et Clymene.* ἔνθα καὶ Vulg. ἦν καὶ Mosq. Vind. Angelic. et cod. 1410. unde Iacobsius ad Achill. Tat. p. 614 eruit ἧ καὶ· quod Pausaniae reddidi.

§. 3. *Κάθηται — εἰσὶν ἐν τῇ γραφῇ·* in tabula nostra 4. τεκμαίρατο Mosq. Angel. καὶ πρὶν ἢ καὶ Vulg. καὶ πρὶν ἂν Vindob. Suspiceris posterius καὶ delendum esse; namque alia ratio est loci πρὶν ἢ — καὶ II, 5, 1. aut ἢ redundare. πρὶν καὶ est in Hom. Iliad. I, 29. *Meges* apud Homerum Phylei filius Dulichiorum dux. De *Lescheo* cf. et Wytt. ad Plut. Conv. VII. Sap. p. 154. A. Scriptura Λέσχεως non permutanda cum Tzetziana et Plutarchi Λέσχης, quam et Clemens Alex. Strom. I. p. 333. offert cum Scholiis Pind. N. VI, 85 et Mosquensis cum Vindobonensi hic quidem exhibet, postea autem cum Vulgata consentiens. Hanc tuetur etiam Proclus in Biblioth. veterum litterar. et artium I. p. 35, et in

Fabric. Bibl. graec. I, 577. In cod. Paris. 1410 margine hoc legitur: ὅτι οὗτος τὴν εὐθεῖαν φησιν ὁ λέσχεως, τεχνικοὶ δὲ ὁ λέσχης. A Proclo vocatur *Mytilenaeus*, a Clemente *Lesbius*, a Nostro *Pyrrhaeus*, sed *Pyrrha* urbs fuit Lesbi teste Strabone 13, 426 et Stephano; adde Thuc. III, 18. coll. cum 25 et 35 et Tzetz. ad Lyc. 1098. Lescheum antiquiorem Terpandro cum Arctino concertasse ac vicisse, ex Phanea relatum legimus apud Clementem l. c. In Eusebii Chronico Lescheus Lesbius ponitur in Olympiade XXXI. Αἰσχύλου pro Αἰσχυλήνου Vindob. ἐν Ἰλίου Περσίδι ante Facium, qui πέρσιδι edidit Kuhnio aliisque auctoribus. v. Heynii Exc. I. ad lib. II. Virg. Aen. p. 280. Περσίς seu Περσηΐς est *quae de Persei rebus exponit*, apud Plut. de fluviis p. 461. 463. Hutt. Περσὶς dicitur etiam ἡ χώρα καὶ ἡ γυνή apud Stephanum Byz. et Strabonem 16, 192. Sylburgius malebat πέρσει, atque ita scripsit etiam Maussacus apud Harpocr. v. Καθελὼν, ubi pariter antea fuit Περσίδι. Lobeckius ad Phryn. p. 607. malebat Ἰλιουπέρσιδι sub uno accentu proferri, quod satis probabile est, quum neque hic neque aliis in locis ullo vocabulo diremtae sint hae voces. Sed parce corrigere; primum enim Ἰλίου πέρσιδι recurrit cap. 26, 1. p. 862. cap. 27. p. 865. deinde Ἰλίου πέρσιδος reperitur et in Bibl. veter. litter. atque art. T. I. Ined. p. 37 et in Athen. XIII, 610, c. e codice A receptum: porro Ἰλίου πέρσις est in Aristot. Poetic. cap. 23. extr. Harl. Adde quod in Harpocratione codex Vratislaviensis lectionem πέρσιδι tuetur. Denique in Pausania I, 6, 3. Μέμφει, mox autem cap. 7, 1. Μέμφιδος legitur. Equidem in his potius a scriptoribus quam a librariis peccatum aut variatum existimem. Ἰλίου πέρσις non tantum a Lescheo sed etiam a Stesichoro scripta commemoratur cap. 26 et 27, nec non ab Arctino. v. Bibl. vet. litt. et art. Ined. p. 37. Heynius l. c. vix posse dubitari ait, hanc Ἰλίου πέρσιν Leschei nullam aliam fuisse quam partem Ἰλιάδος μικρᾶς pro argumentis utens Aristotelis loco in Poet. c. 23. (ex quo nihil efficitur) et Procli testimonio in Bibl. velt. litt. et art. p. 35, Lescheum Ἰλιάδος μικρᾶς βιβλία τέσσαρα composuisse. Cf. adn. ad cap. 26, 1. μάχην — ἐμαχέσαντο. haec c. 26, 3. νυκτομαχία vocatur. De ea Heyn. Exc. VIII. ad Aen. II. ἦ pro ἦν Mosq. Ἀδμήτου φησὶ τοῦ Αἰγείου Angel. Hic ab illo Troiano (v. cap. 27. p. 864) diversus est *Admetus* atque etiam ab Ho-

merico. δὲ post γέγραπται vulgatum omisi cum Mosq. ac Vindob. *Lycomedes Creontis* etiam apud Homerum. δ' post Λέσχεως vulgatum abest a Mosq. οὕτως Angel. φασὶν Mosq. *Agenor* ex Homero notus. ἄλλως γε *alias, sonst.* ἔφι pro σφίσιν Mosq. *Euryalus Mecistei* unus ex ducibus Argivorum in Iliad. II, 564. κεφαλήν γε Mosq. οὗτοι μὲν δὴ ἀνωτέρω τῆς Ἑλένης εἰσίν. Qui hic ἀνωτέρω τῆς Ἑλένης εἶναι, iidem antea dicti sunt καθῆσθαι ὑπὲρ τὴν Ἑλένην cf. adn. post cap. 51.

ἐφεξῆς — ἀπαγγέλλειν· in tabula nostra est 5. argumentum nexum est ex eo quod habet 5. ἐφεξῆς *deinceps* post Helenam. μήτηρ γε ante Kuhn. sed correxit Sylb. δὲ ἐκ τῆς ante Facium; qui e Mosq. et Vind. καὶ ante ἐκ inseruit; idem habet Angelicus. Σύνιδος pro Σύννιδος Facius e Vind. excepit; nos Σίνιδος reposuimus, quod Hartungus iam voluerat. cf. de eo II, 1, 4. I, 3ⁿ, 3. Νέμια Mosq. δεύτερα Mosq. Vind. ὑπεξέλκουσαν Vulg. ἐπεξάλκουσαν Angel. ὑπεξελθοῦσαν Camerarius emendabat. ὑπεξέλκειν in Lexicis graecis non legitur, quodsi in Leschei carmine, unde hoc ductum, fuisset ὑπὲκ πόλεως πόδα εἷλκε, videri posset hoc verbum inde prouusum, et intransitive usurpatum esse; *subducentem se.* nos hanc cum Bekkero adscivimus emendationem. αἰτῆσαι Mosq. ἀφῖχθαι τέως idem. ἐπαγγέλλειν Vind.

§. 4. Γυναῖκες — παθήματα. Haec numero senario in nostra tabula subiecta sunt. ὀδυρωμέναις Mosq. ἑλόμενος τοῦ μαστοῦ Vulg. Clavier cum Kuhnio malebat ἐχόμενος· sed non *trahens, verum prendens mammam* cogitandus est. Quidni feratur ἑλόμενος cum Genitivo, quum ita ἑλὼν constructum reperiatur in Hom. Iliad. VII, 56. μέσσου δουρὸς ἑλών? ῥιφέντι — δόγματός τε Mosq. Scripsissem ῥιφέντι, nisi Pausanias ῥιφθέντι e poeta, quem citat testem, sumsisse posset videri. Auctore enim Scholiasta ad Soph. Ai. 829 (811 seu 831) verborum, quorum aoristus 2 passivus in usu fuit, aoristus 1 passivus usurpatus non est nisi a poetis. Tragicos aoristum primum huius verbi praetulisse contendit Brunck. ad Eurip. Hec. 335. Pro αὕτη τῶν est αἰτήτων in Mosq. ἐς Πήδαιον (πόλιν φησὶ αὐτὴν Ὅμηρος) Ἰμβρίῳ ante Facium, qui sustulit parentheseos signa, et post Ὅμηρος posuit distinctionem commaticam (utrumque Sylb. fieri iusserat) atque e Mosq. φησὶν scripsit. Homeri locus est Iliad. XIII, 170 sqq. Ἰμβρίῳ Μέντορος παιδὶ ἀνδρὶ συνοικοῦσαν Vulgata. In Mosq. et Angel. post ἀνδρὶ

est ἐς πήδαιον συνοικοῦσαν. Mihi videtur ἀνδρὶ non potius delendum esse quam alio loco fortasse ante Ἰμβρίῳ ponendum; namque ordinem turbatum testantur illi duo codd. In Homeri loco est ἄνδρα κατέκτα, Ἴμβριον. μὴ δὲ σικάστη pro καὶ ἡ Μηδεσικάστη Mosq. Post Πολυξένη 1410 non δὲ sed καὶ habet. κατὰ τὰ — τρίχας. Cf. I, 19, 1. De *Polyxena Athenis picta* I, 22, 6. de aliis eiusdem imaginibus Anthol. Pal. T. I. p. 45 sq. T. II. p. 671.

ἔγραψε κτλ. in nostra tabula est 7. γέγραφε Vulg. ἔγραφε Mosq. et 1410. ἔγραψε malebat Porsonus, quod recepit Bekker. Similiter ἔγραψε est c. 26, 3. init. c. 30. init. ἵππος κονίεσθαι μέλλοντος παρέχεται σχῆμα Vulg. μέλλων Vindob. μέλλος Mosq. in quo latet μέλλοντος. cf. I, 21, 5. X, 30, 2. sub fin. 31, 2. med. Forsitan autem κονιεῖσθαι legendum. Picturam similis argumenti conduxerat Pauso teste Plutarcho, qui de Pythiae orac. 5. T. II, p. 396 ita: ἐκλαβὼν ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι τρέχοντα ἔγραψεν κτλ.

CAPUT XXVI.

§. 1. *Τῶν δὲ — καὶ αὗται.* Hae in nostra tabula octavum locum tenent. ἄνωθεν est etiam *supra*. v. Lex. Xenoph. Vulgata est ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις. cf. ad cap. 25, 2. Ante Facium legebatur ἐποίησεν Ἔννος θυγατέρα. Mosq. habet Ἔννος τοῖς θυγατ. Angel. ἔννος τήν. Facius praeeunte Heynio scripsit ἐν Νόστοις; neque tamen ostendit, Stesichorum composuisse Νόστους· quare eum oportuit cum eodem corrigere ἐποίησαν· sed neque hoc sufficit; scribendum esse iudicamus ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀριστομάχην, ἣν ἐποίησαν ἐν Νόστοις θυγατέρα μὲν Πριάμου, Κριτολάου δὲ γυναῖκα εἶναι τοῦ Ἱκετάονος. Sensus: *Stesichorus Clymenen adnumeravit captivis, ut et Aristomachen, quam Νόστων conditores Priami fecerunt filiam et Critolai uxorem.* Νόστων autem scriptores non reditum tantum sed totam ab initio navigationem narravisse putavit Bentleius. v. Bentleii et Doct. Viror. Epist. p. 239. Friedem. cf. tamen Odyss. I, 326. *Hicetaon* in Hom. Iliad. XX, 238. est Laomedontis filius, Priami frater. οὔτε ποιητὴν — λόγων συνθέται Vulg. λόγου Angel. sed ποιητὴς ἢ λόγων συνθέτης etiam ex aliis protulit

Lobeckius ad Phryn. p. 199. *ἡ θεῶν μήτηρ καὶ Ἀφροδίτη δουλείας ἀπὸ Ἑλλήνων αὐτὴν ἐῤῥύσαντο* Vulg. *ἐρύσατο* Angel. In his integer est hexameter si scribas

Δουλείας ἄπο Ἑλλήνων αὐτὴν ἐρύσαντο.

ut sit verbi *ἐρύομαι*, ego quidem scripsi *ἄπο*. Vulgo legitur *Λέσχεως δὲ καὶ ὁ ποιήσας ἔπη τὰ Κύπρια*, sed Mosq. et Angel. omittunt *ὁ ποιήσας*, quod iam in minore edit. imitatus sum, quanquam III, 16, 1. fuit *ὁ ποιήσας τὰ ἔπη τὰ Κύπρια*. De *Cypriis carminibus* cf. Bibl. vett. litt. et art, T. I. Ined. p. 23 sqq. et Fabric. Bibl. gr. I, 582.

γεγραμμέναι — *Πολύγνωτος* nona est pars nostrae tabulae. *γεγραμμέναι* — *ἐστι* conferatur cum iis locis, ubi pluralem nominis verbum sequitur singularis numeri, veluti IX, 13, 3. 36. init. V, 17, 4. VIII, 45, 4. *Iliadis parvae* auctorem Lescheum fuisse, neque Pausanias vel hoc loco (quem aliter accepit Heynius in Exc. I. ad Virg. Aen. II. p. 281) vel III, 26, 7, neque Aristoteles in Poet. c. 23. dicit. Proclus sane ad cap. 25, 3. citatus Iliadis parvae libros quatuor Lescheum scripsisse narrat. *οὐκ ἔθηκε τὰ ὀνόματα* Vind. et Angel. Hinc cum Porsono scribimus *συνέθηκε τ. ὀ.* ut est cap. 25, 2.

γέγραπται — *δουρείου* decima et summa pars nostrae tabulae est. Nos hic cur Riepenhusianam quam Vimariensem tabulam sequi maluerimus, postea apparebit. Nibby reddidit: *Vi è dipinto anco Epèo* et Clavier: *remarque aussi Epéus.* *ἀνέχει δὲ ὑπὲρ αὐτῶν κεφαλὴ* Vulg. „*αὐτῶν* respicit fortasse cum Epeum ipsum, tum Troiae muros, si quis malit sing. *αὐτοῦ* vel *αὐτὸν*, per me licebit." Sylb. *supra pictos prospicit* Kuhn. reddidit. Facius et Clavier malebant *ὑπὲρ αὐτὸν* legi, quod recepit Bekker. Nobis videtur Vulgata vel retinenda, ut Genitivus ad Epeum et ad murum referatur, vel sic corrigenda *ὑπὲρ αὐτὸ ἡ κεφαλή*. Mirum autem quod apud Daretem Phryg. c. 40. legitur: „suadet Polydamas (Graecis), noctu exercitum ad *portam Scaeam ut adducant, ubi extrinsecus caput equi pictum est.*"

Iis quae sequuntur *Πολυποίτης* — *οἱ Ἀτρέως* coniunctis undecimum locum dedimus. *δὲ* post *Πολυποίτης* e Mosq. et Vind. Facius inseruit. *Πολυποιητὴς* Mosq. sed *Πολυποίτης υἱὸς Πειριθόου* notissimus est ex Homeri Iliade. *δεδεγμένος* Mosq. *Taenia* caput vinxerat fortasse ob victoriam e certamine reportatam, de qua v. Iliad. XXIII, 844 sqq. *Θυσέως* Mosq. *Acamas* fuit in iis, qui inclusi sunt equo durateo. v. Tzetz. Posthom.

647. Ὀδυσσεὺς τέ ἐστι καὶ ἐνδέδυκε θώρακα Ὀδυσσεὺς Vulg. ἐνδεδυκὼς θώρακα Mosq. Vindob. Forsitan Ὀδυσσεύς τέ ἐστι, ἐνδεδυκὼς θώρακα omisso altero Ὀδυσσεὺς scriptum fuit a Pausania. *Thorax* est forsan ille φαεινότερος πυρὸς αὐγῆς, quem a Vulcano fabricatum Vlyxes cum reliquis Achillis armis acceperat. ὀμνύμενος ὑπὲρ τοῦ ἐς Κασσάνδραν τολμήματος Vulg. Porsonus malebat ὀμούμενος. Sane VIII, 15, 1. Pausanias dixit ὀμνύντας ὑπὲρ μεγίστων, sed videtur non iuraturus verum iurans pictus fuisse, neque praesens Medii expellendum, quoniam rarius reperiatur. Amasaei interpretationem intactam reliqui.

ἡ δὲ ἀφεῖλκε: v. *über den Raub der Cassandra auf einem alten Gefässe von gebrannter Erde zwei Abh. von Meyer u. Böttiger* ubi secunda tabula aeri incisa huc pertinet, et de aliis artis operibus huius argumenti p. 38 sq. idem de scriptoribus idem narrantibus p. 33 sq. exponitur. Facius refert in Mosq. esse ἤγε δὴ quod in meis lectionibus Mosquensibus non reperio. εἴγε δὴ est *quandoquidem*, neque cum ἤγε δὴ permutandum. cf. Hoogev. de partic. p. 236. Sch. αὐτὴν ὁ Αἴας male omissum est in Mosq. nisi ἀφεῖλκε in ἀφείλκετο mutes. De v. ἱκεσία non improbanda cf. Lobeck. ad Phryn. 503. sq. In Vimariensi tabula Vlyxes ab Aiace iurante aversus est ad Polypoeten et Acamantem quasi cum iis sermones miscens; quam Boettiger in *Ideen zur Arch. d. Mal.* p. 326 sqq. necessariam esse dicit emendationem Riepenhusianae compositionis; namque Atridas ait solos esse, qui Aiacem iurare iubeant: quod an verum sit, equidem valde dubito. Primum enim Pausanias ipse huic opinioni et hic et I, 15, 3. videtur contradicere; vide quomodo rem nostro loco narraverit: picti sunt Polypoetes et Acamas; etiam Vlyxes lorica indutus, Aiax autem de eo quod in Cassandra commisisse dicebatur iurans, et Cassandra ipsa humi sedens ac Minervae tenens simulacrum. Picti etiam sunt Atridae galeati, et postquam de Menelai clypeo nonnulla interposuit, pergit ἐπὶ τούτοις τὸν Αἴαντα ἐξορκοῦσι· quod quomodo in tali narrationis habitu ad solos referri potest Atridas? Hoc faciendum non esse, magis etiam intelligetur e loco parallelo I, 15, 3, quo noster egregie illustratur. Est ibi narratio de tabula in Poecile ab eodem Polygnoto picta, in qua erant οἱ βασιλεῖς ἠθροισμένοι διὰ τὸ Αἴαντος ἐς Κασσάνδραν τόλμημα· hinc patet, hos cunctos Polypoe-

ten, Acamanta, Vlyxem et Atridas esse *τοὺς τὸν Αἴαντα ἐξορκοῦντας*· namque illud *οἱ βασιλεῖς ἠθροισμένοι* de solis Atridis intelligi nullo pacto potest. Eadem illa in Poecile tabula, ut ibidem testatur Pausanias, habuit *Aiacem* et praeter alias mulieres captivas *Cassandram.* Illi simillima haec tabula fuit in Lesche; aliae captivae modo sunt commemoratae, adest Aiax cum Cassandra, adsunt reges congregati propter Aiacis in Cassandra facinus; utroque igitur loco Polygnotus non Atridas tantum sed reges, quorum principes tres, Atridas et Vlyxem, cum duobus inferioris ordinis posuit, Aiacem significavit iuriiurando adigere. Finge autem solos hoc agere Atridas, nonne tum reliqui reges sine idonea causa videbuntur adstare, et quam Polygnotus habebit excusationem? Deinde Proclus in Excerptis ex Arctini Milesii *Ilii Perside* in Bibl. vett. litt. et art. T. I, Ined. p. 38. hoc affert: *Κασσάνδραν δὲ Αἴας ὁ Οἰλέως πρὸς βίαν ἀποσπῶν συνεφέλκεται τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ξόανον· ἐφ' ᾧ παροξυνθέντες οἱ Ἕλληνες καταλεῦσαι βούλονται τὸν Αἴαντα· ὁ δὲ ἐπὶ τὸν τῆς Ἀθηνᾶς βωμὸν καταφεύγει, καὶ διασώζεται ἐκ τοῦ ἐπικειμένου κινδύνου.* quod de solis non potest Atridis accipi. Denique si, quae Boettigeri est sententia, hic necessaria Vlyxis persona fuit, cur eam Polygnotus ab iis ipsis, quorum causa aderat, quae ut postularent reges fortasse auctor fuerat, aversum pinxerit? Cur vero additus sit Vlyxes, patet ex eo, quod Pausanias c. 31, 1. narrat, ei cum Aiace intercessisse inimicitias, quod Vlyxes Graecis hunc ut lapidibus obruerent suaserat. Redeundum ergo nobis ad Riepenhusiorum rationem esse putavimus. *Μενελάῳ — εἵνεκα.* Variae sunt interpretationes huius signi in Menelai clypeo. Suam hic proposuit Pausanias; aliam invenimus in Apollod. II, 8, 5. Heraclidae enim in Peloponnesum reversi quum in sortitione regnorum sacra facerent, in suis quique aris repererunt signa (*σημεῖα*), et qui sortiti sunt Lacedaemonem, iis draco in ara iacuit significans, eos *δεινοὺς ἐπιόντας ἔσεσθαι.* Ergo patria Menelai hoc signo indicata esse putari possit; quod placuit Meyero. v. Winckelm. Opp. ed. Dr. II. p. 720. Boettiger autem de raptu Cassandrae p. 53. 55. suspicatur audacius, Pausaniam quod de Aiacis clypeo narrandum fuerit, per errorem ad Menelai scutum transtulisse. Mirum tamen, quod Pausanias non dubitanter de hac sua interpretatione loquutus sit, quod in aliis rebus dubiis non solet fa-

cere, ubi timendum erat, ne quis contradiceret. Ergo tale quid hic non videtur timuisse, nos autem adhuc credimus, Menelai scutum signo draconis ornatum fuisse. *τέρως* ante Facium, qui e Vind. *τέρατος* reposuit. *τέρους* est in Mosq. Quae sequuntur *ἐπὶ τούτοις τὸν Αἴαντα ἐξορκοῦσι*, eorum dubia est interpretatio; Sylburgii est haec: *super his iuramentum Aiaci deferunt.* Sic neutrum pluralis denotaret omnia, quae antea una voce *τόλμημα* comprehensa sunt. An alii quoque dixerint *ἐξορκοῦν τινα ἐπί τινι* non memini, sed graece dici potuisse non magis dubito quam *τιμᾶσθαι ἐπ' ἀρετῇ, ὑπεραισχύνεσθαι ἐπὶ πράγματι.* Antea fuit *ὀμνύμενος ὑπὲρ τοῦ τολμήματος.* Facius *ἐπὶ τούτοις* referens ad Atridas interpretatur *prope, post illos.* Sed pro vulgato *ἐπὶ τούτοις* in cod. Paris. 1410 *ἐπὶ τοὺς οἱ*, in Mosq. ac Vind. *ἐπὶ τοῦ συὸς* et in Angel. *ἐπὶ τοῦ σοὶ* legitur. Inde Clavierio nata est suspicio, scribendum esse *ἐπὶ συὸς τομίων*· quod in sua interpretatione ita expressit: *ils font iurer Aiax sur les membres d'un porc, qui viennent de sacrifier.* Ductus fortasse erat ad hanc coniecturam illo Pausaniae loco, qui III, 20, 9. est de Tyndareo Helenae procos iureiurando adstringente, sed ita habet: *Τυνδάρεως θύσας ἵππον τοὺς Ἑλένης μνηστῆρας ἐξώρκου, ἱστὰς ἐπὶ τοῦ ἵππου τῶν τομίων.* sacrificii autem cogitatio videtur nostro loco aliena esse. Quid in illis codicum lectionibus lateat, me acutioribus cogor aperiendum relinquere. Suspicio autem fieri potuisse, ut aliquid excideret, revocavit me ab opinione olim susceptа atque etiam in minore editione expressa, totum hoc *ἐπὶ τούτοις — ἐξορκοῦσι* arctius copulatum esse cum proximis *κατευθὺ δὲ κτλ.*, ut *ἐξορκοῦσι* esset Dativus et hic sensus: *Prope hos, qui Aiacem adigunt iuriiurando, et e regione equi iuxta Nestorem picti est Neoptolemus, qui Elassum iam occidit.* Nunc video, idem plane sensisse Nibbyum, qui h. l. ita reddidit: *dopo questi, che fanno giurare Aiace, incontro al cavallo presso di Nestore havvi Neottolemo, che* etc. Facius quid de huius loci nexu indicaret non indicavit; nobis tutissimum visum est de loci integritate incertis Sylburgii rationem ita sequi, ut *ἐξορκοῦσι* ad omnes, qui commemorati sunt, Graecorum principes referremus, *τούτοις* pro neutro habentes, et *ἐπὶ* interpretantes *propter*, ut c. 34, 2. seu *de.* Neque Boettiger de hoc loco putavit cum proximis nectendo esse cogitandum, quippe qui *in Ideen* p. 326.

censuerit, ἐπὶ τῆς ἱεροσυλίας — ἐξορχ. vel simili modo corrigendum esse. De verbo ἐξορχοῦν cf. Valesii Not. in Not. Mauss. ad Harpocr. p. 209 (303) et Lobeck. ad Phryn. p. 361. Ea qua hic potestate est etiam in Corp. Incr. Graec. Berol. I, 1. 127.

κατευθὺ δὲ τοῦ — ἤρξατο. Haec est pars duodecima nostrae tabulae. κατευθὺ τοῦ ἵππου, cuius equi? Facius ait τοῦ δουρείου paulo supra memorati. at huius caput solum dicitur eminuisse supra muros, equus ergo ipse non conspiciebatur; quomodo igitur dicere potuit Pausanias, *e regione equi, qui non cernebatur?* Mirum est, qui praeconceptae opiniones veritatis lumen obscurent. Pausanias ipse distincte ait: *e regione equi iuxta Nestorem picti*, de quo Pausanias loquutus erat capite 25 extremo. Caylus et qui eum hic sequitur Boettiger *in Ideen* p. 334 censet, verba παρὰ τῷ Νέστορι post κατευθὺ τοῦ ἵππου plane delenda esse ut glossema. Sed quum mala consuetudo quidquid non placuerit aut opinioni informatae repugnet recidendi ab usu tandem recesserit, ire in istam sententiam non possumus, hunc locum incorruptum esse rati, nisi quod post ἵππου articulus τοῦ repetendus esse videatur. Eadem hac causa ducti, ipsumque Pausaniam sequentes discessimus a Vimariensi tabula, in qua equi duratei caput, Troiae muri et Epeus eos scindens demissi sunt in imam lineam, et continuo post Nestorem eiusque equum positi. Quod quoniam cum ipsis Pausaniae verbis conciliare non poteramus, redeundum nobis esse putavimus ad Riepenhausios. Reliquum est ut Clavierii adiungamus interpretationem: *Sur la même ligne* (in qua Aiax fuit) *que le cheval, et tout auprès de Nestor, est Néoptolème*, quae nobis quidem non probatur; neque κατευθὺ, quum indefinitae sit potestatis, necesse est ut de *eadem linea* accipiamus. Facius monet in Mosq. et Vind. esse Ἐλέσσου et Ἔλεσσος. meae lectiones Mosquenses habent Ἐλάσσονος, at in margine ἐλεσσον. Ἔλασος est in Iliad. XVI, 696. *Astynous* est etiam in Homeri Iliade V, 144. φεύγοντα pro φονεύοντα Angelic. *Neoptolemi sepulcrum* cap. 24, 5. τοῦ δὲ — ποιήσει. Sylburgius p. 925. ed. Kuhn. ait, pronomen οἱ redundare h. l. sed est in repetitione obiecti ut pronomen αὐτὸς cap. 24, 4. οἱ similiter post Dativum participii Herod. VII, 125. ὅτι Ἀχιλλεὺς ἡλικίᾳ ἔτι νέος πολεμεῖν ἤρξατο Vulg. Clavier suspicatus est legendum esse ὅτι Ἀχιλλέως ἡλικίαν ἔτι

νεώτερος· quod est nimium; nobis nomen Ἀχιλλεὺς tantum videtur expungendum esse; sic in Cyclicis ad Homer. Iliad. XIX, 332. laudatis est de Neoptolemo, ὃς τοῖς Ἕλλησι νέος ὢν συνεστρατεύσατο, et in Phavorino, Νεοπτόλεμος ἐπεκλήθη διότι νέος ὢν ἐπολέμησε. Poteris etiam legere ὅτι ὁ Ἀχιλλέως filius Achillis. cf. adn. ad IX, 5, 8. sub fin.

§. 2. Γέγραπται δὲ κτλ. Hoc est partis tertiae decimae in nostra tabula. Quod h. l. Polygnotus pinxit, indice Boettigero *in Vasengem.* I. p. 72, hoc fuit: *Ein Knabe versteckt sich vor dem blutdürstigen Vnmenschen hinter einem auf dem Altar liegenden Panzer.* Hoc certe Pausanias non dicit; aliunde autem quid Polygnotus h. l. pinxerit, nescimus. Idem *in Ideen* p. 331. hunc puerum certe in opposita arae parte collocari voluit. Κατὰ δὴ κτλ. Videtur ἦν τοῦτο legendum. Insignis est hic locus de *loricis veterum antiquis;* de quo armorum genere non frustra consules Lipsii libr. III. de Milit. Rom. cap. 6. ποιήματα χαλ. *laminae aeneae* (Platten). Similia sunt illa ποιήματα equitum Persicorum apud Herod. VII, 84. alibi denotat h. v. *artis opera, imagines.* cf. V, 11, 3. IX, 10, 2. in universum quae facta sunt ex aliqua materia, ut III, 23, 5. Ante Facium legebatur γύαλα ἐκαλοῦντο, τὸ μὲν ἔμπροσθεν, τὸ δὲ ὄπισθεν προσῆγον, ἔπειτα περόναι συνῆπτον πρὸς ἄλληλα. Facius maiore distinctione post προσῆγον in minimam mutata cum Camerario ac Sylburgio correxit περόναις, quod recepit Bekkerus; sed auxilium codicum facit, ut hac carere possimus correctione. Angelicum scio, Parisinos existimo verbum omittere προσῆγον, quod Clavier in sua deleverit editione. Sic belle coëunt τὸ μὲν — συνῆπτον. γύαλον proprie τὸ κοῖλον τῆς χειρός, deinde τὸ κύτος τοῦ θώρηκος· καί φασί τινες, τὴν πολλὴν τοῦ θώρακος καὶ πλατεῖαν κοιλότητα οὕτω καλεῖσθαι Phavor. ergo γύαλα sunt κοιλώματα, *Hoehlungen.* Locus Homeri Iliad. XVII, 314, quem Pausanias illico tangit, habet θώρηκος γύαλον, non γυαλοθώραξ, quod compositum nescio an in nullo alio nisi hoc loco reperiatur; significat autem, quem Homerus Iliad. XV, 530. θώρηκα γυάλοισιν ἀρηρότα, et Pausanias cap. 27, 2. θώρακα γυάλοις συνηρμοσμένον dixit; *la corazza dai due giali composta* bene reddidit Nibby. γυαλοθώραξ Mosq. Amasaeus προσῆγον putans nomen esse appellativum h. l. ita reddidit: *Duae sunt fibulis iunctae aeneae laminae; earum altera pectori et ventri, dorso altera muniendo erat*

apta: et partem quidem anticam Gyalon, Prosegon posticam vocabant. γραφῇ μεμιμημένον· v. ad V, 11, 2. καλλίφρων cod. 1410. Hic *Calliphon* a Winckelmanno et Meyero praetermissus in huius Dianae templo pinxisse etiam V, 19, 3. dicitur. ἔγραψεν Mosq. Pro ὑπὸ τοῦ Bekker. malit ὑπό τε.

§. 3. Haec sunt in parte quarta decima nostrae tabulae. οὔτε ἄλλως — Ἑλλήνων *neque aliter se mihi habere videbatur verisimile nisi* (quam) *manumissam esse Laodicen a Graecis.* Boettigero, viro eximio *in Ideen* p. 334. censenti hunc locum mutilatum ita restituendum esse τὸ εἰκὸς αἰχμαλωτισθῆναι ἢ ἀφεθῆναι quominus assentiamur orationis impedit structura, qua ἢ coniungendum est cum οὔτε ἄλλως, et ἢ post negationem *praeter, nisi* significans vim habet affirmandi; ut I, 33, 4. οὐδὲ ποταμὸς ἄλλος γε ἢ Νεῖλος. Plut. Agesil. 6. οὐδεὶς ἢ Ἀγαμέμνων καὶ σύ. Athen. IV, 150, a Γυναικὶ οὐκ ἔξεστιν εἰςιέναι ἢ μόνῃ τῇ αὐλητρίδι. verbo autem ἀφεθῆναι significari, eam antea in potestate Graecorum fuisse qui Troiam expugnaverant, apertum est. τὰ εἰκός Mosq. Ὅμηρος μὲν γε κτλ. Locus est Iliad. III, 203 sqq. et 121 sqq. cf. etiam Strab. 13, 380. ἕπεσθαι *consentaneum esse.* Similiter de *eo quod conveniens est* in illo Pindarico Ol. XIII, 67. ἕπεται ἐν ἑκάστῳ μέτρον. Cf. de hoc verbo ita usurpato ad VIII, 10, 4. Ἑλικάονος — γενέσθαι omisit Mosq. ἐλιρίων pro Εὐφορίων Mosq. Quae ex huius poetae carminibus reliqua sunt collegit Meineckius. σὺν οὐδενὶ — ἐποίησεν· cuius generis multa videtur composuisse, ut post Meineckium monuit O. Müller in Prolegomenis ad doctrinam mythologiae p. 91 sq. λουτήριον Boettigero est *Badegefaess,* sed potest etiam *pelvis* esse; cf. Pollux X. cap. 10. Pro τὸν ὑποστάτην est τὸ ὑπόστατον in Angelico sed τὸ ὑποστάτην in Mosq. Pollux l. c. ait παρὰ τοῖς δημιοπράτοις εὑρίσκομεν λουτήριον καὶ ὑποστάτην. quanquam apud eundem legimus X. cap. 22. λουτήριον· τὸ δὲ ὑπόθημα αὐτοῦ τάχα καὶ ὑπόστατον κλητέον. Etiam inscriptio *in Boeckhii Staatshaush. d. Ath.* II. p. 300 ὑπόστατον offert. ἀριθμήσαιτ' ἄν τις καὶ Vulg. ἀριθμήσαι τὶς ἂν καὶ e Mosq. dederam, quocum consentit 1410. Idem ordo est in illis Λακεδαίμονα μόνην οὐ προδοθεῖσαν εὕροι τὶς ἂν VII, 10, 1. cf. VI, 24, 5. 6. ἡμεραίου pro Ἱμεραίου Mosq. Hanc eius ᾠδὴν ad Ἰλίου πέρσιν refert Facius. ἐγρῶ Mosq. πρεςβύτις Vulg. etiam in Aesch. Eum. 718. τὸ δὲ τὴν χεῖρα ὑπὸ

δείματος ἐπίπροσθε τῶν ὀφθαλμῶν πεποίηται. Vulg. atque etiam cod. 1410. E Mosq. *ἐπίπροσθεν* scripsi. Schneider et Porsonus voluerunt *ἔχον* ante *πεποίηται* inseri, hoc verbum interpretantes passive, sed respondet nostro: *es hat die Hand vor die Augen gethan.*

CAPUT XXVII.

§. 1. Qui hic commemorantur caesi, quattuor tabulae nostrae partibus 14—17 comprehensi sunt ut in Riepenhusiorum et Vimariensi tabula; Boettiger in *Ideen* p. 332. eos malebat infra et supra *τὸ λουτήριον* dispersos iacere; quae correctio videtur vera esse.

τὸν νῶτον sollicitare non ausim (v. Lobeck. ad Phryn. p. 290) quanquam facile fieri potuerit, ut littera liquida geminaretur per errorem. *Ἠϊονεὺς* pater Rhesi in Homeri Iliad. X, 435. ab hoc loco alienus. De *Admeto* cf. ad cap. 25, 3. *φασὶν* pro *φησὶν* Mosq. *ὑπὸ μὲν τὸ* Vulg. *ὑπὲρ μὲν τὸ* Mosq. quod Facius recte restituit Pausaniae, cui hoc genus loquendi *ὑπὲρ μὲν — ὑπὲρ δὲ* familiare est. *Λεόκριτος* Mosq. Hic *Leocritus* in parte quarta decima post *τὸ λουτήριον* conspicitur. *Πουλυδάμας Πανθοΐδης* notus est ex Hom. Iliad. XVI, 535. In Tzetzae Posthom. 335. Phoenicum est dux. De *Coroebo* Virgil. Aen. II, 341 sqq. qui eum a *Peneleo* interfectum tradit 424 sq. cf. Heynii Exc. X. *Φρυγῶνες Τεκτορήνων* Mosq. cod. 1410. Vulgatam *ἐς Τεκτορήνων* sine codicum auctoritate non mutamus; e coniecturis placet Sylburgio — Kuhniana *Φρυγῶν τε καὶ Τεκτοσάγων*, quum Tectosages, gens Galatica, *τὰ πρὸς τῇ μεγάλῃ Φρυγίᾳ τῇ κατὰ τὴν Πεσσινοῦντα* teste Strabone XII, 566. 567. tenuerint occupata. adde Strab. IV, 187 (31 sq.) et Mannert. VI, 3. p. 42. 62 sq. Quod Kuhnius addidit, Tectorenes et Tectosages eosdem esse, quum *ῥηνὶς sagum* denotet, parum est probabile. *ἐς Τεκτ.* positum esse pro *ἐν Τεκτορ.* vix potest. *καὶ ἀπ — καθέστηκεν.* Heynius l. c. narrat, Pausaniam h. l. dixisse, *Mygdonas a Coroebi monumento nomen habuisse*, et addit; *quod falsum*; hoc vero Pausaniam non dixisse, qui attente legerit concedet. Apud Stephanum legere est: *Μυγδονία μοῖρα Φρυγίας τῆς μεγάλης, ἀπὸ Μύγδονος.* et in

Schol. ad Apollon. II, 787: *εἴη ἂν Μύγδονας τοὺς Φρύγας καλῶν ἀπὸ Μύγδονος, τοῦ βασιλέως αὐτῶν, οὕτω κληθέντας.* Atque in Hom. Iliad. III, 185. Phryges dicuntur *λαοὶ Ὀτρῆος καὶ Μύγδονος ἀντιθέοιο,* ubi nemo facile cum Schoenemanno dicet, haec nomina ex terra vel regione aliqua vel loco aliquo ficta esse, quum hominum esse nomina manifestum sit. Quod ergo Pausanias dixit, falsum esse non concedimus, eum hic quoque temere ab Heynio reprehensum plane cum auctoribus modo citatis videntes consentire; namque *ἀπ' αὐτοῦ* ad *Mygdoniden Coroebum* refertur. Pars Phrygum, *Mygdones* appellata, ubi sedes suas habuerit, monstrant Strabo XII, 575. (219) et Eustathius ad Iliad. p. 766. Mox Boettiger in *Ideen* p. 335 sq. e verbis *εἰσὶ δὲ καὶ — Ἀγήνωρ* nomen gravissimi momenti excidisse putans, contendit lacunam ita explendam esse: *Πρίαμος καὶ Ἑκάβη,* ut sint *συναποθνήσκοντες, commorientes.* quod non improbabat Meyer in hist. art. int. Graec. Sed praeterquam quod, ut ipse huius sententiae auctor praestantissimus animadvertit, offensioni est, quod haec una mulier virorum stragi addita sit, nemo unquam, quantum nos quidem sciamus, Priamo Hecubam commorientem fecerat, et ut Euphorio aliquis fecerit, an id Polygnotum hic sequutum, an vero rem tam novam a Pausania praetermissam esse credibile est? Et, ut decori rationem mittamus, Pausanias ipse huic opinioni adversatur; illico enim refert, Stesichorum cecinisse, Hecubam ab Apolline in Lyciam translatam esse; quibus ille verbis significat, Polygnotum Stesichori narrationem sequutum ideo Hecubam videri plane omisisse in his suis picturis. Tryphiodorus 401 cum aliis Hecubae transformationem canit. Potuit etiam Pausanias ad Hecubam spectantia *εἰς δὲ Ἑκάβην — κομισθῆναι* addere, quum Priami fatum commemoravisset, neque, quod Boettigero visum est, ex iis necessario efficitur, ut Hecubae antea facta sit mentio. *οὐκ* post *Πρίαμον δὲ* cod. 1410 cum Mosq. omisit. De v. *πάρεργον* cf. ad I, 9, 4. Kuhnius hoc adnotavit: „Graeci eum quem ab hoste occisum dicere volunt, *ἔργον τοῦ πολεμίου, ἔργον πολέμου καὶ ξίφους γενέσθαι* aiunt: at senex, mulier, infans omnesque imbelles, quos sine negotio et quasi aliud agens hostis trucidat, eos non *ἔργον* sed *πάρεργον* hostis factos [*Zugabe,* ut Boettiger] dictitant, caedis facilitatem ita innuentes. Quapropter et senex decrepitus Priamus robu-

sto iuveni dicitur πάρεργον fuisse, i. e. sine labore et quasi obiter occisus est ab eo." Pro vulg. εἰς δὲ Ἐκ. est εἰ δὲ Ἐ. in Mosq. unde ἐς δὲ Ἐ. scribendum. Λέσχεως, ἀποθανεῖν τε αὐτὸν ante Facium, qui e Mosq. quocum conspirat cod. 1410. Λέσχεως, καὶ ἀποθανεῖν αὐτὸν dedit. *Agenor* in Iliad. XI, 59. *Antenoris* est filius. *Echeclus* Agenoris filius ab *Achille* caeditur in Iliad. XX, 474. *Anchialus* Mentae pater hospes domus Vlyxis notus est ex Odyss. I, 180 sqq. De *Sinone*, quem Homerus ignorabat, cf. Heynii Exc. IV ad Virg. Aen. II. Tzetzae Posthom. 688. *Eresus* in Riepenhusiorum tabula tertia decima iacet inter Anchialum et Sinonem infra Laomedontem, quos tabulae nostrae pars septima decima oculis subiicit.

§. 2. Ἔστι δὲ οἰκία — παιδίον μικρόν. Haec omnia pars tabulae nostrae duodevicesima coniunxit. παρδάλεως — Ἀντήνορος. De Strabonis loco XIII, 608. (380) huc pertinente cf. omn. Iacobsius ad Tzetz. Posthom. 741, in quibus hoc legitur

Οἴην μὲν Ἀντήνορος εἰρύσαντο γενέθλην
Ἀργεῖοι, ξενίης μνήμην φορέοντες ἐκείνου,
Παρδαλέην προθύροις ἀρίγνωτον σῆμα βαλόντες.

Theano Antenoris coniux saepius laudatur ab Homero. θώρακι — συνηρμοσμένῳ. cf. ad cap. 26, 2. adn. σχῆμα τῶν προσώπων, *vultus*, κιβωτὸν — οἰκέται· putant atque etiam Boettiger in *Ideen* p. 329. huc pertinere Hesychii locum: Πολυγνώτου, τοῦ ζωγράφου, ὄνος ἐστὶ γεγραμμένος ἐναντίος, ἐπεστραμμένος, κομίζων σκευοφόρον· quanquam ibi adiectum καὶ ἀνάκειται ἐν τῷ Ἀνακείῳ aliud nos iubet cogitare huius artificis opus. Ex eo, quod subiunctum est, Simonidis epigrammate Boettiger l. c. p. 314. sit quodam modo fieri posse iudicium de tempore huius picturae factae, quum Simonides Ol. LXXVII, 4 seu 467. a. C. n. mortuus sit. Meyer in hist. art. int. Graec. p. 146. opinatur, Polygnotum Olympiade LXXVI inclarescere coepisse; in censura autem Riepenhusianarum tabularum Ienensi sumitur, id ei contigisse certe ante Olympiadem octogesimam: quae satis inter se congruunt; ibidem tamen additur, Poecilen Olympiade LXXXII vel tertia pictam esse, verisimile videri; quanquam omnia eodem tempore in illa porticu picta esse non videntur. Nos simpliciter dicimus, Polygnotum aliquanto ante nonagesimam Olym-

piadem floruisse (v. Plin. XXXV, 9, 35. p. 290 Bip.) argumentum tamen, quod a Simonidis morte, quam quod ab Elpinices et Polygnoti amoribus repetitur, gravius existimantes; hoc enim nulla re nisi vagis nititur rumoribus, φασὶ, λέγουσι, ut ait Plutarchus in v. Cim. cap. 4. Simonidi hoc tribuitur epigramma etiam in Anthol. Pal. T. II. p. 244, sed omisso auctoris nomine repetivit Plutarchus de def. oracul. p. 198. Frob. ubi est περθομέναν. De aliis varietatibus lectionum v. Iacobsius ad l. c. Anth. Illud adde ex Hesychio Θάσιος παῖς Ἀγλαοφῶντος e nostro sumtum sed mutilatum et corruptum, ut patet ex his: Θάσιος παῖς Ἀγλαοφῶντος: Πολύγνωτος ὁ ζωγράφος οὕτως ἐπεγέγραπτο in Photii Lex. Γράψαι est in Mosq. pro Γράψε. Hic *Aglaophon* est maior, nam minor nonagesima Olympiade fuit teste Plinio XXXV, 9, 36, 1. Egregia huius epigrammatis simplicitas ab aliis iam laudata est. Caeterum in tota hac dextri parietis pictura priorem locum tenere arcis miseranda spectacula ut hoc ipsum Simonidis epigramma, ita etiam Philostrati verba indicant in v. Apollonii VI. p. 279, Apollinem passum esse in suo templo Delphico dedicari τὴν ἁλισκομένην Ἰλίου ἀκρόπολιν ἣν Πολύγνωτος ἐκεῖ γράφει.

CAPUT XXVIII.

Iam nos premet nox, fabulaeque manes, et domus exilis Plutonia; transit enim scriptor ad *picturam sinistri parietis* enarrandam; de ea quoque Boettiger et Meyer consuli posunt ll. cc. Cf. adn. post cap. 31. Res inferorum a pluribus pictas esse intelligimus e Plin. XXXV, 40, 28. Cic. Tusc. I, 6.

§. 1. Verbis ἔστιν Ὀδυσσεὺς — σωτηρίας argumentum indicatur totius huius picturae, *descensus Vlyxis ad inferos Tiresiae animam de reditu in patriam inveniendo consulturi;* quam νεκυομαντείαν seu νεκυίαν partem esse Homericae Odysseae notum est. Ἅδην, Ἀίδην vulgo, ᾅδην e Mosq. οἰκίαν vulgo. οἰκεῖαν bene Mosq. et cod. Par. 1410. Sic Strab. 12, 562. εἰς τὴν οἰκείαν ἐσώθη. et saepe ἐπανελθεῖν εἰς τὴν οἰκείαν. Cf. infra not. ad 36 extr. οὕτως τὰ vulgo: κάλαμοι· *Stygia sub*

arundine Propert. II, 20, 71. *deformis arundo Cocyti* Virg. Georg. IV, 478. λίμνης ῥεῦμα ἐκ μεγάλων ῥυομένης δονάκων Hermesianax apud Athen. XIII, 597, 6. Vt cap. 15, 2, οὕτω, ita hic οὕτω δή τι non sequente ὥστε sic etiam apud Herodotum IV, 28. add. Lex. Herod. Schweigh. Iacobs. ad Phil. imag. p. 454. Quam Vulgata habet distinctionem post ἰχθύων sustuli. De hac *Minyade* cf. IX, 5, 4. Vulgata haec est:

Ἔνθ' ἤτοι νέα μὲν νεκυάμβατον ἦν. ὁ γεραιὸς
Πορθμεὺς ἧκε Χάρων, οὐκ ἔλλαβον ἔνδοθεν Ἑρμοῦ.

Mosq. νέκυν κυάμβατόν ἦν — ἔλαβον habet. ατον in fine voc. νεκυαμβ. et ὅθεν Ἑρμοῦ in altero versu evanuerunt e cod. 1410. Sylburgius corrigebat Ἔνθ' οὗτοι — Πορθμεὺς ἦγε et cum Loeschero ἔνδοθεν ὅρμου· quae Valckenario in Diatribe p. 281. probata Clavier recepit. Pro Ἔνθ' ἤτοι quidam volebat Ἐλθόντες. Nos Ἔνθ' ἤτοι, quod Homericum est (v. Odyss. VI, 86 et Passovii Lex.) intactum reliquimus. ἧκε Kuhnius defendebat positum esse pro ἀφῆκε· dubito an recte, itaque ἦγε scripsi. ὅρμου nos quoque in textum retulimus. Sententia horum versiculorum iudice Valckenario haec est: *Thesei Pirithoïque viva corpora non libenter in cymbam suam sutilem accepit Charon.* ἐπὶ τοῦτο ante Facium, qui scripsit ἐπὶ τούτῳ, quod Sylburgius iam commendaverat. γέροντα — Χάρωνα. *Iam senior* etiam apud Virgilium Aen. VI, 305 et 304. Charonem eiusque navigium post Homerum fictum esse, Eustathius iam monuit p. 1666. seu 408. οἷς προσήκουσι Vulgata, οἷς προσείκουσι *quibus similes sint,* malebat Abreschius; at non potius quibus similes quam qui essent quaerebatur, quorum posterius significatur Vulgata, cuius sensus est: *quorum umbrae sint.* Cum praecedentibus Loescher reddidit: *non sunt admodum propinquorum familia illustres,* Sylburgius: *non sunt usquequaque, ut convenit, luminosa pictura expressi.* Nobis hoc videtur dicere Pausanias: *umbrae omnes, quae cymbam conscenderunt, non perspicuum est quorum sint;* in his autem addit *Tellin et Cleoboeam ita pictos a Polygnoto fuisse, ut possent agnosci.* Clavier reddidit: *Ceux qu'on voit sur la barque ne sont pas en général très connus par leurs ancêtres; on y distingue cependant Tellis.* Τέλλις μὲν ἡλικίαν ἐφήβου γεγονὼς φαίης ἂν Vulgata; φαίαν Mosq. et 1410. Facii coniecturam φαίνοιτ' ἂν Clavier in textum transtu-

lit; Porsonus malebat φαίνεται scribi, quod cum Bekkero recepi; namque Vulgatam vix ita defendes, ut ad *Τέλλις μὲν* et *Κλεοβοία δὲ* animo repetas ἐπιφανής ἐστιν, deinde autem post γεγονὼς virgulam ponas, ut φαίης ἂν, quemadmodum alias φαίη τις ἂν, extra constructionem sit hoc sensu: *Tellis, iuvenilem, dixeris, speciem ferens, et Cleoboea, adhuc virgo, possunt cognosci.* κιβωτὸν, ὁποίας· non infrequens structura, qua relativum pluralis numeri subiungitur nomini singularis numeri. cf. cap. 4, 4. 32, 1. 6. VIII, 37, 2. ποιητὸς Mosq. ἀπόγονος — τρίτος· Hinc Liebel in Fragm. Archil. p. 5. (addendus etiam est Böttiger in *Ideen* p. 361.) Tellin fecit *proavum* Archilochi, quum *avum* dicere debuisset. cf. adn. ad VIII, 22, 1. *Cleoboea* videtur esse sacerdotale nomen, affine enim est Κλεόβιος, ὄνομα ἱερέως τῶν εἰδώλων apud Suidam ac Phavorinum. Κλέωβις seu Κλέοβις sacerdotis filius ex Herodoto notus est. Pro Περίβοια est Περιβία in 2 codd. I, 42, 1. A reliquis autem umbris Tellin et Cleoboeam Polygnotus distinxit tum patriae tum sacrorum mysticorum gratia; ad Tellin genus referebat Archilochus, qui ex Paro coloniam duxerat in Thasum (v. Strab. 10, 487.) circa Olympiadem XV seu XVIII; Cleoboea autem Paro profecta mysteria Cereris Thaso intulerat, quae magni aestimata esse a pictore nostro, Boettiger iam monuit in *Ideen* p. 361 sq. cf. cap. 31. p. 876. ἐπὶ δὲ τοῦ Ἀχέροντος τῇ ὄχθῃ μάλιστα ἄξιον, ὅτι ὑπὸ τοῦ Χάρωνος τὴν ναῦν ἀνὴρ οὐ δίκαιος ἐς πατέρα ἀγχόμενός ἐστιν ὑπὸ τοῦ πατρός Vulgata. Facio excidisse videbatur θέας vel λόγου, atque etiam Porsonus post ὄχθῃ inseri θέας volebat. Sed Clavier ἄξιον ὅτι plane omisit, neque in Mosq. et cod. 1410 pro his verbis quidquam legitur nisi τῷ, quare nos quoque ista verba delevimus. Illud τῷ Bekkerus e cod. suo retinuit. Pro ἀνὴρ οὐ — πατρός §. 2. est ὃς τῷ — ἀναπίμπλησι. Boettiger l. c. p. 359. de h. l. ita: Man erblickt gleich vornan einen gottlosen Sohn, der sich an seinem Vater vergriffen hat, durch den Vater selbst gewürgt, *Verbrechen durch Verbrechen geahndet*, wie diess in Familien, wo der Blutbann haftet, immer bemerkt wird." Mihi videtur pater ministri publici loco poenam ipse a filio per iudices condemnato sumere, non crimen crimine *punire;* namque ἄγχων dicebatur etiam δήμιος i. e. ὁ τοὺς καταγνωσθέντας ἀναιρῶν. v. Hesych.

§. 2. *Περὶ — γονέας.* Hominibus scelestissimis Hesiodus Opp. 331. accenset eum ὅς γονῆα γέροντα νεικείῃ χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν. Pro vulg. quod est etiam in 1410 οἷς ἡνίκα Facius οἵ, ἡνίκα e Mosq. dedit; idem voluerat Sylb. et praebet codex Angelic. Supra *Catanam* mons Aetna. Steph. Vt hic ἐν οὐδενὸς μερίδι ποιεῖσθαι sic c. 31, p. 875. ἐν οὐδενὸς τίθεσθαι λόγῳ dixit. οἱ δὲ· sic et IX, 13, 2, ubi v. adn. et ad IV, 7, 1. ὁ μὲν abest a codice 1410 et a Mosq. ὁ δὲ αὐτὸν τὸν πατέρα. Vulg. τὸν omisit Mosq. sed articulus interdum posteriori tantum nomini additus est. v. ad 37, 4. Pro αὐτὸν Porsonus et Clavier αὐτῶν scribendum censebant; et ita nos scripsimus cum Bekkero. τὸ πῦρ κτλ. „furono colti dalla lava spinta dalle fiame" Nibby. κατειλῆφει Mosq. τε inter αὐτοὺς et τοὺς νεανίσκους vulgatum auctoritate codicis Mosq. delevi. Hi accusativi a παρεξῆλθεν pendent. cf. Herod. III, 14. VI, 117. Κατανέων ante Facium, qui e Mosq. Καταναίων restituit. οὗτοι μὲν — ἔχουσιν namque de iis sua adhuc aetate appellari τῶν Εὐσεβῶν χῶρον testatur Lycurgus c. Leocrat. c. 23, qui locus hac de re notabilis est tum propter initium tum propter diversitatem narrationis. Orditur enim ita: Λέγεται οὖν ἐν Σικελίᾳ, εἰ γὰρ καὶ μυθωδέστερόν ἐστιν, ἀλλ' ἁρμόσει καὶ ὑμῖν — ἀκοῦσαι. Deinde *unum* tantum iuvenem commemorat, qui patrem suum seniorem in humeros sublatum flammis eripuerit. Narratio aliorum (Strab. VI. p. 412. Alm. Solin. c. 5. cum Salm. Exerc. p. 110. Philostr. v. Apoll. V, 17. cum not. Olear. citavit Facius addens Winckelm. Descr. des pier. gr. p. 410 Beger. Thes. Brand. T. I. p. 390.) duos habet, *Anapin et Amphinomum* etiam in epigrammatibus ἐν Κυζικῷ nominatos in Anth. Pal. T. I. p. 64. δι' αὐτὸν Mosq. et cod. 1410. quod ortum videtur ex sequente ἐν. Formula κακὰ ἀναπίμπλησι est Herodotea. v. Schw. Lex. Her. v. ἀναπιμπ. γυνὴ δὲ κτλ. Post φάρμακα distinxi, ne, quod vulgo faciunt, φάρμακα cum ἄλλα τε coniungeretur; ex qua coniunctione nata est Clavierio suspicio, legendum esse καὶ τὰ ἐς αἰκίαν. In Mosq. et 1410 est οἱ δὲ pro οἶδεν. Haec γυνὴ κολάζουσα Boettigero est *Poena*, *Strafgöttin*, quae vicibus fungatur ὑπηρέτου, damnato cicutam praebentis. Equidem nescio an mulierem pictor cogitari voluerit, quae venena norit, et aliis quoque modis homines cruciare sciat. Est forsitan qui putet, *Conscientiam mali* esse, persona indutam; for-

tasse *φάρμακα* et *ἄλλα ἐς αἰκίαν ἀνθρώπων* conspiciebantur apposita.

§. 3. *ἔτι*, *illo tempore*, quo pinxit Polygnotus haec. *εὐσεβεία θειῶν προσκεῖσθαι*. Similiter *τῇ θεραπεία τοῦ θεοῦ προσεδρεύειν* Iosephus dixit c. Apion. lib. I §. 7. *'Αθηναῖοί τε δῆλα* habet Bekkeri ed. Nos credidimus *δῆλά τε ἐποίησαν* et *ἐδήλωσε δὲ καὶ* sibi respondere. Pro *ἐν* ante *Συρακούσαις* Sylb. legendum putabat *πρὸς* ob Thucydidem, qui VI, 64. 70, 71. hoc Olympicum non intra sed extra Syracusas ponat. At *ἐν Συρακ.* potest etiam esse, *ad Syracusas*; de qua significatione praepositionis *ἐν* saepius dictum est. Kuhnius eam quoque ob causam negat illa opus esse correctione, quod hoc templum in Acradina, Syracusarum urbis parte, fuerit, citans Cicer. Verrin. IV, 53. *Δάτης* ante Facium, qui *Δᾶτις* reposuit. *λόγοις* — *Δηλίους* apud Herodotum VI, 97. *τε* post *λόγοις* Mosq. omisit. *καὶ τῶν — Δήλιον* Hoc quoque ex Herodoti VI, 118. sumtum est. *τῶν ἔργων εἵνεκα, ἐν Φοινίσσῃ νηῒ ἄγαλμα εὑρὼν Ἀπόλλωνος, ἀπέδωκεν αὖθις Ταναγραίοις ἐς Δήλιον.* Vulgata. Constructionis ratio exigere videbatur Facio, ut scriberetur *ὃ ἀπέδωκεν*· Porsonus autem corrigebat *τῷ ἔργῳ ἡνίκα*· quorum neutrum probandum est, quum hic locus nulla eget correctione, nisi quod post *εἵνεκα* maiori signo incidenda est oratio, ut factum est in Aldina. Deinde *γὰρ* post *Φοινίσσῃ* supplendum non est cur exemplis illustretur. cf. I, 26, 3. IV, 4, 4. *εἵνεκα* est et h. l. *quod attinet ad*, cf. VIII, 33, 1. Variata est igitur oratio non praeter morem Pausaniae *ἐδήλωσε λόγοις — καὶ τῶν ἔργων εἵνεκα* pro *τοῖς ἔργοις*. Bekkerus tamen Porsoni correctionem recepit. Pro *αὖθις* est *αὖ* in Mosq. Forsitan *αὖθις τοῖς Ταναγραίοις* scribendum fuit.

§. 4. *Εὐρῦνομος* vulgo, puto *Εὐρυνόμος* scribendum esse ut *ἀστρονόμος*, *αἰγονόμος*. Nomen denotat *late pascentem*. Iudice Boettigero Polygnotus *putredinem* significavit et colore Eurynomi declaravit. *αἱ δὲ Ὁμήρου ποιήσεις αἱ τὰ ἐς Ὀδ.* ante Facium, qui quum Vind. ac Mosq. offerant *ἡ* pro *αἱ*, et *αἱ τὰ* omittant, scripsit *ἡ δὲ Ὁμ. ποίησις ἐς Ὀδ.* idem habet Bekkeri ed. Sylb. corrigebat *αἱ δὲ ποιήσεις*, *ἥ τε Ὁμήρου ἐς Ὀδ.* Vulgatum *δὴ* post *μνήμη γὰρ* cum Mosq. iam in min ed. omisi. Fortasse corrigendum est *ἐπὶ ὁποίου.* Quod fuit *τοῦ* ante *σχήματος* Facius auctoritate Vind. et Mosq. delevit.

sed Bekkerus retinuit e suo cod. κυανοῦ ut V, 11, 2. κυανῷ est ab adiectivo κυανοῦν. Phavorinus κυάνεον καὶ κυανοῦν. Κυανοῦν ἐκ τῆς εὐθείας κυάνεον, ὃ παρὰ τοῖς Ἴωσι λέγεται ὡς τὸ χαλκοῦν χάλκεον καὶ χρυσοῦν χρύσεον. Sic in Schol. ad Hom. Iliad. XI, 24. χρώματι κυανῷ εἰκασμένοι. Apud Phavorinum et Hesychium est εἶδος χρώματος οὐρανοειδές, ergo nobis *blau*; cf. V, 11, 2. quum vero hic coeruleum mistum esset cum fusco, hunc ob causam dixit κυανοῦ μεταξὺ καὶ μέλανος. Similiter Homero l. c. κύανος μέλας dicitur. Blomfieldius ad Aesch. Pers. 83 κυάνεον interpretatur *dark blue*, et μυίας — προςιζάνει. *bluebottle flies*. ὑπέστρωνται οἱ δέρμα γυπός Vulgata. Pro γυπὸς Mosq. et Vind. habent πυγός, et in margine Vindob. referente Facio scriptum legitur δοκεῖ μοι αἰγὸς κρεῖσσον. Hinc nascitur suspicio, scriptum fuisse olim: αἰγυπιοῦ. In Bekkeri Anecd. p. 354. est: αἰγυπιὸν οἱ παλαιοὶ οὐ γῦπα· quanquam hoc posterius saepe reperitur apud Homerum et in Aeliani Hist. An. qui γῦπα narrant νεκρῷ πολέμιον esse. εὐρυτίονα μονῇ τε pro Εὐρύνομον ἤ τε est in 1410. αὐτη pro Αὔγῃ Mosq. Vind. Eadem confusio notata est ad VIII, 47, 3. καὶ ἡ μὲν παρὰ Τεύθραντα ἡ Αὔγη ἀφίκετο ἐς Μυσίαν Vulgata. Pro Αὔγη ἀφίκετο in Mosq. et Angelico δὲ legitur; ego verba ἡ Αὔγη notavi uncis, quos mihi poscere videbatur Pausaniae consuetudo scribendi, de qua dicebam ad V, 5, 4. VIII, 44, 3. ὁπόσαις ἐς τὸ αὐτὸ Ἡρακλέα ἀφικέσθαι· Sic φοιτᾷν πρὸς seu παρὰ (v. II, 10, 4), ἔρχεσθαι πρός· v. Valcken. ad Herod. IV, 1, qui ex Eusebii Praepar. Evang. III. p. 85. memorat Iunonem, quae marito irata noluerit φοιτᾷν εἰς τὸ αὐτό. Ebraeos similiter loquutos esse notum est ex illo אֶל־ נָּא. Μυλασσοῖς ante Facium, qui se dicit e Pausania, Strabone ac Stephano restituisse Μυλασοῖς, quod recepit Bekkerus. sed scribendum fuit Μυλάσοις. cf. Paus. VIII, 10, 3. Steph. B. et Herodot. I, 171. cum var. lect. in Schweig. ed. Μυλάσσοις est in Mosq. *Iphimedia* etiam in Hom. Od. XI, 305. memoratur; apud Apollodorum I, 7, 4. est *Triopis* filia; Triops autem sedem habuit in *Caria*.

CAPUT XXIX.

§ 1. *εἰσὶν—φέροντες* est ex Odyss. Hom. XI, 25. Simplicior verborum ordo videbatur Sylburgio Facioque hic esse *τούτων ἀνώτεροί εἰσι καὶ οἱ ἱερεῖα φέροντες τοῦ Ὀδ. ἑταῖροι*. Nos putamus, vel ordinem verborum in Vulgata depravatum esse, vel hoc voluisse Pausaniam, *in altiore loco esse hostias et Vlyxis socios illas habentes, agentes.* Apud Homerum non *φέρειν* sed *ἔχειν ἱερήϊα* de his sociis legitur.

§. 2. Fabula de *Ocno* a Polygnoto non inventa fortasse variata est; Diodorus certe Sic. I, 97. narrat *πολλὰ τῶν μεμυθολογημένων διαμένειν παρ᾽ Αἰγυπτίοις*, veluti *τὴν περὶ τὸν Ὄκνον* (sic recte scripsit Strothius in Aegypt. et Eichstaedtius) *μυθοποιΐαν δείκνυσθαι πλησίον (Ἀκανθίων πόλεως) κατά τινα πανήγυριν συντελουμένην, πλέκοντος μὲν ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρχὴν σχοινίου μακράν, πολλῶν δ᾽ ἐκ τῶν ὄπισθεν λυόντων τὸ πλεκόμενον*· ubi tamen non asinus quod plexum erat consumebat. Sinistris avibus Kuhnius ad opinionem ductus est, suam notare voluisse uxorem sub hac imagine Polygnotum, quod miror qui probaverit Passovius in Lex. gr. quum a Pausaniae mente alienissimum sit. Simili argumento pictura fuit Socratis teste Plinio XXXV, 31. p. 311. Bip. „Piger, qui appellatur Ocnos, spartum torquens, quod asellus arrodit.“ Apud Suidam v. *ὄνου πόκαι* legimus, iudice Aristarcho hoc proverbium inde ductum esse *διὰ τὸ Κρατῖνον ὑποθέσθαι, ἐν ᾅδου τινὰ σχοινίον πλέκοντα, ὄνον δὲ τὸ πλεκόμενον κατεσθίοντα, οἷον ἀποκείροντα.* Quum hic *Ocnus φίλεργος* fuerit, non potius pigritiae quam patientiae notio videtur hoc nomine expressa esse; tulit labores, tulit sumtus suae coniugis, quos coercere cunctatus est. *θήλεια* Mosq. *καὶ ὁπόσα — ἀνήλωτο et quidquid ille opere faciendo collegisset, paulo post, ut videtur, ab hac consumtum erat.* Inter *καὶ* et *ὁπόσα* excidisse *ὡς* putabat Facius, quod concederem, nisi *ἂν* additum constructionem indicaret mutatam esse. *γυναῖκα οὐ θέλουσιν* Mosq. et Vindob. *οὐκ ἐθέλ.* 1410. Quod Kuhnius putabat a Polygnoto significatum esse, id eodem iudice manifestius eluceret, si legeretur *τὰ οὖν τοῦ Ὄκνου ἐς τὴν γυναῖκα ἐθέλουσιν αἰνίξασθαι τὸν Πολύγνωτον.* quod neminem morabitur. *ῥίδα — θώμιγγα.*

In hunc sensum videtur puella rei militaris inventori mala imprecans apud Propertium IV, 3, 21. dicere:

„Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Aeternusque tuam pascat, aselle, famem."

Corayus suspicabatur pro συνάγει legendum esse συνάπτει. Sed συνάγω Phavorinus interpretatur τὸ τὰ διῃρημένα συνάπτω. ὄκνος, avis, citatur esse *ardea stellaris*, *Rohrdommel* v. Schneideri Lex. gr. Lobeckius de dial. mystica III, 9. malit *inibram* intelligi. De v. ἐρωδιὸς Herodian. περὶ μον. λεξ. p. 18. Dind. et de avi Phavorin. μέγιστον pro μέγιστος Mosq. γέγραπται δὲ καὶ Τιτ. κτλ. Cum Tityo in eadem linea fuerunt Vlyxis socii cum hostiis, Ocnus cum asello et Ariadne cum Phaedra; itaque cavendum ne Tityi umbram ultra modum augeamus cum Boettigero in *Ideen* p. 352. ὑπὸ τῆς συνεχοῦς τῆς τιμωρίας ante Facium, qui ex Mosq. τοῦ συνεχοῦς scripsit, quod Sylb. iam voluerat; Valckenarius malebat τοῦ συνεχοῦς τοῦ τιμωρίας. In Vind. est ἐξανακλώμενος pro ἐξανηλωμένος, et in Mosq. atque Ald. Francf. στέφοντος pro στρέφοντος. Cum Accusat. ἐπιέναι obire, percurrere perlustrare. Pro vulg. αἰωρουμένην Mosq. ἑωρουμένην et Vindob. αἰωρούμενον. Ante Facium fuit ἐν γήρᾳ· is Sylburgii emendationem ἐν σειρᾷ e proximis τῆς σειρᾶς erutam iure excepit: minime enim decedit Iac. Millingii emendationi in *anc. unedited Monuments* ad tabul. 30. propositae, αἰωρ. σῶμα ἐν αἰώρᾳ seu ἑώρᾳ· pictura vasis Nolani cum nostra nullo modo comparanda est. ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἑκατέρωθεν τῆς σειρᾶς ἐχομένην Vulgata, sed pro ἀμφοτέραις ἑκατέρωθεν Mosq. et Vind. habent ἀμφοτέρωθεν quod Pausaniae restitui. Porsonus putabat ἀμφοτέρωθεν ἑκατέρωθεν variam lectionem fuisse. παρεῖχε δὲ τὸ σχῆμα καὶ πρὸς τὸ εὐπρεπέστερον πεποιημένα συμβάλλεσθαι τὰ ἐς τῆς Φαίδρας τὴν τελευτὴν Vulgata. Pro πρὸς est περὶ in cod. 1410 et in Mosq. ἐπὶ in Vind. καίπερ ἐπὶ dedit Bekker. πεποιημένον Vind. quod iam in minorem edit. transtuli; idem nunc video in Clavierii edit. transiisse. Constructionis ratio postulat hanc emendationem, nam τὸ σχῆμα est Nominativus et subiectum, et πεποιημένον ad hoc subiectum refertur. Vt Homerus Od. XI, 321. Ariadnen et Phaedram ita Polygnotus quoque coniunxit; *Phaedra hic in aëre pendebat e funiculo* (αἰωρουμένη ἐν σειρᾷ) *ita ut ambabus manibus funiculum illa teneret et quasi oscillaret.* Sic

suspendii turpitudinem tegi honestioris imaginis velamento Kuhnius iam monuit. Nolim tamen admoneri quemquam oscillationis festi, quum et Sophocles Iocasten dixerit πλεκταῖς ἐώραις ἐμπεπλεγμένην Oed. Tyr. 1271. λογήσαις Mosq. ἐλάσας ἐπὶ Ἰνδοὺς στρατείᾳ Vulg. στρατιᾷ iam in min. ed. scripsi. καθ' ὅ, τι malebat Corayus cf. IX, 12, 3. Vrbs *Zeugma* est etiam apud Stephanum; sed locus ita dictus videtur esse apud Strabonem XVI. p. 242. 286. 288. 299. 301. ζεῦγμα de ponte est Thuc. 7, 30. κάλος Mosq. ἐς ἡμᾶς e Mosq. pro vulg. εἰς ἡμ. dedit Facius. ἐν ᾧ — κλήμασι *cui vitis simul et hederae sarmentis intextis iunxit fluvium.* ἐν ᾧ πεπλεγμ. est i. q. ᾧ ἐμπεπλεγμ. Sensus: *quo e vitis et hederae sarmentis contexto iunxit fluvium.* Vossius in Antisymbol. p. 84. postquam hoc de Zeugmate ex hoc Pausaniae loco commemoravit pergit: „die Brücke bei Zeugma stiftete Seleukus. Lange nachher also fabelte man dieses Rankenseil.“ Potuit tamen ante hunc pontem factum fluvius iunctus esse viminibus contextis, qualia etiamnunc nonnullis populis incultis pro pontibus esse narrantur. τὰ μὲν δὴ ἐς Διόνυσον, *quod ad ea attinet quae spectant Bacchum.* Sed ὁ πρῶτος μὲν — ποταμὸν non est Dionysus ille *primus* e Iove et Proserpina natus in Cicer. de N. D. III, 23. Imagines huius nostri Bacchi monstrat Creuzer in Symbol. III, 118.

§. 3. Vitium ἀνακεκλιμένη Χλωρὶς a prioribus acceptum Clavier et Facius retinuerunt. ὑπὸ τῆς Θυίας γόνασιν Vulgato. Pro ὑπὸ recepi e Clavierii ed. ἐπὶ. Deinde τῆς mutandum esse in τοῖς planum est, atque monuit etiam Corayus. Pro οὔτε videtur οὐδὲ scribendum. ἦσαν γὰρ δὴ ἡ μὲν ἐξ Ὀρχομενοῦ τοῦ ἐν Βοιωτίᾳ Χλῶρις Vulgata. „Amas. legisse videtur ἦν· sed si ἦσαν vera est lectio, post Χλῶρις aliquid exciderit necesse est.“ Facius. An vero necesse sit, ut ita statuamus, videndum. Nomen Χλῶρις hic suspectum est, pro eo in cod. 1410. in Mosq. et Angelico Χώρας reperitur. Hoc fortassis e margine illatum et correctoris manu in Χλῶρις mutatum est; accessit deinde ἡ μὲν vel e praecedente δὴ vel e sequente τῇ μὲν enatum. Nos igitur hunc locum interpolatum et μὲν Χλῶρις expungendum existimamus. Quod enim attinet ad hanc Thyiam, non deest hoc loco quod pertinet ad eius patriam: significari enim illa videtur Thyia, quae X, 6, 2. memorata

est, Bacchi sacerdos et Cephissi filia; v. ibi adn. Cephissus autem in Orchomeniorum agro in lacum se Copaidem exonerabat. Vt igitur *Chloris*, Amphionis Iasidae filia ac Nelei uxor, Orchomenia fuit ipso Pausania teste IX, 36 extr. sic *Thyia* haec eandem, certe vicinam, videtur patriam habuisse, ideoque legendum ἦσαν γὰρ δὴ ἐξ Ὀρχομενοῦ τοῦ ἐν Βοιωτίᾳ putamus. Bekker. ἡ μὲν .... ἐξ Ὀρχομενοῦ τ. ἐν Βοιωτίᾳ Χλῶρις scripsit. εἶπον δ' ἂν καὶ ἄλλοι ὃν ἐς αὐτοὺς λόγον Mosq. et cod. 1410. τὸν h. l. i. q. τοῦτον. Fortasse τῇ Θυίᾳ aliena manu assutum est. ἐπιστρέφει abest a cod. 1410 et Mosq. ἔστι δὲ — Κεφάλῳ — συνῴκησε. Palmerius in Exerc. ad h. l. et Clavier in Not. ad Apollod. Pausaniam hic castigandum putarunt ob Cephalum cum Phylaco confusum. Primum autem Procrin Cephali coniugem fuisse, inter omnes constat; deinde Pausanias, quod iam Goldhagenus et Facius animadverterunt, refert, ἐν Νόστοις tradi, Minyae filiam Clymenen Cephalo Deionis filio nuptam ei peperisse Iphiclum; quibus ille addit, omnes narrare, i. e. ex omnium narratione apparere, Procrin prius nuptam fuisse Cephalo quam Clymenen, in Νόστοις illi coniugem datam. Monet igitur Pausanias, Polygnotum Νόστους sequutum Procrin et Clymenen, Cephali coniuges; coniunxisse ita tamen, ut haec illi dorsum obverteret, suumque ab ea alienum animum hoc modo proderet. Qui tales veterum castigationes iactant non laudantem reprehendes? Δηΐδος Mosq. de forma Δηΐονος ad I, 37, 4. Pro vulgato ἐς τὴν est ἐς αὐτὴν in Mosq. ac Vind. Vnde vera lectio ἐς αὐτὴν τὴν Πρόκριν fluit. ἐσωτέρω κτλ. Quomodo accipiendum putaverim hoc ἐσωτέρω τῆς Κλυμένης Μεγάρα ἦν indicavi ad I, 15, 4. ergo *ultra Clymenen magis in interiore tabulae parte* fuit Megara. Clav. reddidit: „sur un plan plus éloigné que Clymène vous remarquez Mégare.“ Nibby autem „Piu indentro di Climene.“ Μεγέραν Mosq. αὐτὴν ἡγούμενος οὐκ ἐπὶ ἀμείνονι τῷ δαίμονι Vulgata; Facius cum Kuhnio putabat animo addendum esse εἶναι vel γεγενῆσθαι. sed Vulgatam in vitio esse plures viderunt; pro ἡγούμενος enim, quod hinc alienum est, iam Abreschius ac Valckenarius ἠγμένος seu ἀγαγόμενος reponi voluerunt, v. ad Herod. IV, 78. ἠγμένος etiam Porsono placuit, qui citavit Hesych. v. Πρωτογυν. idem voluisse Hemsterhusium, testatur Valckenarius: nos ita iam in minore edit. scripsimus, et simile vitium nota-

vimus ad VII, 19, 2. τῷ ante δαίμονι vulgatum omisi cum Angelico. δὲ τῶν κατειλεγμένων abest a Mosq. δὲ tantum a cod. 1410. *Salmonei filia* est Τυρὼ εὐπατέρεια, ex Hom. Od. XI, 235. adscita. *Eriphylen* στυγερὴν habet etiam Homeri Νεκυία v. 362. διὰ μὲν τοῦ κτλ. Pro Vulgatis τοῦ χιτῶνος δὲ ἐν τοῖς κοίλοις εἰκάσεις τῶν χειρῶν ἐκεῖνον τὸν ὅρμον αὐτὴν ἔχειν Boettiger in *Ideen* p. 358. volebat τοῦ — εἰκάσεις ἐκεῖνον τὸν — ἔχειν legi omissis verbis τῶν χειρῶν, quae ut glossema expellenda censuit, forsitan eo non progressus, nisi Kuhnius Faciusque Sylburgii adnotationem omisissent, qua ille monuit, interpretes videri legisse ταῖν χειροῖν i. e. ταῖς χερσί. Nos huic loco laboranti alia succurrendum ratione rati eum hunc in modum corrigimus: τοῦ χιτῶνος δὲ ἐντὸς τοῖς κοίλοις εἰκάσεις τῶν χειρῶν ἐκεῖνον τὸν ὅρμον αὐτὴν ἔχειν *intra tunicam cavis manibus monile tenere;* hae enim pectori admotae monile sustinere, et simul summi earum digiti extra tunicam ostendi poterant collo adversi. E Bekkeri editione video, hoc idem Buttmanno placuisse, in eo a me discedenti, quod ἐντὸς ἐν τοῖς scribendum putaverit. sed cf. §. 4. Meyer l. c. p. 140. laudat ille quidem hanc istius mulieris speciem monile occultantis, quum modus id acquirendi parum fuerit honorificus, sed tamen in deliciis habentis, locum autem nostrum non explicuit. ὅρκον pro ὅρμον Mosq. Sylburgius ὅρμον cum τῶν χειρῶν coniungens vertit: *manuum torquem.* sed ὅρμος est περιτραχήλιος κόσμος v. Schol. ad Hom. Od. XV, 460. XVIII, 295.

§. 4. De *Elpenore* Hom. Od. XI, 51. Verbum ὀκλάζειν Kühnius ac Boettiger bene interpretati sunt *flexis genibus subsidere in pedes, hucken auf beiden eingeschlagenen Fuessen.* cf. Passov. Lex. Hic ὀκλάζειν ἐπὶ τοῖς ποσί· sed in Anth. Pal. I. p. 50. v. 300. est ὀκλάζειν πόδα. Pro ποσὶ Sylb. putabat rectius γόνασι legi. Istis ὀκλαζ. — ξίφος Polygnotus expressit Homericum ἥμην ξίφος ἐρυσσάμενος v. 48 sq. et quod Homerus v. 95. dixit ἄπισχε φάσγανον. Amas. videtur πρόςεισι legisse. In Plutarchi certe lib. de discr. adul. et am. p. 59. (225) corrigendum πρόεισι puto. φορμὸς *storea, teges ex iunco,* ψιάθιον, *Decke von Binsen,* ut hic ἀντὶ ἐσθῆτος, ita in Aristoph. Plut. 542. ἀντὶ τάπητος est, et ut hic nautae est φόρημα, ita piscatores in Theocr. XXI, 13. νέρθεν τᾶς κεφαλᾶς φορμὸν βραχὺν habent dormientes. Πειρίθον pro Πειρίθου Mosq. ὑφε-

λός σφισιν οὐδὲν γεγεννημένοις malebat Schneider; tum forsitan auctor scripsisset οὐδὲν ὄφελός σφισι γεγ. Πανύασις dedit Facius pro Πανύασσις. v. ad X, 8, 5. ὡς Θησεὺς — σχῆμα Boettiger in *Ideen* p. 348. significavit, sibi hic aliquod epitheton excidisse videri veluti ἀλλόκοτον vel simile; ad quam ille opinionem duci potuit perversa distinctione, quam Vulgata habet post σχῆμα· quam si sustuleris, locum esse integrum videbis· qualem enim illi speciem prae se tulerint, illico additur, quum haec sit orationis structura, ὡς παράσχοιντο σχῆμα οὐ κατὰ δεσμώτας, pro quo dicere poterat scriptor οὐ δεσμωτῶν. In proximis προσφυὲς — πέτραν subauditur εἶναι. προσφυὲς ἀπὸ simile est illi προσφυὲς ἐκ in Homeri Od. XIX, 58. τὴν πέτραν προσφυὲς εἶναι Kuhnius iam comparavit cum illo: *lupus triste stabulis.* Sensus *petram cum eorum cute arctissime cohaesisse et quasi conoretam fuisse, idque iis fuisse, pro vinculis.* De hac fabula autem cf. Boettiger l. c. Pro ἐδήλωσεν est ἐποίησεν in Vindob. *Odysseae* locus est XI, 630, ubi alter versus uncis notatur. Pro νύ κ' est νῦν εἰ in Mosq. et νῦν in Vind. atq. Par. 1410. εἶδον Vind. De v. νουθεσία. cf. Lob. ad Phryn. 510. 512. εἰκὸς pro εἰρηκὼς Angelic. *Iliadis* locus est I, 262, ubi quartus versus uncis includitur. Pro ἴδωμαι est ἴδομαι in Mosq.

CAPUT XXX.

§. 1. *Homeri* locus de *Pandarei filiabus* est Od. XX, 63 sqq. οἱ γεινάμενοι *parentes*, etiam in Xenoph. Apol. §. 20. Passiva vi hoc medium prohibuit iam Lob. ad Phryn. 320. Vt in Suida, qui ibi citatur, legitur et explicatur hoc participium etiam in Phavorino. γινάμενοι Mosq. εὕρασθαι pro εὑρέσθαι Mosq. et Par. 1410. neque illa forma infrequens est apud Pausaniam, et hic quoque recipienda fuit: etiam apud Strab. XII, 558. (134) ea reperitur, atque adeo in Pindari carmine apud Athen. XIII, 574. 6. τὰς δὲ — Ἁρπυιῶν· Apud Homerum l. c. vers. 77 est: Pandarei filias Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο· sed vers. 66. Πανδαρέου κούρας ἀνέλοντο θύελλαι. et Penelope optans, ut quo illae puellae modo ipsa auferatur, ait vers. 63. μ' ἀναρπάξασα θύελλα οἴ-

χοιτο προφέρουσα κατ' ἠερόεντα κέλευθα. Hae Ἅρπυιαι, *Rapae*, (cf. Hermann. de mythol. gr. antiq. p. XI) videntur esse *Deae turbinum*, *Sturmgoettinnen*; quare pro ἀνήρπαξαν Ἅρπυιαι dixerunt etiam ἀνήρπαξαν θύελλαι. *Rapi ab Harpyis*, *a turbinibus*, *a ventis* antiquus fuit loquendi modus de iis, ut videtur, usurpatus, qui ab oculis suorum subito et ita remoti erant, ut nullum eorum superesset vestigium, neque de eorum fortuna quidquam constaret. Sic Telemachus de patre, de quo nihil audire poterat; νῦν δέ μιν ἀκλειῶς Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο· οἴχετ' ἄϊστος, ἄπυστος. ubi Eustathius ita: μυθικῶς δὲ Ἅρπυιαι, δαιμόνιά τινα πτερωτὰ, οἷα καὶ ἀνθρώπους ἁρπάζειν βιαίως. ὅθεν εἴ τις ἀφανὴς ἐγένετο, Ἅρπυιαι τὸν τοιοῦτον ἀνερείπτειν ἐλέγοντο Odyss. I, 241. καὶ Ἐριννύσιν ὑπ' αὐτῶν δοθῆναι. Fortasse hic Furiae cogitatae sunt parentum scelera in liberis etiam persequentes; Pausanias certe paulo ante dixerat, harum virginum parentes κατὰ μήνιμα ἐκ θεῶν ἀποθανεῖν, et paulo post addit, earum patrem fraudis Tantali participem fuisse. Eustathius autem ad Hom. Od. XIX, 518. de his Pandarei filiabus hic: ἴσως περικαλλεῖς μὲν οὖσαι, δι' ὀρφανίαν δὲ δυςπραγοῦσαι καὶ εἰς ὑποδύσκολον καὶ [ὡς quod omisit Phavorinus] οἷον εἰπεῖν ἐριννυῶδες ἦθος μεταβληθεῖσαι τῇ λύπῃ ᾤχοντο ἀνώνυμοι. Nomina illarum puellarum hic Καμειρὼ et Κλυτίη. (Nomen proprium viri est Κάμειρος in loco Stephani ab Eustathio ad Iliad. p. 315 citato.) sed apud Eustathium ad Od. XX, 66. Μερόπη et Κλεοθήρα adde ad XIX, 518. Πανδάρεω pro Πανδάρεων Mosq. *Miletus Cretica* nota est ex Hom. Iliad. II, 647. Eustathio p. 313. Strabone X, 749. (268 ubi v. Tzsch.) XII, 573. (208) XIV, 634 sq. (510) sed nulla fuit Strabonis aetate, neque multa de ea apud historicos legi Eustathius animadvertit. Apud Antoninum Lib. c. 36. Pandareus Meropis filius, hic autem Merops ab Eustathio ad Od. XIX, 518. *Milesius* vocatur. Haec κλοπὴ et hoc ἐπὶ τῷ ὅρκῳ σόφισμα quodam modo his Antonini et Eustathii locis illustrantur. Vulcanus enim aureum vivumque canem fecerat, qui capram Iovis in Creta nutricem custodiret. Hunc canem e Iovis luco furto ablatum ad montem Sipylum transtulit Pandareus, et Tantalo servandum tradidit. Quum Iupiter hunc canem repeteret, iuravit Tantalus, se eum non habere. Pandareus mutatus est in saxum, vel, quum fugisset Athenas et inde in Siciliam, ibi periit cum coniuge *Har-*

mothoë. Illud vero forsitan quaeratur, an Pandionis filiarum et Pandarei facta sit confusio, quum in Hom. Od. XIX, 418. *Aëdon Pandarei* filia nominetur, ubi Eustathius significat fieri potuisse, ut idem homo esset διώνυμος, Πανδάρεός τε καὶ Πανδίων καλούμενος. Idem addit fuisse qui narrarent, Pandareum tres habuisse filias, Meropen, Kleotheram et Aëdonem; Aëdonem autem nuptam Zetho Amphionis fratri unum peperisse filium Itylum, et Niobae Amphionis leviri uxori, Tantali filiae invidisse liberorum multitudinem. *Pandarei nomen* Orus interpretatus est apud Phavorinum: ὁ πάντα δράσας ἕνεκα κέρδους καὶ πλεονεξίας.

τὸ δὲ πρόσωπον — ἔχων. ἐστίν· Significatur ita dolor Antilochi ac luctus caesum Patroclum et audientis et nunciantis. v. Iliad. XVII, 694 sqq. XVIII, 32. Philostr. Sen. Imag. lib. 2. cap. 7. cf. Winckelmannni Opp. T. IV. p. 145. (iudice Boettigero p. 355. luget propriam praematuram mortem). Similem pictor speciem dedit lugenti Sarpedoni cap. 31. p. 875. et Theocritus Gratiis, quae ψυχροῖς ἐν γονάτεσσι κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι XVI, 11. ἀμφότερα pro ἀμφοτέραις Vindob. ἐς πᾶν ἔχων pro ἐπανέχων Mosq. Verbis ἐπανέχων ῥάβδον Boettigero interpretante p. 354. ῥαβδοῦχος καὶ ἐπιστάτης καὶ πρύτανις omnium graecorum heroum belli Troiani indicatur. χερσὶν ἐπανέχειν ῥάβδον est *manibus tenere baculum.* In Plutarch. Dem. 22. non est *nachsetzen, posthabere,* sed *premere, coercere.* Πρωτεσίλαος δὲ πρὸς Ἀχιλλέα ἀφορᾷ καθεζόμενος, καὶ ὁ Πρωτεσίλαος τοιοῦτον παρέχεται σχῆμα. ὑπὲρ δὲ κτλ. Vulgata. Sylburgius volebat periodicam distinctionem post καθεζόμενος et commaticam post σχῆμα poni, deinde autem μὲν post ὁ Πρωτεσίλαος inseri. Kuhnius alia ratione succurrendum ratus pro καὶ ὁ Πρωτεσίλαος legendum καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς censuit. Quibus correctionibus opus non est; in Angelico enim recte legitur καθεζόμενον· quod iam in minorem translimus editionem et Bekkerus recepit. Friedemannus pro sua erga me amicitia certiorem me fecit, eandem lectionem ut e codice Romano protulisse Wernickium ad Tryphiodorum p. 61, suspicans huius eum codicis lectiones accepisse ab Vhdenio. Idem deinde codex atque etiam Mosquensis et Paris. 1410. τοιοῦτον omiserunt. Si recte, suspicio est, scriptum ab auctore fuisse Πρωτεσίλαος δὲ πρὸς Ἀχιλλέα ἀφορᾷ καθεζόμενον, καθεζομένου καὶ ὁ Πρωτεσίλαος παρέχεται σχῆμα. Nos in-

tactum reliquimus τοιοῦτον interpretantes *Protesilaus in Achille figit oculos sedente*, *etiam Protesilai talis est species* scil. sedentis. Clavier suspicatus est, pro τοιοῦτον legendum τὸ αὐτὸ esse, quod ille quomodo cum Vulgata καθεζόμενος, quam retinuit, conciliare potuit? Ex eius interpretatione autem intelligimus, Kuhnianam illam ei probatam esse correctionem, quam Facius ut ingeniosam commendaverat! ὑπὲρ — ἑστηκώς ut Achillis θεράπων. De heroibus, qui aliorum heroum θεράποντες vocantur, dixi in Prolusione scholastica huius saeculi anno octavo edita, in qua quaeritur, qui Graecorum dicti fere sint heroes a veteribus p. 8 sq. Hos heroas θεράποντας interdum apud alios heroas aurigarum locum tenuisse ibidem monitum est et p. 15, neque illud praetermissum, nonnullos eorum heroum, qui aliorum heroum θεράποντες vocentur, cum iis consanguinitate coniunctos fuisse. Quae protulimus exempla, iis adiungendus est *Bato* Amphiarai auriga et θεράπων, illi προςήκων κατὰ οἰκειότητα apud Pausaniam nostrum X, 10, 2. οὗτοι — ἄλλοι. An igitur barbatum illum in vasculo Agrigentino *Antilochum*, τὸν νεώτατον τῶν Ἀχαιῶν, esse recte existimarunt Millingius, Welcker ad Philostr. p. 439. et censor in Kunstbl. 1825, 61?

§. 2. Φωκός τε ἡλικίαν μειράκιον, καὶ ἐς εὐγένειαν δὲ εὖ ἔχει Vulgata, quam Kuhnius ita corrigi voluit: — μειράκιον, καὶ Ἰασεὺς γενεῖον vel γενείων μὲν εὖ ἔχων, δακτύλιον δὲ κτλ. Facius malebat μειράκιον καὶ Ἰασεύς, ὃς γένεια μὲν εὖ ἔχει, δακτύλιον δέ. Clavierio magis Kuhnii quam Facii probata est scriptura. Nos eo, quod nimium est in his correctionibus, earum auctoribus relicto, scripsimus μειράκιον καὶ Ἰασεύς· γενείων δὲ εὖ ἔχει· eodem plane modo scripsit Bekker. Nomen Ἰασεύς verbis demum ἐπὶ τοιῷδέ ἐστι λόγῳ Sylburgius subiungi volebat Amasaeum sequutus. δακτυλίδιον pro δακτύλιον Vindob. ἀφίκετο ἐπὶ πλεῖστον φιλίας simile est iis, quae congesta sunt ad I, 5, 5. ἐπεῖστον pro ἐπὶ πλεῖστον Mosq. ὡς τὲ εἰκὸς idem. σφραγῖδα ἐνδεδυμένην χρυσῷ Vulgata; iam Sylb. correxit ἐνδεδεμένην *illigatam*. quod Wesselingius ad Herod. IV, 33, 2, ubi eadem varietas deprehenditur, probans firmat Diodori Sic. loco XIX, 94. δακτυλίους ἐνδεδεμένους λίθοις. adde quod Facius iam protulit Herodoteum σφρηγὶς χρυσόδετος III, 41. Corayus qui malebat παρεὶς quam quod Vulgata

habet παρεὶς, ut videtur, recte ita corrigebat, λαβεῖν αὐτὰ pro αὐτὴν Angel.

§. 3. De *Maerae* nomine et scriptura eius dicebamus ad VIII, 8. Eius mentio etiam in Hom. Od. XI, 326. ἀπελθεῖν — ἀνθρώπων. Alii narrarunt, eam Dianae comitem e Iove peperisse Locrum, Zethi et Amphionis in condendis Thebis socium, ideoque eam a Diana esse sagitta interfectam. v. Pherecyd. in Schol. ad d. l. Homer. et Eustathium, qui posterior addit: ἕτεροι δὲ παρθένον φασὶ τὴν Μαῖραν ἀποθανεῖν· quod, ut Noster docet, Νόστοι tradiderant. θυγατέρα — Σισύφου. *Proeti* filia est etiam apud Hesychium (ubi dicitur Aethrae soror) et Pherecydem in Schol. Hom. Eodem Pherecyde auctore hic *Proetus Thersandri* fuit filius. Thersander autem *Sisyphi* notus est ex Pausan. II, 4, 3. IX, 34. p. 779. Apud Eustathium l. c. est Proeti, regis Argorum et Anteae filia. ἐφεξῆς hic cum Genitivo (cf. VI, 7, 3.); sed modo cum Genitivo, modo cum Dativo, modo cum μετὰ, modo simpliciter positum apud Pausaniam legitur. vide c. 25. p. 861. 26. p. 864. 28, 4. 30, 1. 31. init. III, 7, 2. V, 24, 2. adde Schaefer. ad Dionys. p. 142. Pro μήτηρ post Ἀκταίωνος Angel. ἐστιν offert. Nonne prius illud ἐλάφου post νεβρὸν eliminandum? παράκειται Vulg. παρατάκειται Mosq. παρακατάκειται Vindob. et Angelic. quorum ultimum nobiscum Bekk. recepit. Sic II, 27, 2. οἱ κύων παρακατακείμενος πεποίηται. *Collis*, in quo Orpheus sedit, fuit arboribus, populis et salicibus circumdatus. εἰσιὼν pro εἰσὶν, ὢν Mosq. et Par. 1410 δὲ ante ἄλσος cum Mosq. et Angel. omisi. omisit etiam Bekker. ἔοικε — Περσεφόνης — δόξαι Mosq. Huius *luci* mentionem fecit Homerus Od. X, 510, ubi ἰτέαι vocantur ὠλεσίκαρποι, eam ob causam ut ait Eustathius, ὅτι ἀποβάλλουσι τὸ ἄνθος πρὶν ἢ πεπανθῆναι. Hinc Boettiger in *Ideen* p. 354. ingeniose hoc eruit, Polygnotum hac Orphei specie quercus frugiperdae ramum tangentis significasse: *Orpheus sui descensus ad inferos fructum perdidit omnem.* ἐστιν τῷ Vulgo. Orpheo *graecus non Thracum* habitus est tributus est; nam fuerunt, et in his Androtio (v. Fragm. Androt. p. 117), qui negarent τὸν Ὀρφέα, σοφὸν ὄντα, Θρᾷκα γεγονέναι. sed in Phil. Iun. Im. c. 6. est τιάραν χρυσαυγῆ ἐπὶ κεφαλῆς αἰωρῶν, ut Ganymedes ib. c. 8. quod recentiorem prodit aetatem. In Callistr. Stat. c. 7. Orpheum ornat τιάρα Περσικὴ, χρυσῷ κατάστικτος. Quam

misere mutarunt Graeciam tempora! Hic quoque αὐτῇ post τῇ ἰτέᾳ in repetitione, de qua dicebamus ad cap. 24, 4. Sed αὐτῇ usque ad εἰρημένον ἐστιν abest a Mosq. τὸ Προμέδοντος ὄνομα corrigi voluit Corayus. τοῦ Προμ. est Vulg. ἐς ποίησιν ἐπεισῆχθαι· similiter c. 31 extr. ἐς τὴν ποίησιν εἰσηνέγκατο. In Mosq. est φιλήκον.

§ 4. Σχέδιός etiam paulo post Vulgata ut cap. 4, 1. Scribendum fuit Σχεδίος ex Hom. Iliad. II, 517. et XVII, 306. Eustathius ad Iliad. p. 264. ait: τὸ δὲ Κλονίος παροξύνεται κατὰ τοὺς παλαιοὺς καθὰ καὶ τὸ Σχεδίος, Ὀδίος, ὡς κύριον τρίβραχυ· τὰ δὲ τοιαῦτα πρὸ μιᾶς συλλαβῆς τὴν ὀξεῖαν ἔχουσι. adde Ael. Herodian. περὶ μον. λεξ. p. 18. Dind. Accedit quod ita distinguendum fuit hoc nomen ab adiectivo σχέδιος, ὁ ἐγγύς. Cf. et Etymol. M. p. 521. *Schedius* cur ἐγχειρίδιον habuerit mihi quidem magis opinari quam aperire licet. Num igitur quod Phocensium propria erant istiusmodi ἐγχειρίδια? an inest allusio ad nomen huius hominis? σχέδια enim erant arma, quibus cominus pugnabant. ἄγρωστιν autem fuit ἐστεφανωμένος forsitan ideo, quod haec inprimis ad Parnassum nascebatur. Hoc enim de *agrosti arundinacea* Billerbeckius in Flora class. p. 25. e Dioscoride et Plinio refert. Pro vulg. Θαμύριδι ἐγγύς τε in Mosq. et Angel. est Θάμυρις δὲ ἐγγυᾶται, et deinde pro Πηλίου Mosq. Πελίας habet. Fortasse corrigendum est Θαμύριδι δὲ ἐγγύτατα καθεζομένῳ τοῦ Πηλίου διεφθαρμέναι αἱ ὄψεις. De *Thamyride oculorum luce privato* cf. IV, 33, 7. λύρα — ποσί· similiter de Telesilla II, 20, 7.

§. 5. De hoc *Olympo* Marsyae discipulo Facius citavit Salmas. Exerc. p. 831 sq. Rudia sunt quae leguntur in Fabric. Bibl. gr. vol. I. Graeca autem atque Phrygia hic mista ut in θεολογουμένοις apud Strab. 10, 470 (184 sq.) Κελεναῖς Mosq. τὸν ποταμὸν — πόλεως est de fluvio *Marsya* intelligendum, cuius fontem Xenophon Anab. I, 2, 8. dicit ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει Celaenarum esse, et hunc fluvium per istam urbem fluere. cf. Tzsch. ad Strab. 12, 235. Μητρῷον αὔλημα esse *Matris deum s. Phrygium tibiarum cantum, in sacris Cybeles adhiberi solitum et IX, 12, 4.* ἁρμονίαν τὴν Φρύγιον appellatum Kuhnius iam monuit. στρατείαν ante Facium, sed correxerat iam Sylburgius. Verba τοῦ Μαρσύου — στρατιὰν absunt a Mosq.

CAPUT XXXI.

§. 1. *Thersites* unus ex Agrii filiis, qui patrueles fuerunt Tydei, et Pleuroniae partem tenuerunt. v. Strab. 10, 465. παιδία τοῦ πήδους τῷ εὕρητι Mosq. οἷον ἂν ἀνδρὶ — γένοιτο corrigebat Porsonus, quod valde placet. ναυηγῷ Vulg. ναυάγω Mosq. unde ναυαγῷ dedi, quum formam ναυηγὸς rariorem esse dicant. v. Lobeck. ad Phryn. 492. ἀφίκετο — τολμήματι. In Arctini quoque Ilii Perside Graeci narrantur hunc Aiacem isto eius facinore exacerbati lapidibus voluisse obruere; quem locum ad cap. 26, 1. protulimus. ὅτε τοῖς vitium est Facianae editionis, quod Clavier retinuit; in omnibus aliis ὅτι τοῖς legitur. Distinctiones post τολμήματι et θήραν Facius mutavit ut Sylburgius correxerat. Παλαμήδη — Διομήδη Mosq. De *Palamedis* nece in Cypriis carminibus narrationem fuisse, indicat Proclus in Biblioth. veter. litter. et art. vol. I. p. 26. Ined. Pro ἀνωτέρω est ἄνωτε in Angel. ἄνωθεν in Mosq. ἢ ὁ Ὀϊλέως ante Facium, qui e Mosq. sed tacite ἢ ὁ τοῦ Ὀϊλ. scripsit. Οἰολέως Angel.

§. 2. Ἐς δὲ τοῦ — αἰτίαν. Meleagrum belli Troiani tempore mortuum fuisse dixerat Homerus Iliad. II, 642. Mors eius IX, 598. his verbis tecte significatur τῷ δ' οὐκέτι δῶρ' ἐτέλεσσαν, κακὸν δ' ἤμυνε καὶ αὔτως. In Mosq. est περίνυς, in cod. Paris. 1410. περίνης, et ante Facium scribebatur Ἐριννῦς. „Rectius Ἐριννὺς cum Etymologo, Hesychio, Suida· nam ἐριννῦς pluraliter usurpatur pro ἐριννύες“ Sylburgius iam monuerat. ὁ Μελέαγρος ante τὴν αἰτίαν abest a Mosq. Post καλούμεναι Porsonus inseri μεγάλαι volebat; quod necessarium non est, quum sensus esse possit: *quae dicuntur Eoeae.* Μινύαι pro Μινυὰς Mosq. Quod vulgatum est δὲ inter γὰρ et αὗται cum Mosq. omisi. ἐπὶ τὸν δαλὸν pro ἐπὶ τῷ δαλῷ Vindob. τὸν δὲ ἐπὶ τῷ δαλῷ λόγον, ὡς δοθείη μὲν ὑπὸ Μοιρῶν τῇ Ἀλθαίᾳ, Μελεάγρῳ δὲ οὐ πρότερον ἔδει τὴν τελευτὴν συμβῆναι, πριν ἢ ὑπὸ πυρὸς ἀφανισθῆναι τὸν δαλὸν, καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καταπρήσειεν αὐτὸν ἡ Ἀλθαία Vulgata, quam ferendam non ratus Blomfieldius ad Aesch. Prom. vinct. 376. p. 115. ed. Lips. corrigebat οὐ πρότερον δέοι τὴν τελευτὴν συμβῆναι. Sed hoc est in ordinem cogere ipsum scriptorem, qui tamen etiam cap. 12, 1. scripserat προεδήλωσεν — ὡς τραφήσοιτο καὶ ὡς ἁλώσεται. An idem Herodotum III, 61. ita

loquentem *μαθὼν τὸν Σμέρδιος θάνατον, ὡς κρύπτοιτο γενόμενος, καὶ ὡς ὀλίγοι ἦσαν οἱ ἐπιστάμενοι αὐτὸν, οἱ δὲ πολλοὶ περιόντα μιν εἰδείησαν* corriget? Schneider lectionem *καταπρήσει* nescio unde protulit. De hoc *Phrynicho* cf. Bentleii Opusc. p. 286 sqq. ed. Lips. Perizon. ad Ael. V. H. III, 8. *Πλευρῶνι*

Ἐς κρυερὸν γὰρ οὐκ ἤλυξεν μόρον
Ὠκεῖα δέ νιν φλὸξ κατεδαίσατο
Δαλοῦ περθομένου
Ματρὸς ὑπ' αἰᾶς κακομηχάνου

Vulgata, nisi quod Facius e Vind. et Mosq. in quibus *ὕπαινας* et *ὕπαινα* legitur *αἰνᾶς* scripsit, quod Sylb. suopte iam ingenio invenerat. Nunc video hoc ipsum in Angelico reperiri. Pro *Πλευρῶνι Ἐς* legendum esse *Πλευρωνίαις* Facius, Porsonus, Blomfieldius, Hermannus viderunt et concesserunt. Tzetzes ad Lyc. 433. recte *Φρύνιχος ὁ Τραγικὸς ἐν δράματι Πλευρωνίαις* scripsit: nam quod ibi duo codd. offerunt *Πλευρωνίᾳ*, defendi non potest Suidae scriptura *Πλευρωνία*, quum apud eum sequatur nomen *Αἰγύπτιοι*, quod occasionem corrumpendi dedit, et in fabularum inscriptionibus a gentis nomine petitis usitatus est pluralis numerus. Atque ex Homeri Iliad. IX, 584, Apollodori I, 8. et Hygini fab. 174. potest intelligi, sororibus, matri et uxori Meleagri partes fuisse in hoc dramate, et coniectura capi, de his fabulam dictam esse *Pleuronias.* Versus Phrynichi Porsonus in Advers. p. 38. intactos reliquit nisi quod ab initio abstulit *Ἐς* et pro *αἰνᾶς* scripsit *Ἀλθαίας* metri, ut ait, causa. Blomfieldius l. c. eos ita putavit disponendos et corrigendos:

Κρυερὸν γὰρ οὐκ ἤλυξεν μόρον· ὠκεῖα δέ νιν
Φλὸξ κατεδαίσατο δαλοῦ
Πραθομένου ματρὸς ὑπ' αἰνᾶς κακομηχάνοιο,

Mihi nunc unice probatur viri hac in re perspicacissimi, Hermanni, sententia statuentis hos versus nulla egere emendatione, esse autem, quum sint choriambici, ut Horatii *Nullam Vare sacra* etc. ita ordinandos:

κρυερὸν γὰρ οὐκ
ἤλυξεν μόρον, ὠκεῖα δέ νιν φλὸξ κατεδαίσατο
δαλοῦ περθομένου ματρὸς ὑπ' αἰνᾶς κακομηχάνου.

Clavier Vulgatam retinuit, etiam *Πλευρῶνι*, tantummodo *Ἐς* ante *κρυερὸν* delevit. De verbo *ἀλύσκω* apud Tragicos rariore Blomfieldius dixit ad Aesch. Pers. 97. Sylburgio rectius *πρηθομένου* i. e. *καιομένου* scribi videbatur, quod nobis videtur prosaicum esse; sic Apollodorus scripsit *ὅταν ὁ δαλὸς κατακαῇ*. *πέρθεσθαι* hic oppositum est ei, quod Hyginus habet, *quamdiu is titio esset incolumis.* Verbum de hostibus omnia ferro et igni evertentibus translatum est ad ignem, de quo idem poeta in eodem dramate hac usus est metaphora apud Tzetz. ad Lyc. l. c.

Πεδία δὲ πάντα καὶ παράκτιον πλάκα
Ὠκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις.

ubi perperam *'ειδαίνυτο* scriptum est, et Dorvillius ad Char. p. 244. iam monuit, similiter *δάψαι* igni tribui. Ego autem hanc mecum sententiam Hermannum per literas iam communicavisse anno huius saeculi vicesimo quarto scriptas, quibus ille mihi ad plura, quae ex eo de nonnullis Pausaniae locis quaesieram, respondit, ideo monendum existimo, quod hi versus eodem modo scripti in Bekkeri nunc exstant editione. Ipse unde hanc habeat scripturam non indicavit, quum tamen an ita in cod. 1410 scripti sint hi versus, dubium sit; ex eo *οὐκ ἤλυξεν μόρον* et *μένου ματ* evanuisse, id tantum notavit. *προαγαγὼν κτλ.* *non latius explicuit sed tantum attigit.* *μετὰ τὸν Θρᾶκα εἰσὶ* Mosq. Vind. Angel. et cod. 1410. Hoc si verum est, *ἐστὶν* post *Μέμνων* abundat. Clavier edidit *Ἕκτωρ μὲν καθεζόμενος* [*ὅς*] *ἀμφ.* quia Facius ita scribendum esse suspicatus erat. Quo adminiculo non est opus, si post *καθεζόμενος* maiorem nobiscum distinctionem posueris. cf. c. 35, 3. *ἀμφοτέρας—ἐμφαίνων·* Hoc gestu tristitiam luctumque Hectoris significari, recte animadvertit Pausanias, quem probavit Winckelmannus Opp. II. p. 527. quod ibidem p. 716. contra dicitur, mihi quidem probari non potuit; contendere enim non possumus, hunc modum animi moerorem significandi proprium fuisse Hectoris. En ista Apuleii in limine libri tertii Metamorph. „Complicitis pedibus ac palmulis in alternas digitorum vicissitudines super genua connexis — ubertim flebam." ubi interpretes e Basilio afferunt: *τὰς χεῖρας κατὰ τῶν γονάτων συμπλέξαντες· τοῦτο δὲ τῶν πενθούντων σχῆμα.* adde Winckelm. Opp. II. p. 702. not. 143 et Boettigeri *Ideen* p. 356. *Μέμνων ἐστὶν* —

κεῖται. Vterque, *Memno et Sarpedo*, divino semine ortus, uterque ante Troiam cecidit, ille Achillis hic Patrocli manu, et recte cum Hectore coniunctus est. Σαρπηδόνος et Σαρπήδοντος est apud Homerum, ut Iliad. XVI, 496. XXIII, 800. De hoc Sarpedonis gestu ἐπικεκλ. — ἀμφοτερ. dicebamus ad cap. 30, 1. γένει pro γένεια Mosq. ἐν δὲ — ὄνομα. Has *Memnonides* Aelianus De Nat. An. V, 1. vocat ὄρνιθας ἐπωνύμους τοῦ ἥρωος. Similiter in Plin. H. N. X, 37. (26) est: „Auctores sunt, omnibus annis advolare Ilium ex Aethiopia aves, et confligere ad Memnonis tumulum, quas ob id Memnonidas vocant.“ Ovidio narrante Met. XIII, 601 sqq. e cinere Memnonis ortae hae aves ab illo auctore dictae sunt. Cuius generis hae aves fuerint, ipse Schneider nec ad l. c. Aeliani nec in Lex. gr. dicere potuit: nihil de eo habet Vossius de Idololatr. lib. III. p. 1186. Rapacium generi eas accenset Creuzer in Symb. I, 457. Caeterum ut in Iovis Olympii pallio erant ζώδια et κρίνα (V, 11, 1.), ita in Memnonis chlamyde Polygnotus scite pinxerat aves eas, quae dicebantur Memnoni suam debere originem. ὁπόσων Sylb. recte mutavit in ὁπόσον· an vero, quod idem putabat, σκάλλουσι (scalpunt) aptius legatur quam σαίρουσι (verrunt, purgant) dubitamus. ῥαίνουσιν Mosq. οὐ κατ' pro οὐκ ἀπ' idem. ἐκ Σούσων — πεποιημένος· idem fere narraverat de eius expeditionibus I, 42, 2. Famam Susa Tithonum condidisse narrat etiam Strabo 15, 197, qui addit, arcem urbis Μεμνόνειον dictam esse. Χοάσκου Ald. quod Sylb. correxit. Susa ad Choaspen sita testantur veteres. v. Strab. 15, 200. et ibi intrpp. add. I, 127. ubi Χοάσπιν male in Siebenk. ed. ἐκεῖ pro ᾤκει Vindob. δι' ἧς τὴν στρατείαν ἤγαγε Vulg. Iam Sylburgius, a Kuhnio, Facio, Clavierio neglectus monuerat, melius legi στρατιάν· quod in minore dedi editione: nunc video idem Corayo placuisse, Schneider et Passovius in Lex. graec. τὰ ἐπίτομα τῆς χώρας nostri loci interpretantur *das durch Heerstrassen durchschnittene Land;* de qua re paulo post. Pro μονῶν in Angel. est μήνων· Corayus autem μονῶν mutatum volebat in ὀρῶν, quod nescio an haustum sit ex Amasaei interpretatione verborum ἐπίτομα τ. χωρ. *locorum compendia.* Dubitasse enim Corayus videtur, an *via mansionibus distincta* illius temporis fuerit. Sed non talis, verum potius via cogitanda erit distincta locis, in quibus Memnonis exercitus quaque nocte confecto itine-

re diurno manserit, et hanc adhuc aetate Pausaniae Phryges monstrabant. Atque etiam qui *τὰ ἐπίτομα τῆς χώρας* interpretantur *regionem viis publicis sertam*, iis apertissime obstat verbum *ἐκλεγόμενος* adiectum; neque magis haec probabitur interpretatio verborum *τὰ ἐπιτ. τ. χωρ. vias publicas regionis sectas;* cur enim has elegerit Memnonis exercitus, quum exercitus vias publicas, quas ire consueverunt, non dicantur eligere? Itaque praeferendam putamus Amasaei interpretationem, quae eadem est Goldhageni, Clavierii, Nibbyi. *ἐπιτομωτέρα ὑπέρθεσις* est in Strab. 16, 350.

§. 3. *Ὑπὲρ δὲ — καὶ Μέμνονα, ἔστιν ὑπὲρ αὐτοῦ ὁ Πάρις* Vulg. *ὑπὲρ αὐτοὺς* postulabat Facius ut scriberetur; sed his plane omissis Clavier edidit: *καὶ Μέμνονα, ἔστιν ὁ Πάρις.* A Mosquensi haec omnia *Ὑπὲρ δὲ — πω γένεια* absunt. Pronomen *αὐτὸς* post nomen modo positum per abundantiam inserere non abhorret a scribendi genere Pausaniae. Sic mox *τῇ Καλλιστοῖ — αὐτῇ.* cf. adn. ad 24, 4. Articulus autem ante nomen *Πάρις* videbatur eliminandus. *κροτεῖ — κρότος.* Sane dicuntur plausuum genera atque adeo fuisse, qui ea condiscerent, sed haec pertinent ad theatra; hic significatur Paris pastor, qui plaudens rustice totis manibus oculos mentemque Penthesileae in se convertere volebat. Etiam nunc in Graecia ministros a dominis manuum vocari plausu, narrat Dodwellius Itin. I, 1, 213. Sickl. Bene autem a Boettigero animadversum est, Paridem hic a Polygnoto pictum esse *παρθενοπίπην.* *τοῦ προσώπου — ὑπεροράν facie sublata altisque superciliis despicere, mit rückwärts gebogenem Gesicht auf ihn herabzusehen.* *ὑπεροόν* Mosq. *ἐν οὐδενὸς τίθεσθαι λόγῳ·* ubi *τίθεσθαι* i. q. *ἡγεῖσθαι, putare, reputare, ducere.* cf. Valcken. qui in Diatr. p. 9. plures similis generis congessit formulas. adde adn. ad cap. 28, 2. De his *αἱ δὲ — μεμνημένων* cf. ad §. 4. *ἐπὶ ἀμφοτέρας* ante Facium, qui *ἐπὶ ἀμφοτέραις* edidit. *μεμνημένων* Mosq. *Πηρώ·* sed in Etym. M. p. 327. Nelei eius, qui Ionas in Cariam duxit, filia *Πειρὼ* dicitur. De nostra et iis quae Paus. adiunxit v. Hom. Od. XI, 287 sqq. *τῇ Καλλιστοῖ — ἄρκτου.* Vrsi pelle stragulae vestis instar subiecta Callistus transformationem significari, quisque viderit, ut opus non sit reiicere ad Winckelmanni librum de Allegoria. Pro *ἐν τοῖς* Clav. suspicabatur *ἐπὶ τοῖς* scribendum esse; num quia cap. 29, 3. *ἐπὶ* positum est? *ἐδήλωσε — λόγου.* H. e.

in Arcadicis cap. 38, 8 extr. Pro *σφισιν* est *φασιν* in Mosq. *Σίσυφος — πέτραν.* Sisyphus saxum volvens putatur expressus esse in vasculo graeco prope Canusium reperto, et in *Abbildungen zu Creuzers Symbolik* iterum illustrato p. 35. *ἀνῶσαι — βιαζόμενος.* apud Homerum *ἄνω ὤθεσκε.*

§. 4. *Ἔστι δὲ καὶ πίθος ἐν τῇ γραφῇ, πρεσβύτης δὲ ἄνθρωπος, ὁ δὲ ἔτι παῖς, καὶ γυναῖκες ἐὰν μὲν ἐπὶ τῇ πέτρᾳ, παρὰ δὲ τὸν πρεσβύτην ἐοικυῖα ἐκείνῳ τὴν ἡλικίαν· οἱ μὲν ἄλλοι φέροντες ὕδωρ· τῇ δε γραῒ κατεάχθαι τὴν ὑδρίαν εἰκάσεις.* Vulgata, partim explicanda, partim defendenda, partim emendanda. Ac primum quidem *πρεσβύτης — παῖς* dictum est pro: *καὶ δύο ἄνθρωποι, ὁ μὲν πρεσβύτης, ὁ δὲ ἔτι παῖς.* Similem huic locum, ubi dissolutione constructio verborum relaxata est, vides IX, 22, 1. Possis etiam huc vocare locos, ubi *μὲν* cum articulo et suo nomine omissum est, veluti VIII, 37, 2. VI, 16, 3. His *duobus ἀνθρώποις* opponuntur *duae γυναῖκες*· quod qui non animadverterant, ii non potuerunt hunc locum corrigentes a vero non aberrare. Quo vero abducti sint, quum primum errandi factum esset initium, operae pretium erit paucis ostendere. Sylburgius quidem pro *ἐὰν μὲν* legi volebat *εἰσὶ μὲν*, Kuhnius autem *αἱ μέν*· Facio Amasaeus, qui interpretatur *insident saxo senex vir, adolescentulus deinde, et foeminae aliquot. Earum una seni adstat,* pro *ἐὰν μὲν* legisse videbatur *καθήμεναι*, quam ipse genuinam lectionem esse iudicabat. Denique Boettiger in *Ideen* p. 364. pro *ἐὰν μὲν ἐπὶ τῇ πέτρᾳ* dicit *ἐπαντλοῦσαι ἐς τὸν πίθον* scribendum esse. Idem e proximis voc. *πρεσβῦτις* excidisse putans ea ita emendat: *παρὰ τὸν πρεσβύτην πρεσβῦτις ἐοικυῖα ἐκείνῳ τὴν ἡλικίαν.* et rem explicaturus addit: „Ein alter Mann nebst einigen Weibern schöpfen Wasser in ein Fass. Diese haben ganze Krüge. Dabei ist aber ein altes Mütterchen, die verliert das meiste Wasser in ihrem Kruge, weil er zerbrochen ist.“ Nos his omnibus missis nihil omnino mutamus nisi, transponendis litteris unius voculae, *ἐὰν* in *νέα*· quam emendationem postulat etiam pictoris consilium, qui voluit opposita hic iuxta se posita esse. Opponuntur autem inter se ut iam §. 3. *ἡ ἔτι ὡραία τὸ εἶδος* et *ἡ ἤδη τῆς ἡλικίας προήκουσα,* sic hoc loco *senex et puer, iuvenilis foemina et vetula. νέος* ita usurpari, notum est; sic VII, 22, 4. *γυνὴ νέα.* Hom. Od. IV, 720. *δμωαὶ νέαι ἠδὲ παλαιαί.* Sensus: *Erant hic picti senex*

vir et puer; praeter hos duas mulieres, alterā iuvenis prope illud saxum, quod Sisyphus volvebat (ἐπὶ τῇ πέτρᾳ cf. III, 20, 6.), *altera anus iuxta senem modo commemoratum*, παρὰ τὸν πρεσβύτην ἐοικυῖα τὴν ἡλικίαν ἐκείνῳ: quae verba quum satis declarent vetulam, iis ut addatur vox πρεσβῦτις opus non est. Quam meam emendationem iam in minorem intuli editionem, quae huius saeculi anno undevicesimo prodiit. Anno vicesimo Th. Gaisford edidit R. Porsoni annotata ad Pausaniam, in quibus nunc video ἐὰν transformari in νέαι, quod a Polygnoti mente alienum est. Anno denique vicesimo primo tomus sextus Clavierii editionis prolatus est, in quo prorsus nescio unde hoc ipsum nostrum νέα receptum legitur; male autem transfertur: *dont l'une jeune est sur une pierre.* Ex quibus quo iure huius emendationis auctorem primum et unum Clavierium Bekkerus dixerit, debet intelligi. Nibby reddidit: *e parecchie donne assise sopra il sasso.* quod plane abhorret a vero, quum illico dicantur φέρειν ὕδωρ. Ergo hi quattuor omnes aquam ferebant, senex tamen et vetula iuniorum gressum non aequantes ab iis relinquebantur, ideoque a pictore coniuncti sunt. Cur vero uni huic vetulae fractam dederit hydriam, nescio; an quia reliquis nocentior et aeque nocens erat atque illae, quae commemoratae sunt §. 3? ἐπὶ τῇ δὲ γραΐ pro τῇ δὲ γρ. Angel. ἐπὶ habet etiam cod. 1410, unde Bekker. fecit φέροντες ὕδωρ ἔτι, τῇ δέ. bene. Pro ἡμεῖς δ' ἐτεκμ. est ἥ τε τεκμαιρόμεθα in Mosq. atque etiam Angel. pro ἡμεῖς habet ἥ, et cod. 1410. ἡ τεκμ. Mox Angel. Ἐλευσινίων οὐδενὸς habet, et Mosq. θεμένῳ. Sed τὰ δρώμενα Ἐλευσῖνι fortasse ita corrigendum est τὰ δρώμενα ἐν Ἐλευσῖνι· sic est II, 14, 1. VIII, 14, 8 similiter ἡ ἐν Ἐλευσῖνι τελετή I, 2, 4. (ut apud Diod. Sic. V, 77). ἱερῶν τῶν ἐν Ἐλευσῖνι γινομένων Herod. VIII, 65. Culpam omissionis sustinet alterum ἐν post Ἐλευσῖνι. Est quidem I, 37, 3. τελετὴν Ἐλευσῖνι εἶδεν, sed hic quoque ἐν praetermissum videtur; adverbium enim haberi non potest, quod teste Stephano Ἐλευσίνιοι est. ἐν Ἐλευσῖνι etiam in inscr. attica in Corp. inscr. gr. Berol. I, 1. p. 167 bis v. 48 et 57 legitur; rursus autem apud Pausan. καθὰ δὴ καὶ Ἐλευσῖνι θύειν νομίζουσι II, 30, 5. Hic et §. 5. mentio fit poenae, quam qui sacris Eleusiniis initiati non essent apud inferos solvere dicebantur. Poenae autem genus hoc erat, quod iis aqua cribris seu vasis pertusis perpetuo portanda esset in dolium pertusum. Hic alienum

non erit loci admonuisse Platonici in Gorgia §. 47. T. IV. p. 100 sq. Bip. ubi Socrates narrat, se audivisse sapientem quendam dicere, eam animi partem, in qua sint cupiditates, mythologum, hominem Siculum aut Italicum, nomine ludentem, forsan comparare cum dolio, et stultos cum hominibus non initiatis, quum haec animi pars ἀκόλαστος καὶ οὐ στέγανος esset quasi τετρημένος πίθος διὰ τὴν ἀπληστίαν, et eundem illum sapientem dicere, ὡς τῶν ἐν ᾅδου οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν, οἱ ἀμύητοι, καὶ φορεῖεν εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ. Huic cribro autem similem esse stultorum animum quasi pertusum, quum non possit στέγειν δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην. His addit Socrates §. 48, in his quoque terris cogitandas esse has ἐσχάτας λύπας, si quis ἀγγεῖα τετρημένα καὶ σαθρὰ habeat, et cogatur ἀεὶ νύκτα καὶ ἡμέραν πιμπλάναι αὐτά. Vera est autem Boettigeri animadversio, mysteriorum amicum fuisse Polygnotum; quod intelligitur partim e cap. 28, 1, ubi Cleoboeam e Paro Cereris orgia in Thasum transferentem posteritatis memoriae tradidisse dicitur, partim ex eo, quod poenas initia contemnentium bis pinxit. cf. cum hoc loco §. 5. Quanquam vero ita Polygnotus idem argumentum in eadem pictura repetivisse videatur, est tamen aliquod discrimen et eorum, qui poenam dant, et eorum quibus vicini sunt, ratione habita. Illae duae mulieres interpositae sunt clarissimis foeminis, quo magis elucesceret earum miseria; hi quattuor autem in vicinia Sisyphi Tantalique laborum perpetuitate aeque atque isti cruciantur; Sisyphi igitur similibus poenis atque Tantali dignos docet iudicari, qui despiciant mysteria. ἐντιμοτέραν Mosq. τοσοῦτον—ὅσον Vindob. De *Tantalo Homeri* Od. XI, 581 sqq. quem locum Porsonus ad Eurip. Or. 5. cum veteribus quibusdam criticis spurium censuit. Tres narrationes de *Tantali poena*, et scriptores de iis explicantes distinximus olim in Not. ad Hellen. p. 282; idem argumentum postea sumsit tractandum Porsonus ad Eurip. Orest. 5. hoc, ut Schaefer opinatur, consilio, ut totam istam rationem mythum aliquem explicandi lepide subsannaret (?). Ex *Archilochi* loco nihil nunc superest nisi quod legimus in Fragm. p. 128. Liebel. Μηδ' ὁ Ταντάλου λίθος τῆσδ' ὑπὲρ νήσου κρεμάσθω. Verba ἐς τὴν ποίησιν absunt a Mosq.

Nunc quae in sinistro Lesches pariete Polygnotus pinxerat, ut uno obtutu possint comprehendi, paucis complectamur ducem sequentes Pausaniam; quem quanquam ipse hoc faciendum nusquam significaverit, ita interpretantur, ut omnia tribus lineis, quarum alia super aliam per omnem tabulam ducta fuerit, distincta iisque imposita cogitanda esse dicant. Quod quam certum exploratumque sit, ex iis quaerendum erit, qui hoc dicunt.

In ima huius picturae parte (a dextra an a sinistra progredienti? posterius Meyero placebat: sed Pausaniae loco cap. 28, 1. pro argumento uti non potest) est Acheron, quem cum aliis traiecerunt Archilochus et Cleoboea adhuc stantes in Charonis cymba. In prima ripa ad quam appulsa est cymba, poenas dant impius filius et sacrilegus. cap. 28, 1. 2. His altiorem locum tenet (ἔστιν ἀνωτέρω· an in secunda linea?) Eurynomes, post quem conspiciuntur Auge et Iphimedea §. 4. His etiam altiores sunt (εἰσὶν ἀνώτεροι τούτων· an in tertia linea?) Vlyxis socii cum hostiis; post hos Oenus, Tityus, Ariadne, Phaedra cap. 29, 1. 2. sub Phaedra (an in linea secunda?) Chloris, Thyia, iuxta Thyiam Procris, post hanc Clymene; ultra Clymenen magisque in interiore tabulae parte Megara. Supra caput harum foeminarum (ergo in linea tertia? sed Meyer cogitavit de secunda) fuit Tyro, propter quam Eriphyle §. 3. Supra Eriphylen (ὑπὲρ τὴν Ἐριφύλην· quid hoc? in quarta quadam linea? an post Eriphylen in eadem tertia linea? quid certi est in istis lineis quod sequi posse videamur?) picti erant Elpenor et Vlyxes, Tiresias et Anticlea; (hoc rursus quomodo conciliari cum Boettigeri potest sententia in *Ideen* p. 347. proposita, Vlyxem ipsum suis sociis initio huius capitis commemoratis ita subiectum fuisse, ut recta ab his linea ad hunc deduci posset, et Vlyxem medium totius tabulae locum occupasse?) In loco inferiore quam Vlyxes (κατωτέρω τοῦ Ὀδυσσέως· in linea secunda iudice Meyero et in media picturae parte) sederunt Theseus et Pirithous §. 4. Post hos fuerunt Pandarei filiae, Antilochus, Agamemno, Protesilaus, Achilles, Patroclus, Achilli a tergo positus, ergo paulo altius quam Achilles collocatus, cap. 30, 1. Supra hos (ὑπὲρ αὐτοὺς· indice Meyero in linea summa) Phocus et Iaseus §. 2. Supra hos (quid hoc vult? in linea quarta assumenda, an in eadem tertia linea et paulo tantum altius, quod

Meyero videbatur, ut ὑπὲρ pro necessitate interpretis modo diversam lineam denotet modo non?) posita Maera, post hanc Actaeo cum matre. Redeunti oculis ad inferiores tabulae partes (ἐς τὰ κάτω τῆς γραφῆς) post Patroclum est Orpheus (quem Meyer ad imam deprimit lineam, quum tamen Patroclo, a quo proximus fuisse Orpheus dicitur, secunda deberi linea visa esset). Ibidem sunt Schedius, Pelias, Thamyris §. 3. 4. Supra Thamyrin (ὑπὲρ τούτου· interprete Meyero paulo altius) sedet Marsyas, cui adstat Olympus §. 5. Suspicienti superiorem tabulae partem (τὰ ἄνω τῆς γραφῆς) sunt post Actaeonem (ergo in tertia linea?) Aiax Telamonius, Palamedes, Thersites, Aiax Oilei. Hunc Aiacem supereminet (ἀνωτέρω ἢ Αἴας ἐστὶν) Meleager ita tamen, ut istum Aiacem intueatur. cap. 31, 1. In partibus tabulae inferioribus (infimis, iudice Meyero; ἐν τοῖς κάτω τῆς γραφῆς) post Thamyrin sunt Hector, Memno, Sarpedo §. 2. Supra Sarpedonem ac Memnonem Paris, Penthesilea; supra Penthesileam duae foeminae aquam portantes; supra has foeminas Callisto, Nomia, Pero. Post has est praerupta rupes, in quam Sisyphus subvolvere conatur saxum (iudice Meyero in summa linea) §. 3. Ibidem est vas, ad quod explendum quatuor non initiati aquam portant; sub vase autem Tantalus §. 4.

Obscuritates autem quae remanent fortasse minuentur diligentiore explicatione potestatis quam hic praepositio ὑπὲρ habere videtur et Genitivo et Accusativo iuncta promiscue. v. Thom. Mag. p. 868. Haec praepositio solet, quod iam ad I, 14, 1. adnotatum est, in perlustratione rerum deinceps positarum de iis, quae aliquo spatio distant ab ea, de qua antea et hactenus dictum est, usurpari (cf. III, 2, 1. I, 32, 6. 7.) quod intervallum modo maius modo minus est; quare ὑπὲρ saepe erit *ultra, post, a tergo.* Permutantur etiam inter se ὑπὲρ et ἀνωτέρω, ut cap. 25, 5. namque ὑπὲρ in universum τὴν ἐπάνω σχέσιν δηλοῖ. v. Thom. Mag. l. c. ἑστηκέναι ὑπὲρ τινὸς cap. 30, 1. significat eum, qui eminet super alterum, ita ut pars tantum eminens conspiciatur: rursus quum cap. 29. 3. Tyro dicitur ὑπὲρ γυναικῶν τῶν κατειλεγμένων τῆς κεφαλῆς εἶναι, tota Tyrus figura conspicua fuisse cogitatur, super capita istarum sedens mulierum. Boettiger in *Ideen* p. 312. sq. de eo tantum intelligi voluit, quod cum alio quo in eadem linea positum tamen super illud eminet.

Quae hic autem nostra oratio reliquit obscura, fortasse iis quoque Riepenhusiae χεῖρες lucem accendunt.

CAPUT XXXII.

§. 1. De hoc ἱερῷ περιβόλῳ cf. adn. ad cap. 9. init. Post ἐπαναβάντι Porsonus τε, post Διονύσου autem Mosq. δὲ inserit; hinc, nisi quid excidit, legendum est ἐπαναβάντι δὲ ἐκ τοῦ περιβόλου Διονύσου ἄγαλμα ἐνταῦθα — ἐστιν in via ad theatrum. Vulgatam στάδιον δέ σφισιν ἀνωτάτω τῆς πόλεως τοῦτό ἐστιν· ἐπεποίητο δὲ ἐκ τῆς πέτρας Facius imo Sylburgius ita mutatam volebat, ut τοῦτο suo loco motum post ἐπεποίητο δὲ collocaretur, atque hoc ipso modo scripsit Clavier, quam recte nescio; Mannertus VIII, 162. corrigebat Κνιδίων ἐστὶν ἀνάθημα καὶ τὸ στάδιον. Στάδιον δέ σφισι. Equidem στάδιον δέ σφισι a reliquis seiungens (quod attinet ad eorum stadium ἀνωτάτω τῆς πόλεώς ἐστιν interpretor cum Amasaeo: *hoc in suprema urbis parte est;* similiter cap. 8 extr. ὁ ἱερὸς περίβολος μεγέθει μέγας καὶ ἀνωτάτω τοῦ ἄστεώς ἐστι. Pro eo est ἀνωτάτω ἐπὶ τῷ θρόνῳ III, 18, 8. Etiam apud Thucyd. VII, 65. τῆς νεὼς ἄνω videtur esse: *in superioribus navis partibus.* Genitivus in his pendet ab adverbio loci ἀνωτάτω, v. Schaefer ad Apoll. Rh. T. II. p. 502. Ad verbum hic esset: *zu oberst der Stadt. Delphorum stadium* teste Dodwello in Itiner. I, 1. p. 245. Sickl. ultra aedem S. Eliae sub rupibus Parnassi ab oriente versus occasum extenditur. Gellius in Itin. of Greece p. 188. dat ei longitudinem 615 pedum. Idem addit: „On the road from St. Elia at 118 steps a sepulchral cave l. and a semicircular seat and alcove in the rock l. 170 l. is the stadium, and ruins r. and l.“ Adde locum ad cap. 24 extr. ex eodem scriptore propositum. ἄχρις vulgo, ἄχρι Mosq. cf. ad II, 30, 7. Sylburgius malebat ἄχρις οὗ, quod frequenter legitur, et Clavierio quoque placebat. Sane quidem μέχρι seu μέχρις sine οὗ saepe reperitur sed cum Coniunctivo, similiter ἄχρις in Apocal. S. Ioann. 15, 8. 20, 3. an vero ἄχρι seu ἄχρις μεμνημένοι dixerint, videtur fortasse dubium esse. Correctionem loci X, 21, 2. sequens οὖν in Vulgata adiuvabat. Hic corrigentem retinet Theocr. XXII,

128. μέχρι συνηλοίησε, inprimis Thucyd. IV, 4. μέχρις αὐτοῖς ὁρμὴ ἐπέπεσε. add. Herod. π. μονηρ. λεξ. p. 5. μέχρις — χωρήσει. Philostratus de vit. Sophist. lib. 2. p. 550. de hoc Herodis Attici stadio id tantum refert: ἀνέθηκε δὲ καὶ τῷ Πυθίῳ τὸ Πυθοῖ στάδιον. In Mosq. est ἦν τὰ δὲ λειπόμενα, et τάδε in cod. Paris. 1410.

§. 2. σταδ. — ἑξήκοντα. Cf. adn. ad finem §. 5. Post ἄγαλμα χαλκοῦν Amasaeus aliquid deesse existimavit, neque temere, quum recte quaeratur, cuius ἄγαλμα fuerit. καὶ ῥᾴων nimirum inde ab hoc simulacro. καὶ ῥᾴων εὐζώνῳ ἀνδρὶ ἡμιόνοις τε καὶ ἵπποις ἐπὶ τὸ ἄντρον ἐστὶν ἄνοδος τὸ Κωρύκιον Vulgata; olim suspicatus eram inter ἀνδρὶ et ἡμιόνοις inserendum esse ἤ, facilior quam: nunc video idem Porsono in mentem venisse. Neque re iterum diligentius considerata dubitavi, quin vera esset haec emendatio, etiam Bekkero probata; quod enim infra §. 5. legitur ἀπὸ δὲ τοῦ Κωρυκίου χαλεπὸν ἤδη καὶ ἀνδρὶ εὐζώνῳ πρὸς τὰ ἄκρα ἀφικέσθαι τοῦ Παρνασσοῦ, id haud dubie nectendum cum nostro loco eique oppositum est hoc sensu: *inde ab isto simulacro facilior homini expedito quam mulis et equis adscensus est ad antrum Corycium, a Corycio autem antro vel expedito viro difficile est pervenire ad summas Parnassi partes.* ἤ excidit etiam VII, 21, 1. ἤ post ἀνδρὶ et ante ἡμιόνοις facile excidere potuisse, et iungendi rationem ἀνδρὶ ἡμιόνοις τε καὶ ἵπποις duram esse, unusquisque intelliget. εὐζώνων Mosq. τούτῳ — ἔμπροσθεν· vide cap. 6, 2. ὀλίγῳ τι ἔμπροσθεν Vulgata; corrigendum vel ὀλίγῳ τινὶ, ut est VII, 7, 4, vel ὀλίγον τὶ, ut legitur in Hom. Od. XV, 365. illud praetuli tum ob alterum Pausaniae locum tum propter Mosq. lectionem ὀλίγω. Cf. et V, 14, 5. VI, 15, 3. Recepit hanc emendationem Bekkerus. De *Corycio antro* cf. ad fin. §. 5.

§. 3. Vt hic αἰγιαλοὶ et ἀγχιβαθὴς θάλασσα sic II, 34, 9. αἰγιαλὸς et ἀκτὴ distinguuntur; ἀγχιβαθὴς θάλασσα *mare ipsum profundum tangens* | *littora*, ἀκτάς. Cf. IX, 23 extr. Hinc Aiax in sui nominis fabula Sophoclea 405 seu 413. ista vocat ἄντρα πάραλα. Φρύγες — Στεῦνος· Pausanias in Arcadicis 4, 2. de Azanibus Arcadiae loquutus pergit: παρὰ τούτων ἀποικισθῆναι λέγουσιν, ὅσοι περὶ τὸ ἄντρον ἐν Φρυγίᾳ τὸ καλούμενον Στεῦνος καὶ Πέγκαλαν ποταμὸν οἰκοῦσιν, ubi v. adnotata. De hoc fluvio et antro alii tacent. καὶ ante Ἀζάνων

abest a Mosq. neque Amasaeus videtur legisse. In Mosq. est ἀφικόμενος, ut Facius refert, ἀφικομένοις, quod in suo etiam codice Amasaeus habuit; sed verum est vulg. ἀφικόμενοι, quod refertur ad Φρύγες, et loco ex Arcadicis proposito ac constructione firmatur. ὕψος ἔχων Francf. Kuhn. Obsequendum fuit Sylburgio ὕψους ἔχον corrigenti, atque sic nobiscum edidit Clavier. ἔχον etiam Facius e Mosq. dedit. Λαοδικίας Mosq. qui et ὁ ante Γαλατῶν στρατὸς omisit. Θεμισωνιεῖς malebat Berkel ad Steph. B. non memor eorum quae de syncope in similibus Σιγεὺς, Ἀνθεὺς Sylb. adnotarat ad Dion. Hal. Arch. p. 11. Not. τούτοις — δὲ δὲ — αὐτὸν καὶ παισὶν Mosq. δὲ ante δὲ habet etiam 1410, unde Bekk. τε fecit. De *Themisonio* Mannert VI, 2, 170. ἐπὶ τούτου πρὸ τοῦ σπηλαίου φασὶν ἀγάλματα οὐ μεγάλα ἐστὶν — Σπηλαῖται καλούμενα· τὸ δὲ ἀπέχειν ὅσον κτλ. Vulgata. A Sylburgio emendatum ἐπὶ τούτῳ, *propterea*, nobiscum exceperunt Bekk. atque Clavier, et probavit Porsonus; Facius autem dicens: „Pro φασὶν, quod pro sequente ἐστιν requireret εἶναι, scribendum esse σφίσιν satis liquet. Infinitivus ἀπέχειν a nimis remoto φασὶν pendere deberet; quare ἀπέχει scribendum esse non dubito." hoc ut suum protulit inventum, quum Goldhagerii fuerit. Sylburgius φασὶν tantum ut post ἀπέχειν collocaretur suaserat. Sed cum Clavierio ac Bekkero nos quoque sequimur Goldhagenum, quamvis constet φασὶ saepe παρενθέτως inseri, ut iam ad III, 25, 5. monitum est, quum Pausanias ipse hoc antrum adiisse neque de eo narrata retulisse videatur. ἄστεος Facius e Mosq. dedit; cf. ad cap. 8 extr. adn.. His τοῦ τε ὀρόφου — γίνεται contrarium illud est §. 5, ὅ τε ὄροφος ἐς — ἀνέστηκε.

§. 4. τοῖς — Μάγνησιν· *Magnetes* ad borealem Sipyli partem habitantes sunt III, 22, 4, ad Hermum X, 4, 4, ad Lethaeum, ut hic, I, 35, 4. V, 21, 5. Magnesia ad Lethaeum et ad Maeandrum est eadem. cf. Strab. 14, 567. nunc ibi esse dicitur *Ineck-Bazar*. Magnetes autem quomodo e Thessalia ad Maeandrum Lethaeumque pervenerint, ostendere studuit O. Müller in Doriens. 1, 258. De his *Hylis* apud alios silentium; locus forsitan nihil fuit nisi ὀρεινὸν δάσος, et hinc eius nomen. Verba τὸ δὲ ἄγαλμα — ὀδεύουσι O. Müller l. c. p. 259. ita interpretatus „das Bild darin ist von hohem Alter, und drückt in der ganzen Gestalt Stärke aus. Vnd ihm zu Ehren springen heilige Männer von steilen Abhängen

und Felsen, und reissen übergrosse Baumstämme aus den Wurzeln, und gehen auf den steilsten Fusssteigen mit diesen Lasten" addit: „In den Felsensprüngen erkennt man leicht die Festgebräuche der Thargelien und des Apollon Leukatas wieder; das andre bezieht sich auf den Begriff des starken Gottes." Verborum *ἰσχὺν—παντὶ* interpretationes Goldhageni *giebt Stärke zu allen Verrichtungen*, Clavierii *donne de la force pour toutes sortes de travaux à ceux qui l'invoquent*, Nibbyi *dà forza in ogni operazione*, cum Amasaeo congruentes, mihi illa videntur esse veriores; et scriptor quod de hoc simulacro praedicavit continuo illustrat exemplis hominum huic Apollini sacrorum. *αὐτῷ* an hic sit *ihm zu Ehren* valde dubito, qui iure mihi videar suspicari, pro *αὐτῷ* scribendum esse *αὐτοῦ*. Sic II, 7. 21, *οἱ περὶ τὴν λίμνην τὴν Τριτωνίδα ἄνθρωποι ταύτης* (*Ἀθηνᾶς*) *εἰσὶν ἱεροί*. I, 19, 6. *ἄλλων θεῶν ἱερὸν εἶναι τὸν Ἰλισσόν*. Athen. IV, 173, f *ἱεροὶ τοῦ θεοῦ*. Etym. M. v. *Βάκχος· ἱερὸς Διονύσου ἀνήρ*. Platon. Phaedon. p. 193. Bip. *εἰμὶ ἱερὸς τοῦ αὐτοῦ θεοῦ*. Atque etiam siquis Vulgatam defendendam putet, *αὐτῷ* pendere statuet ab *ἱεροί*, namque *ἱεροί* hic nulla Dei ratione habita positum esse et sine recto non credet. Estne autem credibile, ab iisdem in honorem Apollinis arbores praecelsas radicitus evulsas et per angustissimos tramites portatas esse? namque ista etiam ei copulanda sunt cum *αὐτῷ*, qui id *in honorem* interpretatur. Facius *αὐτῷ* putans dure positum esse pro *δι' αὐτὸ* vel *σὺν αὐτῷ*, ideoque corrigendum *δι' αὐτὸ* vel *αὐτοὶ*, id nemini probaverit, quum *αὐτῷ* referendum esse ad Apollinem omnes intelligant. *ἐρείποντες* Kuhnius Faciusque tacite scripserunt e Sylburgii correctione; in Aldina, Francofurtana atque in Mosq. est *ἐρίποντες*, quod quum Aoristus secundus hic requiratur, mutavi eum Bekkero in *ἐριπόντες*.

§. 5. *ἔστιν ἐπὶ—δι' αὐτοῦ*. Valckenarius ex Aesch. Eum. 22. *Κωρυκὶς πέτρα κοίλη* attulit. *καὶ ὕδωρ τὸ μὲν ἀνερχόμενον ἐκ πηγῶν, πλέον δὲ ἔτι ἀπὸ τοῦ ὀρόφου στάζει*. Huic anomaliae, qua participium *ἀνερχόμενον* locum tenet temporis finiti *ἀνέρχεται*, similes sunt de quibus dicebam ad II, 8, 3. add. VII, 19, 1. *ὅστις τε οὖν καὶ καθ' ἥντινα αἰτίαν ἀφίκετο*. Rursus tempus finitum pro participio reperitur, ut X, 9, 1. *ἐναυμάχησε ναῦν τε παρασκευασάμενος οἰκείαν, καὶ Κροτωνιατῶν ὁπόσοι ἐπεδήμουν τῇ Ἑλλάδι ἀνεβίβασε*. Quo referas etiam VII,

19, 3. *ἄγαλμα ἦν ἐν τῇ λάρνακι, ἔργον μὲν (ὡς φασιν) Ἡφαίστου, δῶρον δὲ ὑπὸ Διὸς ἐδόθη Δαρδάνῳ* pro *δοθέν.* De his *ἱερὸν — ἥγηνται* cf. mox locum, et Not. ad Hellen. p. 152 sq. Post *τὰ δὲ*, quod refertur ad praecedens *τὰ ἄκρα*, subiectum repetitur *τὰ ἄκρα*, ut cap. 23 extr. *οἱ δὲ — διαβαίνουσιν* [*οἱ Κελτοί.* In his *τῷ Διονύσῳ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι μαίνονται*, quibuscum confer II, 7. 6. *ταύτας τὰς γυναῖκας — Διονύσῳ μαίνεσθαι*, videtur esse *sacra furibunda in honorem horum deorum celebrant*, *begehen Festrasereyen zu Ehren dieser Götter.* Ex eo quoque, quod hic adiungitur Apollo, potest intelligi, causam huius furoris non fuisse vinum. Caeterum ibi his sua templa diis fuisse, Schneider adnotavit citans Schol. ad Eurip. Phoen. 236. (227). His pauca adiungenda de *Corycio antro*, quod Mannertus VIII, 169. negat a quoquam peregrinantium esse iam pervestigatum. „Arracoba to the *Corycian Cave* 2 hours. The entry of the grotto is about 17 feet wide, and about half that height. L. is a cavity with good water. The cavern runs in a direction N. and S. The roof is a natural elliptical arch, from which hang many discoloured crystalizations. The length of the first hall is about 200 feet, after which the vault is contracted, and the light fails. Pausanias ascended to it from Delphi by a road 70 stadia (sic coniungit §. 2. viam usque ad simulacrum aeneum, quae fuit 60 stadiorum, cum reliqua via ad antrum) in length, which may yet be traced from the western side and gat of that city." Gellii Itiner. of Greece p. 191 sq. Pariter ex Aracova ad antrum Corycium profectus Raikes de eo in Walpolii Turkey p. 311 sq. ita: „The ascent became more and more steep, until, in an hour's time from Aracova, I was surprised by entering on a wide plain of considerable extent and under cultivation. — we rode across the plain towards the north, and leaving our horses at the foot of the ascent which bounded it, climbed up a steep and bushy slope to the mouth of the Corycian cave. The narrow and low entrance of the cave, spread at once into a chamber 330 feet long by nearly 200 wide; the Stalactites from the top hung in most graceful forms (plura inseruntur de his destillantibus et in lapides durescentibus guttis in hoc antro, quas Plinius etiam commemorat lib. 35). At the end of this great vault a narrow passage leads down a wet slope of rock; I went a considerable way on (sed lumine mox exhausto rediit

et in reditu invenit *antiquam pateram*). An inscription [on the right not far within on a fragment of rock Gell. l. c.] marks that the cavern has been dedicated to Pan and the Nymphs." De *nymphis* consentit Strabo IX, 417. Inscriptio est Raikesio referente haec: *Ευστρατος Δαμιδορου Αμβρυσιος Συμπεριπολοι* (i. e. *Συμπεριπολῳ*) *Πανι Νυμφαις* (to guardian of the place together with the Nymphs· *περίπολος*, *φρουρὸς*, *ἔφορος* Hesych.). Gellius autem l. c. videtur legisse *Ευστρατις Αλκιδαμου* et ultima reddit: *to the wandering Pan and the nymphs his companions*, ut videatur legisse *Συμπεριπολοις*. Visu autem dignum esse hoc antrum Gell testatur et Raikes. *ἀπὸ δὲ τοῦ — Παρνασσοῦ*. Putatur hic Parnassi vertex *Lycorea* (nunc *Liakura*) dictus esse, ibique fuisse *urbs Lycorea* cap. 6, 2. commemorata. vid. Strab. IX, 418. Mannert. VIII, 158.

§. 6. Pro *Τιθορέα* Mosq. semper *Τιθοραια* habet, ut Stephanus Byz. et est etiam §. 9. c. 33, 1. sed illa altera forma frequentius utitur Pausanias. cf. II, 29, 3. IX, 17, 3. Gellio in Itin. of Greece p. 214. videtur Bryanti coniectura dicentis „that *Tith* means a *summit*, remarkably verified by the singular peak above Tithorea." Si coniecturam licet capere, nobis hoc videtur nomen compositum esse ex *ὄρος* et *τιτθὸς mamma;* videmus enim in Epidauriorum quoque finibus montem fuisse *Τίτθειον* nominatum II, 26, 4. *Τιθορέα* igitur *montis* significaret *cacumen*. Idem Gellius dicere Pausaniam non dubitat erravisse narrantem, *octoginta stadiis* Tithoream disiunctam fuisse a Delphis; ipse vult *Dadi*, pagum non procul remotum a Drymaea, distare *duarum horarum* spatio a Tithorea, *deficiente quarta circiter parte*; Dodwellio II, 1. p. 230. intervallum est *unius horae et dimidiatae*. Vterque autem refert, pagum *Beluzza*, *Belitza*, *Velitza*, *Velytza* nunc Tithoreae locum occupasse. sed Mannertus assensum propter hunc nostrum locum retinet VIII, 160. Squire in Walp. Turk. p. 319. ita: „On the road over the tops of Parnassus from Charadra to Delphi may be placed Lilaea, Ledon, *Velizza*, (Tithorea) where are walls and towers of ancient construction." *δὲ* post *διάφορα* Mosq. omisit. Locus *Herodoti* est VIII, 32, *Bacidis* autem in Pausan. IX, 17, 4. *ἐπιστρατιῇ* Mosq. *ἀπιόντος φασὶν* pro *ἐπιόντος φησὶ* Mosq. *ἐπιοντ.* etiam cod. 1410. *τοὺς — κορυφήν*. Gellius l. c. ait: Behind the town (Tithorea) is a singular and

magnificent chasm and glen, with a pretty grove. Above, the peaked rock. is evidently that mentioned by Herodotus, to which the in habitants fled on the invasion of the Persians." *Νεῶνα* vulgo ut adhuc apud Strab. IX, 439. 641), sed scribendum fuit *Νέωνα* ut legitur in ipso, qui citatur, Herodoti loco, et in Pausania X, 2, 2. 3, 2 *δὲ Νέωνα* abest a Mosq. *Τιθορέαν δὲ εἶναι τοῦ Παρνασσοῦ τὴν ἄκραν* Vulgata, quam Schaefer in Meletem. p. 110. ita corrigi voluit, *Τιθορέαν — ἄκρᾳ*, quod cum Bekkero Clavier recepit. Remanet tamen dubitatio, an non lateat in *εἶναι* vis verbi *ὀνομάζεσθαι*. *Tithoream esse* i. e. nominari Hoc *ἐπειδὴ — κωμῶν* illis cap. 3, 2. *ἀνὰ χρόνον — κωμῶν* illustratur. *ἐπειδὴ* omis. 1410. *Τιθορέαν — νύμφης*. Stephanus Byz. ita: *Τιθοραία, πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ νύμφης Τιθοραίας, ὡς Παυσανίας ἐννάτῳ. Ἐνταῦθα Ζῆθος καὶ Ἀμφίων ἐτάφησαν. Ὁ πολίτης Τιθοραιεύς· Ἔστι δ' ἐν τῇ ἄκρᾳ Παρνασσοῦ.* Locus vitiosus, nam *Βοιωτίας* pro *Φωκίδος*, et *ἐννάτῳ* pro *δεκάτῳ* scriptum est, ut puto, non a librario sed ab auctore ipso: vitia iam animadverterat Palmerius in Graec. Ant. Praeterea ex Pausaniae loco male accepto assutum est *Ἐνταῦθα — ἐτάφησαν*, hi enim Thebis erant sepulti. *τεθῆναι* pro *κληθῆναι* Mosq. *ἀρχαῖον* pro *ἀρχαίῳ* Mosq. Forsitan *καὶ* ante *κατασκευὴ* delendum est. idem sensit Bekkerus, qui delere non dubitavit; nos uncos adhibuimus. *τῶν ἐν τῇ πόλει τὰ μάλιστα ἐς λόγον ἥκοντα* Vulg. *τὰ δὲ τῶν* Mosq. qui deinde *τὰ* ante *μάλιστα* omittit, in min. ed. iam sequutus sum. *ἐς λόγον* abest a Mosq. et cod. Paris. 1410.

§. 7. *Καί μοι — ἐδήλωσε·* nimirum IX, 17, 4. *ἐπισπάσαιτο* Vulg. sed *ἐπεσπάσατο* Mosq, et cod. 1410. *ἐκ τοῦ θεοῦ τὸ μήνιμα·* sed in loco Boeoticorum citato *τιμωρίας* posuerat. *συνῳκήσαι* Vulgo, *συνωκῆσαι* Mosq. *συνοικῆσαι* corrigi volebat Kuhnius, melius Sylburgius *συνῴκησε* partim propter augmentum partim ob sequens *καὶ τέθαπται*. Clavier cum Bekkero inter *Τιθορέων* et *τὴν πόλιν* e cod. 1410, ut videtur, inseruit *ῥέων*, sed *Τιθορέων ῥέων* nimis ingratum est ad aures. *Καχάλης*. „Oestlich von Tithorea bildet eine prächtige und mit Holz besetzte Thalbucht eine Trennung zwischen den Felsen des Parnassos, von denen ein Strom in einem verdeckten und rauhen Bette mit stürmischer Heftigkeit herabbrausst. Seine grosse Wassermenge verursacht manchmal während des Winters grosse Verwüstungen.

und deshalb wird er *Kaborkeuma* genannt." Dodwell II, 1. p. 232. apud Gellium in It. of Gr. p. 214. *Kakarema*, qui eum dicit esse *Cachalen*, et effundi in Cephissum. *Καχάλης* dictus videtur a *καχλάζω*, *κάχλασμα*, de aquae cadentis strepitu.

§. 8. *Ἀρχηγέτης* Apollo etiam vocatus est, ut I, 42, 5. cf. X, 4, 5. *ἱκέται* Aesculapii. cf. II, 11, 6. 27, 2. Pro *εἰσὶ καὶ* Sylburgio *εἰσιν αἱ* scribendum videbatur; sed sensus est: *ibi sunt etiam domicilia. καὶ ancora*, Nibby. *ἄγαλμα — γένεια ἔχον, μέγεθος καὶ ὑπὲρ δύο πόδας* Vulgata. Kuhnius putabat, olim *ὑπὲρ δυοκαίδεκα πόδας* scriptum fuisse, quod Clavier in margine repetivit et in translatione expressit. Quaeritur autem an *μέγεθος — πόδας* de simulacri magnitudine intelligendum sit; hoc si esset, forsitan auctor scripsisset *γένεια μὲν ἔχον, μέγεθος δὲ κτλ.* quid igitur si hoc, sublata post *ἔχον* distinctione, ad promissam referatur barbam Aesculapii, qui ferebatur *βαθυπώγων καὶ εὐγένειος* esse? Hunc locum *κλίνη δὲ ἐν δεξιᾷ κεῖται τοῦ ἀγάλματος*, et alterum in Arcad. 47, 2. *κλίνη ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς* Casaubonus ad Suet. Caes. 76. interpretatur de *lectisternio*. cf. Winckelmanni Opp. ed. Dresd. IV, 30. Estne vero *lectisternium perpetuum* cogitandum? et *lectus Minervae atque Aesculapii* denotat lectisternium, *lectus autem Iunonis* II, 17, 5. est signum lectorum nuptialium? Nonne est lectus, cui certis diebus sacris mensa sacris numini aucta rebus apponebatur, et simulacrum imponebatur? *πλὴν αἰγῶν* causam huius rei vides II, 26, 4. 7, si altiora indaganda non putes.

§. 9. Pro *Ἀσκληπιοῦ* est forsitan qui *Ἀσκληπιείου* scribi velit, me non probante nisi codices hanc coniecturam confirmaverint. v. omnino adn. ad VIII, 32, 2. *ἱερὰ* pro *ἱερὸν* Mosq. *Τιθορεῖς* non sollicitem quum eadem haec forma reperiatur in Stephani loco proposito, et repetatur §. 11. adde §. 9. et 33 init. *ἑστιοῦσαν* pro *ἐστιν, οὓς ἂν* Mosq. *Ἴσις* vulgo ut Herod. II, 59. 156. *Ἶσις* scribendum. *οὓς ἂν αὐτὴ προτιμήσασα ἡ Ἶσις καλέσῃ σφᾶς* dictum pro *οὓς ἂν αὐτὴ προτιμήσῃ ἡ Ἶσις καὶ οὓς καλέσῃ*. Loco pronominis relativi repetendi poni interdum *αὐτὸς* seu *σφεῖς* passim iam monitum est. De his *θεοῖς καταχθονίοις* in urbibus trans Maeandrum sitis dixit Strabo XIV, 649 (579); inter Tralles et Nysam esse pagum Acharaca, in quo Plutonium; in eo esse

templum Plutonis et Proserpinae et Charonium antrum, ibique sanari aegrotos per somnia, atque etiam panegyrin quotannis celebrari Acharacis. *οὓς γὰρ ἂν — ἐσιέναι θελήσουσιν* Vulg. Cum Corayo et Porsono *θελήσωσιν* scripsi. *ἐς δὲ τὴν Τιθορέων — τῇ Ἴσιδι πανήγυριν ἄγουσι* Vulgata; Facius ad *ἐς δὲ τὴν Τιθορέων* male intelligebat *Ἶσιν*, interpretans *quod Isin Tithorensium attinet;* imo intelligendum est *χώραν·* sic *πανηγυρίζουσι — ἐς Βούβαστιν πόλιν τῇ Ἀρτέμιδι — ἐς Βούσιριν πόλιν τῇ Ἴσι. κ. τ. λ.* Herod. II, 59. Sic et postea §. 11. *ἐν τῇ Τιθοραιέων.* Cogitantur igitur Phocenses *πανηγυρίζειν ἐς τὴν Τιθορέων* scil. *χώραν,* in qua Isidis templum fuit. Idem Facius aliam proposuit opinionem, dicta haec esse pro *ἐν δὲ τῇ Τιθορ.* scil. *χώρᾳ,* atque hoc recepit cum Bekkero Clavier, qui forsan suis in codd. *τῇ* pro *τὴν* invenit atque *τῇ* est etiam in Mosq. Sunt tamen Phocenses omnes intelligendi panegyrin agentes in Tithorensium agro, ut non tantum Athenienses sed omnes Attici apud Herodotum VI, 111, ubi *θυσίας Ἀθηναῖοι ἀνάγοντες ἐς πανηγύριας τὰς ἐν τῇσι πεντετηρίσι γινομένας* dicuntur. Hoc ut clarius exprimitur Vulgata, ita eadem Herodoti firmatur auctoritate. *καὶ δὶς ἑκάστου τοῦ ἔτους·* Herodotus II, 59. de Aegyptiis *πανηγυρίζουσι,* inquit, *οὐκ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, πανηγύριας δὲ συχνάς.* Verborum *τρίτῃ κτλ.* structura est: *κατὰ δὲ ἑκατέραν τῶν πανηγ. τρίτῃ ἡμέρᾳ πρότερον* scil. *τῆς πανηγύρεως.* Clavier *ὅσοις — ἀπόρρητον* male reddidit, sequutus Amasaeum, cuius interpretatio nunc correcta est. Constructionis *ἄδεια ἐσελθεῖν* exempla sunt in Schaeferi Melet. p. 81. De his *ἃ ἐπὶ — πανηγύρεως* postea. *μελεαγρίδας gallinas Mauras, Africas vel Indicas,* de quibus Facius citavit Salmas. Exerc. p. 871. 872. Clavier graecum retinuit nomen, Nibby reddidit *galli d' india. ὗς δὲ ἐς τὴν θυσίαν οὐ νομίζουσιν, οὐδὲ ὑσὶ χρῆσθαι καὶ αἰξὶν* Vulgata, quam depravatam varia corrigendi fecerunt pericula; Sylburgius quidem putabat scribendum esse *ἐς δὲ τὴν θυσίαν οὐ νομίζουσι καὶ ὑσὶ χρῆσθαι καὶ αἰξὶν,* Kuhnius autem *οὐδὲ οἰσὶ* pro *οὐδὲ ὑσὶ* reliqua non tangens. Clavierio haec correctio probabilis visa est, neque displicuit Abreschio, qui ad Thuc. p. 193. corrigebat: *ὑσὶ δὲ ἐς τὴν — οὐδὲ οἰσὶ χρῆσθαι καὶ αἰξ.* quam emendationem recepit Bekkerus. Facius malebat *ἐς δὲ τὴν θυσίαν* etc. nos autem *ὑσὶ δὲ ἐς τὴν θυσίαν οὐ νομίζουσι χρῆσθαι οὐδὲ αἰξίν.* Sensus: *sacra facere suibus caprisque non*

solent (ritum sequentes Aegyptiorum. cf. Herod. II, 42. 47.) *ὅσιον μὲν δὴ καθαγίσασι τὰ ἱερεῖα ἐς τὸ ἄδυτον ἀποστεῖλαι πεποιημένοις πυράν· καθειλίξαι δὲ δεῖ σφᾶς τὰ ἱερεῖα* Vulgata; *ὅσοις — καθαγίγασι — πεποιημένους ἀρχήν· κατελεῖξαι δεῖ σφᾶς* Mosq. et cod. 1410. Sic *πεποιημένους* iungendum esset cum *δεῖ*, sed *πυρὰν* requirit quae deinde memoratur *ἡ πυρά*. Vulgata ita est interpretanda: *ὅσιον μὲν δή ἐστιν αὐτοῖς, καθαγίσαι τὰ ἱερεῖα καὶ ἐς τὸ ἄδυτον ἀποστεῖλαι, πεποιημένοις πυρὰν* scil. *ἐν τῷ ἀδύτῳ*. *est iis religione constitutum, hostias in adytum missas comburere in pyra ibi facta.* Locus nostro similis est IX, 3, 4: *οἷς οὐχ ὁμοίως δύναμις, τὰ λεπτότερα τῶν προβάτων θύειν καθέστηκε, καθαγίζειν δὲ τὰ ἱερεῖα ὁμοίως πάντα.* Mittebant hostias in adytum, quia non omnibus intrare fas erat; in pyram deinde in adyto structam coniiciebantur victimae (hinc supra *ἱερεῖα ἐνεβλήθη*), et illa incensa (mox *ἡνίκα ἤρχετο ἡ πυρὰ καίεσθαι*) comburebantur. Si quid earum igne non consumtum reliquum repertum erat in adyto ab iis, qui id purgabant, inde egestum defodiebant in destinato loco (*ὅσοις ἐστὶν — ἐνταῦθα*). Forma *κατειλίξαι* apud Lobeck. ad Phryn. p. 30. ionica esset. *κατειλίσσουσι σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι* Herod. II, 86. Tales *τελαμῶνες* sunt etiam ib. VII, 181. *λίνου τελαμῶσιν ἢ βυσ.* cf. ad II, 11, 6. *τρόπος — Αἰγύπτιος* referendum ad linum et byssum; nos diceremus ob hanc texendi rationem linum Aegyptiacum: similiter II, 11, 6. *ἐσθὴς Βαβυλωνία.* Hic *πομπεύειν* intransitive (ut Theocr. II, 68.) *in pompa ire, in pompa ferri.* Pro *πομπεύει τε* Facius sine causa suspicabatur *πομπεύεται* legendum esse. *ἐσπέμπειν* h. l. *importare.* Pro *ἔμπροσθε* scripsi *ἔμπροσθεν* ut est cap. 26, 2. cf. ad I, 18, 6. *καταβαινοντ. ἐς τὸ ἄδυτ.* ergo adytum in humiliore loco fuit. §. 10. est *ἐς τὸ ἄδ. καταπέμψαι.* *Τιθοραίαν.* cf. §. 6, et paulo ante *Τιθοραιεῖς.*

§. 10. Distinctio post *Φοίνικος* male omissa est in Facii et Clavierii edd. *ἐπιχωρίαν* vitium est editionis Facii. *ὡς ἐπετετρ.* ante Kuhn. *ἐπυνθανόμην* scil. *ἐκ τοῦ Φοίνικος*. sed hoc Imperfectum notabile post Aoristum *ἤκουσα*. Apud Pausaniam hic illic Imperfectum reperiri, ubi exspectes Aoristum, Poppo iam monuit in Chrest. Histor. et notavit IV, 5, 2, 3. VII, 16, 5. X, 21, 1. [add. 20, 2.] sed interdum corrigendum est, ut VIII, 36, 1. interdum perperam correctum, ut cap. 37, 4. cf. Add. ad IV, 5, 2. et ipsum Hom. Iliad. XI, 226. *τὸ ἔκος κ. λ.*

Homeri locus Iliad. XX, 131. est *χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς*. Comparandum est illud Exodi 33, 20. *εἶπεν· οὐ δυνήσῃ ἰδεῖν τὸ πρόσωπόν μου. οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν μου καὶ ζήσεται*, ubi vid. Grotius.

§. 11. Praeter necessitatem *τοῦ τε Ἀττικοῦ καὶ τοῦ τῆς Σικυωνίας* corrigebat Sylburgius, iis, quae sequuntur *καὶ τὸ ἐκ τῆς Ἰστρίας* maxime commotus, sed studii, quo Pausanias tenetur, variandae orationis immemor. atque etiam simile est illud Platonis in Gorg. 10. *ἡ τῶν λιμένων κατασκευὴ ἐκ τῆς Θεμιστοκλέους ξυμβουλῆς γέγονε, τὰ δ' ἐκ τῆς Περικλέους, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δημιουργῶν* pro *τῆς τῶν*. *Sicyonia bacca* notissima est ex Virgil. Georg. II extr. *τό τε* abest a Mosq. et cod. Paris. 1410. Quam Facius profert lectionem codicis Mosq. *τῆς νήσου τῆς Ἰστρίας* in meis lectionibus Mosquensibus non reperio. *νῆσος* hic esset *peninsula*. cf. Palmer. Graec. Ant. II, 4, 269. sed cod. Paris. 1410 consentit et h. l. cum Mosq.

CAPUT XXXIII.

§. 1. Pro *καὶ αὐτὴ* sine dubio *καὶ αὕτη* scribendum. Pausaniae aetate urbs *Ledon* incolis destituta erat, quum bello sacro afflicta esset; nomen autem Ledon translatum erat tum ad domicilia, quae septuaginta homines ad Cephissum habebant, ab antiqua Ledonte (de qua cf. ad §. 2 extr.) quadraginta stadiis distantia. *τεσσαράκοντα — ἀνωτέρω σταδίους* Vulg. *σταδίοις* dedi iam in min. ed. cf. ad VIII, 21, 3. idem videtur in cod. 1410 esse, quum, ut nunc video, Bekker. tacite ita scripserit; in Mosq. non est. Vrbs in altiore loco sita fuit his casulis ad Cephissum factis. *κακῶν ἀπέλαυσαν·* namque *ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι καὶ κακῶν* dixerunt, ut Strabo V, 208. *τελέαν* cf. VII, 16, 2. *Μιλήσιοι — Ἰωνίαν.* In declaranda huius loci sententia Kuhnius facem praetulit Facio, qui ita interpretatus est, ut in latina translatione nunc scriptum legitur. idem iam de hoc homine citavit Herod. VI, 11, 106. VI, 2 sq. inde eius res quum essent notissimae, Pausanias de iis tanta usus est brevitate. Pro vulg. *τότε* iam Sylb. voluit *τοτὲ*, quod re-

cepi. Hic ἄλλοτε, τοτὲ, ἄλλοτε. cf. Hermann. ad Viger. p. 792. ἔρως cum Infinitivo simpliciter etiam Thuc. 6, 24. τῶν Φωκέων — σταδίους Λέδοντας τῆς — ἀπέλασαν — ἐνηδόνοις Mosq. καὶ δὴ κτλ. *Philomelus Ledontius* fuit teste Pausania cap. 2, 1. In his Λεδοντίοις — ἀναμάξασθαι formulae Homericae et Herodoteae apparent vestigia. Croesus enim Herodoti (I, 155.) de se ipse ita: τὰ ἐγὼ ἐμῇ κεφαλῇ ἀναμάξας φέρω, ex Hom. Od. XIX, 92. σῇ κεφαλῇ ἀναμάξεις.

§. 2. Pro Λιλαία scribendum fuit Λίλαια ut paulo post et cap. 3, 2. atque in Hom. Iliad. II, 523. Hic ἡμέρας ὁδὸς circiter 180 stadiorum, quod tamen de hiberno tempore accipiendum. τεκμαιρόμεθα ὀγδοήκοντα ἢ Mosq. τοῦ δὲ — ἐπιλήψεσθαι. Namque a Philippo Amyntae fuerat vastata bello sacro finito. vide cap. 3, 2. instaurata igitur potitus est Philippus Demetrii; pro vulgato enim ὑπὸ Δημητρίου scripsi iam in min. ed. ὑπὸ Φιλίππου τοῦ Δημητρίου e Mosq. Iste enim Philippus ut alios Graecos ita etiam Elateam Phocidis urbem habitantes vexavit. vid. cap. 34, 2. Quum Bekker. quoque tacite ita scripserit, idem videtur in cod. 1410 reperisse. πολιορκισθέντες Vulgata; πολιορκηθέντες iam correxit Schaefer editionis nostrae minoris pagina extrema, addens: „πολιορκίζειν lingua graeca ignorat. Alibi quoque litterarum ισ et η confusio barbaras voces procreavit. Cf. quae congessi in Iacobsii Not. ad Anth. Pal. p. 525." Eodem modo correxit Porsonus; Corayi silentium Vulgatam non tuetur, in qua etiam Sylb. offenderat. παρέστησαν κατὰ συνθήκας, καὶ Vulgata, quam corruptam esse etiam haec codicis Mosq. lectio indicat, καὶ τὰς συνθήκας. Graeci dixerunt παραστῆναι πολιορκούμενον seu πολιορκηθέντα, seu πολιορκίᾳ, seu πολέμῳ *obsidione seu bello adigi ad deditionem*; sed qui se ita dedunt, non κατὰ συνθήκας id faciunt, verum armis coacti et rerum inopia; itaque Pausaniam πολιορκηθέντες παρέστησαν κατὰ συνθήκας scripsisse non putans corrigo παρέστησαν, καὶ κατὰ τὰς συνθήκας ἐσήχθη φρουρά σφισιν ἐς τὴν πόλιν, sequutus codicis Mosq. vestigia; in deditione fuit necessitas, his συνθήκαις se subiiciendi. Πάτρῳ Mosq. συνέστηκε ante Kuhn. sed Sylb. correxit cf. 34, 2. ὁ ποταμὸς — πηγάς. De *Cephissi fontibus* prope Lilaeam cf. IX, 24, 1. X, 8, 5. Hom. Iliad. II. 523. Homer. h. in Apoll. 240. Strab. IX, 424. Plin. IV, 4

et 12. p. 261. 267. Bip. ὥστε πλείω συμβαίνει Vulgata; Schneider corrigebat ὡς τὸ πλέον συμβ. Corayus ὡς γε τὸ πλεῖον συμβ. Sylburgius autem atque Porsonus ὡς τὰ πλείω συμβαίνει, *ut plerumque accidit* i. e. *plerumque*; quod recepi in min. meam edit. idem nunc fecit Bekk. φωνὴ ἐστιν οὐ πᾶς λόγος, ἀλλὰ πᾶν ὃ ψόφον δι' ἀκοῆς ποιεῖ. Phav. παρέχεται φωνὴν κτλ. Gellius in Itin. of Greece p. 207. inter *Gravia et Dadi* ponit hos fontes et de iis ita scribit: „Here is a beautiful source, which bursts out of the ground with a loud noise, and is therefore the source of the Cephissus near Lilaea" (?) quanquam de Lilaeae situ incertus fuit. Neque certior de eo factus Dodwellius de loco quodam haud ita procul a pago Bala (Vala) remoto II, 1. p. 225. hunc in modum loquitur: „Man könnte glauben, dass die Ruinen von Lilaea sich hier befinden, und die *Quellen* des Kephissos erblickt man hier in mehrern schönen *Quellen* (! ?), die mit Gewalt aus dem Fusse des Gebirges hervorbrechen, und sogleich in einem reissenden Strom sich weiter ergiessen." Dodwellium non Lilaeae sed Amphicleae ruinas vidisse dicit Mannertus VIII, 170. Gellius ibidem quum de alio loco illi vicino in quo putavit esse Cephissi fontes dixisset, addit: „It is possible that this place may be Lilaea; in fact, if there be no ruins at Suallo, there can be no doubt of it." *Suallo* dicit esse pagum circiter horae dimidiatae via distantem a locis antea ab eo commemoratis. Idem p. 244 ait: „L. of the pass to Salona see the ruin called Mariolates: more l. another ancient city, near Suallo, where is the source of the Cephissus, Lilaea." Lilaea nunc *Lellen*. v. O. Müller. Orchom. p. 497. sed auctore Hobhousio I. p. 295. Lilaea nunc vocatur *Solwala*, et Meletio teste, quem citat, 180 stadiis remota fuit a Delphis. Stephanus Lilaeam non procul abfuisse a Charadra testatur v. Χαράδρα. ἀνερχόμενον Mosq. quod referendum esset ad ὕδωρ, quod vocabulum sequitur. „On the road over the tops of Parnassus from Charadra to Delphi may be placed *Lilaea* at the village Aghourea. Then *Ledon* and Velizza" Squire ap. Walp. I, 319.

§. 3. *Charadra* iam cap. 3, 2. et ab Herodoto VIII, 33. commemorata non longe remota fuit a Lilaea, ut relatum est e Stephano ad §. 2, qui et fluvium *Charadrum* habet. „At the entrance of a road across Parnassus to Delphi Charadra" Squire apud Walp. I. p. 319.

Charadram fuisse, ubi nunc est pagus *Mariolatis* seu *Mariolata* suspicantur Dodw. II, 1, 225 sq. et Gell. p. 206, de positu incerti. add. adn. ad §. 2. *Χάραδρος, κατερχόμενος ὅσον τρία ἐπ' αὐτὸν στάδια, ἐκδίδωσιν* Vulg. Sylburgius suaserat, ut post *Χάραδρος* insereretur *ὅς*· paruit illi Clavier nobis non probantibus. Eiusdem Sylburgii emendationem *τρία ἀπ' αὐτῶν στάδια* recepit Parisinus editur. Hic locus in Bekk. ed. ita legitur *ἐστι Χάραδρος κατερχομένοις ὅσον τρία ἐπ' αὐτὸν στάδια· ἐκδίδωσι δὲ ἐς τὸν Κηφισόν, καί μοι* quod non dubitavimus recipere. Ibidem est *ἀγορᾷ* pro vulg. *αἴθρᾳ*, neque hoc aspernandum. Pronomen *αὐτοὺς* refertur ad praecedens voc. *βωμοί*.

§. 4. *διακεκριμένων ὁρίστης* Mosq. *γῆς — ἀρίστης* cod. 1410. *Κηφισὸν* ante Facium, qui e Mosq. *Κηφισσὸν* dedit; ita scribitur etiam apud Herodotum VIII, 33. Strabonem IX, 424, sed in Homeri loco, qui continuo affertur *Κηφισόν*, quod in sequentibus saepius retinuit Facius, quanquam codex Mosq. sibilantem semper duplicet *ὥστε καὶ λόγος, τοὺς ἐς τὴν πόλιν μὲν Παραποταμίους μὴ ὀνομασθῆναι, ἐπὶ δὲ τῶν παρὰ τὸν Κηφισσὸν γεωργούντων πεποιῆσθαι τὸ ἔπος* Vulgata. *παραποταμίοις* cod. 1410. qui deinde *παρὰ* omisit. *τοὺς* abest a Mosq. *τοὺς ἐς* Goldhagenus et Facius delendum censebant. Ego corrigebam *λόγος ἐστὶ, πόλιν μὲν κτλ.* sed in minore editione ita scribere nondum audebam; nunc video, eodem modo correxisse Porsonum et scripsisse Clavierium, idemque me iure posci existimo. Pausanias enim hoc vult: esse, qui negent, Parapotamios urbis fuisse nomen, locum enim Homeri propositum pertinere ad Cephissi accolas. Huic autem opinioni Pausanias ait repugnare et quae legantur in Herodoto, qui VIII, 33. urbem Parapotamios iis Phocidis urbibus accensuerit, quae combustae sint a Persis, et quae tradantur de Aichmaea Parapotamio, qui in ludis Pythicis pugilatu victor fuerit inter pueros. *γεωργούντων* omisit Mosq. In Homerico versu (Iliad II, 522) est *Κηφισὸν* in Ald. Francof. Kuhn. et in Wolf. ed. Hom. sed Facius et Clavier hic quoque cum Mosq. *Κηφισσὸν* scripserunt. *κατείλοχεν.* cf. cap. 24, 1. *κατείλοχε* Mosq. *οὐ μέντοι κτλ.* ubi *ἀλλὰ ἐς — κατενεμήθησαν* Mosq. omisit. Vrbs *Paropotamii* a Persis combusta postea restituta est, sed iterum eversa bello sacro (v. Pausan. X, 3, 2.); et quum posthac instaurata non esset a Thebanis et Atheniensibus

(vid. cap. 3, 2. sub fin.), Pausaniae aetate etiam ruinae perierant, neque ubi posita fuisset haec urbs, quisquam dicere poterat. Hinc intelliges, non multum aut nihil tribuendum esse Straboni IX, 424. (534) dicenti, Παραποτάμιοι δ' εἰσὶ κατοικία τις ἐπὶ τῷ Κηφισσῷ ἱδρυμένη πλησίον Φανοτεῦσι, καὶ Χαιρωνεῦσι, καὶ Ἐλατείᾳ. Aliter statuendum de iis, quae idem e Theopompo de loci positu attexuit, de quibus cf. O. Mülleri Orchomen. p. 35, et adde haec Gellii in Itin. of Gr. p. 219. „A pass (inter Elephta et Kaprena i. e. Chaeronea) formed by a proiection from Parnassus r. and the western end of Hedylius l. Here the plain of Elatea ends, and that of Chaeronea begins. Parapotamia seems to have been situated on an insulated hill in the entrance of this pass, on the l. bank of the Cephissus, near or at Belesh, a village. It is situated exactly opposite Agios Blasios.“ Vrbem eversam testatur sed locum monstrat Plutarchus Syll. 16.

§. 5. ταύτην τὴν Ἀμφίκλειαν ἐλυμήναντο οἵ τε ἐπιχώριοι τῷ ὀνόματι, καὶ Ἡρόδοτος μὲν Ὀφιτείαν ἐκάλεσεν Vulg. Primum ταύτην — Ἀμφίκλειαν Accusativus est absolutus, nam λυμαίνεσθαι adiunctum frequenter habet Dativum; sensus: *quod ad hanc Amphicleam attinet, nomen huius urbis corruperunt.* Deinde in οἵ τε ἐπιχώριοι κτλ. videor mihi deprehendere lacunam existimans, excidisse καὶ Ἀμφικτύονες· itaque scripsi οἵ τε ἐπιχ. τ. ὀνόματι καὶ Ἡρόδοτος μὲν κτλ. Pro Ὀφιτείαν est ἀμφίκλειαν (Facius profert Ἀμίκλειαν) in Mosq. sed Ἀμφίκαιαν ex Herodoti VIII, 33. restituendum esse omnes viderunt, et recepit nobiscum Clavier, quum et Stephanus Ἀμφίκαιαν ex Pausaniae decimo habeat, eandemque ab eodem etiam dici Ἀμφίκλειαν tradat, ut monuit iam Sylb. qui hanc urbem dictam docet παρὰ τὸ ἐκεῖ ἀμφοτέρους κανθῆναι, τόν τε παῖδα καὶ τὸν ὄφιν. Nomen Ὀφιτείαν et hic et paulo post ex iis, quae infra narrantur, et ex margine videtur illatum esse. Ἀμφικτύονες — ἐξενεγκόντες. Hoc *decretum* significatur cap. 3, 2. verbis Καὶ ἐς ἔδαφος — πόλεις. — τότε δὲ — οἱ Ἀμφικτύονες. Ergo in hoc decreto urbs haec evertenda non Ἀμφίκαια sed Ἀμφίκλεια appellata est, namque in his vulgatis ὄνομα ἔθεντο αὐτῇ Ὀφιτείαν pro Ὀφιτείαν scribendum est Ἀμφίκλειαν. e Mosq. qui ἀμφίκλειαν hic offert. Recte etiam supra c. 3, 2, ubi de hoc decreto sermo est, Ἀμφίκλειαν legitur: idem nunc hic cum Cla-

vierio et Nibbyo restituimus. Tria enim huius urbis nomina distinguit Pausanias, primum et antiquissimum fuisse Ἀμφίκαιαν, ex eo secundum Ἀμφίκλειαν factum esse ab Amphictyonibus post bellum sacrum: tertium esse Ὀφιτείαν, quod fabula huic urbi det inter huius regionis incolas propagata. Ἀμφίκλεια autem solemne fuit nomen Pausaniae aetate. εὐνήπιον pro νήπιον et πλὴν τὴν pro πλείστην Mosq. Hoc ἀγγεῖον forsan λάρναξ fuit. cf. V, 17, 2. δράκοντα δὲ ἰσχυρὸν ἀνέχειν τὴν φρουρὰν Vulg. ἰσχυρὰν Mosq. Hinc in minore editione ἰσχυρὰν ἔχειν τὴν φρουρὰν scripseram; sed fortasse scribendum fuit ἰσχυρὸν ἔχειν τὴν φρουράν. Etiam Corayus ἔχειν pro ἀνέχειν voluit. ἐσπειρωμένον Vulgata; iam Lobeckius ad Phryn. p. 204. malebat σπειρώμενον· idem seu ἐσπειραμένον praeferebat Corayus, quorum posterius Bekker. ut puto e cod. 1410. recepit. σπειροῦν aliter fere usurpatur de iis, qui fasciis involvunt, ut Callim. h. in Iov. 33. ἐλπίζειν in *re mala* ut saepe, non tantum apud Iones. cf. Sch. ad Thuc. I. init. II, 11. IV, 9. Pausan. VIII, 50, 5. Adeo τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου dixit Thucydides VII, 61. ὁμοῦ καὶ pro καὶ ὁμοῦ Mosq. τὴν πυρὰν τῷ δράκοντι καὶ τῷ παιδὶ ἐποίησεν ἐν κοινῷ ante Facium, qui μίαν ante τὴν πυρὰν e Mosq. inseruit. Rursus μίαν atque etiam τὴν ante πυρὰν Clavier delevit, recte; idem mox inter τὴν πόλιν et Ὀφιτείαν inserit ἐθέλουσιν e cod. 1410, quod nos imitati sumus. De *Amphiclea* Dodwellius in Itin. II, 1. p. 226. Sickl. ita: „*Dadi* ist eine volckreiche griechische Stadt am Fusse des Parnassos und auf dem Grund einer alten Stadt. Wahrscheinlich ist Dadi die alte Amphikleia, da sie Pausanias *sechzig* Stadien von Lilaea setzt, was beinahe den 2 Stunden 7 Minuten entspricht, die wir von den Quellen des Kephissos bis Dadi brauchten." Hobhousio quoque *Dthadthi* est Amphiclea. Gellius in It. of Gr. p. 208. 210. 244. Amphicleam potius Oetae subiicit, et addit: „by a proiection of the mountain Oeta from Kamara is concealed Amphiclea." Inter Charadram et Tithoream Squire apud Walp. I, 319. ponit pagum *Tharthia*. θέας δὲ μάλιστα ἄξιον, Διονύσῳ δρῶσιν ὄργια. Vulgata. Pro θέας δὲ est ἃ in cod. 1410 atque etiam in Mosq. qui deinde Διονύσῳ bis habet. Facius post ἄξιον stellulam, hiatus signum, interposuit, putavit autem cum Amasaeo et Goldhageno locum sic restituendum esse: θέας δὲ μάλιστα ἄξιον ἄδυτον· Διονύσῳ δρῶσιν

ὄργια ἔσοδος ἐς τὸ ἄδυτον etc. ut δρῶσιν esset Dativus; sustulit etiam distinctionem post ὄργια in sua editione. Sed ἔσοδος ἐς τὸ ἄδυτον videtur coniungendum esse cum sequentibus; structura enim orationis haec est ἔσοδος ἐς τὸ ἄδυτον οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἐν φανερῷ σφισιν ἄγαλμα. ergo nullum hic Bacchi simulacrum vidit Pausanias, quum adytum adire nefas esset. Clavierius scripsit θέας δὲ μάλιστα ἄξια Διονύσῳ ὄργια δρῶσιν. ἔσοδος κτλ. sed non potius hoc quam Amasaeum sequitur haec eius interpretatio: „Ce qu'on y voit de plus remarquable c'est *un temple* de Bacchus; l'entrée du sanctuaire est cachée, ainsi que la statue; on y celebre des orgies en l'honneur du dieu." Similis est Nibbyi translatio: „Merita specialmente di essere veduto *il recesso*, dove celebrano i misteri di Bacco; l'ingresso in quello è aperto (?), ma la statua non si vede." Locum esse mutilum vix dubium est, et excidisse, quod Amasaeus suspicatus est, ἄδυτον post ἄξιον, indicat, quod deinde sequitur, τὸ ἄδυτον· sed quum Διονύσῳ geminetur in Mosquensi, opinamur scriptum fuisse θέας δὲ μάλιστα ἄξιον Διονύσου ἄδυτόν ἐστιν, καὶ ἐνταῦθα Διονύσῳ δρῶσιν ὄργια. ἔσοδος κτλ. seu — ἐστιν ἐνταῦθα, καὶ Διονύσῳ. Nos signum lacunae post ἄξιον posuimus. Post ἔσοδος inseruit δὲ cod. 1410. Ἀμφικλείων Mosq. De *Baccho fatidico* cf. IX, 30, 5. μάντιν τέ σφισι τὸν — νόσων σφίσι καθεστηκέναι Vulg. Posterius σφίσι cum Mosq. omisi. αὐτοῖς τε τοῖς Ἀμφικλειεῦσι legi voluit Sylburgius; bene.

§. 6. ἀπωτέρω σταδίους Vulg. σταδίοις edidi. cf. ad VIII, 21, 3. hic quoque tacite consentit Bekker. ut §. 3. Τιθρώνιον sine varietate, quae notata est ad cap. 5, 2, atque etiam Clavier. ἐν πεδίῳ κειμένη cod. 1410 et editt. ante Facium, qui e Mosq. κείμενον restituit. Ruinas *huius urbis* esse auspicatur Dodwellius II, 1, 229, ubi nunc est *Moulki*, quod a Dadi via unius horae cui tertia pars deest diremtum est, et situm ad laevam Cephissi; assentitur Gellius in It. of Gr. p. 210. 211. 245. Rursus autem Squire apud Walpol. p. 319. transfert Tithronium in dextram Cephissi ripam. De numero πεντεκαίδεκα vide paulo post. Quae hic et cap. 3, 2. Δρυμαία, ab Herodoto VIII, 33. Δρύμος πόλις, a Stephano Byz. qui hunc Pausaniae decimum librum citat, Δρυμία vocatur. De ea cf. Mannert. VIII, 171 sq. qui ibi nunc esse refert *Babam*. De εἴκοσιν paulo post, καθότι — συμμίσγουσιν,

ἔστιν Vulg. Nescio quo errore in Clav. ed. post συμμίσγουσιν maxima est distinctio; hunc correxit Corayus, qui et καθ᾽ ὅ τι, legi vult. Formam Τιθρωνεὺς agnovit etiam Stephanus; non erat igitur cur Berkelius et Palmerius in Graec. Ant. p. 650. Τιθρωνιεὺς mallent. cf. adn. ad cap. 32. 3. de forma Θεμισωνεὺς, adde Τιθορεύς, Λεκλεύς. Qui vulgo sic legitur locus: ἀπέχει δὲ Ἀμφικλείας ἡ Δρυμαία σταδίους ὀγδοήκοντα, ἀποτραπέντι ἐς ἀριστερὰ κατὰ Ἡροδότου λόγους. Ναυβολεῖς δὲ τὰ ἀρχαιότερα, καὶ οἰκιστὴν κτλ. partim mutilus, partim male acceptus est. Primum in spatio *octoginta stadiorum*, quo Drymaea ab Amphiclea abfuerit, offendit Palmerius, qui in Exerc. et in Graec. Ant. p. 648. hunc numerum corruptum esse opinatur, quum praecedentes numeri πεντεκαίδεκα et εἴκοσιν tantum *triginta quinque* efficiant. Hunc sequutus Gellius in Itin. of Gr. p. 210 scripsit: the confusion of stadia between Amphiclaea and Drymaea in Pausanias is fatal to all certainty. That author gives 80 stadia as the distance *direct* (??) from Amphiclaea to Drymaea, and only 35 passing through Tithronium, so that the text must of course be corrupted." Quare Goldhagenus πεντεκαίδεκα mutavit in πεντήκοντα, et apud Hobhousium I, 295. dicitur Tithronium *quinquaginta* stadiorum spatio distare ab Amphiclea. Sic, additis *viginti* inter Tithronium et Drymaeam, efficerentur *septuaginta* stadia inter Amphicleam et Drymaeam; estne igitur ἑβδομήκοντα pro ὀγδοήκοντα scribendum? me quidem iudice hoc faciendum non est, quum quae putatur obiecta esse difficultas (etiam O. Müllero Orch. p. 497. molesta), non sit insuperabilis. Non est enim obscurum, quod tamen Gellius non vidit, et tantum non verbis suis *distance direct* ne alii viderent, impedivit, duas Pausaniam distinguere vias ab Amphiclea ad Drymaeam, quarum altera ἡ ἐς Δρυμαίαν ἐξ Ἀμφικλείας ἡ εὐθεῖα dicitur, *via recta*, altera verbis significatur ἀπέχει δὲ Ἀμφικλείας ἡ Δρυμαία σταδίους ὀγδοήκοντα ἀποτραπέντι ἐς ἀριστερὰν haec est *via ad laevam deflectens et per circuitum ab Amphiclea ad Drymaeam ferens*: (quam posteriorem Müller per errorem εὐθεῖαν dicit); sunt enim ἀποτραπέντι ἐς ἀριστερὰν necessario nectenda cum praecedentibus ἀπέχει — ὀγδοήκοντα. Non est igitur probandus Clavierius, qui maxima post ὀγδοήκοντα distinctione temere usus est. Recta igitur breviorque via triginta quinque, longior et ad sinistram excurrens octoginta stadio-

rum fuit. adde extremo hoc capite notata. Pro vulgato ἐς ἀριστερὰ e Mosq. ἐς ἀριστερὰν dedi. cf. cap. 24, 5. 35, 1. adde V, 6, 3. ἀριστερῶν est in cod. 1410. Post ἀριστερὰν ad lacunam indicandam stellulam inserui, neque proxima κατὰ Ἡροδότου (τοὺς inserit cod. 1410.) λόγους — ἀρχαιότερα sine codicum auxilio putavi corrigenda; quod Valckenarius ad Herod. VIII, 33. suasit, ut verba κατὰ Ἡροδότου λόγους hinc ablata cap. 34, 2. post ἐστιν ἐν ταύταις insererentur, parum nos iuvat; Facius tamen haec tria verba, quae Sylburgius quoque negavit ad praecedentia quadrare, uncis circumdedit. Buttmanno supplenti καλουμένη καὶ Δρύμος praeiverat Clavier; is enim suspicatus est ita legendum esse: Ἀποτραπέντι ἐς ἀριστερὰ πόλις ἣν Δρύμος καλουμένη κατὰ Ἡροδότου λόγους, sed hunc in modum interpretatur: „En tournant à gauche vous arrivez à la ville qui suivant Herodote se nommoit anciennement Nauboles, et qui a été fondée etc.“ Nibby ita reddidit: „Drimea è distante da Anficlea ottanta stadi; voltando a sinistra (secondo i detti di Erodoto) vi erano ne' tempi piu antichi i Naubolesi.“ Sed de his Naubolensibus nihil est apud Herodotum, ergo haec pars coniecturae inanis est. „Nauboli Apollodorus meminit, et Homerus Il. β, dum Schedium et Epistrophum Phocensium duces filios esse dicit Ἰφίτου Ναυβολίδαο.“ Sylb. Huius Iphiti mentionem facit Pausanias X, 4, 1. 36, sub fin. Butmannus in Catal. Argon. v. Iphitus hunc sensum nostri loci verbis subiicit: *Naubolenses dictos Phocenses olim.* quod non congruit cum Paus. X, 1. γενέσθαι φασὶ Vulg. γενέσθαι σφίσι Mosq. Ald. quod recepi. Verba Δήμητρος — ἀρχαῖον ex hoc Pausaniae loco repetivit Stephanus, sed pro Δρυμαίοις habet Δρυμίοις, quod Berkelio nomen non gentile sed urbis esse videbatur pluralis numeri neutriusque generis, quocum non satis congruit quod apud Pausaniam sequitur αὐτῇ ἑορτὴν ἄγουσι. Gentile apud Stephanum est Δρυμιεύς, et Berkelius negat ἀναλόγως duci gentile Δρυμαῖος a Δρυμαία· nonne vero apud Stephanum ab Ἀναία τὸ ἐθνικὸν Ἀναῖος est? λίθου Mosq. omisit. ἑορτὴν ἀπάγουσιν Vulgata; Sylb. correxit ἑορτὴν ἄγουσιν probante Porsono. cf. IX, 3, 4. 31, 3. X, 32, 10. Possis etiam ἑορτὴν ἀνάγουσιν proponere, quod Schneidero placebat et legitur apud Herodot. III, 79. IV, 108. sed illud ut Pausaniae frequentatum praetuli: nunc idem sensisse Corayum video. Vt possit in

Phil. Sen. Im. II, 9. p. 68. Iac. quaeritur an ibid. c. 19. p. 85. possit ἀνάγειν ferri. ἐπαίτιον pro ἐπέτειον Mosq.

De *Tithronii ac Drymaeae positu* haec adiungenda sunt. Dodwellius II, 1, 229. quum ruinas prope *Moulki* (vide paulo ante) commemorasset, pergit: „Wahrscheinlich sind diess die Ruinen von Tethronion, die nach Pausanias 15 Stadien von Amphikleia lag; und ihre ietzige Entfernung von Dadi beträgt 40 Minuten, (et p. 227. idem narrat) wir gelangten nach 1 Stunde 20 Minuten von Dadi zu der Stadt, deren Entfernung von der letztern 45 (? nonne 35?) Stadien entsprach. Dies war nach Pausanias die Entfernung der Stadt Amphikleia von Drymeia. Wahrscheinlich wird die letztere durch die Ruinen bezeichnet, die am Fusse einer Hügelkette an einer einzelnen Erhöhung liegen etc.“ Gellius in Itin. of Gr. p. 210 et 245. suspicatur, ruinas, quae iaceant prope Dadi, Drymaeae. Apud Hobhousium quoque I, 295 Drymaea 20 stadiis distat a Tithronio. Squirio teste apud Walpol. p. 319. Drymaea fuit supra Elateam, et ruinae paucae arcis in clivo munitae videntur eius indicare positum.

CAPUT XXXIV.

§. 1. *Elatea* Pausaniae quidem exceptis Delphis, Straboni autem Suidae, Harpocrationi, Stephanoque Byzantino omnium Phocidis urbium maxima fuit; et loco sita ad Boeotiam invadendam prorsus opportuno. v. Strab. IX, 407. 417. 418. 424. Mannert. VIII, 173. Livio est *Elatia*. κεῖται κατὰ Ἀμφίκλειαν Nibby reddidit *è situata come Anficlèa*, melius Clavier Amasaeum sequutus *elle est située à l'opposite d'Amphiclée*. Sensus videtur esse: *Elatea ita sita est ut inde ad Amphicleam linea prope recta duci possit; liegt in der Richtung nach Amphiclea hin.* Cf. c. 36, 3. Eodem modo loquutus est Herodotus I, 76. II, 148, ubi reddunt *ex adverso*. In Strab. X, 456. (89) *iuxta* XIII, 318. *contra*. In O. Mülleri *Karte der Thäler des Kephissos u. Asopos* Amphicleae versus euronotum Elatea subiecta est, similiter in Carta della Grecia antica in Nibbyi interpretatione Pausaniae. De spatio quod dirimat Chaeroneam ab Elatea cf. ad

IX, 40, 3. *ἐς αὐτὴν — σταδίων.* De stadiorum numero dissentit Dodwellius, qui II, 1. p. 233. ita: „Nach 2 Stunden und 10 Minuten kamen wir von Tithoraia in dem Dorfe *Eleuta* an. Dieser Ort liegt auf den Trümmern von Elateia, welches nach Pausanias von Amphikleia 180 Stadien entfernt lag. Aber wenn Dadi Amphikleia ist, so muss sich hier in diesem Schriftsteller ein Irrthum befinden, indem von Dadi aus bis zu Eleuta nur 3 Stunden 40 Minuten sind, die aufs höchste nicht mehr als 100 Stadien betragen." (Ad quod quid dicat Mannertus v. apud eum VIII, 172.) Hoc vero non satis est, sed sumens, prorsus eadem, qua ipse iverit, eundum Pausaniae fuisse via, occasionem arripit sui a Pausania dissensus excusandi omnemque culpam in illum transferendi, pergit enim ita: „In der That scheint Pausanias diesen Theil von Griechenland keinesweges mit seiner sonst gewöhnlichen Sorgfalt besucht und durchforscht zu haben, denn in den Entfernungen der Städte von Doris und Phokis, die er gegenseitig angiebt, herrscht sehr grosse Verwirrung." Sed ubi harum turbarum causae lateant, nonne aequum est disquirere, antequam pronunciare audeas? At nominatim in Phocidis locis agnoscendis saepe ipsum erravisse Dodwellium, Pausaniae verba male interpretatum, monuit Mannertus VIII, 160. 170. 171. 172. 123. 131. Auctore Gellio in Itin. of Gr. p. 215. „Belutza (Tithoraea) to Elephta (Elatea) 2 hours 4 minutes." Quod alii atque etiam Squirius apud Walpol. p. 319 dixerant, Elateae locum nunc occupatum esse pago Turcochorio, idem Gellius cum Dodwellio II, 1, 232. negat, credens unius fere horae via ab hoc pago Elateam distare. Pro *ἀνάντης ἡ* Mosq. *ἀναντήσῃ.* idem pro *Ἐλατειέων* et *Ἐλατειεῦσι* habet *Ἐλατέων, Ἐλατεῦσι* ut deinceps in Vulgata legitur §. 2. et cap. 35, 1. illa vera, haec corrupta forma est. cf. Steph. Byz. et Etym. M. *ἄστεος* e Mosq. dedit Facius. Cf. c. 8 extr. *ῥεῖ — Κηφισσός·* sed auctore Strabone 407. (429) *δι' Ἐλατείας,* quod de regione intelligi non potest, quum addat, *μεγίστης τῶν ἐν Φωκεῦσι πόλεων.* At vero haec urbs in altiore videtur loco sita fuisse teste Pausania. „Ihre Trümmern liegen am Fusse einiger Hügel, die zur Kette des Knemis und Oeta gehören." Dodw. II, 1, 233. *ὠτίδες outardes, ottarde, aves tardae, Trappen.*

§. 2. *στρατείαν* Vulgata. *στρατιὰν* scripsi volente etiam Sylburgio. *ἀντὶ δὲ τούτου τοῦ ἔργου Ῥωμαῖοι δεδώκασιν αὐτοὺς ἐλευθέρους ὄντας ἀτελῆ νέμεσθαι τὴν χώραν.* Vulg. *τούτου* Mosq. omisit, qui deinde *ἅτε μὴ* pro *ἀτελῆ* habet. Pro vitioso *αὐτοὺς* dedi iam in min. ed. *αὐτοῖς*· sic paulo post *ἐλευθέρους εἶναι δέδοταί σφισιν ὑπὸ Ῥωμαίων.* cap. 35, 2. *Ῥωμαῖοι Ἀβαίοις δεδώκασιν αὐτονόμους σφᾶς εἶναι.* Nunc video Corayum et Bekkerum eodem modo corrigere, atque Sylburgio etiam in mentem venerat, quanquam is *αὐτοὺς* ferri posse crederet. *ἐξεγένετο contigit illis; ὑπῆρξέ σφισι quod voluerunt consequuti sunt.* Totum hoc *Ἐλατεῦσι — ἐκφυγεῖν* ipse scriptor paulo post illustrat. *τὸν Κασσάνδρου πόλεμον διαφυγεῖν* fuit I, 26, 3. *Ἔλατον γὰρ — οἰκιστὴν γενέσθαι.* Quae igitur Pausanias VIII, 4, 2 VII, 15, 3. tradidit, in iis Elatensium famam sequutus est. Hanc reiicit O. Müller in Orchom. p. 191. cum Strabone IX, 424. iudicans Elateam, cuius nullam Homerus mentionem fecerit, fuisse recentiorem, et tempore bellorum, quae Thessali cum Phocensibus gesserint, exstructam. Dodwellius tamen propter arcis muros, quorum reliquiae supersint, Tirynthis similes ruditate, de Elateae antiquitate in dubium vocata minus dubitat. *ἡνίκα — θεῷ* cf. IX. 36, 2. VIII, 4, 2. Hic *ἀριθμῆσαι ἔστιν* non est, *licet annumerare*, sed *annumeranda est.* Post *ἐν ταύταις* Valckenarius e cap. 33, 6. verba *κατὰ Ἡροδότου λόγους* putavit inserenda esse; sane Herodotus VIII, 33. Elateam his accenset urbibus, sed Pausanias iam cap. 33, 4. monuerat, Herodotum *καταλέγειν τὰς πόλεις, ὅσας βασιλεὺς Ξέρξης τῶν ἐν Φωκεῦσιν ἐνέπρησε,* atque ex hoc ipso illius catalogo cap. 3, 2. commemoraverat *Elateam* a Xerxe incensam; itaque nulla fuit causa, cur Pausanias denuo scriberet, urbibus a Xerxe in Phocide combustis annumerandam esse Elateam *secundum Herodoti narrationem.* Pro *ἐν κοινῷ* est *ἐοικυῖαι* in Mosq. *ἐϋκυῖαι* in cod. 1410. sed quod sequitur *τὰς δὲ καὶ ἰδίᾳ* tuetur Vulgatam et ipsius sententiae ac loquutionis ratio. *ἐκ Μακεδόνων*· Philippus Amyntae iam ea potitus est. *καὶ ἐπὶ μὲν — πολιορκίαν.* cf. de hac re cap. 18, 6. I, 26, 3. quo posteriore loco dicuntur *Olympiodoro* aeneam Delphis statuam posuisse, quae ibi fortasse non magis quam Philopoemenis (v. ad cap. 6, 1.) fuit aetate Pausaniae. *ἐν* ante *Ἐλατείᾳ* Mosq. omisit. idem pro *οἱ* habet *ὁ*, sed *ὁ* ante *δῆμος* ut cod. 1410 omisit. *οἱ δὲ* refer-

tur ad Elatenses; appositio est ὁ δῆμος — ἀρχάς. Mox πισταὶ — τῶν Ῥωμαίου πολιορκία καθέστησαν — Μιθριδάτη ἡγοῦντος — δέδωται Mosq. τὸ δὲ Κοστοβώκων τε τῶν λῃστικῶν τὸ κατ' ἐμὲ τὴν Ἑλλάδα ἐπιδραμὸν Vulgata; Facius τε censebat delendum esse; atque ita scripsit Clavier, nos τε uncis notavimus; Cf. adn. ad VIII, 36, 2. forsitan τὸ Κοστοβώκων δὲ τῶν corrigendum. Bekker. cum Kuhnio mallit: τῶν δὲ Κ. τὸ λῃστικόν. *Costoboci* Sarmaticis accensentur gentibus, et putantur sedes ad Istri partes orientales habuisse. v. Mannerti Geogr. IV, 183. 269. 352. Nomen scribitur etiam Κοστούβωκοι et Κοιστοβῶκοι teste Is. Casaubono ad Capitolin. vit. M. Anton. Philosophi c. 22, ubi huius imperatoris bellum contra istas gentes commemoratur, cuius Pausanias etiam mentionem fecit VIII, 43, 4. quo loco simul cum nostro ad aetatem Pausaniae definiendam usi sumus in Praefatione vol. I. p. VIII. περὶ αὐτῶν — συνέστηκε Mosq. idem vitium in συνέστηκε notatum est cap. 33, 2. ἐν Ἐλατείᾳ δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν τοῦ δρομέως Μνησιβούλου χαλκοῦς ἕστηκεν ἀνδριάς an scripserit Pausanias fortasse quispiam dubitet, quae via verbis κατὰ τὴν ὁδὸν significetur, non videns; sed nulla dubitandi causa est, quum ἐν Ἐλατείᾳ non sit *Elateae*, *à Elatée*, *in Elatea*, *zu Elatea*, ut vulgo interpretantur, sed *prope Elateam*. Amasaeus alia putavit ratione rem expediendam esse. Quodsi de lacuna cogitandum est, poterit ita expleri: κατὰ τὴν ἐς ἀγορὰν ὁδόν· sequitur enim illico Ἡ δὲ ἀγορὰ αὐτή.

§. 3. ἀγορὰ αὕτη ante Facium, qui Sylb. emendationem ἀγ. αὐτὴ recepit. ἦτε — ἦτε — μνῆμα τὸ Mosq. ἐργαζομένοις idem. De *Timocle et Timarchide* ad §. 4. μαρχίδης pro Τιμαρχίδης Mosq. sed Vulgatam tuetur Plinius XXXVI, 4 (5), 10. Cum τῷ πέρατι iunges τῆς πόλεως. utrum πέρας intelligendum sit, significatur interpositis verbis, τῷ ἐν δεξιᾷ. De his χαλκοῦν — ἀρχαῖον cf. adn. ad cap. 35, 3.

§. 4. Si lectio Κραναίας sana est, hoc vocabulum vix aliunde duci possit nisi a nomine Κρήνη seu Κρανάη, quae insula fuit Atticae; credibile tamen est, Minervam ita appellatam esse, quia eius templum erat ἐν κραναῷ seu, ut Pausanias ait, ἐν λόφῳ ἀποτόμῳ. Dodwellius e pago Eleuta progressus versus meridiem adiit locum, ubi huius templi supersunt ruinae non procul iacentes a *fonte* et in rupe praerupta exiguae altitudinis;

idem II, 1, 256. quid reliquum sit huius aedis indicat. adde Gellii Itin. of Gr. p. 217. qui de hoc templo ita: „It is to be found by proceding up the glen behind Elephta, leaving the brook r. on the direct road to Talanta, anciently *the nearest way to Abae and Hyampolis.*“ Cf. Pausan. cap. 35 init. *ἡ δὲ ὁδὸς ἐπὶ τοσοῦτον ἀναντεστέρα, ὡς ἀνιόντι μηδὲν καὶ λεληθέναι μᾶλλον αὐτῆς τὸ ἄναντες* Vulgata; Sylburgius Faciusque putarunt, structurae legem postulare *ἀνιόντα*, et posterior ita interpretatus est: *ita ut, qui ascendit, maiorem viae acclivitatem probe sentiat*, hunc opinatus constructionis esse ordinem *ὡς καὶ ἀνιόντα μηδὲν λεληθέναι τὸ μᾶλλον ἄναντες αὐτῆς*. Sed isto modo Pausaniam sua disiecisse verba, vel iniquioribus illi vix persuadebitur; itaque magis probaverim Kuhnium suspicatum, post *μηδὲν* excidisse *ἐνοχλεῖν*, et hunc esse sensum: *in tantum acclivis via est, ut ascendenti nil molesta sit, imo potius ipse nesciat se ascendere per acclive.* Aliquid deesse post *μηδὲν* quispiam existimet; nos hic, meliore deficiente remedio, virgulam fiximus supplentes *εἶναι* hoc sensu: *ut adscendenti nihil sit eius acclivitas* (i. e. ei non sit molesta) *atque minus subinde illa ab eo sentiatur* (i. e. quo longius progreditur eo minus ab eo sentiatur), proprie: *eius acclivitas magis occultetur.* quum *λέληθα* sit *lateo.* Clavier Facii sequutus vestigia sic interpretatus est: „le chemin qui y conduit va tellement en montant, qu' à mesure que vous avancez ce qui vous reste à faire paroît toujours plus escarpé.“ Corayi coniectura est *μὲν* pro *μηδὲν* legendum esse; quae quid prosit, equidem non video. Buttmannus hanc proposuit coniecturam *ὡς ἀνιᾶν τὸ μηδὲν*. Pro *ἀναντεστέρα* est *ἀναντέραστα* in Mosq. *οἰκήσεις διὰ τῶν στοῶν habitationes continuae sunt per has porticus, per totas has porticus continuantur habitationes*, „Wohnungen ziehen sich durch diese Hallen hin.“ *οἰκίσεις* Mosq. *σύνης* pro *τῆς ἱερωσύνης* idem. Pro vulg. *ἱεροῦνται* non dubito quin scribendum sit *ἱερᾶται*, nisi forte credis *ἱερᾶσθαι* et *ἱεροῦσθαι* promiscue usurpata esse, quae Sylburgii fuisse videtur opinio. v. adn. ad II, 32, 1. *συνεχῆς* Ald. *συνεχῶς* Camerar. voluit. *συνεχῆς* Mosq. idem deinde offert *παρὰ τῆς θεοῦ*, quod Clavier nulla, ut equidem existimo, necessitate recepit, licet *δίαιταν victum* interpreteris. *καὶ λουτρὰ ἀσάμινθοι — ἀρχαῖον et pro balneo ei est solium more antiquo. βαλανεῖα γάρ*, ait Artemidorus I, 64,

οὐκ ᾔδεσαν οἱ πάνυ παλαιοί· ἐπεὶ ἐν ταῖς λεγομέναις ἀσαμίνθοις ἐλούοντο, non enim, addit, συνεχῶς ἐλούοντο οἱ ἄνθρωποι. Cf. Hom. Od. XVII, 87, ἐς δ' ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέστας λούσαντο. In Mosq. est αἰασάμινθοι. καὶ τοῦτο οἱ Πολυκλέους παῖδες. Ex his Facio nata est suspicio, *Timoclem et Timarchidem*, qui §. 3. dicti sunt Athenienses et Aesculapii signum Elateae fecisse, fuisse *Polyclis filios*. Polyclem ipsum Atheniensem fuisse, scimus e VI, 4. p. 461. Quodsi haec suspicio, ut videtur, probabilis est, non satis inter se congruunt quae leguntur in Meyeri Hist. art. inter Graec. Polyclem circa Olympiadem centesimam secundam, Timarchidem autem inter nonagesimam quintam et centesimam floruisse. Idem p. 95 vulgatam in Plin. XXXVI, 4 (5), 10. lectionem: *Item Polycles et Dionysius Timarchidis filii* sequutus Polyclem Timarchidis fecit filium, quum tamen Harduinus verba: *Item Polycles et Dionysius*, ut in pluribus omissa codicibus, abiecisset. His scriptis legi eadem deesse in iis, quos Silligius contulit, et ab hoc viro doctissimo duos Polycles distingui. vid. Amaltheae vol. III. p. 290 sqq. καὶ ἐπείργασται τῇ ἀσπίδι τὸ Ἀθήνῃσι μίμημα ἐπὶ τῇ ἀσπίδι τῆς καλουμένης ὑπὸ Ἀθηναίων Παρθένου. Vulgata. τῶν Ἀθήνης Mosq. τῷ Ἀθήνησι Ald. τῶν Ἀθήνῃσι ego jam in min. edit. scripsi; transpositis verbis Clavier μίμημα τῶν Ἀθήνῃσι ἐπί. E suo codice tacite Bekker. scripsit ut ego. De iis quae in Minervae Virginis clypeo expressa fuerunt, v. adn. ad I, 24, 7.

CAPUT XXXV.

§. 1. Ἐς Ἄβας — ἄστεως. Cf. de *hac via* adn. ad §. 4. cap. 34. καὶ ante ἐξ Ἐλατείας omisit Mosq. uncis notavi. ἄστεος Fac. e Mosq. cf. ad cap. 8 extr. ἐκτραπέντι, οὐ πολλὴ ἐπ' ἀριστερὰν ὁδὸς ἡ ἐς Ἄβ. ante Facium, qui e Mosq. ubi est πολλὺν, scripsit ἐκτραπέντι οὐ πολὺ ἐπ' ἀριστερὰν, ὁδὸς κτλ. Qui igitur Orchomeno Opuntem proficiscens paulum deflectit ad sinistram, incidit in illam viam, quae ex Elatea ad Abas ducit. In Strabone IX, 423. (524) scribitur male Ἀβαί, ubi v. Tzsch. et de loco Strabonis O. Müller Orchom. p. 40.

et Mannert. VIII, 175. ubi de urbe et oraculo. cf. ad §. 2. „Abae is only 15 miles distant from *Dystomo* (the ancient Ambryssus) and 19 minutes from *Bogdana* (Hyampolis)“ Gell. Itin. of Greece p 175. 225. ἀπὸ Ἄβαντος· In Suida, Phavorino et Stephano Byz. est ἀπὸ ἥρωος Ἄβα. nam Ἄβας nomen proprium utroque modo flectitur auctore Herodiano apud Stephanum. Hic *Abas* Lyncei filius etiam II, 16. p. 145. commemoratus est.

§. 2. εἶναι τὰς Ἄβας Vulg. εἶναι καὶ Ἄβας cod. 1410. Mosq. Clav. χρηστήριον κτλ. De *Apollinis oraculo*, quod Abis fuit, cf. IV, 32, 5. Soph. Oed. T. 910. (871). Stephan. Byz. Phavor. Strab. IX, 423. Diod. XVI, 58. Herodotus VIII, 33. testatur, sua aetate fuisse adhuc illud oraculum. Post χρηστήριον cod. 1410 et Mosq. καὶ inserit. στρατεία ante Facium, sed ante Kuhnium Sylburgius corrigendam censuerat. Ἑλλήνων — ὑπομνήματα. Res haec nota est ex Isocrat. Paneg. 41 et Lycurg. c. Leocr. 19, 8. addere nunc licet illud Ciceronis de republ. III, 9. „fana ne reficienda quidem Graii putaverunt, ut esset posteris ante os documentum Persarum sceleris sempiternum.“ τὸν ἔχθους Mosq. ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ. cf. IX, 32, 4. Ἀθηναίοις — Φαληρικῇ. Huius templi semiusti mentionem fecerat I. 1, 4. καὶ οἱ ἐπὶ Φαληρῷ τῆς Δήμητρος! Hoc vitium Vulgatae, quod iam in minore correximus editione, omnium fefellit oculos, etiam Clavierii atque Bekkeri, quum tamen ope loci I, 1, 4. facile posset detegi: hic enim ostendit, unum ibi fuisse Cereris templum: scripseramus igitur καὶ ὁ, et deinde Φαλήρῳ pro vulgato Φαληρῷ, de qua correctione cf. adn. ad I, 1, 2. τοῦ ante ἐν Ἄβαις e Mosq. primum addidit Facius. βρασθέντας pro βιασθέντας Mosq. Rem verbis ἐς ὃ ἐν τῷ κτλ. indicatam tangit Diodorus Sic. XVI, 58. nec non Eusebius Praep. Ev. VIII. p. 392. Cot. ubi Phayllus ἐν τῷ ἐν Ἄβαις ἱερῷ συνεμπρησθεὶς ἀπολέσθαι dicitur ex altera fama. Quum Abarum urbs igne bis vastata esset, non potuerunt hic Phocensium donaria ex Herodoti VIII, 27. commemorari. Pro δὲ post δεύτερον Bekker. δὴ scribendum suspicatur. εἱστήκει κτλ. Constructio est: οἰκοδομημάτων, ὁπόσα ἤδη φλὸξ ἐλυμήνατο, ἀσθενέστατον scil. τὸ ἱερὸν εἱστήκει καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι, ἅτε ἐπὶ — αὖθις κατειργασμένον ὑπὸ κτλ. *Ex omnibus aedificiis, quae iam laeserat flamma, ut maxime ruinosum hoc templum stabat adhuc mea aetate, utpote post*

Medicum (Persarum) ignem, qui antea corruperat, postea Boeotico (Boeotorum) igne confectum. προλωβᾶσθαι deest in Schneideri ac Passov. Lex. gr. ἐπὶ τοῦ Βοιωτίου — κατειργασμένοι Mosq.

§. 3. ἄλλος ναός, ἀποδέον ἐκείνου μέγεθος Vulgata; scripseram ἀποδέων (cf. cap. 36, 2.) iam Schneidero ita corrigente, nunc video idem placuisse Corayo. Ἀνδριαντὸς — ἀναθήματα Mosq. idem post ἔστι μὲν omisit ἔστι δέ, perperam. Et haec ἀγάλματα ἀρχαιότερα, et illud χαλκοῦν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἀρχαῖον apud Elatenses cap. 34, 3, difficile iudicatu est, quatenus *antiqua* dicta sint a Pausania. Fortasse opponuntur signis, quae Pausaniae procudebat aetas. Quod autem de Abaeorum theatro ac foro additum hic legitur, κατασκευῆς ἀμφότερα ἀρχαίας (*tous deux d'une architecture très ancienne,* reddidit Clavier) est forsan de veterum operum reliquiis intelligendum, ut quod §. 4. de Hyampoli narratur. Amasaeus verba τὰ δὲ ἀγάλματα — Ἄρτεμις non recte accepit; constructio enim est τὰ δὲ ἀγάλματα ἀρχαιότερα, Ἀπόλλων — Ἄρτεμις, καὶ αὐτῶν — ὀρθὰ *haec simulacra et ipsorum sunt donaria Abaeorum, facta autem ex aere, et pariter erecto statu posita.*

§. 4. Ἐπανελθόντι — εὐθεῖαν respondet praecedentibus §. 1. ἰόντι ἐς Ὀποῦντα — ἡ ἐς Ἄβας. *Hyampolis* auctore Strabone IX, 416. 424. vicina fuit Opunti et Parapotamiis; de eius positu, quem adhuc ignorari dicit Mannertus VIII, 177, cf. O. Mülleri Orchom. p. 40. Si fides G. Gellio habenda est, nunc ibi iacet *Bogdana,* et „Kaprena (Chaeronea) to Bogdana 2 h. 48 m." Idem iter illinc huc factum narrans in Itin. of Gr. p. 223 ait: „The village of Bogdana is situated at the iunction of three vallies; one toward Talanta, and forming a pass from Locris; one toward Abae and Orchomenos, and the third toward Parnassus and the plain of Elatea. Talanta is three hours distant, Elephta three hours over the hill. Hyampolis is upon a little eminence in the centre of the vallies at their iunction." Hobhousio teste Hyampolis priscum nomen retinuit, seu *Hiapoli* vocatur. Plures fuisse huius nominis urbes, perperam creditum esse, contendit O. Müller l. c. p. 496, ubi etiam de Strabonis loco contrario IX, 424. emendando et interpretando dicit aliter ac Mannertus l. c. τῶν δὲ ἐνταῦθα — ἀφίκοντο ἐνταῦθα. Sed Phavorinus ait: Ὑάμπολις εἰ

μὲν ἀπὸ τῶν Ὑάντων ὠνόμασται τῶν περὶ Βοιωτίαν, οὐκ ἔστιν ἀκριβῶς εἰπεῖν· οὐ πολὺν ἔσχε λόγον παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Idem legere est apud Eustathium ad Iliad. II, 521; ubi *Ὑάμπολις* in Phocicis adnumeratur urbibus, addit autem Eustathius *φασὶ δὲ τοὺς ἐγχωρίους καὶ σὺν τῷ σ λέγειν αὐτὴν Ὑσάμπολιν.* Estne vero antiquior haec forma? De *Hyantibus* e Boeotia oriundis cf. IX, 5, 1. Müller. l. d. p. 130. adde Schol. Pind. Ol. VI, 152. Polit. ad Eustath. l. c. T. II. p. 565. barbaris eos accenset Strabo VII, 321. IX, 401. Apollodorus autem apud Strab. 10, 464. dixit Hyantes Boeotia relicta *ἐποίκους τοῖς Αἰτωλοῖς γενέσθαι.* *Κάδμου* pro *Κάδμον* Mosq. *ἀγορᾶς ἀρχαίας κατασκευὴ* *fori prisci substructio* ut cap. 57, 3? antea *ἀγορὰ κατασκευῆς ἀρχαίας* §. 3. *σκευὴ* pro *κατασκευὴ* Mosq. idem cum cod. 1410. *ὁ* ante *βασιλεὺς* omisit. Ad *ἀπ — οὐδενὸς* est *ὕδωρ* supplendum. *τὸ δὲ ἄγαλμα ὁποῖόν τι ἐστιν, οὐκ ἐδήλωσα* Vulgata; Sylburgio aptius videbatur *ἠκρίβωσα* *accurate inquisivi;* ego vero prorsus assentior Kuhnio corrigenti *ἐδήλωσαν*, *ostenderunt* (ut Soph. Ai. 462. *ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανείς;*) quum enim constitutum esset, ut bis tantum quotannis templum hoc aperiretur, neque his ipsis temporibus Pausanias Hyampolin venisset, fieri non potuit ut Dianae simulacrum in templo collocatum videret. Quam emendationem tanto minus dubitavi adsciscere, quod videram alibi esse in contrariam partem peccatum. v. adn. ad VIII, 5, 1. *ἀνγνύναι* Mosq. *ἱερὰ ἐπονομάσωσιν εἶναι.* eodem modo loquutus est IX, 29, 1.

§. 5. *ἡ εὐθεῖα — Σχιστήν.* Hanc enarravit viam Pausanias cap. 4—5, 3. De *Σχιστῇ* cap. 5, 2. Quae hic *Στίρις*, eadem cap. 3, 2. *Στεῤῥὶς* vocatur, sed in Plut. Cimon. cap. 1 extr. *Στεῖρις*, quae vera videtur esse scriptura, si, quae de sua origine narrarunt Stirienses, iis fides habeatur. Qui ex Damonis Chaeronensis posteris hic habitabant, aeolica usos esse dialecto, Plutarchus l. c. non dicit, ut putavit O. Müller, qui ex hoc et nostro loco sua hausit in Orchom. p. 257. „*Dystomo* (Ambrysus) to St. Luca 1 h. 38 m. [a little more than an hour. Sibthorp ap. Walp. p. 69.] The ruined walls of the ancient city of *Stiris* on the pointed hill west of the monastery of St. Luke. The city of Stiris ran up the pointed hill behind the monastery (St. Luke) to W. St. Luke Stiriotis to Lebadia 4 h. 33 m.“ Gellii Itin. of Gr. p. 175. 177. adde p. 171. *ἐκ τοῦ δήμου τῶν Στι-*

ρίων Vulg. τοῦ pro τῶν e Mosq. dedi iam in ed. minore; atque etiam Bekker. scripsit, quanquam in cod. 1410. τῶν invenerat. Deinde scripsi Στειριέων, quod voluerunt Sylburgius, Meursius de Popul. Attic. et Facius, nam populus atticus Στειρία, et popularis Στειριεὺς dictus est teste Stephano cum Etym. M. auctore et cum Suida. ἐπὶ τοῦτο ante Kuhn. qui a Sylb. monitus correxit tacite errorem, quem erravit etiam Mosq. ἐκ πηγῆς — πηγήν· inscriptionem huc pertinere creditam habet Müller in Orchom. p. 89. κατειλημμένον ταινίαις scripsit Facius e Mosq. quocum consentit 1410, pro vulgato κατειληγμένον. Sylb. vel κατειλημμένον vel καθειλιγμένον corrigi voluerat, quorum posterius commendabat Lobeckius ad Phryn. p. 30. κατειλιγμ. scribens. Ego cum Porsono et Corayo κατειλημένον dedi, quod propius accedit ad lectionem Mosq. idem receptum est VIII, 8, 2, codicis auctoritate confirmatum. ἄγαλμα ἀρχαῖόν ἐστιν ἄλλο ὁπόσα Δήμητρι ἐς τιμήν Facius, namque ante hunc maxima distinctio posita erat post ἄλλο. Sylburgio videbatur ante ὁπόσα excidisse periodi protasis, ἔνθα τελεῖται, vel aliquid tale; Buttmanno καὶ τούτῳ γίνεται. Kuhnius putabat nihil deesse, sed scribendum esse ἀρχαῖον εἴ τι ἄλλο, ὁπόσα *vetustum (est) si quod aliud earum, quae in honorem Cereris facta sunt.* quod in margine repetivit Clavier. Facius malebat ἀρχαῖόν ἐστιν καὶ ἄλλα, ὁπόσα. Ego Amasaeum quidem imitatus ad hiatum indicandum stellulam inserui; coniecturis autem reliquis Kuhnianam praetulerim, quod mihi similiter occurrit emendatio ἀρχαῖόν ἐστιν εἴ τι ἄλλο.

CAPUT XXXVI.

§. 1. Ἄμβρυσσον Vulgata, quae cap. 3, 2. IX, 13, 2. IV, 31, 5. simplici sibilante hoc nomen extulit. sed de scriptura huius nominis cf. adn. ad IX, 13, 2. Nobiscum consentit praeter Livium 32, 18. etiam Strabo IX, 423. 424. Mosquensis sibi hic constat in Ἄμβρωσσος, cod. 1410 in ἄμβροσσος et Ἀμβρωσσέων profert Hobhousius T. I. p. 257. e tribus inscriptionibus apud Meletium; rursus inscriptio apud Walpol. p. 514. habet Ἀμβρυσιος, Goltzii autem numus apud Berkelium ad

Steph. Ἀμφρυσιων, quam scribendi rationem Stephanus ipse sequutus est, optimam iudice Berkelio. *Ambrysus* nunc vocatur *Distomo* auctore Gellio in Itin. of Gr. p. 171. Sibthorpius apud Walp. p. 69. removet eam a Delphis quinque horarum via. „Lebadia to Distomo 4 h. 8 m. Daulia to Distomo 2 h. 25 m. [the route from Daulis to Ambrysus passes the ὁδὸς σχιστή Squire ap. Walp. 319.] Distomo to St. Luca 1 h. 38 m.“ Gellius 169 sqq. add. Dodw. I, 1. 264. Ambrysum in altiore campo sitam unius circiter horae via diremtam esse a mari testatur Squire l. c. et 359. pro ἐκ Στίριως est ἐκ Στιρίων ὡς in Mosq. ἐν τῇ γῇ idem. Post Ἀμβρυσίων punctum, quod antea fuit, sustulit Facius. Sed pro ἐν γῇ τῇ Ἀμβρ. voluerunt ὕσγη seu ὕσγαι ἐν τῇ Ἀμβρ. Sylburgius et Salmasius Exerc. p. 273 legi, atque ὗς, quod sequitur, Turnebus Adv. XIX, 25. mutandum censuit in ὕσγη. quod sequutus est Billerbeckius in Flora Class. p. 232. cum Schneidero in Lex. gr. Kuhnius putabat, esse quidem ὕσγινον ἐν τῇ Ἀμβρ. legendum, quod autem postea Vulgata habet ὗς, retinendum: eandem Palmerius in Exerc. Faciusque tuendam existimarunt, et recte; primum enim quatuor codd. Parisini, quibus accedit Mosquensis, eam confirmant. Deinde probabilis est eorundem sententia, Galatas hanc arbusculam, κόκκον, confudisse cum ilice aquifolia, quum nihil similius sit frutici, quem Arabes *Kermes*, Graeci κόκκον vocent, quam illa ilex, quae Francogallis etiam hodie nominetur *Hous*, una syllaba et adspiratione aspera. Esse enim *Kermes* speciem ilicis exilioris, quem Dioscorides etiam πρῖνον appellet; barbaros autem illos Gallos, qui Kermes fruticem non novissent, quum in Asia eum abundare viderent, putasse esse aquifolium, et eum vocabulo suo Gallico; ὗς, *hous* vocavisse. Addunt etiam, Galatas graecam vocem κόκκος auditam ex ipsorum lingua *coche, suem*, interpretatos *hous*, ὗς nominasse. Caeterum in Mosq. et cod. 1410 est πεφύκασι μέν τοι καὶ (αἱ) οἱ θάμνοι, atque ita scripsit Clavier; hoc ut cum praecedentibus iungi posset, e coniectura Bekker. qui eodem modo scripsit, antea post Ἀμβρυσίων inseruit οὐ. Hic ὁ et ἡ θάμνος, quod iam adnotatum est in Matthiaei gram. §. 94. ἡ κόκκος, *coccifera quercus, Kermeseiche, Scharlacheiche*, quam dicunt πρῖνον etiam vocari. Hanc quercum etiamnunc frequentem esse in illa regione testatur Sibthorpius apud Walp.

p. 69. Dodwellius autem de suo itinere Daulidem facto I, 1. p. 265. Sickl. ita: „Der Weg führte uns durch eine beträchtliche Menge von Zwergbäumen, *Pirnari*, *Prinari*, oder *Pirnos* (mit Versetzung des R) genannt. Dieses Gewächs trägt eine kleine Eichel, welche man *Prinokockos* nennt. Sie ist der korcktragende Eichbaum (quercus coccifera), der *Prinos* des Dioscorides, oder die *ilex cocciglandifera*.“ *ῥάμνος frutex spinosus*, sed qui sit, definiri vix potest iudice Schrebero in not. ad Theocr. IV, 57, ubi in *montibus* nasci dicitur. Vulgo legitur ἢ ἡ σχοῖνος· τὰ μέν τοι ἄλλα ἐοικότα ἔχει τῇ σχοίνῳ. Clavier σχῖνος — σχίνῳ scripsit, et ita legerat Amasaeus, quem sequutus sum, quum lentisco magis quam iunco folia viderentur convenire forsan etiam articuli foeminini generis: maiorem autem distinctionem post σχῖνος mutavi in minimam. Caeterum Palmerius in Exercit. narrat, se olim correxisse πρῖνος — πρίνῳ, et deinde vidisse Salmasium in Exercit. p. 1342. asserere, quaedam antiqua exemplaria habere πρίνῳ, quod nescio an de correctionibus intelligendum sit in editionum margine notatis: sed longius abit haec scriptura a vulgata. στρύχνος *solanum*, cuius tamen variae sunt formae. ὄροβος *ervum*, *die Erve*; fructus eius rotundus modo piperis. In locum Vulgatae δέ τοι substitui Sylburgii correctionem δέ τι. Contra hoc γίνεται δέ — ζῷον Sibthorpius apud Walp. p. 69. „the coccus, ait, generally deposits itself on the leaves and the branches of the oak, seldom on its fruit, as Pausanias affirms.“ κυηθῆναι forsitan *natum esse*. Clavier reddidit: „avant que l'insecte en (intelligit fructum cocci) soit sorti.“ quasi legisset κινηθῆναι. atque hoc ipsum e cod. 1410. Bekker. protulit, et ego recepi. Vulgatum diversum est a praecedente γίνεσθαι· hoc enim denotat, e semine aliquo aliquid *fieri*, illud autem id quod fiat ad *maturitatem pervenire*. εἰ ἀφίκοιτο de eo, quod cogitatur; *si pervenerit ad auram, volat*; sin sequeretur πέτοιτο, esset: *si perveniret ad auram, volaret*.

§. 2. Ἡ δὲ — Παρνασσόν· sed Dodwellius I, 1, 264. ait, „dass Ambrysos an dem Fusse des Parnassos liege, ist nicht ganz wahr, indem sich zwischen beiden wenigstens eine Entfernung von sechs (engl.) Meilen findet.“ Sed quis Dodwellium docuit κεῖσθαι ὑπὸ ὄρος esse tantummodo posse, *subiectum iacere ipsi monti impendenti?* aut quare sequutus est Amasaei interpretatio-

nem *sub ipso monte sita est?* nos *ipso* delevimus. Indice Müllero in Orch. p. 38. Ambrysus sita fuit in campo altiore inter Parnassum et Cirphin; ibidem fuisse angustias viarum e Phocide in Boeotiam ferentium, intelligitur e IX, 13, 2. τὸ Παρνασσὸν Mosq. τὰ ἐπέκεινα — Δελφοί *ulterius*, id est, *si quis inde recta ulterius pergat in Parnassi iuga; sunt Delphi.* Sylb. interpretatus est: *ab altera Parnassi parte.* ἢ Δελφοὶ coni. Bekker. δὲ post Θηβαῖοι Facius e Mosq. inseruit. idem codex habet τοῦ Μακεδόνων. Verbis autem Θηβαῖοι — πόλεμον bellum Phocicum seu sacrum, de quo Palmerius Graec. Ant. p. 644. cogitavit, non potest significari; si locus integer est, bellum erit quod Thebani cum Atheniensibus coniuncti contra Philippum Amyntae Elatea potitum susceperunt, intelligendum. Idem Palmerius putavit, post κύκλος δὲ ἑκάτερος τοῦ τείχους hiatum esse, deesse enim mensuram circuli murorum; at non hanc, verum quam latus altusque fuerit uterque murus urbem ambiens, indicare voluit Pausanias. Pari felicitate Dodwellius Itin. I, 1. p. 264. Sickl. quae a scriptore prodita est horum murorum mensura, an vera esset dubitavit, ea quae deinde adiunguntur κατασκευὴ — αὐτίκα ἀμύνεσθαι, parum considerans; his autem reddi videtur ratio, cur ita neque altius exstructi fuerint hi muri; nihil iis effici volebant nisi ut repentinae hostium incursiones defenderentur. *Altitudo autem decem quinque pedes aequabat, latitudo propemodum sex.* Pro vulgato ἀποδέον scripsi ἀποδέων ut cap. 35, 3. Hic Kuhnius idem voluit, et hic recepit Clavier quoque. πλάτος, μέγεθος, ὕψος et similia in talibus absolute ponuntur, interdum vero Dativus, ut cap. 37 extr. De significatione verbi πονεῖν, quae huius loci, neque vel apud Pausaniam (vid. V, 20, 2. 3. VI, 18 extr.) vel apud alios scriptores rara est, dicebamus ad Hellen. nostra p. 125 sq. Opponuntur huic verbo θεραπεύειν et ἀκεῖσθαι.

§. 3. De scriptura Ἀντίκυρα cf. Tzsch. ad Strab. IX, 418 (496); *Anticyra* etiam in latina inscriptione apud Dodwellium I, 1. p. 237. Sickl. *Anticirra* autem in Peuting. Tab. VII. Veterum locos de hac urbe congessit Palmerius in Gr. Ant. p. 609 sqq De duplici cf. ad c. 37, 2. *Phocicae* positum indicat Mannertus VIII, 154 sq. Haec *Anticyra* nunc *Asprospiti*, *Asprospitia*, *Aspro-Speti* apud Gellium in Itin. of Gr. 174 et Dodwellium I, 1, 264, atque hoc interprete Aspro-Speti de-

notat *domum albam*, quod ille nomen ducit a Neptuni templo κεκονιαμένῳ τὰ ἐντὸς apud Pausaniam paulo post §. 4. „Asprospiti is the port of Dystomo. The peninsula of Asprospitia is a bold promontory, joined to the continent by an isthmus. The road from Dystomo after a little ascent descends for about three miles to the port" Gell. l. c. Teste Dodwellio inter Dystomo et Asprospiti via est duarum horarum. ὁμαλεὺς pro ὁμαλὲς Mosq. Pro Δικτυνναίας Spanhemius ad Callim. p. 320. putabat Δικτύννης legendum esse, sine iusta causa. ἄγουσιν vulgo. ἐργασίαν Mosq. ἐργασία hic i. q. ἐργασίας τρόπος VIII, 53, 5. μέλανος τοῦ λίθου, eiusdem quem modo (§. 2.) commemoraverat. πᾶσα abest a Mosq. κατάντης latini interpretes reddiderunt *acclivis*, a Sylburgio iam notati. τὰ δὲ ἀρχαιότερα — ἡλικίαν. Kuhnius putabat post αὐτὸν excidisse γε εἰδότα, *etsi ipse non ignoraret, quod iam tum vocaretur Anticyra.* Facius, si quid mutandum esset, ὅτι mutatum vellet in ἅτε, interpretatur autem θελῆσαι *maluisse*, praeeunte Sylburgio. Equidem θελῆσαι θέσθαι interpretor *de industria posuisse*, ut loci neque mutili neque corrigendi sensus sit: *et Homerum ipsum quidem de industria dedisse urbi hoc nomen (Cyparissum), quoniam iam tum appellabatur Anticyra.* Quod ergo dicitur, hoc est: Homeri aevo duplex huic urbi nomen fuisse, Cyparissum et Anticyram, illud antiquius, hoc recentius, sed illud consulto adhibitum esse ab Homero ut antiquius, quoniam iam tum usurpari coeperit hoc recentius. θελῆσαι seu ἐθελῆσαι videtur esse ita velle, ut quod velimus faciamus, vel facere studeamus. cf. Aeschyl. VII. c. Th. 597, et Paus. c. 37, 4. *Studere* est in Pindar. Ol. 13, 12. Homeri locus de hoc *Cyparisso* est Iliad. II, 519. Supra cap. 5, 2. Anticyra fuit in urbibus, quarum ὄνομα ἦν ἐκ παλαιοῦ. Prisca autem nomina in carminibus Graecos magis usurpasse quam nova, Pausanias ipse VII, 17, 3. significaverat. Eandem hanc Homerum sequutum consuetudinem vidimus IX, 40, 3, ubi nostro loco prope similia leguntur. Ἀντικυρέα quendam Herculis aequalem commemorat etiam Stephanus his verbis: ἦν δὲ καὶ ἀνήρ τις Ἀντικυρεὺς, ὅντινά φασιν ἐλλεβορίσαι τὸν Ἡρακλέα μετὰ τὴν μανίαν. Verba κεῖται — κατὰ Μεδεῶνος τὰ ἐρείπια interpretanda puto *ex adverso* ut cap. 34, 1. De positu *Medeonis Phocici* cf. ad cap. 3, 2. In Mülleri Orchomeno Medeon Anticyrae oppositus est ab occasu. ἐδήλωσα κ. τ. λ.

Hunc locum non recte interpretatus est Amasaeus, ἀσεβῆσαι — Δελφοῖς referens ad Medeonem, quum Anticyrenses spectet. E verbis ἀρχομένης τῆς ἐς Φωκέας Porsonus συγγραφῆς putavit excidisse, nobis animo addendum videtur ut interdum σύγγραμμα supplendum est. Bekker. post Φωκέας hiatum notavit: Buttmannus συγγραφῆς καὶ Μεδεωνίους καὶ Ἀντικυρέας addi vult. ἀρχομένης τῆς συγγραφῆς dicitur ut ἀρχομένου τοῦ δρόμου VI, 13, 5. ἀρχομένης τῆς μάχης X, 23, 4. cf. I, 15, 2. Post ἐν Δελφοῖς Facius putabat Ἀντικυρέας hoc ipso vocabulo continuo sequente absorptum, et a Pausania scriptum esse ἐν Δελφοῖς Ἀντικυρέας. Ἀντικυρέας δ' ἐποίησεν κτλ. sed nomen Ἀντικυρέας verbis ἐς τὸ — Δελφοῖς animo adiungendum eruitur e praecedentibus κεῖται μὲν δὴ ἡ πόλις. Caeterum hoc dicit Pausanias: Anticyrenses cum reliquis Phocensibus templum Delphicum expilasse, ideoque bello sacro eorum urbem a Philippo Amyntae esse eversam (vide cap. 3, 2.), et deinde iterum per Romanos e sedibus eiectos esse ut dicto audientes Philippo Demetrii. ἐποίησε δὲ καὶ δεύτερα ὁ Ἀτίλιος ὁ Ῥωμαῖος Vulgata a Xylandro ita constituta. sed Loescher Ὀτίλλος cum Mosq. (ut VII, 7, 4.) et Aldina; sed ὁ ante Ἀτίλιος hic delendum videtur. Amasaeus *Titum Flaminium* posuit e Livio XXXII, 18. et Kuhnio suadente atque Loeschero Clavier tum hic tum paulo post ὁ Τίτος scripsit sibi non constans, quum VII, 7. Atilii nomen non tetigisset. Est enim VII, 7. de eadem hac re narratio, et quum ibi constanter legatur Ἀτίλιος, patet in nostro loco nihil esse mutandum. Sylburgio et hic et VII, 7. legendum videbatur *Villius*. Bekkerus et hoc et illo loco Ὀτίλιος scripsit e cod. 1410.

§. 4. ἐλέβορος Mosq. Haec τὰ δὲ ὄρη — ἐλλέβορος quam accurate scripta sint, inscius testatur Sibthorpius apud Walpolium p. 70; is enim quum negasset, ullum se neque albi neque nigri ellebori vestigium circa Anticyram deprehendisse, addit: „the hellebores were probably brought from the higher and colder regions of Parnassus.“ ἐλλέβορος μέλας putatur esse *elleborus orientalis* Linnei. ὁ μὲν αὐτοῦ μέλας *altera forma eius, niger*. Pro vulgato χωρεῖται Kuhnius legendum censuit διαχωρεῖται *transit per alvum*: quae correctio probata est Valckenario. ἐλλέβορος λευκός, *veratrum album*, est σησαμοειδής. Strabo enim IX, 418. (497) distinguens Anticyranum et Oetaeum seu Maliacum elleborum narrat

γίνεσθαί τι σησαμοειδὲς φάρμακον ἐν τῇ Φωκικῇ (Anticyra), μεθ᾽ οὗ σκευάζεσθαι τὸν Οἰταῖον ἐλλέβορον. Plinius autem XXII, 64, 24. (25) ita: „Est aliud *sesamoides* Anticyrae nascens, quod ideo aliqui *Anticyricon* vocant." Hinc apud Hesychium ac Phavorinum est ἀντικυρικὸν, ὁ ἐλλέβορος. Harduinus ad l. l. Plinii hoc e Dioscor. IV, 152. attulit: Σησαμοειδὲς τὸ μέγα ἐν Ἀντικύρᾳ ἐλλέβορον καλοῦσι, διὰ τὸ μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἐλλεβόρῳ. Ante δι᾽ ἐμέτου vulgatam καὶ omisi cum Mosq. λογάσιν ᾠκοδομημένον λίθοις „der aus *trefflichem* Gestein erbaüt war" Dodwellius I, 1. p. 265. Sickl.! quod sumtum est ex Amasaei *selectis lapidibus*; vides, quomodo tibi hi scriptores sua doctrina imponant, ex alienis interpretationibus referentes, nisi diligenter caveas. De his lapidibus cf. ad cap. 5, 2. κεκονίαται δὲ τὰ ἐντός *calce autem dealbati sunt eius parietes interiores*, ut iam Valckenarius ad Theocr. I, 30, qui ex Eustathio affert hoc: οἱ μεθ᾽ Ὅμηρον κονίην τὴν τίτανον λέγουσιν, ἐξ ἧς ῥῆμα γίνεται κονιῶ κονιάσω· ἐξ οὗ καὶ τοῖχος κεκονιαμένος. Hoc βέβηκε ἐπὶ δελφῖνι τῷ ἑτέρῳ τῶν ποδῶν aliquam movet dubitationem, quia alibi Genitivus additus est; sic VI, 25, 2. p. 515. τῷ ἑτέρῳ ποδὶ ἐπὶ χελώνης βέβηκε. VII, 20, 2. p. 574. ἑτέρῳ ποδὶ ἐπὶ κρανίου βέβηκε. Pro vulgato in Plut. Camil. 36. τόπος ἐφ᾽ ᾧ βεβηκὼς cod. Bodlei. tertius dat ἐφ᾽ οὗ. sed hic sine codd. auctoritate non corrigam. cf. et Matthiae Gram. gr. §. 586. δ. Similiter etiam Strabo 13, 604. (366) βεβηκὸς ἐπὶ τῷ μυΐ. Supra II, 2, 7. pedibus Neptuni subiectus fuit delphinus, sed hic delphinum sinistro pede pressit, et sinistram manum impositam habuit femori, dextra autem tenuit tridentem. κατὰ τοῦτο igitur hic est: *hac parte* i. e. *sinistra*. τούτου πέραν Buttmannus (v. ad c. 8, 3) interpretatur: *e regione huius*, ut utrumque gymnasium cogitetur ad idem forum seu in eadem via, sed alterum e regione alterius positum. Ξενόδαμον — τὸ ἐπίγραμμα abest a Mosq. αὐτὸν κότινον, Vulg. ἂν τὸν Facius e Mosq. quocum consentit 1410. restituit, quum Sylb. iam ita emendasset Valckenario probatus. αὕτη — Ὀλυμπιάς. Kuhnius iam monuit, hoc referendum non esse ad ἀνολυμπιάδας, quarum plures supra commemoratae sint, sed intelligi Olympiadem incuria omissam, ideoque scriptorem dixisse παρεῖται μόνη. Verbis τὸν μὲν — οἰκίᾳ significari *Epistrophum* ex Hom. Iliad. II, 517. interpretes adnotarunt. De *Schedii*

morte cf. cap. 4, 1. *Daphnunte* autem eum sepultum esse quidam volebant teste Strabone IX, 425 (541). Pro οἰκίᾳ Sylb. οἰκείᾳ legi posse existimabat. cf. c. 28, 1. Strab. 10, 482 (292). Nolui tamen in codd. silentio mutare, ut mihi constarem. cf. ad VIII, 51, 3. et Tzsch. ad Strabon. 9, 439 (640.) Sed ibid. 7, 297 (351). οἰκείαν corriges. οἰκείᾳ hic scr. Bekker. ἀχθῆναι — ὀστᾶ. De hac re dicebamus ad Hellen. nostra p. 302 sq.

CAPUT XXXVII.

§. 1. μοῖρα ὄρους· Dixerat cap. 36, 4. ὄρη ὑπὲρ τὴν Ἀντίκυραν πετρώδη ἄγαν esse nominibus non additis; pars ergo unius illorum montium significatur. ἱερὸν ἀπ' αὐτῆς Mosq. ἔργων τῶν Πραξιτέλους, δᾷδα ἔχουσα Vulgata, non integra, nisi forte dicis, haec ruditatem primam qua perscripta sint in pugillaribus, redolere: Facius putabat, supplendum esse ἔστιν ἡ Ἄρτεμις, vel revocandum ex subsequentibus τὸ ἄγαλμα. Ita sane scriptum videmus I, 23, 9. Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστι Βραυρωνίας, Πραξιτέλους μὲν τέχνη τὸ ἄγαλμα. Hic autem ante ἔργων puto excidisse αὐτῇ. Ante τῇ δεξιᾷ Mosq. ἐν omisit. Bekker. e cod. 1410. pro ἔργων dedit ἔργον.

§. 2. Τῇ δὲ γῇ — Βούλωνος. Palmerius Facio assentiente putabat, nomen Βοῦλις hic perperam omissum esse; fortasse tamen scriptor ipse praetermisit existimans, ex his ἡ ὀνομάζεται — ἀνδρός et reliquis, quae civitas significaretur, quemque esse intellecturum. *Conditorem* huius urbis, *Bulonem*, habet etiam Stephanus, qui tamen *Bulin* ipsam Phocidis urbem dicit, ut Ptolemaeus, apud quem est Βούλεια. O. Müller Bulin ponit in finibus Phocidis et addit: aus den Zeiten des Heraklidenzuges ist ohne Zweifel der kleine Staat der Dorier von Bulis, die an der Grenze von Phokis und Boeotien an keinem der beiden Staatenbünde Theil nahmen. Bulis 7 Stadien von seinem Hafen (Mychos) 80 von Thisbe in der Gegend des heutigen Gianiki (nach Melet. Kloster Dompo). Die Fahrt bis Antikirra 100 Stadien." Orchom. p. 238 493. Bulis sinui Crissaeo proxima ab oriente Thisben a septentrione Abas habuit oppositas. λέγονται δὲ οἱ Βουλίδιοι Φιλομήλου καὶ Φω-

κέων σύλλογον τὸν κοινὸν Vulgata. „Amesaeus post verba *οἱ Βουλίδιοι* legisse videtur *συντελέσαι ἐς*. Kuhn. vero [assentiente Goldhageno] pro *λέγονται* emendat *συλλέγονται* ita ut Pausanias dicat, Bulidios stetisse a partibus Philomeli et Phocensium, qui templum Delph. spoliarunt; sic vero scribendum quoque esset *ἐς σύλλογον*. Equidem contra sentio; nam cum Pausanias urbem Bulin inter illas, quae ob templum Delph. occupatum eversae sunt, non memoraverit (cap. 3.), hic potius declarare voluisse videtur, Bulidios *non stetisse a partibus Philomeli*, ideoque illorum urbem mansisse integram Quare locum ita restituendum esse nullus dubito: *λέγονται δὲ οἱ Βουλίδιοι Φιλομήλου καὶ Φωκέων συλλόγου οὐ κοινωνεῖν.*" Facius, quod sequutus est Nibhy. Loescher reddidit: *Indicat Bulidii communem Philomeli et Phocensium conventum.* Nobis quamquam Facii emendatio non displicet, tamen *Φιλομήλου καὶ Φωκέων σύλλογος* non probatur, et potius *συλήσεως* quam *συλλόγου* scribendum videtur; in isto autem codicum silentio signum hiatus addi placuit Nunc video idem fere sensisse Clavierium, qui ita reddiderit: „On dit que les Bulidiens ne voulurent point s'associer à l'entreprise de Phil. et des Phoc. contre le temple de Delphes." Pro *Βουλίδιοι* in Stephano est *Βούλιοι*, quod codex quoque Mosq. §. 3. offert *ἐξ Ἀντικύρας τῆς Φωκέων* sic distinguit hanc ab Oetaea seu Maliaca, quod Clav. non vidit: de hac duplici Anticyra v. etiam Strabo IX, 418. *εἰ ἀρχὴν — οἶδα an ulla omnino sit via haud compertum habeo* *ἢ* pro *εἰ* Mosq. *ἐς δὲ τὸν* idem cum cod. 1410 omisit. Ad *λιμένα* suppletur *Βούλιδος*. Hunc esse quem Strabo IX, 423 (524) *Μυχὸν* vocet, O. Müller l. c. et Mannertus VIII, 156 sumunt. Pro vulgato *τῆς πεζῆς τὰ ἐς Βοῦλιν* scribendum *τῆς πεζῆς τῆς ἐς Βοῦλιν* existimo.

§. 3. Hic torrens *Ἡρακλεῖος* auctore O. Müllero in Orchom. p. 493. nunc *Herace* nominatur. *Λέχεον* Mosq. *πλέον ἡμίσεις* ipse Corayus mutandum censuit in *πλέον ἢ ἡμίσεις*· nunc autem nemo in hanc ibit sententiam. Cf. Lobeck. ad Phryn. 410 sq. Matthiae Gram. gr. §. 455, 2. adde Pausan. VIII, 21, 1. *κατασκευή*· cf. cap. 35, 4. *καὶ* negandi potestate post *οὐδὲ* in Ev. Matth. 5, 15. In nostro loco *καὶ* post *οὔτε* Clav. reddidit *excepté*, sed si locus est sanus, *καὶ* idem erit quod *οὔτε*. *καὶ* post negationem negare dixit etiam Jacobs. ad A. P. p. 697. *εἰργασμένος — οἷος τε — συμβάλεσθαι* Mosq. Iam scri-

pseram συμβαλέσθαι. pro vulg. συμβάλλεσθαι. nunc vidi Corayo idem placuisse II. cf. de hac confusione ad IV, 12, 3. δὲ post θεῶν quod non est in Vulg. e Mosq. addidit Facius. Βουλίοις Mosq.

§. 4. Hic locus multis viris doctis opinandi scribendique ansam dedit. Statim ab initio quaeritur, quae causa sit, cur Pausanias et Strabo Cirrham a Delphis diverso stadiorum numero distare prodiderint; ille LX. hic (et ex eo Phavorinus) LXXX stadia posuit lib. IX. p. 418. Suidam, qui v. Κίῤῥα cum Phavorino, Harpocratione et Photio tantum XXX habet, e Strabone corrigunt. v. Reines. Obs. in Suid. Dodwellius I, 1. p. 217 Sickl. Strabonem cum Pausania in concordiam redacturus fecerit, duas olim diversas vias Delphis Cirrham duxisse alteram altera longiorem; idem addit breviorem Pausaniae duarum esse horarum. Hobhousius in Journ. trough. Alban. I, 242 putat, Strabonem non de eadem de qua Pausanias sed de alia urbe loqui, neque Casaubono cogitandum fuisse de Pausania et Strabone inter se conciliandis, quum ille LXXX stadia ad Plisti descensum a Delphis non recte retulerit, neque Plistum esse nisi torrentem, qui non descendat a Delphis. O. Müller, qui in Orchom. p. 495 ea de re sibi accuratius exponendum putavit, iudicat cum Frereto Strabonis narrationem esse turbatam. Cirrham ille Cirphi subiectam et ad mare conditam dicit e regione Sicyonis fuisse; sumentes autem nunc Strabonem hic eamdem quam Pausanias urbem significasse possumus fortasse dicere, hunc istorum scriptorum in stadiorum numero dissensum, de quo suam Mannertus quoque opinionem proposuit VIII, 161, hanc habere causam, quod Pausanias de descensu a Delphis ad Cirrham, Strabo autem de iis loquatur, qui Cirrha se Delphos conferentes ex inferioribus ad altiora enitantur. His illa via longior videri poterat quam iis, qui e monte descenderent in campum. Verba Strabonis sunt ἀπὸ Κίῤῥας ἀνάβασις εἰς Δελφοὺς ὀγδοήκοντά που σταδίων. *Cirrhae* ruinis nomen nunc est *Xeropegadi*, *Xerro Pegadia* (siccus fons) apud Dodwellium Gelliumque, *Xeropegano* teste Gropio apud Walpol. p. 399. Gellius in Itin. of Gr. p. 199 narrat, Cirrham quadratum fuisse oppidum in alto loco situm, partemque murorum superesse. τὰ μὲν — λόγου. nimirum VI, 20, 8. ὁ δὲ — νέμοντος. Exemplum praebet ficta narratio in Sophoclis Electra. Quum scriptum sit τὰ χεῖρῳ, suspi-

ceris antea quoque τὰ ἀμείνω esse scribendum, sed cf. adn. ad. VII, 7, 1. X, 28, 2. Similiter Strabo X, 475 (229) τὰ μὲν ἐπὶ νότον, τὰ δ' ἐπὶ τὴν ἕω λήγοντα. adde Πυθοδωρὶς καὶ ὁ Δύτευτος ib. XII, 560 (141). γῆ καὶ ἡ θάλασσα I, 9 (23). οὐ μέν τοι καὶ αὐτὸς ταραχὴ ἦν τοῖς ἵπποις ὁ Ἱππόδρομος — οὔτε ἐπ' ἄλλῃ πέφυκεν ἐργάζεσθαι προφάσει ante Facium, qui coniecturam sequens ταραχὴ ἦν mutavit in ταραχήν, qui Accusativus iungeretur cum ἐργάζεσθαι. Deinde post οὐ μέν τοι Porsonus legi καὶ αὐτός γε voluit, similem afferens locum e cap. 38, 1. ubi est οὐ μέν τοι καὶ αὐτίκα γε. Verba καὶ φυτεύειν δένδρα οὐκ ἐθέλουσιν κτλ. male accepit Dodwellius in Itin. I, 1. p. 218 Sickl. ἀρὰς θέσθαι s. καταράσασθαι fuit παλαιὸν ἔθος teste Strabone 13, 349. Legitur fere de principibus et civitatibus (Horat. Epod. 16, 17). Atque hic etiam est ἀρὰ *exsecratio publica*. cf. Heus. ad Cic. Off. 3, 13, 4. Haec ἀρὰ et ὅρκοι, οὓς Ἀθηναῖοι μετὰ τῶν Ἀμφικτυόνων συνώμοσαν, sunt in Aeschinis oratione c. Ctesiph. p. 502 (95). Post λέγεται δὲ ἐς τὴν Κίῤῥαν aliquid deesse omnes viderunt, Sylburgius putarit λόγος seu μῦθος, Facius διάφορα, Kuhnius, Nympham fuisse indicatam, quae suum nomen urbi dederit, Amasaeum sequutus. καὶ ἀπὸ τῆς Κίῤῥας κτλ. alia narrari in Hippocrate p. 1292 Foes. Schneider adnotavit. Κρίσσαν vulgo. Κρίσαν Mosq. hinc dedi Κρῖσαν, ut nunc in Hom. Il. II. 520 legitur ubi add. Eustath. p. 273. Supra II, 29, 4. fuit Κρῖσος Phoci filius, de quo nonnulli Crissam appellatam volebant v. Steph. Byz. Monet autem Eustathius ad d. l. Homeri, recentiores duplicare sibilantem in Crissa. Ex hoc autem loco Ὅμηρος l. c. et h. in Apoll. 269. 282. μέντοι — τὴν πόλιν manifestum est, Pausaniae Cirrham et Crissam eandem fuisse urbem, et hoc antiquius, illud recentius eius nomen; alios idem sensisse videmus e Stephano Byz. v. Κρίσσα et Etym. M. quos sequuti sunt Freretus et O. Müller in Orchom. p. 495. add. Not. ad Athen. 13, 560. Apud Strabonem, ut constat, duae diversaeque sunt urbes, (etiam apud Ptolemaeum κύῤῥα, κρίσσα) neque defuerunt, qui huius potiorem fidem haberent, in quibus A. Berkelius in not. ad Steph. Palmerius in Graec. Ant. Mannertus VIII. 148. sq. Schoenemannus in Geog. Homer. p. 64, Gellius atque Dodwellius, qui duo postremi Crissam nunc *Crisso* esse volunt, quod via circiter unius horae distet a *Scala di Salona*. Hobhousius autem ne-

gat recente urbe Crisso locum veteris Crissae postea Cirrhae appellatae occupatum esse. *οἱ ἐν τῇ Κίῤῥα κτλ.* De his rebus cf. Aeschines c. Ctesiph. 497 (91) sqq. et *ὑποθέσεις τῶν Πυθίων.* Pindari. Belli huius *decem annorum Κρισαϊκοῦ dicti* causam Callisthenes dixit mulieris raptum apud Athenaeum XIII. p. 560. *ἀπέτεμνον* Mosq. Ald. Francof. Facius (qui se hoc dicit pro vulgato *ἀπέτεμνον* restituisse e Mosq.) Clavier. cod. 1410 *ἀπέτεμον* non est Vulgata sed correctio quam Kuhnius Sylburgii auctoritate aoristum post *ἠσέβησαν* hic convenientiorem habentis adscivit, sed de imperfecto ubi aoristum exspectes cf. adn. ad cap. 32, 10. Vera autem nobis Facii videtur opinio, scribendum esse *ἀπετέμνοντο*· sequente enim *τοῦ* facile absorberi potuit *το* in fine praecedentis verbi, ut I, 3, 1. ubi *ἐποιήσατο τοῦ* pro *ἐποίησε τοῦ* scribendum esse censuimus. *πολεμεῖν κτλ.* Belli *Crissaei* mentionem iam fecit II, 9, 6. adde de eo Plut. v. Solon. II. Aeschinem c. Ctesiph. Athenaeum XIII. 560. *Κλεισθένην* pro *Κλεισθένη* Facius e Mosq. scripsit. Pro *ὑπὲρ νίκης ἀνεῖπεν* est *ὑπερ νικῆσαν* in Mosq. et in margine *ὑπερενίκησαν.* Suidas, qui ista *χρωμένοις δέ σφισιν κτλ.* exscripsit v. *Σόλων*, pro *ὑπὲρ* habet *περί*, et *Πυθοῖ* pro *Πυθία.* Hoc oraculi responsum legitur etiam in Aeschinis or. c. Ctesiph. p. 503 (96) et ex nostro loco apud Suidam. *πόλιος ἐῤῥίψετε* adhuc apud Suidam. *εἰῤ εἴψέτε* Mosq. *Πρὶν καὶ ἐν ἐμῷ* Ald. cod. 1410. *Πρὶν καὶ ἐμῷ* a Francofurtana usque ad Clavierianam. Nos *πρὶν κεν ἐμῷ* iam in minore editione scripsimus e Suida; idem voluit Porsonus et confirmat scriptura apud Aeschinem paululum depravata *πρίν γε.* monet ibi Wunderlichius, iungi quidem *πρὶν* cum Coniunctivo sed frequentius addi *ἂν*· mirum igitur quod *γε* reliquerit. Pro *ἐμῷ* est apud Aeschinem *θεοῦ.* Pro *τεμένει* antea apud Aeschinem fuit *τεμένη*, sed Wunderl. e codd. Stephani et nostro loco *τεμένει* reposuit. *ποτικλύζῃ* legitur etiam apud Aeschinem, sed *ποτικλύζοι* apud Suidam. De *πρὶν ἂν* cum Coniunctivo cf. Viger. p. 443. Bekkeri Anecd. p. 129. Wunderl. ad l. c. Aeschinis. *κελαδοῦν ἱεραῖσιν ἐπ' ἀκταῖς* apud Aeschinem, quem huius oraculi formam antiquiorem exhibere Wunderlichius putabat, equidem dixerim, hic quidem meliorem; quid enim sit istud *κελαδοῦν ἐπὶ οἴνοπα πόντον* non satis intelligitur, ideoque non reddidit Clavier: in Suida redditur *fluctus per nigrum mare resonans.* Si nihil mutandum sit, erit *ἐπὶ*

οἴνοπα πόντον idem quod ἐπὶ οἴνοπι πόντῳ, *in nigro mari.* cf. Matthiae Gramm. gr. §. 586, c. sic et Goldhagen atque Nibby acceperunt.

§. 5. Ἔπεισεν κτλ. Idem narrant Polyaenus III, 5. et Frontinus Strat. III, 7. Clistheni non Soloni hoc callide inventum de fluvio ἐλλεβοριςμένῳ tribuentes. Ἔπεισε οὖν Mosq. Πλείστου vulgo, sed cf. ad cap. 8, 5. Pro hoc nomine est ποταμοῦ apud Suidam. δι' ὀχετοῦ εἰς τὴν idem. ἀπέτρεψεν ἀλλαχόσε ὁ Σόλων Vulgata; Suidas ὁ Σόλων omisit, sed habet ἀπέστρεψεν· recte; sic VIII, 8, 5. ποταμὸν ἀποστρέψας σφίσιν ἐς τὸ τεῖχος. Rursus vulgatum ἀποστρέψαι mutandum ut est in Plut. de discr. adul. p. 64 (243) auctore Wyttenbachio, ita fuit in ἀποτρέψαι Pausan. I, 24 extr. *abigere* non est huius loci, sed *avertere.* ἀποτρέπει ὁ κωλύων τινά. ἀποστρέφει τὶς εἰς τοὐπίσω τὸ πρόσω ἢ τὰς χεῖρας ἢ αὐτοῦ ἢ ἑτέρου. Etym. Gud. p. 655. Hic mox ἀντέστρεψεν opponitur; itaque Suidae lectionem in min. ed. iam recepi. ἐκ θεοῦ πίνοντες Suid. *cupide bibere imbres* φαρμάκος Mosq. Pro vulgato ἀπέστρεψεν Suidas habet ἀντέστρεψεν, quod videtur verum esse; *liefs er wieder zurücklaufen;* unde derivaverat aquam, eodem retroduxit eam. ἐνεφορήθησαν Suidas, sed Vulgatam tuetur vitium Mosq. codicis ἐνεφρονήσαντο. Sic et IX, 30, 3. ἐνεφορήσαντο οἴνου. Pro vulgato ἄδην Suidas bonam lectionem ἀνέδην (ante Kusterum ἀναίδην) servavit, *retenti nulla re satiebantur;* quum satiandi vis insit in ἐμφορεῖσθαι, non videtur ἄδην, *satis,* commode adiectum esse. Alterum καὶ ante οἱ μὲν forsitan delendum est. Haec καὶ, ἐνεφορήσαντο — τὴν πόλιν partim aliter partim vitiose scripta sunt in Suida.

§. 6. παρέχεται δὲ καὶ ἐς θέαν Ἀπόλλωνος — καὶ Λητοῦς ναός τε καὶ ἀγάλματα Vulgata atque codices; Facius suspicabatur legendum esse ναόν, ne παρέχεται contra Pausaniae scribendi morem passive interpretandum esset, (atque ita scripsit cum Bekkero Clavier) *Cirrha exhibet spectatu dignum — cum templum* etc. Kuhnio in mentem venerat corrigere ναούς. Suam haec corrigendi pericula repetunt originem a loquendi genere, quod corrigentium vel attentionem vel memoriam fugit, de quo dicebam ad I, 20, 1. Nihil igitur hic corrigimus nisi distinctionem; est enim oratio maiori signo incidenda post ἐς θέαν hoc sensu: *praebet vero etiam Cirrha spectatu digna;* ea quae sint statim adiungitur, sed ita ut post maiorem hanc distinctionem mutetur constructio. Plene ita fere diceretur: παρέχεται δὲ καὶ ἔνια ἐς θέαν, ἐν οἷς ἐστιν Ἀπόλ-

λωνος — ναός τε καὶ ἀγάλματα. Haud dissimilis locus fuit I, 17, 4 πιθανώτατα δὲ, ὧν ἤκουσα· Θησεὺς ἐς Θεσπρωτοὺς ἐμβαλὼν — τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς ἀπόλλυσι. Est et alia sed paulo audacior hoc expediendi ratio; posset enim dici τε καὶ post ναός esse tollendum ut ex praecedente δὲ καὶ post παρέχεται natum, ut constructio esset παρέχεται δὲ καὶ ναὸς Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Λητοῦς ἐς θέαν ἀγάλματα, atque sic videtur iudicasse Sylburgius, quippe qui hunc locum ita transtulerit: *Habet ibi templum spectatu digna Apollinis, Dianae et Latonae simulacra, insignis magnitudinis, Attici operis.*

Pausanias in perlustranda Phocide orsus a Panopeo desiit in Cirrha Delphorum ἐπινείῳ, unde capite proximo transit ad Locros Ozolas, quorum ad fines nunc accessit (v. cap. 1, 1), quum initio huius περιηγήσεως (cap. 4) Boeotiae fines reliquisset.

CAPUT XXXVIII.

Hic est ille ipse locus de *Locris*, ad quem nos reiicit Pausanias IX, 23, 4, quem ipse dicit τὰ ἔχοντα ἐς Λοκροὺς τοῦ λόγου. Facius autem putabat omissum esse a Pausania. *Locri Ozolae* dicti etiam sunt ἑσπέριοι apud Strab. IX, 416. namque, ut Phavorinus refert, εἰσὶ κείμενοι παρὰ τὰ δυτικὰ τῆς Φωκίδος. cf. Dodwel. I, 1, p. 209. et eorum terra Λοκρὶς ἤπειρος Paus. VI, 19, 3.

§. 1. Operarum vitium ἐπίπληξιν e Facii editione transiit in Clavierianam. Ὀρεσθεῖ — αὐτοῦ λέγουσι. His gemina narraverat Hecataeus Milesius, ex cuius narratione hoc nobis servavit Athenaeus II, p. 35. b. Ὀρεσθεὺς ὁ Δευκαλίωνος ἦλθεν εἰς Αἰτωλίαν ἐπὶ βασιλείᾳ, καὶ κύων αὐτῷ στέλεχος ἔτεκε· καὶ ὃς ἐκέλευσεν αὐτὸ κατορυχθῆναι, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἔφυ ἄμπελος πολυστάφυλος. διὸ καὶ τὸν αὐτοῦ παῖδα Φύτιον ἐκάλεσε. (cf. ad Paus. IX, 23, 4 adn.). τούτου δ' Οἰνεὺς ἐγένετο, κληθεὶς ἀπὸ τῶν ἀμπέλων. Οἰνέως δὲ ἐγένετο Αἰτωλός. quem locum Creuzer in Fragm. Hecataei Mil. transtulit p. 64. Res variatur in Plutarch. καταγρ. ἑλληνικ. cap. 15. τῷ ante ἦρι Mosq. omisit; idem pro lectione codicis 1410 et vulgata φυῆναι habet φῦναι, quod recepi. Fabulae de *Nesso* similis illa V, 5, 5. οἱ δὲ Νέσσον — τὸ ὕδωρ. Haec duo coniunguntur a Strabone IX, 427 (559) et Scholiasta ad Hom. Iliad. II, 527. Schneider citavit Antig. Caryst. 129 not. τῶν ἐνταῦθα Mosq. ὁ μὲν ποταμοῦ κτλ. De hac significatione v. Stre-

πος ad II, 4, 5. Servius ad Virgil. Aen. III, 399 non *fluvium* sed paludem commemorat vicinam, cuius de putore dicti sunt Ozolei. τὸν ἀσφόδελον φύεσθαι πολὺν, καὶ ἀνθοῦντα ὑπὸ τῆς ὀσμῆς Vulgata. Post ἀνθοῦντα aliquid deesse, vel ὑπὸ residuum esse verbi, quod exciderit, ὑποβάλλειν aut similis, putarunt Kuhnius, Bekkerus atque Facius. Fortasse corrigendum est καὶ ἀνθοῦντα πνεῖν δυςοσμίας *aliquid spirare gravis odoris*. Vix enim dici potest: ἀνθεῖν ὑπὸ τῆς ὀσμῆς est simile nostro: *unter dem ihm eigenthümlichen Geruch blühen*, et πολὺν cum ἀνθοῦντα ita iungendum: *dafs der Asphodelos in Menge und unter ihm eigenthümlichem Geruch blühend daselbst wachse. Asphodelum multum suumque cum floreat odorem spargentem ibi nasci.* Sylburgius putavit posse reddi: *odore scatentem et veluti florentem*, quod probarem, si abesset ὑπὸ ut IX, 33, 4, et legeretur ἀνθοῦντα ὀσμώδους seu ὀσμηρᾶς ὀσμῆς. In Vulgata articulus τῆς videtur certum significare odorem, qui in Liliasphodelo similis esse dicitur Jasmini. ἀσφόδελον *hastulam regiam* vocari volunt, quod florens regii sceptri effigiem referat. Cf. de hac planta lilii speciem ferente (Affodill) Billerbeckii Flor. Class. p. 92. Dodwellius putavit I, 1, p. 177 *Galaxidi* plantam ex euphorbiorum genere, quae florens amarum per totam regionem odorem diffundat, Ozolis dedisse nomen. λέγεται δὲ — δυσώδης. Cum his omnino cf. Phavor. v. Ὀζόλαι. adde Sch. Hom. Il. II, 527. Fortasse illud quoque Thucydidis 1, 5 huc pertinet: καὶ μέχρι τοῦδε πολλὰ τῆς Ἑλλάδος τῷ παλαιῷ τρόπῳ νέμεται, περί τε Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας καὶ Αἰτωλοὺς καὶ Ἀκαρνᾶνας. Mox οὐκ ἐπιστ. οὔπω ὑφαίνειν cod. 1410. ἀδέψιστα Mosq. sed ἀδέψητα est verum Homericumque v. Odyss. XX, 2. et ibi Eustath. Varias causas Ozolarum nominis recenset etiam Plutarchus κεφαλ. καταγρ. Ἑλλην. cap. 15.

§. 2. ἀπωτέρω σταδίοις recte, ut §. 4. male σταδίους Mosq. cf. adn. ad VIII, 21, 3. *Amphissam* Delphis distare CXX stadiis narrat etiam Dodwellius I, 1. p. 223. „The real distance is seven miles" teste Gellio in Itin. of Gr. p. 196. Sane quidem Aeschines adv. Ctesiph. p. 515 (106 seu 104 Wunderl.) ponit *sexaginta* stadia, sed hoc in oratore non mirandum. De *Amphissa* cf. Palmer. Gr. Ant. p. 545 sqq. qui multa collegit, Dodwellii Itin. I, 1 p. 198 sqq. Gell. l. c. p. 195—197. nunc *Sălōna* vocatur teste Sponio Itin. lib. 4 assentientibus reliquis. Cf. Mannert. VIII, 126. ποιοῦσι pro

ἐποιοῦσι Mosq. *ὅτι.* — *Αἰτωλούς.* De Aetolis ab Augusto *Nicopolin* traductis VII, 18, 6 *τοῦ γένους Λοκρῶν* vulgo; e Mosq. *γένους τοῦ Λοκρ.* scripsi. *τεθῆναι* — *Ἀμφίσσης.* Aristoteles in Opuntiorum republica teste Harpocratione prodiderat, Amphissam dictam esse hanc urbem *διὰ τὸ περιέχεσθαι τὸν τόπον ὄρεσιν·* unde, quod Stephanus habet, fluxit. Teste Dodwellio circumdata ea est altis montibus, quorum alter Kophinas, alter Elatos vocatur. Hobhousio autem p. 241 posita „on the brow of a hill.“ Hartungus *Μακαρέως* voluit sine iusta causa, et *Μάκαρ* atque *Μακαρεὺς* idem est. v. ad Androtion. Fragm. p. 122. Amphissam Strabo IX, 427 et 419 sua aetate eversam narrat, sitam autem fuisse *ἐπὶ τοῖς ἄκροις τοῦ Κρισσαίου πεδίου.*

§. 3. Quod de *Andraemone* Pausanias addidit, confirmatur iis, quae Harpocratio v. *Ἄμφισσα* ex Aristotelis Opuntiorum Republ. servavit, *Andraemonem Amphissae conditorem fuisse. Gorge* Deianirae soror et Oenei filia, Andraemoni nupta, etiam V, 3, p. 381 memorata est cum filio Thoante belli Troiani socio. Andraemo genus suum referebat ad Calydonem. *συνοικήσασα* Mosq. *χαλκοῦ πεπ.* Sylb. correctio est tacite recepta a Kuhnio pro *χαλκοῦν πεπ.* *φασὶ αὐτὴν* ante Facium, qui *φασὶν* e Mosq. recepit. *Τηλέκλους* vulgo; quam formam quum negent reperiri, scribendum est ex VIII, 14, 5. *Τηλεκλέους. ἐν δὲ — γραφάς·* *Πινακοθήκη* illius templi significatur. *θριγγὸς* fuit etiam I, 42, 8 ubi v. adn. Sylburgius malebat *θριγκός* et hic et supra. *Πρατοθρονίη* (cf. ad §. 6) i. q. *πρωτόθρονος.* Mox *πρὸς τὸ πέρ.* Mosq. *ἀργότερον τὴν τέχνην d'un art rude et grossiere* reddidit Quatremère in Iupit. Olymp. 189. *ἀργὸς rudis* de auro et argento III, 12, 3. de lapidibus I, 28, 5. *Νὺξ* apposite, si Diana Ephesia fuit *lunae Dea.* *Ἀνάκτων*, *Ἄνακτες* vulgo; scripsimus *Ἀνάκων*, *Ἄνακες.* cf. adn. ad II, 22, 7, et ad Philochori fragm. p. 12, ubi Hemsterhusii locus iam prolatus est, nunc add. Mülleri Orchom. p. 459. et ex Schol. ad Eurip. Hippol. 87 *ἄναξ κυρίως σωτήρ* ubi etiam pro testimonio citatur Homer. Iliad. VI, 403. *Ἄνακα* sunt in corp. Inscr. graec. I, 1. p. 121. Berol. *Anaces* nunc legitur etiam in Cic. Nat. D. III, 21. Caeterum in Orph. *Εὐχῇ πρὸς Μουσ.* v. 20 coniunguntur Curetes, Corybantes, Cabiri (hi tres an diversi fuerint, etiam Strabo X, 466 — 469 dubium reliquit) et *μεγάλοι Σωτῆρες, Διὸς ἄφθιτα τέκνα* (qui haud dubie sunt *Διόσκουροι*) et iis adiunguntur *Ἰδαῖοι θεοὶ* cum Mercurio ac Themide. *οἱ*

μὲν ante εἶναι Mosq. omisit. Quum ergo Pausaniae aetate iam ignoraverint, qui essent illi Ἄνακες, nos quomodo id eruemus?

§. 4. Μυωνία Vulgo. Μυονία Stephanus, qui citat hunc nostrum locum, sed urbem dicit esse Phocidis, cives autem appellari Μύονας, apud Thucydidem Μυονέας. Paulo post apud eundem est Μύων, πόλις Λοκρῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ. οἱ πολῖται Μύωνες· ὡς Θουκυδίδης τρίτῃ, λέγονται καὶ Μυωνεῖς. Manifestum, utroque loco eandem significari urbem, atque etiam hoc in posteriore ἐν τῇ ἠπείρῳ sumtum esse ex Pausania. Sylburgius ad Paus. VI, 19, 3 in altero Stephani loco pro Μύων scribendum censebat Μυωνία, Berkelio nescio quid opponente. Omnino conferendus est cum hoc nostro locus VI, 19, 3, ubi scriptor de hoc ipso clypeo Iovi Olympiae dicato, cuius hic iterum mentionem facit, loquutus est, legitur autem Μύονες et Μυονεῖς, quod in nostrum locum non transtuli, ne ipsum corrigere scriptorem viderer. Qui hos duos locos inter se comparaverit, ei videbitur Pausanias, quum priorem illum scriberet, nondum ipse hanc Locridis urbem vidisse. *Myonia* 30 stadiis Amphissa distans, et magis in mediterranea recedens, videtur in finibus Phocidis sita fuisse, et, quae Palmerii probabilis coniectura est in Gr. ant. p. 542, inter Delphos atque Amphissenses in Parnassi angustiis: Spartani enim apud Thucydidem III, 101 Delphis profecti et per Locridem tendentes Naupactum, primum dicuntur venisse ad Myonenses Amphissensium vicinos, apud quos δυςεςβολώτατος ἡ Λοκρὶς erat eodem teste. Gellius in Itin. of Gr. p. 198 de vestigiis veteris Myoniae scribens videtur in errore fuisse. εἰσὶν οἱ ἀναθέντες Mosq. et deinde Μυίαν ἐς pro Μυωνεῖς idem et cod. 1410 κεῖται — ὑψηλοῦ. adde Mannert. VIII, 124. τὸ ante πόλισμα inserui suadente Sylburgio. Qui sint hi Dii Μειλίχιοι quaeritur. Praeter Iovem, cuius hoc cognomen solemne fuit, Bacchum quoque ita cognominatum fuisse notum est. De *Baccho* cf. Plutarch. περὶ σαρκοφ. λογ. α. 363. Συμποσιακ. α. 508 Frob. Athen. III, 78, c. et qui sua ex hoc hausit, Eustath. p. 1964. Quod tamen hic additum est, vix patitur nos de his duobus diis cogitare, sed ducit potius ad *deos manes*, qui μειλίχιοι dicuntur ut *placati et placandi* piaminibus (μειλίγμασι) quae inferuntur: quanquam ad Iovis quoque Milichii aram Theseus de caede hominum purgatus dicitur I, 37, 3. De *manibus* placandis sunt μειλίγματα in Orph. Argon. 575. atque etiam in Orphei Εὐχῇ πρὸς Μουσαῖον ante Orph. hymnos versu 30

reperiuntur *μειλίχιοι θεοὶ*, qui alii esse vix possunt nisi *dii manes*, quum additi sint *Stygiis aquis*, Pluto autem et Proserpina, Iupiter et Bacchus antea iam essent commemorati. Certe *θεοὶ μειλίχιοι* et hic et apud Orpheum videntur diis *ὑποχθονίοις* accensendi. In Orpheo Scaliger *μειλιχίους θεοὺς* interpretatus est *Mulciberos*, sed hi qui qualesque essent, non dixit, et *Ἡφαίστου μένος ἁγνὸν* poeta iam v. 10 invocaverat. *τε* inter *θεοῖς* et *τοῖς* Mosq. omisit. *ἥλιον ἐπισχεῖν* Vulgata, quam nollem sollicitatam a Corayo opinante, legendum esse *ἥλιον ὑπερσχεῖν*: illam enim ea, quae ad VIII, 40, 3 proposita sunt, videntur satis tueri. *ἐς ἐμὲ ad meam usque aetatem in hac aede non erat.*

§. 5. *ἐπὶ θαλάσσης* abest a Mosq. *Οἰάνθεια*· sic urbis nomen scripserat Hellanicus teste Stephano, (*Οἰανθέας* habet Thucydides inter Locros III, 101 ubi v. Intrpp) apud Melam quoque II, 3, 10 est *Oeanthia*. Sed *Οἰάνθεια* apud Polyb. IV, 57 est Aetoliae urbs (finitimam Naupacto fuisse noster quoque ait. cf. Mannert. VIII, 125) *κατάντικρυ τῆς τῶν Αἰγειρατῶν πόλεως* posita. Nunc vocatur *Galaxacithi s. Galaxidi.* Galaxidi a Patris distat 36 milliaribus britannicis teste Dodwellio I. 1. p. 176, a Salona trium horarum et dimidiatae via narrante Hobhousio I, 241. Hecataeo urbs dicta est *Οἰάνθη*, ut relatum legimus apud Stephanum, Ptolemaeo autem *Εὐανθία*· et Locri Epizephyrii, colonia Locrorum Ozolarum, conditi sunt *ὑπὸ Εὐάνθους*, auctore Strabone VI, 259 (237). In Peutingeri Tab. VII. est *Evanthia. πλὴν δὲ — Αὐγούστου*· index in Facii ed. narrat hoc loco tradi, Patrenses Achaeorum imperio subiectos fuisse (!) De Augusti liberalitate in Patrenses cf. VII, 18, 5. *δ'* inter *οἱ* et *ἄλλοι* Mosq. inserit. Mox *εὔνοιαν* pro *ἐν Οἰανθείᾳ* et *τὸ ἱερὸν* pro *τε ἱερὸν* — *κυπαρίσσαι* pro *κυπαρίσσου* — *γράφεναι* pro *γραφαὶ* et *ἐξίτηλοι* Mosq. *ἐπὶ Ναυπάκτῳ* — *φασί.* Idem de huius urbis *nomine* est in Etym. M. et apud Strabon. IX, 426 sq. Idem narrat, Naupactum antea Locrorum (quibus eam Ptolemaeus quoque tribuit) deinde Aetolorum fuisse, quibus eam Philippus addixerit. Graecis, qui nunc sunt, *Epacto, Naupacto, Nepacto.* Italis *Lepanto*, Turcis *Enebechte* (senibacti) ea vocatur. v. Gell. Itin. 293. Dodwel. I, 1. p. 173. Post *Δωριεῖς* e Mosq. *οἱ*, quod abest a Vulgata, inserui. Simile est illud *Θηβαῖοι οἱ ὁμοῦ Φιλώτᾳ* VII, 2, 2. et *Δωριεῖς οἱ σὺν Τημένῳ* in Scymn. Ch. in Palm. Gr. A. p. 497 add. Strab. 10, 461. Pro *οἷς ἐς* Mosq. *οἳ ἐς* habet. *ἀντὶ τούτου, propter hoc.* Facius, legendum esse *ἀπὸ τούτου*, dixit nulla causa. Sed *ἀντὶ* co-

dem quo hic modo usurpatur II, 37, 4 extr. X, 1, 3 sub fin. p. 800. VII, 48, 3. sic et ἀνθ' ὅτου tum alibi tum apud Libanium v. Demosth. p. 5. Reisk. Porsonus quoque animadvertit, ἀντὶ recte se habere h. l. τὰ δέ μοι — συγγραφή. Locus est IV, 24, 3. 26, 2. Pro vulg. ἔδωκαν est ἔδωσαν in Mosq. unde quis opinetur legendum esse ἔδοσαν, quod de eadem hac re fuit IV, 24, 5. τάδε μὲν ἐπῆλθέ μοι — ἡ Μεσσηνία συγγραφή Vulgata, quae quin corrupta sit, equidem non dubito, quanquam nemo adhuc in ea offenderit, vel ἐπιέναι et ἐπελθεῖν e Strab. 10, 488. 12, 563 afferatur; huic enim loco non ἐπῆλθε, quod ut alienum nexus respuit, sed ἐπεξῆλθε accommodatum est: ἐπεξελθεῖν est *oratione, narratione persequi*, non ἐπελθεῖν· cf. Lex. Herod. sic apud Thucyd. III, 67 princ. Pausan. III, 17, 7, ubi iam Sylburgius emendationem ἐπεξελθεῖν verbis Platonis (Gorg. c. 47, de rep. 2 p. 225 Bip.) τῷ λόγῳ ἐπεξέρχεσθαι confirmavit. Eiusdem significationis verbum est ἐπεξιέναι ut III, 11, 6. IV, 2, 2. 6, 2. extr. I, 25. 5. 26. 8. vel διεξιέναι III, 10, 6. Quae quum ita essent, scribendum putavi ἐπεξῆλθέ. cf. VIII, 27, 9. Contrarium peccatum est II, 3 extr. *Naupactos* distat a *Brachori* i. e. *Thermo*, antiquo Aetoliae oppido, via 13 horarum, ab infelicissima *Messalungia*, *Mesaloggio*, septem teste Gellio in It. of Gr. p. 293 qui addit: „Epacto is a ruinos town, but it is worth visiting, because it gives a very exact idea of the ancient Greek city, with its citadel on Mt Rhegani (Rhegana, apud veteres Corax Dodwellio arbitro), whence two walls coming down to the coast and the plain form a triangle.“ Gell. l. c. Similia habet Dodwellius I, 1. p. 174 Sickl. Multus est de Naupacto Palmerius in Gr. Ant. p. 492 sqq. adde Wassii not. ad Thuc. IV, 76.

§. 6. τὰ δὲ ἔπη — Ναυπάκτια; Docte diligenterque hunc locum tractavit Weichertus in libro de Apollonii Rh. vita et carm. p. 210 sqq. Nomen huius carminis Ναυπάκτια scribitur etiam II, 3, 7. IV, 2, 1, sed in Schol. ad Apoll. Rh. II, 299 Apollod. III, 10, 3 (12) et ab Ael. Herodiano περὶ μον. λεξ. p. 15, 23. Ναυπακτικά· quorum illud praefert Weichertus cum Facio, argumentum a similitudine τῶν Κυπρίων repetens; recte, si, quod sumitur, nomen de auctoris patria carmini factum fuerit, sin de argumento, quod nescimus, verior scriptura fuerit Ναυπακτικά. Quis hic ἀνὴρ Μιλήσιος sit, nescimus cum Pausania ipso; Weichertus suspicabatur, fortasse *Arctinum* fuisse. add. ibid. p. 215. De *Charone* hoc reiicimus ad Weicherti librum l. c. et ad Reinesii Obs. in Suid. a Mül-

lero meo ed. Apud Suidam et ab Eudocia *υἱὸς Πυθοκλέους* vocatur. „*Πύθεω* Ionico more dixisse videtur pro *Πύθου*, quia de Ionico homine mentio est. Ionico enim idiomate Charon suas historias scripsit, ut ex Athenaeo (XII, 520, d) cognoscimus“ Sylb. Idem ad §. 3 monuerat, *πρωτοθρονίης* Ionico more dictum esse, quia de Ioniae rebus sermo sit. Pater ergo huius Charonis non *Pytheas* sed *Pythas* fuit. *Κάρκηνον* Mosq. Hunc *Carcinum* Naupactium distinguunt ab aliis Carcinis, de quibus v. Fabric. Bibl. gr. II, 290 sqq. ubi, qui affertur hexameter, docet recte scribi *Καρκίνος*, quum media corripiatur. Quum in Schol. Apoll. Rh. II, 299 *Neoptolemus* quidam huius carminis auctor dictus esset, quis hic fuerit, Weichertus l. c. quaesivit 213 sqq. Idem de argumento Naupactiorum quae teste Pausania *πεποιημένα ἦν ἐς γυναῖκας* dixit p. 218 sqq id quod Pausanias de eo retulit illustrans. *ἐπίκλησιν εἴληφεν Αἰτωλή*. de hac structura cf. VIII, 47, 1. VII, 18, 6. IV, 31, 6. add. Lobeck. ad Phryn. 517. *Ἀφροδίτης* Mosq. *δὲ* ante *μάλιστα* vulgatum Facius cum Mosq. omisit.

§. 7. *τυφλῷ* pro *τυφλοῦ* et *ἐσημασμένην* Mosq. De forma *σεσημασμένην* cf. Matth. Gr. gr. §. 184. *σεσημάνθαι ὅ ἐστι ἐσφραγίσθαι* Phavor. p. 1439, 11. *Ἀνύτην κτλ.* „Fuit, ni fallor, haec mulier *χρησμοποιός*, quae responsa Aesculapii in versus epicos redigebat; pro qua opera hoc tulit praemii, quod Autor narrat.“ Kuhn. Quum vero scriptor dixerit *ποιήσασαν τὰ ἔπη*, videtur carmina inter Graecos nota et fortassis poetriam significasse, quam Facius intelligi voluit, *Tegeaticam*, cuius sunt epigrammata quaedam in Anthologia Palatina: putant eam Olympiade circiter CXX floruisse calculo non satis certo. Cf. de hac poetria Fabric. Bibl. gr. II. p. 106 sq. *πέμπει φέρουσαν iubet ferre*, nimirum somnio mulieri oblato. *ὕπαρ*, *ἀλήθεια καὶ οὐκ ὄναρ, ὀπτασία ἀληθής* Phavor. *ἐναργὴς ὄψις* Ammon. Sensus igitur videtur esse: *ὄψις μέντοι ὀνείρατος ὕπαρ αὐτίκα ἐγένετο somnium autem illico eventum habuit*, seu *ἐξ ὀνείρατος ὕπαρ ἐγένετο* ut fere dixit Aeschylus Prom. 486. Locus nostro simillimus est supra IV, 19, 4 ubi iam de v. *ὕπαρ* dicebamus. *καὶ εὗρε κτλ.* Vt haec ita Bellerophon quoque apud Pindarum l. c expergefactus statim invenit quod sibi per quietem oblatum viderat. *ἄλλως alias, alio tempore, sonst.* *στατὴρ χρυσοῦ* erat fere par viginti drachmis argenteis, quinque uni minae argenti, trecenti uni talento. cf. Boeckhii Staatshaush. d. Ath. I. p. 22 sq. ea, quae Harpocratio v. *Δαρεικὸς* habet, sequuti. *στατῆρες δισχίλιοι* respondebunt circiter novem imperialium millibus.

ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ

ΕΛΛΑΔΟΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΕΩΣ

ΒΟΙΩΤΙΚΑ.

BOIΩTIKA SEU LIB. IX.

CAPUT I.

Boeotia Atticae finitima a Boeoto nomen accepit — de Plataeensibus eorumque regibus ac rebus contra Xerxem gestis — Plataeënses bis eiecti et restituti.

Ἀθηναίοις δὲ ἡ Βοιωτία καὶ κατὰ ἄλλα τῆς Ἀττικῆς 711
ἐστιν ὅμορος, πρὸς δὲ Ἐλευθερῶν οἱ Πλαταιεῖς. Βοιωτοὶ δὲ τὸ μὲν πᾶν ἔθνος ἀπὸ Βοιωτοῦ τὸ ὄνομα ἔσχηκεν, ὃν Ἰτώνου παῖδα καὶ νύμφης δὴ Μελανίππης, Ἴτωνον δὲ Ἀμφικτύονος εἶναι λέγουσι· καλοῦνται δὲ κατὰ πόλεις ἀπό τε ἀνδρῶν καὶ τὰ πλείω γυναικῶν. (2) *Οἱ δὲ Πλαταιεῖς τοεξαρχῆς (ἐμοὶ δοκεῖν) εἰσὶν αὐτόχθονες· ὄνομα* 712
*δέ σφισιν ἀπὸ Πλαταίας, ἣν θυγατέρα εἶναι * τοῦ ποταμοῦ νομίζουσιν. ὅτι μὲν δὴ καὶ οὗτοι τὸ ἀρχαῖον ἐβασιλεύοντο, δῆλά ἐστιν· βασιλεῖαι γὰρ πανταχοῦ τῆς Ἑλλάδος, καὶ οὐ δημοκρατίαι πάλαι καθεστήκεσαν. τῶν δὲ*

Cap. I. Atheniensibus vero Boeotia quum ex aliis partibus Atticae finitima est, tum eos ad Eleutheras contingunt Plataeenses. Boeoti quidem, tota in universum gens, a Boeoto nomen accepere; quem Itoni et Melanippes Nymphae, Itonum ipsum Amphictyonis fuisse filium dicunt. Oppidatim nomina multa a viris, sed a foeminis plura nacti sunt. (2) Plataeenses quidem opinione mea indigenae sunt. Nomen illis inditum putant a Plataea amnis filia. In regum et hos fuisse priscis temporibus imperio, satis omnibus constat. Tota enim Graecia olim regibus

ΒΟΙΩΤΙΚΑ SEU LIB. IX.

CAPUT I.

Boeotia Atticae finitima a Boeoto nomen accepit — de Plataeënsibus eorumque regibus ac rebus contra Xerxem gestis — Plataeënses bis eiecti et restituti.

Ἀθηναίοις δὲ ἡ Βοιωτία καὶ κατὰ ἄλλα τῆς Ἀττικῆς 711
ἐστιν ὅμορος, πρὸς δὲ Ἐλευθερῶν οἱ Πλαταιεῖς. Βοιωτοὶ δὲ τὸ μὲν πᾶν ἔθνος ἀπὸ Βοιωτοῦ τὸ ὄνομα ἔσχηκεν, ὃν Ἰτώνου παῖδα καὶ νύμφης δὴ Μελανίππης, Ἴτωνον δὲ Ἀμφικτύονος εἶναι λέγουσι· καλοῦνται δὲ κατὰ πόλεις ἀπό τε ἀνδρῶν καὶ τὰ πλείω γυναικῶν. (2) Οἱ δὲ Πλαταιεῖς τοἐξαρχῆς (ἐμοὶ δοκεῖν) εἰσὶν αὐτόχθονες· ὄνομα 712
δέ σφισιν ἀπὸ Πλαταίας, ἣν θυγατέρα εἶναι * τοῦ ποταμοῦ νομίζουσιν. ὅτι μὲν δὴ καὶ οὗτοι τὸ ἀρχαῖον ἐβασιλεύοντο, δῆλά ἐστιν· βασιλεῖαι γὰρ πανταχοῦ τῆς Ἑλλάδος, καὶ οὐ δημοκρατίαι πάλαι καθεστήκεσαν. τῶν δὲ

Cap. I. Atheniensibus vero Boeotia quum ex aliis partibus Atticae finitima est, tum eos ad Eleutheras contingunt Plataeenses. Boeoti quidem, tota in universum gens, a Boeoto nomen accepere; quem Itoni et Melanippes Nymphae, Itonum ipsum Amphictyonis fuisse filium dicunt. Oppidatim nomina multa a viris, sed a foeminis plura nacti sunt. (2) Plataeenses quidem opinione mea indigenae sunt. Nomen illis inditum putant a Plataea amnis filia. In regum et hos fuisse priscis temporibus imperio, satis omnibus constat. Tota enim Graecia olim regibus

βασιλέων ἄλλον μὲν οὐδένα οἱ Πλαταιεῖς ἴσασι, μόνον δὲ Ἀσωπὸν, καὶ ἔτι πρότερον Κιθαιρῶνα· καὶ τὸν μὲν ἀπ' αὐτοῦ θέσθαι τῷ ὄρει τὸ ὄνομα, τὸν δὲ τῷ ποταμῷ λέγουσι. δοκῶ δὲ καὶ τὴν Πλάταιαν, ἀφ' ἧς κέκληται πόλις, βασιλέως Ἀσωποῦ, καὶ οὐ τοῦ ποταμοῦ παῖδα εἶναι. Πλαταιεῦσι δὲ πρὸ μὲν τῆς μάχης, ἣν Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι ἐμαχέσαντο, οὐδὲν ὑπῆρχεν ἐς δόξαν· μετασχόντες δὲ τοῦ Μαραθῶνι ἀγῶνος, ὕστερον καταβεβηκότος ἤδη Ξέρξου, καὶ ἐς τὰς ναῦς ἐτόλμησαν μετὰ Ἀθηναίων ἐσβῆναι, Μαρδόνιον δὲ τὸν Γωβρύου Ξέρξη στρατηγοῦντα ἠμύναντο ἐν τῇ σφετέρᾳ. (3) Δὶς δὲ σφᾶς κατέλαβε γενέσθαι τε ἀναστάτους καὶ αὖθις ἐς Βοιωτίαν καταχθῆναι. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ πολέμου τοῦ Πελοποννησίοις πρὸς Ἀθηναίους γενομένου Λακεδαιμόνιοι πολιορκίᾳ Πλάταιαν ἐξεῖλον. ἀνοικισθείσης δὲ ἐπὶ τῆς εἰρήνης, ἣν πρὸς βασιλέα τῶν Περσῶν γενέσθαι τοῖς Ἕλλησιν ἔπραξεν Ἀνταλκίδας ἀνὴρ Σπαρτιάτης, καὶ τῶν Πλαταιέων κατελθόντων ἐξ Ἀθηνῶν, τοὺς δὲ αὖθις ἔμελλεν ἐπιλήψεσθαι κα-

paruit, quum nondum respublicae institutae fuissent. Alium tamen e suis regibus neminem, quam Asopum, et eo superiorem Cithaeronem norunt; a quorum altero flumini, ab altero monti nomen fuerit. Et ipsam sane Plataeam, a qua urbs nomen acceperit, facile ut credam adducor, fuisse regis Asopi, non amnis filiam. Huius civitatis ante Marathoniam pugnam nullum exstat memorabile facinus. In eo praelio quum Athenienses adiuvissent, post Xerxis in Graeciam irruptionem, cum iisdem Atheniensibus alacriter naves conscenderunt; et intra suosmet deinde fines Mardonium Gobryae filium, Xerxis copiarum praefectum, male multarunt. (3) Bis autem evenit, ut sedibus suis pellerentur, et rursus in Boeotiam restituerentur. Bello enim Peloponnesiaco Lacedaemonii diu obsessam Plataeam expugnarunt. Iam vero restituta per eam pacem, quam Graecis a Persarum rege Antalcidas homo Spartanus confecit, quum ii, qui Athenas confugerant, in patriam re-

κὸν δεύτερον. ἐκ μὲν γε τοῦ ἐμφανοῦς πόλεμος πρὸς τοὺς Θηβαίους οὐκ ἦν συνεστηκώς· ἀλλὰ οἱ Πλαταιεῖς μένειν τὴν εἰρήνην σφίσιν ἔφασαν, ὅτι τὴν Καδμείαν Λακεδαιμονίοις κατασχοῦσιν οὔτε βουλεύματος, οὔτε ἔργου μετεσχήκεσαν. Θηβαῖοι δὲ ἀπέφαινον, τήν τε εἰρήνην Λακεδαιμονίους εἶναι τοὺς πράξαντας, καὶ ὕστερον παραβάντων ἐκείνων, λελύσθαι καὶ ἅπασιν ἠξίουν τὰς σπονδάς. οὐκ ἀνύποπτα οὖν ἡγούμενοι οἱ Πλαταιεῖς τὰ ἐκ τῶν Θηβαίων, διὰ φυλακῆς εἶχον ἰσχυρᾶς τὴν πόλιν, καὶ ἐς τοὺς ἀγροὺς, ὁπόσοι ἀπωτέρω τοῦ ἄστεως ἦσαν, οὐδὲ ἐς τού- 713
τους ἀνὰ πᾶσαν ἤρχοντο ἡμέραν· ἀλλὰ (ἠπίσταντο γὰρ τοὺς Θηβαίους πανδημεὶ καὶ ἅμα ἐπὶ πλεῖστον εἰώθεσαν βουλεύεσθαι) παρεφύλασσον τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ καθ᾽ ἡσυχίαν ἐφεώρων τὰ ἑαυτῶν καὶ οἱ ἔσχατοι γεωργοῦντες. Νεοκλῆς δὲ, ὃς τότε Βοιωταρχῶν ἔτυχεν ἐν Θήβαις (οὐ γὰρ αὐτὸν οἱ Πλαταιεῖς ἐλελήθεσαν ἐπὶ τῇ τέχνῃ) προεῖπε τῶν Θηβαίων ἕκαστόν τινα εἶναι πρὸς

dissent, nova iterum clade afflicta est. Nam quum nullum omnino propalam bellum Thebanis indixissent, ac sibi cum illis pacem esse dicerent, quod dum Cadmea a Lacedaemoniis occuparetur, neque consilii, neque operis eius participes fuissent: Thebani tamen praetendebant, Lacedaemonios eam pacem fecisse: quam quum deinde violassent, eidem culpae affines esse interpretabantur omnes, quibus communi foedere cautum fuisset. Quum itaque Plataeensibus suspecta esset Thebanorum voluntas, urbem firmissimo praesidio tuebantur. Qui vero agros a moenibus longinquiores habebant, non quavis diei hora in eos veniebant; sed observatis concionum temporibus, quas illi et alias frequentes ex omni populi parte celebrare soliti erant: tunc demum quum in unum consultandi causa convenissent, sua, qui extremum agrum colerent, quiete curabant. At Neocles Thebanus, qui summum tunc in Boeotis magistratum gerebat, quum Plataeensium astum deprehendisset, suis imperavit, ut in concionem quilibet

τὴν ἐκκλησίαν ὁμοῦ τοῖς ὅπλοις, καὶ σφᾶς αὐτίκα οὐ τὴν εὐθεῖαν ἀπὸ τῶν Θηβῶν τὴν δὲ ἐπὶ τὴν πεδιάδα, τὴν δὲ ἐπὶ Ὑσιὰς ἦγε πρὸς Ἐλευθερῶν τε καὶ τῆς Ἀττικῆς, ᾗ μηδὲ σκοπὸς ἐτέτακτο, καὶ ὑπὸ τῶν Πλαταιέων γενήσεσθαι τείχη περὶ μεσοῦσαν μάλιστα ἔμελλε τὴν ἡμέραν. Πλαταιεῖς δὲ ἄγειν Θηβαίους νομίζοντες ἐκκλησίαν, ἐς τοὺς ἀγροὺς ἀποκεκλεισμένοι τῶν πυλῶν ἦσαν. πρὸς δὲ τοὺς ἐγκαταληφθέντας ἐποιήσαντο οἱ Θηβαῖοι σπονδὰς, ἀπελθεῖν σφᾶς πρὸ ἡλίου δύντος ἄνδρας μὲν σὺν ἑνὶ, γυναῖκας δὲ δύο ἱμάτια ἑκάστην ἔχουσαν. συνέβη τε ἐναντία τοῖς Πλαταιεῦσιν ἐν τῷ τότε ἡ τύχη, ἢ ὡς ὑπὸ Ἀρχιδάμου καὶ Λακεδαιμονίων τὸ πρότερον ἥλωσαν. Λακεδαιμόνιοί γε αὐτοὺς ἐξεπολιόρκησαν, ἀπείργοντες διπλῷ τείχει μὴ ἐξελθεῖν τοῦ ἄστεως· Θηβαῖοι δὲ ἐν τῷ τότε ἀφελόμενοι μὴ ἐσελθεῖν σφᾶς ἐς τὸ τεῖχος. ἐγένετο δὲ ἡ ἅλωσις Πλαταίας ἡ δευτέρα μάχης μὲν τρίτῳ τῆς ἐν Λεύκτροις ἔτει πρότερον, Ἀστείου δὲ Ἀθήνησιν ἄρχοντος. καὶ ἡ μὲν πόλις ὑπὸ τῶν Θηβαίων καθῃρέθη πλὴν τὰ ἱερά· τοῖς δὲ Πλα-
7 ταιεῦσιν ὁ τρόπος τῆς ἁλώσεως σωτηρίαν παρέσχεν ἐν ἴσῳ

cum armis veniret. Quo facto, statim omnes Plataeas duxit, non sane recta per campestrem agri partem; sed Hysias versus qua scilicet Eleutheris et ex Attica acceditur; ubi speculator a Plataeensibus nullus erat. Meridiana sane hora, qua oppidani concione occupatos Thebanos rati, se in agros occlusis a tergo portis effuderant; cum iis qui intra muros deprehensi sunt hostes pepigerunt, ut cum singulis viri, mulieres cum binis vestimentis ante solis occasum exirent. Diverso autem longe casu oppressi tunc sunt Plataeenses, quam olim a Lacedaemoniis duce Archidamo. Tunc enim quum obsiderentur, duplici muro interclusi sunt: at eos Thebani moenibus excluserunt. Accidit haec altera oppressio Plataeensibus anno tertio ante Leuctricam pugnam, Athenis Asteo principatum obtinente. Urbs tota a Thebanis praeter deorum templa excisa est. Excidii modus civibus aeque omnibus saluti

πᾶσιν· ἐκπεσόντας δὲ σφᾶς ἐδέξαντο αὖθις οἱ Ἀθηναῖοι. Φιλίππου δὲ, ὡς ἐκράτησεν ἐν Χαιρωνείᾳ, φρουράν τε ἐσαγαγόντος ἐς Θήβας, καὶ ἄλλα ἐπὶ καταλύσει τῶν Θηβαίων πράσσοντος, οὕτω καὶ οἱ Πλαταιεῖς ὑπ' αὐτοῦ κατήχθησαν.

CAPUT II.

Hysiarum et Erythrarum urbium reliquiae — Mardonii sepulcrum — Actaeonis petra et de Actaeone narratio — tumuli occisorum in pugna Plataeënsi et ludi Eleutheria dicti — de memorandis urbis Plataeae, Iunonis Τελείας templo et signo.

Γῆς δὲ τῆς Πλαταιΐδος ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ὀλίγον τῆς εὐθείας ἐκτραπεῖσιν ἐς δεξιὰ, Ὑσιῶν καὶ Ἐρυθρῶν ἐρείπιά ἐστι. πόλεις ποτὲ τῶν Βοιωτῶν ἦσαν, καὶ νῦν ἔτι ἐν τοῖς ἐρειπίοις τῶν Ὑσιῶν ναός ἐστιν Ἀπόλλωνος ἡμίεργος, καὶ φρέαρ ἱερόν· πάλαι δὲ ἐκ τοῦ φρέατος κατὰ τὸν Βοιωτῶν λόγον ἐμαντεύοντο πίνοντες. (2) Ἐπανελθοῦσι δὲ ἐς τὴν λεωφόρον, ἔστιν αὖθις ἐν δεξιᾷ Μαρδονίου λεγόμενον μνῆμα εἶναι. καὶ ὅτι μὲν εὐθὺς ἦν μετὰ τὴν μάχην ἀφανὴς ὁ Μαρδονίου νεκρὸς, ἔστιν ὡμολογημένον· τὸν δὲ

fuit. Eiecti enim *primum* ab Atheniensibus iterum recepti fuere: deinde Philippus victoria apud Chaeroneam parta, quum Thebanis praesidium imposuisset, ac omnia ad eorum perniciem moliretur, ipsos etiam tunc Plataeenses in pristinas sedes reduxit.

Cap. II. Agri quidem Plataici sub Cithaerone paululum a recta digressis ad laevam, Hysiarum et Erythrarum rudera sunt. Urbes olim Boeotorum fuere: ac nunc etiam inter Hysiarum ruinas Apollinis templum est, dimidiata sui parte perfectum. Sacer praeterea puteus; de quo (uti Boeoti ipsi sermone suo vulgarunt) bibentes olim vaticinabantur. (2) Hinc in militarem viam reversi, offendant ad dexteram, Mardonii quod esse aiunt, sepulcrum; cadaver quidem Mardonii statim a proelio e conspectu sublatum

θάψαντα οὐ κατὰ ταὐτὰ, ὅστις ἦν, λέγουσι. φαίνεται δὲ Ἀρτόντης ὁ Μαρδονίου πλεῖστα μὲν διδοὺς Διονυσοφάνει δῶρα ἀνδρὶ Ἐφεσίῳ, δοὺς μέντοι καὶ ἄλλοις Ἰώνων, ὡς οὐδὲ ἐκείνοις ἀμελὲς γενόμενον ταφῆναι Μαρδόνιον. αὕτη μὲν ἀπ' Ἐλευθερῶν ἐς Πλάταιαν ἄγει. (3) Τοῖς δὲ ἐκ Μεγάρων ἰοῦσι πηγή τέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ, καὶ προελθοῦσιν ὀλίγον πέτρα· καλοῦσι δὲ τὴν μὲν Ἀκταίωνος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ καθεύδειν φασὶ τῇ πέτρᾳ τὸν Ἀκταίωνα, ὁπότε κάμοι θηρεύων· ἐς δὲ τὴν πηγὴν ἐνιδεῖν λέγουσιν αὐτὸν, λουμένης Ἀρτέμιδος ἐν τῇ πηγῇ. Στησίχορος δὲ ὁ Ἱμεραῖος ἔγραψεν, ἐλάφου περιβαλεῖν δέρμα Ἀκταίωνι τὴν θεὸν, παρασκευάζουσάν οἱ τὸν ἐκ τῶν κυνῶν θάνατον, ἵνα δὴ μὴ γυναῖκα Σεμέλην λάβοι. ἐγὼ δὲ ἄνευ θεοῦ πείθομαι νόσον λύσσαν τοῦ Ἀκταίωνος ἐπιλαβεῖν τοὺς κύνας· μανέντες δὲ καὶ οὐ διαγιγνώσκοντες διαφορήσειν ἔμελλον πάντα τινα, ὅτῳ περιτύχοιεν. καθότι δὲ τοῦ Κιθαιρῶνος Πενθεῖ τῷ Ἐχίονος ἐγένετο ἡ συμφορὰ, ἢ Οἰ-

fuisse, consentiente ab omnibus voce proditum est, sed in eo qui sepelierit, non item consentiunt. Satis illud constat, Artontem Mardonii filium luculenta dona Dionysophani homini Ephesio, et aliis quibusdam Ionici nominis dedisse, ut nec illis Mardonii sepeliendi curam negligentibus. Atque haec quidem via ab Eleutheris Plataean ducit. (3) *Eodem* vero Megaris contendentibus ad dexteram fons et paulo progressis longius saxum est: Actaeonis nuncupant. Nam super eo dormire Actaeonem solitum dicunt, a venatione fatigatum; atque *inde* Dianam in fonte *proximo* lavantem aspexisse. Stesichorus Himeraeus Actaeonem a Diana cervi pelle circumdatum scripsit; incitatis ad eum lacerandum canibus, ne Semelen uxorem duceret. Ego vero sine deae instinctu Actaeonis canes rabie correptos credo, eosque quum in furore neminem internoscerent, obvium quemque fuisse discerpturos. Qua in parte Cithaeronis, Pentheo Echionis filio pernicies evenerit, aut recens natus Oedipus ubinam expositus fuerit,

δίποδα ὅποι τεχθέντα ἐξέθεσαν, οἶδεν οὐδείς· καθάπερ
ἴσμεν τὴν Σχιστὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Φωκέων, ἐφ' ᾗ τὸν πατέρα 715
Οἰδίπους ἀπέκτεινεν. ὁ δὲ Κιθαιρὼν τὸ ὄρος Διὸς ἱερὸν Κι-
θαιρωνίου ἐστὶν, ἃ δὴ καὶ ἐς πλέον ἐπέξειμι, ἐπειδὰν
ἐς αὐτὰ ὁ λόγος καθήκῃ μοι. (4) Κατὰ δὲ τὴν ἔσοδον
μάλιστα τὴν ἐς Πλάταιαν τάφοι τῶν πρὸς Μήδους μαχε-
σαμένων εἰσί. τοῖς μὲν οὖν λοιποῖς ἐστιν Ἕλλησι μνῆμα
κοινόν· Λακεδαιμονίων δὲ καὶ Ἀθηναίων τοῖς πεσοῦ-
σιν ἰδίᾳ τέ εἰσιν οἱ τάφοι, καὶ ἐλεγεῖά ἐστι Σιμωνίδου γε-
γραμμένα ἐπ' αὐτοῖς. οὐ πόρρω δὲ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν
Ἑλλήνων Διός ἐστιν Ἐλευθερίου βωμός· τοῦτο μὲν δὴ
χαλκοῦ, τοῦ Διὸς δὲ τόν τε βωμὸν καὶ τὸ ἄγαλμα ἐποίη-
σαν λευκοῦ λίθου. ἄγουσι δὲ καὶ νῦν ἔτι ἀγῶνα διὰ ἔ-
τους πέμπτου, τὰ δὲ Ἐλευθέρια, ἐν ᾧ μέγιστα γέρα
πρόκειται δρόμου· θέουσι δὲ ὡπλισμένοι πρὸ τοῦ βωμοῦ.
τρόπαιον δὲ, ὃ τῆς μάχης τῆς Πλαταιᾶσιν ἀνέθεσαν οἱ
Ἕλληνες, πεντεκαίδεκα σταδίοις μάλιστα ἕστηκεν ἀπω-
τέρω τῆς πόλεως.

novit plane nemo: nam bivium non ignoramus, in quo patrem Oedipus occidit. In Phocensibus enim vulgo monstratur. Est Cithaeron Cithaeronio Iovi sacer; de quo tunc agemus copiosius, quum ad ea, *quae illic exstant*, pervenerit oratio. (4) Circa ipsum prope ad Plataean aditum, sepulcra eorum spectantur, qui cum Persis pugnantes ceciderunt. Ac reliquis sane Graecis *unum* est *et* commune conditorium. At Lacedaemoniis et Atheniensibus eo praelio peremptis sui separatim sunt tumuli, et in illis inscripti Simonidis elegi. A communi illo Graecorum monumento non procul ara dicata fuit Iovi Eleutherio. Sepulcrum quidem ex aere factum, Iovis ara et signum e candido lapide. *Ad eam aram* ludos quinto quoque anno Eleutheria etiamnum faciunt, maximis de cursu propositis praemiis. Armati ante aram decurrunt. Trophaeum, quod a Plataeensi pugna *victores* Graeci erexere, XV ut plurimum stadia ab urbe distat. (5) Intra urbem

(8) Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ πόλει προϊοῦσιν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ καὶ τοῦ ἀγάλματος, ἃ τῷ Διὶ πεποίηται τῷ Ἐλευθερίῳ, Πλαταίας ἐστὶν ἡρῷον· καί μοι τὰ ἐπ' αὐτὴν ἤδη τὰ λεγόμενα, καὶ ὁποῖα αὐτὸς εἴκαζον, ἔστιν εἰρημένα. Πλαταιεῦσι δὲ ναός ἐστιν Ἥρας θέας ἄξιος μεγέθει τε καὶ ἐς τῶν ἀγαλμάτων τὸν κόσμον. ἐσελθοῦσι μὲν Ῥέα τὸν πέτρον κατειλημένον σπαργάνοις, οἷα δὴ τὸν παῖδα, ὃν ἔτεκε, Κρόνῳ κομίζουσά ἐστι· τὴν δὲ Ἥραν Τελείαν καλοῦσι· πεποίηται δὲ ὀρθὸν μεγέθει ἄγαλμα μέγα· λίθου δὲ ἀμφότερα τοῦ Πεντελησίου, Πραξιτέλους δέ ἐστιν ἔργα. ἐνταῦθα καὶ ἄλλο Ἥρας ἄγαλμα καθήμενον Καλλίμαχος ἐποίησε· Νυμφευομένην δὲ τὴν θεὸν ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε ὀνομάζουσιν.

CAPUT III.

De Iunone Nympheuomene dicta narratio — quaenam signa antiquitus Daedala dicta, et inde Daedalum artificem nomen accepisse asseritur — de festi Daedalorum ratione — de festis Daedalorum minorum et maiorum — antrum Nympharum Cithaeronidum, Sphragidium dictum.

Ἥραν ἐφ' ὅτῳ δὴ πρὸς τὸν Δία ὠργισμένην ἐς Εὔβοιάν
716 φασιν ἀναχωρῆσαι· Δία δὲ, ὡς οὐκ ἔπειθεν αὐτήν, πα-

ipsam quum introieris, ea parte, qua ara est signum Iovis Eleutherii, Plataeae heroicum videas monumentum. De ea iam ante, et quae dicantur, et quae ipse opiner exposui. Habent Plataeenses Iunonis aedem multo spectatu dignissimam, tam magnitudine, quam signorum ornatu. In primo ingressu Rhea saxum fasciis involutum pro puero, quem pepererat, ad Saturnum defert. Templi numen Telean (*id est adultam*) Iunonem vocant. Recto statu fabricatum signum est ingenti prope magnitudine. Signum utrumque e Pentelico lapide Praxiteles fecit. Sedentem vero Iunonem *eodem in templo* fecit Callimachus. Nympheuomenen (*id est Desponsatam*) nominant ob huiusmodi rei eventum.

Cap. III. Iunonem aiunt iratam Iovi, incertum, qua de causa, in Euboeam secessisse: Iovem, quum pla-

ρὰ Κιθαιρῶνα λέγουσιν ἐλθεῖν δυναστεύοντα ἐν Πλαταιαῖς τότε· εἶναι γὰρ τὸν Κιθαιρῶνα οὐδενὸς σοφίαν ὕστερον. οὗτος οὖν κελεύει τὸν Δία ἄγαλμα ξύλου ποιησάμενον ἄγειν ἐπὶ βοῶν ζεύγους ἐγκεκαλυμμένον, λέγειν δὲ, ὡς ἄγοιτο γυναῖκα Πλάταιαν τὴν Ἀσωποῦ. καὶ ὁ μὲν ἔπρασσε κατὰ τὴν παραίνεσιν τοῦ Κιθαιρῶνος· Ἥρα δὲ ἐπέπυστό τε αὐτίκα, καὶ αὐτίκα ἀφίκετο. ὡς δὲ ἐπλησίαζε τῇ ἁμάξῃ, καὶ τοῦ ἀγάλματος τὴν ἐσθῆτα περιέῤῥηξεν, ἥσθη τε τῇ ἀπάτῃ, ξόανον εὑροῦσα ἀντὶ νύμφης γυναικὸς, καὶ διαλλαγὰς ποιεῖται πρὸς τὸν Δία. (2) Ἐπὶ ταύταις ταῖς διαλλαγαῖς Δαίδαλα ἑορτὴν ἄγουσιν, ὅτι οἱ πάλαι τὰ ξόανα ἐκάλουν δαίδαλα· ἐκάλουν δὲ (ἐμοὶ δοκεῖν) πρότερον ἔτι, ἢ Δαίδαλος ὁ Παλαμάονος ἐγένετο Ἀθήνῃσι· τούτῳ δὲ ὕστερον ἀπὸ τῶν δαιδάλων ἐπίκλησιν γενέσθαι δοκῶ, καὶ οὐκ ἐκ γενετῆς τεθῆναι τὸ ὄνομα. (3) Δαίδαλα οὖν ἄγουσιν οἱ Πλαταιεῖς ἑορτὴν δι' ἔτους ἑβδόμου μὲν, ὡς ἔφασκεν ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἐξη-

care eam non potuisset, ad Cithaeronem, qui tunc Plataeensibus imperabat, venisse: fuisse vero Cithaeronem nemini calliditate secundum. Eius monitu Iupiter simulacrum e ligno fabricavit, illudque plaustro *vestimentis* velatum imposuit: in vulgus vero prodidit, Plataeam eam esse Asopi filiam, quae sibi esset desponsa. Id ubi ad Iunonis aures pervasit, accurrit illico; et ad plaustrum accedens, veste conscissa, ligneam esse effigiem comperit, quam novam esse nuptam putarat. Falsam se itaque laetanti animo ferens, facile in gratiam cum Iove rediit. (2) In eius rei memoriam festos celebrant dies, quae Daedala nuncupantur, quod prisci lignea signa Daedala vocitabant. Quod sane nominis ante natum Athenis Daedalum Palamaonis filium usurpatum crediderim: quin post a daedalis, *ligneis scilicet simulacris*, non autem *proprio ac* germano nomine, Daedalo ipsi cognomen impositum fuisse arbitror. (3) Referuntur Daedala (ludi) septimo quoque anno, sicuti mihi narrabat interpres patriae suae antiquitatum; re

γητής; ἀληθεῖ μέντοι λόγῳ, δι' ἐλάσσονος, καὶ οὐ τοσούτου χρόνου. ἐθελήσαντες δὲ ἀπὸ Δαιδάλων ἐς Δαίδαλα ἕτερα ἀναριθμῆσαι τὸν μεταξὺ χρόνον ἐς τὸ ἀκριβέστατον, οὐκ ἐγενόμεθα οἷοί τε. ἄγουσι δὲ οὕτω τὴν ἑορτήν. δρυμός ἐστιν Ἀλαλκομενῶν οὐ πόῤῥω μέγιστος τῶν ἐν Βοιωτίᾳ· στελέχη δρυῶν ἐστιν ἐνταῦθα. ἐς τοῦτον οἱ Πλαταιεῖς ἀφικόμενοι τὸν δρυμὸν, προτίθενται μοίρας κρεῶν ἑφθῶν· ὄρνιθες δὲ οἱ μὲν ἄλλοι σφίσιν ἥκιστά εἰσι δι' ὄχλου, τῶν κοράκων δὲ (οὗτοι γάρ σφισιν ἐπιφοιτῶσιν) ἔχουσιν ἀκριβῆ τὴν φρουράν· τὸν δὲ αὐτῶν ἁρπάσαντα κρέας, ἐφ' ὅτῳ τῶν δένδρων καθεδεῖται, φυλάσσουσιν· ἐφ' οὗ δ' ἂν καθεσθῇ, τεμόντες ποιοῦσιν ἀπὸ τούτου τὸ δαίδαλον· δαίδαλον γὰρ δὴ καὶ τὸ ξόανον αὐτὸ ὀνομάζουσι. (4) Ταύτην μὲν ἰδίᾳ Πλαταιεῖς ἑορτὴν ἄγουσι, Δαίδαλα μικρὰ ὀνομάζοντες· Δαιδάλων δὲ ἑορτὴν τῶν μεγάλων καὶ οἱ Βοιωτοὶ σφισι συνεορτάζουσι, δι' ἑξηκοστοῦ δὲ ἄγουσιν ἔτους· ἐκλιπεῖν γὰρ το-
717 σοῦτον χρόνον τὴν ἑορτήν φασιν, ἡνίκα οἱ Πλαταιεῖς

autem vera breviore temporis ambitu. Verum quum subtiliter enumerare vellemus media tempora a Daedalis ad altera Daedala, neutiquam id consequi potuimus. Ludi certe tali peraguntur ritu. Lucus est in Boeotia, omnium maximus, non longe ab Alalcomenis: ibi caudices quercuum sunt. In eum lucum venientes Plataeenses, carnium frusta elixarum exponunt. Et sane cum avibus aliis minus est eis negotii: corvorum vero turbam, quod ii omnium maxime *in exta* involant, quam diligentissime arcent. Observant autem, si qua earum alitum carnem abripuerit, in qua consederit arbore. Nam ex ea sola materia caedunt ad daedalum fabricandum: hoc enim nomine signum vocant. (4) Privatim Plataeenses sacrum faciunt, quae parva Daedala appellant. Daedala sane magna, Boeotii omnes conventu suo celebrant, sexagesimo quoque demum anno. Tamdiu enim solenne sacrum intermissum tradunt, quum Plataeenses *interea* domo eiecti

ἔφευγον. ξόανα δὲ τεσσαρεσκαίδεκα ἕτοιμά σφίσιν ἐστὶ κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον παρασκευασθέντα ἐν Δαιδάλοις τοῖς μικροῖς. ταῦτα ἀναιροῦνται κλήρῳ Πλαταιεῖς, Κορωναῖοι, Θεσπιεῖς, Ταναγραῖοι, Χαιρωνεῖς, Ὀρχομένιοι, Λεβαδεῖς, Θηβαῖοι. διαλλαγῆναι γὰρ καὶ οὗτοι Πλαταιεῦσιν ἠξίωσαν, καὶ συλλόγου μετασχεῖν κοινοῦ, καὶ ἐς Δαίδαλα θυσίαν ἀποστέλλειν, ὅτε Κάσσανδρος ὁ Ἀντιπάτρου τὰς Θήβας ἀνῴκισε. τῶν δὲ πολισμάτων ὁπόσα ἐστὶν ἐλάσσονος λόγου, συντέλειαν αἱροῦνται. Τὸ ἄγαλμα κοσμήσαντες παρὰ τὸν Ἀσωπὸν, καὶ ἀναθέντες ἐπὶ ἅμαξαν, γυναῖκα ἐφιστᾶσι νυμφεύτριαν· οἱ δὲ αὖθις κληροῦνται, καθ' ἥντινα τάξιν τὴν πομπὴν ἀνάξουσι· τὸ δ' ἐντεῦθεν τὰς ἁμάξας ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ πρὸς ἄκρον τὸν Κιθαιρῶνα ἐλαύνουσιν. εὐτρέπισται δέ σφισιν ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους βωμός· ποιοῦσι δὲ τρόπῳ τοιῷδε τὸν βωμόν· ξύλα τετράγωνα ἁρμόζοντες πρὸς ἄλληλα συντιθέασι κατὰ ταὐτὰ, καὶ εἰ λίθων ἐποιοῦντο οἰκοδομίαν· ἐξάραντες δὲ ἐς ὕψος φρύγανα ἐπιφέρουσιν. αἱ μὲν δὴ πόλεις καὶ τὰ τέλη θή-

exularent. Et in parvis quidem Daedalis signa quotannis comparata quaternadena promunt: quae sortiti inter se, tollunt Plataeenses, Coronaei, Thespienses, Tanagraei, Chaeronenses, Orchomenii, Lebadenses, Thebani. Nam et hi cum Plataeensibus in gratiam redire, communemque cum aliis conventum frequentare et victimam ad Daedala concelebranda mittere instituerunt, post restitutas nempe a Cassandro Antipatri filio Thebas. *Quae* vero oppida minora sunt dignatione, ea ubi sua cuique sors obtigerit, *sacri eius* ita *sua* obeunt munia. Ad Asopi ripas simulacrum ornant, eique in currum imposito addunt muliebrem pronubam. Tum rursus sortiti quo quisque populus loco pompam ipsam traducat, plaustra a flumine in summum Cithaeronis verticem agunt. Ara ibi in ipso iugo parata est: eam aram hoc exaedificant modo. Quadrata ligna tam apte inter se componunt, ut lapidum structuram fecisse videri possint: sarmenta eo congesta in fastigium erigunt. Ex

λεων θύσαντες τῇ Ἥρᾳ βοῦν ἕκαστοι καὶ ταῦρον τῷ Διὶ τὰ ἱερεῖα, οἴνου καὶ θυμιαμάτων πλήρη, καὶ τὰ δαίδαλα ὁμοῦ καθίζουσιν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, ἰδιῶται δέ, ὁπόσα θύουσιν, οἱ πλούσιοι· τοῖς δὲ οὐχ ὁμοίως δύναμις, τὰ λεπτότερα τῶν προβάτων θύειν καθέστηκε, καθαγίζειν δὲ τὰ ἱερεῖα ὁμοίως πάντα· σὺν δέ σφισι καὶ αὐτὸν τὸν βωμὸν ἐπιλαβὸν τὸ πῦρ ἐξανήλωσε· μεγίστην δὲ ταύτην φλόγα
718 καὶ ἐκ μακροτάτου σύνοπτον οἶδα ἀρθεῖσαν. (5) Ὑπὲρ δὲ τῆς κορυφῆς, ἐφ' ᾗ τὸν βωμὸν ποιοῦνται, πέντε που μάλιστα καὶ δέκα ὑποκαταβάντι σταδίους, νυμφῶν ἐστιν ἄντρον Κιθαιρωνίδων, Σφραγίδιον μὲν ὀνομαζόμενον· μαντεύεσθαι δὲ τὰς νύμφας τὸ ἀρχαῖον αὐτόθι ἔχει λόγος.

CAPUT IV.

De templo et signo Minervae Areae — reliquis Plataeae memorandis — fluvio Oeroë et de Scoli reliquiis.

Πλαταιεῦσι δὲ Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ἀρείας ἐστὶν ἱερόν· ᾠκοδομήθη δὲ ἀπὸ λαφύρων, ἃ τῆς μάχης σφίσιν Ἀθη-

urbibus quidem singulis locupletiores Telean mactata bove, Iovem tauro, vino et odoribus refertis hostiis, venerantur; simulque daedala super ara collocant. Quibus vero minus est copiarum, ii reliqua eodem cum divitibus faciunt ritu, e minoribus tantum immolant gregibus. Aram correptam ignis cum iis omnibus, quae porrecta fuerint, comburit. Flammam in sublime attolli maximam, maximeque e longinquo spectabilem novimus. (5) Supra iugum illud, in quo aram extruunt, ubi stadia ferme XV descenderis, antrum videas Cithaeronidum Nympharum: Sphragidium nominant. Vaticinatas ibi priscis temporibus Nymphas, sermo hominum vulgavit.

Cap. IV. Minervae etiam Areae (*ac si Martiae dicas*) apud Plataeenses fanum est: de manubiis erectum

ναῷ τῆς ἐν Μαραθῶνι ἀπένειμαν. τὸ μὲν δὴ ἄγαλμα ξόανόν ἐστιν ἐπίχρυσον, πρόσωπον δὲ οἱ καὶ χεῖρες ἄκραι καὶ πόδες λίθου τοῦ Πεντελησίου εἰσί· μέγεθος μὲν οὐ πολὺ δή τι ἀποδεῖ τῆς ἐν ἀκροπόλει χαλκῆς, ἣν καὶ αὐτὴν Ἀθηναῖοι τοῦ Μαραθῶνι ἀπαρχὴν ἀγῶνος ἀνέθηκαν. Φειδίας δὲ καὶ Πλαταιεῦσιν ἦν ὁ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα ποιήσας. γραφαὶ δὲ εἰσιν ἐν τῷ ναῷ, Πολυγνώτου μὲν, Ὀδυσσεὺς τοὺς μνηστῆρας ἤδη κατειργασμένος, Ὀνατᾶ δὲ, Ἀργείων ἐπὶ Θήβας ἡ προτέρα στρατεία· αὗται μὲν δή εἰσιν ἐπὶ τοῦ προνάου τῶν τοίχων αἱ γραφαί. κεῖται δὲ τοῦ ἀγάλματος πρὸς τοῖς ποσὶν εἰκὼν Ἀριμνήστου. ὁ δὲ Ἀρίμνηστος ἔν τε τῇ πρὸς Μαρδόνιον μάχῃ καὶ ἔτι πρότερον ἐς Μαραθῶνα Πλαταιεῦσιν ἡγήσατο. (2) Ἔστι δὲ καὶ Δήμητρος ἐπίκλησιν Ἐλευσινίας ἱερὸν ἐν Πλαταιαῖς, καὶ Λήϊτου μνῆμα. τῶν δὲ ἡγεμόνων, οἳ Βοιωτοὺς ἐς Τροίαν ἤγαγον, μόνος ἀνέστρεψεν οἴκαδε οὗτος ὁ Λήϊτος. τὴν δὲ κρήνην τὴν Γαργαφίαν Μαρδόνιος καὶ ἡ ἵππος συνέχεεν ἡ Περσῶν, ὅτι τὸ Ἑλλήνων στράτευμα τὸ ἀντικαθήμενόν σφισιν ἀπ'

fuit, quas e pugna Marathonia cum Plataeensibus Athenienses communicarunt. Signum e ligno est inauratum; eius os, summae manus, et pedes, e Pentelico lapide: magnitudine prope pari cum ea Minerva, quam Athenienses in arce ex aere de Marathonia praeda *seu* primitias dedicarunt. Minervam sane illam Plataeensibus Phidias fecit. Picturae in aede sunt, Polygnoti, Ulysses patrata procorum caede: Onatae, Argivorum prior ad Thebas expeditio. Atque hae quidem picturae in parietibus primi aditus cernuntur. Ad pedes deae est Arimnesti imago. Dux hic Plataeensium fuit in pugna contra Mardonium, et ante etiam ad Marathonem. (2) Est et Cereris cognomento Eleusiniae Plataeis sacellum; et Leiti sepulcrum. Unus hic ex omnibus Boeotorum ducibus e bello Troiano domum rediit. Gargaphiae ductum aquae Mardonii equitatus corrupit, quod Graecorum copiae,

αὐτῆς ἔπινεν· ὕστερον μέντοι τὸ ὕδωρ ἀνεσώσαντο οἱ Πλαταιεῖς. (3) Ἐκ Πλαταίας δὲ ἰοῦσιν ἐς Θήβας ποταμός ἐστιν Ὠερόη· θυγατέρα δὲ εἶναι τὴν Ὠερόην τοῦ Ἀσωποῦ λέγουσι. πρὶν δὲ ἢ διαβῆναι τὸν Ἀσωπὸν, παρ' αὐτὸ τὸ ῥεῦμα ἀποτραπεῖσιν ἐς τὰ κάτω, καὶ προελθοῦσιν ὅσον τεσσαράκοντα στάδια, ἔστιν ἐρείπια Σκώλου· Δήμητρος δὲ καὶ Κόρης ἐν τοῖς ἐρειπίοις οὐκ ἐξειργασμένος ὁ ναὸς, ἡμίσεα δὲ καὶ ταῖς θεαῖς ἐστι τὰ ἀγάλματα. ἀποκρίνει δὲ καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τῆς Θηβαίων τὴν Πλαταιΐδα ὁ Ἀσωπός.

CAPUT V.

De primis Thebaidis incolis et regibus, Ogygo, Cadmo — Polydoro, Pentheo — Amphione et Zetho — de Amphionis musica arte varia narratio — de Laïo et Oedipode — Polynice et Eteocle — Thebis ab Argivis captis et de Thersandro — de Tisameno et reliquis Thebanorum regibus.

719 Γῆν δὲ τὴν Θηβαΐδα οἰκῆσαι πρῶτον λέγουσιν Ἕκτηνας, βασιλέα δὲ εἶναι τῶν Ἑκτήνων ἄνδρα αὐτόχθονα Ὤγυγον· καὶ ἀπὸ τούτου ταῖς πολλοῖς τῶν ποιητῶν ἐπίκλησις ἐς τὰς Θήβας ἐστὶν Ὠγύγιαι. καὶ τούτους μὲν ἀπολέσθαι

quae contra se stabant, illa aqua utebantur. Est tamen fons ille post a Plataeensibus restitutus. (3) In via, quae a Plataea Thebas ducit, fluvius est Peroe. Filiam fuisse Asopi Peroen, dicunt. In citeriore Asopi ripa ad inferiora flectentibus, stadium intervallo prope XL, Scoli ruinae sunt; inter quas extat imperfecta aedes Cereris et Proserpinae, cum dimidiatis dearum signis. Dividit adhuc a Thebano Plataeensem agrum Asopus.

Cap. V. Qui primi Thebaidem terram tenuerint, Ectenas fuisse tradunt, quorum rex fuerit Ogygus, homo indigena. Ab eo nempe poëtarum complures Thebas Ogygias cognomine appellant. Periisse hunc populum ferunt

λοιμώδει νόσῳ φασὶν, ἐσοικίσασθαι δὲ μετὰ τοὺς Ἐκτῆνας ἐς τὴν χώραν Ὕαντας, καὶ Ἄονας, Βοιώτια (ἐμοὶ δοκεῖν) γένη, καὶ οὐκ ἐπηλύδων ἀνθρώπων. Κάδμου δὲ καὶ τῆς Φοινίκων στρατιᾶς ἐπελθούσης, μάχῃ νικηθέντες οἱ μὲν Ὕαντες ἐς τὴν νύκτα τὴν ἐπερχομένην ἐκδιδράσκουσι· τοὺς δὲ Ἄονας ὁ Κάδμος γενομένους ἱκέτας καταμεῖναι, καὶ ἀναμιχθῆναι τοῖς Φοίνιξιν εἴασε. τοῖς μὲν οὖν Ἄοσι κατὰ κώμας ἔτι ἦσαν αἱ οἰκήσεις· Κάδμος δὲ τὴν πόλιν, τὴν καλουμένην ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Καδμείαν, ᾤκισεν. αὐξηθείσης δὲ ὕστερον τῆς πόλεως, οὕτω τὴν Καδμείαν ἀκρόπολιν συνέβη τῶν κάτω γενέσθαι Θηβῶν. Κάδμῳ δὲ γάμος τε ἐπιφανὴς ὑπῆρξεν, εἰ δὴ θυγατέρα Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως κατὰ λόγον τῶν Ἑλλήνων ἔσχε· καὶ αἱ θυγατέρες εἰλήφασιν αὐτῷ φήμην, Σεμέλη μὲν τεκεῖν ἐκ Διὸς, Ἰνὼ δὲ θεῶν εἶναι τῶν θαλασσίων. ἐπὶ μὲν δὴ Κάδμου μέγιστον μετά γε αὐτὸν Κάδμον ἠδύναντο οἱ Σπαρτοὶ, Χθόνιος, καὶ Ὑπερήνωρ, καὶ Πέλωρος, καὶ Οὐδαῖος· Ἐχίονα δὲ ὡς προέχοντα κατ᾽ ἀνδραγαθίαν

pestilentia. Successisse in eas sedes Hyantas et Aonas, Boeotieas (opinor), non alienigenas gentes. Iam vero quum in ea loca Cadmus Phoenicum copias adduxisset, praelio fusi Hyantes, postera nocte profugere. Aonas Cadmus *depraecantes et* supplices, manere, et cum Phoenicibus permisceri facile passus est: et illi quidem vicatim habitarunt; Cadmus vero oppidum, cui et nunc idem est nomen, Cadmeam condidit. Sed aucta postea urbe inferioribus moenibus, pro arce Cadmea fuit. Illustres omnino Cadmi nuptiae fuere, si, quod Graecorum monumentis proditum est, Martis et Veneris filiam uxorem duxit. Ipsius quoque filiae in magna famae celebritate fuere, quod Semele ex Iove peperit, Ino in marinas deas relata fuerit. Eodem Cadmo regnante, magnae secundum Cadmum opes fuere Spartorum: *quorum nomina:* Chthonios, Hyperenor, Pelorus, et Udaeus; nam Echionem virtutis ergo quem sibi generum adsciseret, dignum Cadmus

γαμβρὸν ἠξίωσεν ὁ Κάδμος ποιήσασθαι. τοὺς δὲ ἄνδρας τούτους (οὐ γάρ τι ἠδυνάμην ἐς αὐτοὺς παρευρεῖν) ἕπομαι τῷ μύθῳ, Σπαρτοὺς διὰ τὸν τρόπον, ὅντινα ἐγένοντο, ὀνομασθῆναι. Κάδμου δὲ ἐς Ἰλλυριοὺς καὶ Ἰλλυριῶν ἐς τοὺς καλουμένους Ἐγχέλεας μετοικήσαντος, Πολύδωρος ὁ Κάδμου τὴν ἀρχὴν ἔσχε. (2) Πενθεὺς δὲ ὁ Ἐχίονος ἴσχυε μὲν καὶ αὐτὸς κατὰ γένους ἀξίωμα καὶ
720 *φιλίαν τοῦ βασιλέως· ὢν δὲ ἐς τὰ λοιπὰ ὑβριστὴς, καὶ ἀσεβὴς Διονύσου, δίκην ἔσχεν ἐκ τοῦ θεοῦ. Πολυδώρου δὲ ἦν Λάβδακος· ἔμελλε δὲ ἄρα αὐτῷ, ὥς οἱ παρίστατο ἡ τελευτὴ, παῖδα ἔτι ἀπολείψειν· καὶ ἐπιτρέπει τόν τε υἱὸν καὶ τὴν ἀρχὴν Νυκτεῖ. τὰ δὲ ἐφεξῆς τοῦ λόγου μοι προεδήλωσεν ἡ Σικυωνία συγγραφὴ, τοῦ τε Νυκτέως τὸν θάνατον, ὅντινα γένοιτο τρόπον, καὶ ὡς ἐς Λύκον ἀδελφὸν Νυκτέως ἥ τ' ἐπιμέλεια τοῦ παιδὸς περιῆλθε, καὶ ἡ Θηβαίων δυναστεία. Λύκος δὲ παρέδωκε μὲν αὐξηθέντι Λαβδάκῳ τὴν ἀρχήν· γενομένης δὲ οὐ μεταπολὺ καὶ τούτῳ τῆς τελευτῆς, ὁ δὲ ἐπετρόπευσεν αὖθις Λάϊον Λαβ-*

duxit. Hos sane viros, quod nihil amplius comperti habeam, fabulae assentiens, Spartos a satu, quo dicuntur *e terra* editi, appellatos crediderim. Post Cadmi in Illyrios, et Encheleas Illyricum populum migrationem, Polydorus eius filius paternum imperium tenuit. (2) Pentheus quidem Echionis filius, et generis dignitate, et regis amicitia *plurimum* pollebat: verum quum esset insolentior, et *plane* impius, Libero Patri violati numinis poenas dedit. Polydoro Labdacus filius fuit. Hunc pater, quum e vita decederet, una cum regno Nycteo in tutelam tradidit. Quae huc pertinent reliqua, mihi in Sicyoniarum rerum commentario exposita sunt; eiusmodi scilicet mors Nyctei fuerit, et quemadmodum ad Lycum eius fratrem pueri tutela, et Thebanorum principatus pervenerit. Et is quidem Labdacó iam adulto regnum restituit. Sed quum non ita multo post et ipse Labdacus diem suum obisset, rursus Lycus Labdaci filium Laium in tutelam suam

δάκου παῖδα. (3) Λύκου δὲ ἐπιτροπεύοντος δεύτερον, κατίασιν Ἀμφίων καὶ Ζῆθος δύναμιν ἀγείραντες. καὶ Λάϊον μὲν ὑποκλέπτουσιν, οἷς ἦν ἐπιμελὲς μὴ γενέσθαι τὸ Κάδμου γένος ἐς τοὺς ἔπειτα ἀνώνυμον· Λύκου δὲ οἱ τῆς Ἀντιόπης παῖδες τῇ μάχῃ κρατοῦσιν. ὡς δὲ ἐβασίλευσαν, τὴν πόλιν τὴν κάτω προσῴκισαν τῇ Καδμείᾳ, καὶ Θήβας ὄνομα ἔθεντο κατὰ συγγένειαν τῆς Θήβης. μαρτυρεῖ δέ μοι τῷ λόγῳ καὶ Ὅμηρος ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ·

Οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο,
Πύργωσάν τ'· ἐπεὶ οὐ μὲν ἀπύργωτόν γ' ἐδύναντο
Ναιέμεν εὐρύχορον Θήβην, κρατερώ περ ἐόντε.

(4) Ὅτι δὲ Ἀμφίων ᾖδε, καὶ τεῖχος ἐξειργάζετο πρὸς τὴν λύραν, οὐδένα ἐποιήσατο λόγον ἐν τοῖς ἔπεσι. δόξαν δὲ ἔσχεν Ἀμφίων ἐπὶ μουσικῇ, τήν τε ἁρμονίαν τὴν Λυδῶν κατὰ κῆδος τὸ Ταντάλου παρ' αὐτῶν μαθών, καὶ χορδὰς, ἐπὶ τέσσαρσι ταῖς πρότερον, τρεῖς ἀνευρών. ὁ δὲ

recepit. (3) Lyco iam iterum tutelam gerente, Amphion et Zethus collecta militum manu agrum invadunt: et Laium quidem periculo subtraxerunt ii, quibus curae fuit providere, ne Cadmei generis nomen in posterum aboleretur. Lycum Antiopes filii praelio vicerunt. Iidem regno potiti, oppidum inferius cum Cadmea coniunxerunt: *urbem totam* Thebas, ob cognationem quae cum Thebe *Nympha Promethei filia* ipsis fuit, nuncuparunt. Huius rei testimonio mihi sunt Homeri in Odyssea versus:

Qui portis septingeminis, et turribus altis
Cinxerunt Thebas. Neque enim sine turribus ausi
Incolere, invicti quanquam illi viribus essent.

(4) De Amphionis vero cantu, et quod muros ad lyram erexerit, nullam prorsus fecit mentionem. Hanc in musicis famam idcirco est Amphion consecutus, quod a Lydis ob Tantali affinitatem Lydios modos didicit, primusque chordas tres ad quatuor a superioribus inventas addi-

721 τὰ ἔπη τὰ ἐς Εὐρώπην ποιήσας φησὶν, Ἀμφίονα χρήσασθαι λύρᾳ πρῶτον Ἑρμοῦ διδάξαντος. πεποίηκε δὲ καὶ λίθων καὶ θηρίων ὅτι καὶ ταῦτα ᾄδων ἦγε. Μυρὼ δὲ Βυζαντία ποιήσασα ἔπη καὶ ἐλεγεῖα, Ἑρμῇ βωμόν φησιν ἱδρύσασθαι πρῶτον Ἀμφίονα, καὶ ἐπὶ τούτῳ λύραν παρ' αὐτοῦ λαβεῖν. λέγεται δὲ καὶ, ὡς ἐν ᾅδου δίκην δίδωσιν Ἀμφίων, ὧν ἐς Λητὼ καὶ τοὺς παῖδας καὶ αὐτὸς ἀπέῤῥιψε· κατὰ δὲ τὴν τιμωρίαν τοῦ Ἀμφίονος, ἔστι ποιήσεως Μινυάδος· ἔχει δὲ ἐς Ἀμφίονα κοινῶς καὶ ἐς τὸν Θρᾷκα Θάμυριν. (5) Ὡς δὲ τὸν οἶκον τὸν Ἀμφίονος καὶ Ζήθου, τὸν μὲν ἡ νόσος ἡ λοιμώδης ἠρήμωσε, Ζήθῳ δὲ τὸν παῖδα ἀπέκτεινεν ἡ τεκοῦσα κατὰ δή τινα ἁμαρτίαν, ἐτεθνήκει δὲ ὑπὸ λύπης καὶ αὐτὸς ὁ Ζῆθος, οὕτω Λάϊον ἐπὶ βασιλείᾳ κατάγουσιν οἱ Θηβαῖοι. Λαΐῳ δὲ βασιλεύοντι, καὶ γυναῖκα ἔχοντι Ἰοκάστην, μάντευμα ἦλθεν ἐκ Δελφῶν, ἐκ τοῦ παιδός οἱ τὴν τελευτὴν, εἰ τέκοι τινὰ Ἰοκάστη, γενήσεσθαι. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τούτῳ τὸν Οἰδίποδα ἐκτίθησιν· ὁ

dit. Atenim qui carmina in Europam fecit, is memoriae prodidit, Amphionem Mercurio magistro lyrae primum usum didicisse, cantu vero saxa et feras duxisse. At Myron Byzantius heroici carminis et elegorum scriptor, Amphionem tradit primum omnium Mercurio aram dedicasse, et idcirco lyram ab eo accepisse. Aiunt etiam apud inferos Amphionem ob eas contumelias plecti, quibus Latonam et eius filios affecit. Ac de eius quidem poena in ea poesi mentio est, cui Minyas nomen: est vero communi argumento de Amphione et Thamyri Thrace conscripta. (5) Posteaquam vero Amphionis domus pestilentia deleta est; et Zethus, quum genitum ex se puerum ipsa ob certam noxam mater peremisset, animi aegritudine contabuit: ibi Laio Thebani regnum detulerunt. Duxit Laius Iocastam uxorem. Accepit vero ab Apolline Delphico responsum, a filio, si quis ei ex Iocasta nasceretur, ipsum interfectum iri. Quare *recens natum* Oedipum exposuit. At

δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀποκτενεῖν ἔμελλεν, ὡς ηὐξήθη, καὶ τὴν μητέρα ἔγημε. παῖδας δ' ἐξ αὐτῆς οὐ δοκῶ οἱ γενέσθαι, μάρτυρι Ὁμήρῳ χρώμενος, ὃς ἐποίησεν ἐν Ὀδυσσείᾳ·

Μητέρα τ' Οἰδιπόδαο ἴδον καλὴν Ἐπικάστην,
Ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀϊδρείῃσι νόοιο,
Γημαμένη ᾧ υἱεῖ· ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας
Γῆμεν· ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισι.

πῶς οὖν ἐποίησαν ἀνάπυστα ἄφαρ, εἰ δὴ τέσσαρες ἐξ Ἰοκάστης ἐγένοντο παῖδες τῷ Οἰδίποδι, οἳ ἐξ Εὐρυγανείας 722 τῆς Ὑπέρφαντος ἐγεγόνεσαν; δηλοῖ δὲ καὶ ὁ τὰ ἔπη ποιήσας, ἃ Οἰδιπόδια ὀνομάζουσι· καὶ Ὀνατᾶς Πλαταιᾶσιν ἔγραψε κατηφῆ τὴν Εὐρυγάνειαν ἐπὶ τῇ μάχῃ τῶν παίδων. (6) Πολυνείκης δὲ, περιόντος καὶ ἄρχοντος Οἰδίποδος, ἐξῆλθεν ἐκ Θηβῶν, δέει, μὴ τελεσθεῖεν ἐπὶ σφίσιν αἱ κατάραι τοῦ πατρός. ἀφικόμενος δὲ ἐς Ἄργος καὶ θυγατέρα Ἀδράστου λαβὼν, κατῆλθεν ἐς Θήβας με-

ille quum adolevisset, et patrem occidit, et matrem ipsam uxorem duxit. Filios vero nullos ex ea *omnino* genuisse, testimonio mihi sunt qui in Odyssea leguntur Homeri versus:

Vidi etiam Oedipodis matrem, formosam Epicasten,
Quae foedo imprudens temeravit crimine vitam,
Gnati iuncta toro: genitorem occiderat ille.
Mox tamen in lucem visum hoc proferre Diis est.

Qui igitur cogitari potest, Deos hoc mox patefecisse, si nimirum quatuor liberi nascebantur Oedipo ex Iocasta? Verum Euryganea illos Hyperphantis filia peperit: quod is qui carmina illa condidit quae Oedipodia nominant, declarat. Onasias etiam Plataeensibus, tristem demisso vultu, ob filiorum dimicationem, pinxit Euryganeam. (6) Polynices enimvero vivente *adhuc* et imperante Oedipo Thebis discessit, metuens ne diris, quibus ipsos pater devoverat, esset obnoxius. Quum autem Argos confugisset, et iam filiam ei nuptum dedisset Adrastus, Eteoclis *fratris*

τάπεμπτος ὑπὸ Ἐτεοκλέους μετὰ τὴν τελευτὴν Οἰδίποδος· κατελθὼν δὲ ἐς διαφορὰν προήχθη τῷ Ἐτεοκλεῖ, καὶ οὕτω τὸ δεύτερον ἔφυγε. δεηθεὶς δὲ Ἀδράστου, δοῦναί οἱ δύναμιν τὴν κατάξουσαν, τήν τε στρατιὰν ἀπόλλυσι, καὶ πρὸς τὸν Ἐτεοκλέα αὐτὸς μονομαχεῖ κατὰ πρόκλησιν· καὶ οἱ μὲν μονομαχοῦντες ἀποθνήσκουσιν. ἐς δὲ Λαοδάμαντα τὸν Ἐτεοκλέους καθηκούσης τῆς βασιλείας, Κρέων ὁ Μενοικέως ἐδυνάστευεν ἐπιτροπεύων τὸν παῖδα. (7) Ἤδη δὲ Λαοδάμαντος ηὐξημένου καὶ ἔχοντος τὴν ἀρχὴν, δεύτερον τότε ἄγουσιν Ἀργεῖοι τὴν στρατιὰν ἐπὶ τὰς Θήβας. ἀντεστρατοπεδευμένων δὲ καὶ τῶν Θηβαίων περὶ Γλίσαντα, ὡς ἐς χεῖρας συνῆλθον, Αἰγιαλέα μὲν τὸν Ἀδράστου Λαοδάμας ἀποκτίννυσι. κρατησάντων δὲ τῇ μάχῃ τῶν Ἀργείων, Λαοδάμας σὺν τοῖς ἐθέλουσιν ἕπεσθαι Θηβαίων ὑπὸ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα ἀπεχώρησεν ἐς Ἰλλυριούς. τὰς δὲ Θήβας ἑλόντες οἱ Ἀργεῖοι, παραδιδόασι Θερσάνδρῳ Πολυνείκους παιδί. ὡς δὲ τοῖς σὺν Ἀγαμέμνονι ἐς Τροίαν στρατεύουσιν ἡ διαμαρτία τοῦ πλοῦ γίνεται, καὶ

accersitu, post Oedipi mortem Thebas revertit. Orto vero *de imperio* cum fratre dissidio, iterum exulavit: fretusque soceri opibus, dum regnum conatur recipere, exercitum quidem perdidit: congressi vero ex provocatione singulari certamine fratres *ambo, mutuis conferti vulneribus* ceciderunt. Successit Eteocli Laodamas filius, imperium regente Creonte, Menoecei filio, pueri tutore. (7) Adoleverat iam Laodamas, ac penes ipsum regnum erat, quum iterum Argivi Thebas oppugnatum exercitum misere. Iis cum exercitu Thebani occurrerunt ad Glisantem: quumque ad manus ventum esset, ibi Aegialeum Adrasti filium Laodamas occidit. Ab Argivis vero praelio superatus, eum ea Thebanorum manu quae illum ultro secuta est, insequenti nocte fuga se in Illyrios recepit. Hostes *haud magno negotio* captas Thebas Thersandro Polynicis filio tradidere. Iam vero quum Agamemnonis copiarum pars, dum ad Troianum bellum contenderet, ab

ἡ πληγὴ περὶ Μυσίαν, ἐνταῦθα καὶ τὸν Θέρσανδρον κατέλαβεν ἀποθανεῖν ὑπὸ Τηλέφου μάλιστα Ἑλλήνων ἀγαθὸν γενόμενον ἐν τῇ μάχῃ· καί οἱ τὸ μνῆμα ἐς Καΐκου πεδίον ἐλαύνοντί ἐστιν ἐν Ἐλαίᾳ πόλει λίθος ὁ ἐν τῷ 723
ὑπαίθρῳ τῆς ἀγορᾶς· καὶ ἐναγίζειν οἱ ἐπιχώριοί φασιν αὐτῷ. (8) Τελευτήσαντος δὲ Θερσάνδρου, καὶ δεύτερα ἐπί τε Ἀλέξανδρον καὶ ἐς Ἴλιον ἀθροιζομένου στόλου, Πηνέλεων ἄρχοντα εἵλοντο· οὐ γὰρ ἐν ἡλικίᾳ πω Τισαμενὸς ἦν ὁ Θερσάνδρου. Πηνέλεω δὲ ἀποθανόντος ὑπὸ Εὐρυπύλου τοῦ Τηλέφου, Τισαμενὸν βασιλέα αἱροῦνται, Θερσάνδρου τε ὄντα καὶ Δημωνάσσης τῆς Ἀμφιαράου. τῶν δὲ Ἐριννύων τῶν Λαΐου καὶ Οἰδίποδος Τισαμενῷ μὲν οὐκ ἐγένετο μήνιμα, Αὐτεσίωνι δὲ τῷ Τισαμενοῦ, ὥστε καὶ παρὰ τοὺς Δωριέας μετῴκησε, τοῦ θεοῦ χρήσαντος. Αὐτεσίωνος δὲ ἀπελθόντος, οὕτω βασιλέα εἵλοντο Δαμασίχθονα Ὀφέλτου τοῦ Πηνέλεω. τούτου δὲ ἦν τοῦ Δαμασίχθονος Πτολεμαῖος, τοῦ δὲ Ξάνθος, ὃν ὁ

instituto navigationis cursu aberrasset, et in Mysia cladem accepisset, fors ita tulit, ut Thersander, cuius in ea pugna prae ceteris Graecis virtus enituerat, a Telepho occideretur: est vero ei monumentum erectum circa Caici campos, in Elaea urbe, lapis in subdiali fori parte; quo in loco ei parentant, ut ipsi dicunt, incolae. (8) Thersandro mortuo, altera iam classe contra Paridem et Troianos comparata, Peneleum sibi ducem delegerunt, quod Tisamenus Thersandri filius nondum per aetatem erat imperio capessendo idoneus. Interfecto *rursus* ab Eurypylo Telephi filio Peneleo, regem Tisamenum declarant, Thersandro et Demonassa Amphiarai filia genitum. Ac is quidem dirarum Laii et Oedipi expers fuit: at eas non effugit Autesion Tisameni filius; qui nempe ad Dorienses ex oraculo migrare coactus est. Eo iam profecto, regem illi surrogarunt Damasichthonem nepotem Penelei, Opheltae filium. Damasichthoni Ptolemaeus filius fuit; Xanthus Ptolemaeo, *is nempe* quem Andropompus in singu-

Ἀνδροπόμπου μονομαχήσαντά οἱ δόλῳ καὶ οὐ σὺν τῷ δικαίῳ κτείνει. τὸ δὲ ἐντεῦθεν διὰ πλειόνων πολιτεύεσθαι, μηδὲ ἀπ' ἀνδρὸς ἑνὸς ἠρτῆσθαι τὰ πάντα, ἄμεινον ἐφαίνετο τοῖς Θηβαίοις.

CAPUT VI.

De Thebanorum rebus bello gestis — calamitatibus quibusdam divinitus significatis.

Τῶν δέ σφισιν ἐν ἀγῶσι πολέμου γενομένων εὐτυχημάτων, καὶ ὡς ἑτέρως, τοσάδε φανερώτατα ὄντα εὕρισκον. ἐκρατήθησαν ὑπὸ Ἀθηναίων μάχῃ Πλαταιεῦσιν ἀμυνάντων, ὅτε σφᾶς ἐπέλαβεν ὑπὲρ τῶν ὅρων πολεμῆσαι τῆς χώρας. προσέπταισαν δὲ καὶ δεύτερον Ἀθηναίοις ἀντιταξάμενοι περὶ Πλάταιαν, ἡνίκα δοκοῦσιν ἑλέσθαι τὰ βασιλέως Ξέρξου πρὸ τῶν Ἑλληνικῶν. τῆς δὲ αἰτίας ταύτης δημοσίᾳ σφίσιν οὐ μέτεστιν, ὅτι ἐν ταῖς Θήβαις ὀλιγαρχία, καὶ οὐχὶ ἡ πάτριος πολιτεία τηνικαῦτα ἴσχυεν. εἴ γ' οὖν Πεισιστράτου τυραννοῦντος ἔτι ἢ τῶν παίδων Ἀθήνησιν ἀφίκετο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ὁ βάρβαρος, οὐκ ἔστιν

lari certamine non virtute, sed dolo perculit. Placuit in posterum Thebanis non uni amplius, sed pluribus reipubl. summam committere: *ac sane secundiore omni ex parte de cetero usi videntur fortuna.*

Cap. VI. Quae vero ipsis vel prospera, vel secus in belli certaminibus evenerunt, haec ego maxime memoratu digna comperi. Victi ab Atheniensibus praelio sunt, quum illi eo bello quod de agri finibus gerebatur, Plataeensibus opem tulissent. Alteram etiam cladem acceperunt ad Plataeam, cum iisdem Atheniensibus acie congressi, quo tempore Xerxis amicitiam Graecorum saluti anteponere visi sunt. Verumtamen huius rei culpa non fuit penes universum populum: tunc enim paucorum principatus, non patria reipublicae administratio vigebat. At profecto si Pisistrati filii Barbaris in Graeciam invadentibus adhuc Athenis dominati fuissent, dubitari non potest, quin

ὅπως οὐ καὶ Ἀθηναίους κατέλαβεν ἂν ἔγκλημα Μηδισμοῦ. ὕστερον μέντοι καὶ Θηβαίοις νίκη κατ' Ἀθηναίων ἐπὶ 24
Δηλίῳ τῷ Ταναγραίων ἐγένετο, καὶ Ἱπποκράτης τε ὁ Ἀρίφρονος, ὁ στρατηγῶν Ἀθηναίοις, καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς τὸ πολὺ ἔπεσε. Λακεδαιμονίοις δὲ παραυτίκα μὲν ἀπελθόντος τοῦ Μήδου, καὶ ἄχρι τοῦ Πελοποννησίων πρὸς Ἀθηναίους πολέμου τὰ ἐκ Θηβῶν εἶχεν ἐπιτηδείως. διαπολεμηθέντος δὲ τοῦ πολέμου, καὶ Ἀθηναίοις καταλυθέντος τοῦ ναυτικοῦ, μετ' οὐ πολὺ Θηβαῖοι μετὰ Κορινθίων ἐς τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους πόλεμον προήχθησαν. κρατηθέντες δὲ μάχῃ περὶ Κόρινθόν τε καὶ ἐν Κορωνείᾳ, νικῶσιν αὖθις ἐν Λεύκτροις ἐπιφανεστάτην νίκην, ὁπόσας γενομένας Ἕλλησιν ἴσμεν κατὰ Ἑλλήνων· καὶ δεκαδαρχίας τε, ἃς Λακεδαιμόνιοι κατέστησαν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἔπαυσαν, καὶ ἁρμοστὰς τοὺς Σπαρτιάτας ἐκβάλλουσιν. ὕστερον δὲ καὶ τὸν Φωκικὸν πόλεμον, ὀνομαζόμενον δὲ ὑπὸ Ἑλλήνων ἱερὸν, συνεχῶς δέκα ἔτεσιν

ipsi quoque Athenienses, quod in Persarum studia propensiores essent, crimine vacaturi non fuissent. Posteriore dein tempore rursus Athenienses ad Delium in Tanagraeis victi sunt a Thebanis, quum Hippocrates Ariphronis filius imperator cum magno militum numero cecidit. Lacedaemoniis certe statim post Persarum discessum, usque ad id bellum quod Peloponnesii Atheniensibus intulerunt, cum Thebanis optime convenit. Bello autem confecto, et exarmata iam Atheniensium classe, non ita multo post Thebani una cum Corinthiis arma contra Lacedaemonios moverunt. Quum vero pugna ad Corinthum et Chaeroneam superati fuissent, mox ad Leuctra, omnium quas de Graecis Graecos unquam reportasse noverimus, maxime illustrem sunt victoriam adepti. Tunc et decurionatus, quos in civitatibus constituerant Lacedaemonii, sustulerunt; et *praefectos* Harmostas, *quos appellabant*, eiecerunt. Phocicum deinde bellum, quod Sacrum Graeci appellarunt, annos perpetuos X gesserunt. (2) In rerum Atticarum

ἐπολέμησαν. (2) Εἴρηται δέ μοι καὶ ἐν τῇ Ἀτθίδι συγγραφῇ, τὸ ἐν Χαιρωνείᾳ σφάλμα συμφορὰν γενέσθαι τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι· Θηβαίους δὲ καὶ ἐς πλέον κατέλαβεν, οἷς γε καὶ ἐσήχθη ἐς τὴν πόλιν φρουρά. Φιλίππου δὲ ἀποθανόντος, καὶ ἐς Ἀλέξανδρον ἠκούσης τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς, Θηβαίοις ἐπῆλθεν ἐξελεῖν τὴν φρουράν. ποιήσασι δὲ ταῦτα προεσήμαινεν αὐτίκα ὁ θεὸς τὸν ἐπιόντα ὄλεθρον, καί σφισιν ἐν Δήμητρος ἱερῷ Θεσμοφόρου σημεῖα ἐγένετο ἐναντία ἢ πρὸ τοῦ ἔργου τοῦ ἐν Λεύκτροις. τότε μὲν γὰρ τοῦ ἱεροῦ τὰς θύρας ὑφάσματι ἀράχναι λευκῷ, κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου καὶ Μακεδόνων ἔφοδον μέλανι ἐξύφηναν. λέγεται δὲ καὶ Ἀθηναίοις ὗσαι τέφραν ὁ θεὸς ἐνιαυτῷ πρότερον, πρὶν ἢ τὸν πόλεμον τὸν ἐπαχθέντα ὑπὸ Σύλλα τὰ μεγάλα σφίσιν ἐνεγκεῖν παθήματα.

CAPUT VII.

Thebani eiecti, a Cassandro restituuntur — de Cassandri odio in Alexandri domum eiusque morte — Cassandri liberorum fatis — Thebanis in bello Mithridatico a Sylla multatis.

Τότε δὲ τοὺς Θηβαίους γενομένους ἀναστάτους ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, καὶ διαπεσόντας ἐς Ἀθήνας, ὕστερον Κάσσαν-

historia iam ante conscripsimus, cladem illam ad Chaeroneam universis Graecis calamitosam fuisse: Thebanorum tamen inprimis res vehementer attrivit. Sunt enim illi victorum praesidium coacti intra urbis moenia recipere; quod post Philippi *demum* mortem, regnante iam Alexandro, eiecere. Quo facto, futura eis pernicies est divinitus significata. Nam quum in Legiferae Cereris, sub Leuctricae pugnae tempus, araneae albas circa templi valvas texuissent telas, adorientibus iam fines Macedonibus, *longe diversa portendentes*, nigro omnia opere compleverunt. Proditum etiam est *annalibus*; in Attica terra cinere pluisse, anno uno antequam Syllae arma ingens Atheniensibus exitium importassent.

Cap. VII. Thebani ab Alexandro expulsi, quum Athenas profugi se recepissent, a Cassandro Antipatri fi-

δρος ὁ Ἀντιπάτρου κατήγαγεν. ἐς δὲ τῶν Θηβῶν τὸν οἰκισμὸν προθυμότατοι μὲν ἐγένοντο Ἀθηναῖοι· συνεπελάβοντο δὲ καὶ Μεσσήνιοι, καὶ Ἀρκάδων οἱ Μεγάλην πό- 725
λιν ἔχοντες. (2) Δοκεῖ δέ μοι τὰς Θήβας οἰκίσαι ὁ Κάσσανδρος κατὰ ἔχθος Ἀλεξάνδρου μάλιστα· ἐπεξῆλθε δὲ καὶ τὸν πάντα οἶκον Ἀλεξάνδρου φθείρων· ὃς Ὀλυμπιάδα γε παρέβαλε καταλεῦσαι τοῖς ἐπ' αὐτὴν Μακεδόνων παρωξυσμένοις, καὶ τοὺς παῖδας Ἀλεξάνδρου, τόν τε ἐκ Βαρσίνης Ἡρακλέα, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν ἐκ Ῥωξάνης, ἀπέκτεινεν ὑπὸ φαρμάκων. οὐ μὴν οὐδὲ αὐτὸς χαίρων τὸν βίον κατέστρεψεν· ἐπλήσθη γὰρ ὑδέρῳ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ζῶντι ἐγένοντο εὐλαί. (3) Τῶν δέ οἱ παίδων, Φίλιππον μὲν τὸν πρεσβύτατον, ὡς μετ' οὐ πολὺ παρέλαβε τὴν ἀρχὴν, ἀπήγαγεν ὑπολαβοῦσα νόσος φθινώδης· Ἀντίπατρος δὲ μετ' ἐκεῖνον Θεσσαλονίκην τὴν μητέρα ἀποκτίννυσι, Φιλίππου τε οὖσαν τοῦ Ἀμύντου καὶ Νικασιπόλιδος· ἀπέκτεινε δὲ Ἀλεξάνδρῳ νέμειν πλέον εὐνοίας αἰτια-

lio restituti sunt. Ac ad Thebas quidem instaurandas egregiam prae ceteris operam navarunt Athenienses, adiuvantibus certe Messeniis et Megalopolitanis. (2) Restituisse vero Thebas Cassandrum crediderim Alexandri maxime odio. Eius enim domum totam funditus evertere contendit. Nam et Olympiadem *Alexandri matrem*, iis Macedonum, qui in eam acerrimis flagrabant odiis, lapidibus obruendam tradidit: et Alexandri filios Herculem ex Barsine, Alexandrum ex Rhoxane susceptos, venenis peremit. Neque ipse tamen satis fortunatus e vita discessit. Ex morbo enim aquae subter cutem fusae, viveris *etiamnum* erumpentibus *undique* vermibus extabuit. (3) Ex eius vero liberis Philippum natu maximum, regno iam inito, tabida corporis lues sustulit. Cui quum successisset Antipater, Thessalonicen matrem interfecit. Philippo Amyntae filio, et Nicasipolide genitam. Parricidii ea fuit causa, quod ea plus benevolentiae Alexandro, qui

σάμενος. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἦν νεώτατος τῶν Κασσάνδρου παίδων· ἐπαγόμενος δὲ Δημήτριον τὸν Ἀντιγόνου, καθεῖλε μὲν δι' ἐκείνου καὶ ἐτιμωρήσατο τὸν ἀδελφὸν Ἀντίπατρον· ἐφάνη μέντοι φονέα ἐξευρηκὼς ἑαυτῷ, καὶ οὐ σύμμαχον. Κασσάνδρῳ μὲν ὅστις δὴ θεῶν τὴν δίκην ἔμελλεν ἀποδώσειν. (4) Θηβαίοις δὲ ἐπὶ μὲν Κασσάνδρου πᾶς ὁ ἀρχαῖος περίβολος ἀνῳκίσθη· ἔδει δὲ ἄρα καὶ ὕστερον κακῶν σφᾶς μεγάλων γεύσασθαι. Μιθριδάτῃ γὰρ καταστάντι ἐς τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον, προσεχώρησαν Θηβαῖοι κατ' ἄλλο (ἐμοὶ δοκεῖν) οὐδὲν, τοῦ δὲ Ἀθηναίων δήμου φιλίᾳ. Σύλλα δὲ ἐσβαλόντος ἐς τὴν Βοιωτίαν, δεῖμα ἔσχε τοὺς Θηβαίους, καὶ ἐγνωσιμάχησάν τε αὐτίκα, καὶ ἐτράποντο αὖθις ἐς τὴν Ῥωμαίων φιλίαν. Σύλλας δὲ ἐς αὐτοὺς ἐχρῆτο ὅμως τῷ θυμῷ, καὶ ἄλλα τε ἐξεῦρεν ἐπὶ λύμῃ τῶν Θηβαίων, καὶ τὴν ἡμίσειαν ἀπετέμετο αὐτῶν τῆς χώρας κατὰ πρόφασιν τοιαύτην. ἡνίκα ἤρχετο τοῦ πρὸς Μιθριδάτην πολέμου, χρημάτων

erat Antipatri liberum minimus, impertiret. At Alexander, accito in auxilium Demetrio Antigoni filio, interempto fratre Antipatro, matris caedem ultus est: verum intellexit percussorem paratum, quem sibi socium adsciverat. A Cassandro itaque deorum aliquis, quisquis ille fuerit, meritam poenam exegit. (4) Thebanis Cassandri auspiciis vetus omnis murorum ambitus est restitutus. Sed oportuit etiam in posterum magnorum eos malorum minime expertes esse. Quum enim Mithridati cum Romanis bellanti se adiunxissent, nulla (opinor) alia ratione quam publica Atheniensium amicitia adducti, Sylla cum exercitu in Boeotiam ingresso, periculi terrore, studia statim sua, mutata sententia, ad Romanos converterunt. Non tamen Sylla propterea quicquam de sua in illos ira remisit. Nam et alia ad Thebanorum fortunas comminuendas excogitavit, et dimidia agri eos parte multavit. Factum vero suum huiusmodi praetexuit causa. Quum primum bellum contra Mithridatem gerere coepit, ob pecuniae inopiam donaria

ἐσπάνιζε· συνέλεξεν οὖν ἔκ τε Ὀλυμπίας ἀναθήματα, καὶ 726
τὰ ἐξ Ἐπιδαύρου, καὶ τὰ ἐκ Δελφῶν, ὁπόσα ὑπελείποντο οἱ Φωκεῖς· ταῦτα μὲν δὴ διένειμε τῇ στρατιᾷ, τοῖς θεοῖς δὲ ἀντέδωκεν ἀντὶ τῶν χρημάτων γῆς τὴν ἡμίσειαν τῆς Θηβαΐδος. τὴν μὲν δὴ ἀφαίρετον χώραν ὕστερον Ῥωμαίων χάριτι ἀνεσώσαντο οἱ Θηβαῖοι· τὰ δὲ ἄλλα ἐς τὸ ἀσθενέστατον ἀπ᾽ ἐκείνου προήχθησαν. καὶ σφισιν ἡ μὲν κάτω πόλις πᾶσα ἔρημος ἦν ἐπ᾽ ἐμοῦ πλὴν τὰ ἱερά· τὴν δὲ ἀκρόπολιν οἰκοῦσι Θήβας καὶ οὐ Καδμείαν καλουμένην.

CAPUT VIII.

De Potniarum reliquiis, memorandis et templo Bacchi Aegoboli — loco, ubi Amphiaraus terrae hiatu absorptus — septem Thebarum portis, earumque nominibus.

Διαβεβηκότι δὲ ἤδη τὸν Ἀσωπὸν, καὶ τῆς πόλεως δέκα μάλιστα ἀφεστηκότι σταδίους, Ποτνιῶν ἐστιν ἐρείπια, καὶ ἐν αὐτοῖς ἄλσος Δήμητρος καὶ Κόρης. τὰ δὲ ἀγάλματα ἐν τῷ ποταμῷ τῷ παρὰ τὰς Ποτνιάδας θεὰς ὀνομάζουσιν. ἐν χρόνῳ δὲ εἰρημένῳ δρῶσι καὶ ἄλλα, ὁπόσα

omnia conflavit, ex Olympia, ex Epidauro, ex Delphici etiam Apollinis templo, quae Phocenses reliqua fecerant: inde coactum stipendium militi divisit. Quo vero sacrilegii infamiam redimeret, dimidiam agri Thebani partem diis adiudicavit. Sed Romanorum liberalitate ereptum agrum postea Thebani receperunt. Ceteroquin ex eo tempore ad summam reducti sunt imbecillitatem. Aetate mea inferior urbs tota, delubris deorum exceptis, deserta est: arx *tantum* habitatur, Thebarum, non Cadmeae *amplius* nomine.

Cap. VIII. Vbi Asopum transieris, ab urbe ipsa X intervallo stadium, Potniarum ruinae sunt; et inter ipsas, Cereris et Proserpinae lucus. Signa fluminis accolae Potnias deas appellant. Iis stato tempore et alia patrio ritu

καθέστηκέ σφισι, καὶ ἐς τὰ μέγαρα καλούμενα ἀφιᾶσιν ὗς τῶν νεογνῶν· τοὺς δὲ ὗς τούτους ἐς τὴν ἐπιοῦσαν τοῦ ἔτους ὥραν ἐν Δωδώνῃ φασὶν [*]. ἐπιλόγῳ τῷδε ἄλλος πού τις πεισθήσεται. ἐνταῦθα καὶ Διονύσου ναός ἐστιν Αἰγοβόλου. θύοντες γὰρ τῷ θεῷ προήχθησάν ποτε ὑπὸ μέθης ἐς ὕβριν, ὥστε καὶ τοῦ Διονύσου τὸν ἱερέα ἀποκτείνουσιν· ἀποκτείναντας δὲ αὐτίκα ἐπέλαβε νόσος λοιμώδης· καί σφισιν ἀφίκετο ἅμα ἐκ Δελφῶν, τῷ Διονύσῳ θύειν παῖδα ὡραῖον· ἔτεσι δὲ οὐ πολλοῖς ὕστερον τὸν θεόν φασιν αἶγα ἱερεῖον ὑπαλλάξαι σφίσιν ἀντὶ τοῦ παιδός. δείκνυται δὲ
727 ἐν Ποτνιαῖς καὶ φρέαρ· τὰς δὲ ἵππους τὰς ἐπιχωρίους τοῦ ὕδατος πιούσας τούτου μανῆναι λέγουσιν. (2) Ἐκ δὲ τῶν Ποτνιῶν ἰοῦσιν ἐς Θήβας ἔστιν ἐν δεξιᾷ περίβολός τῆς ὁδοῦ τε οὐ μέγας, καὶ κίονες ἐν αὐτῷ· διαστῆναι δὲ Ἀμφιαράῳ τὴν γῆν ταύτῃ νομίζουσιν, ἐπιλέγοντες καὶ τάδε ἔτι· μήτε ὄρνιθας ἐπὶ τῶν κιόνων καθέζεσθαι τούτων, μήτε πόαν τὴν ἐνταῦθα μήτε ἥμερον ζῶον, μήτε τῶν

faciunt sacra, et intra eas *aedes* quae Megara (*ac si Basilicas dicas*) vocant, lactentes sues mittunt: eos exacto anno iisdem fere anniversariis diebus apud Dodonam pascere aiunt. Id ut credat, sibi qui volet in animum inducat. Est ibidem et Liberi Patris aedes, *cognomine* Aegoboli, *id est Capram iaculantis. Ita enim aliquando accidit, ut,* dum sacrificarent, per temulentiam eo vecordiae processerint, ut ipsum Liberi Patris sacerdotem occiderint. Quod piaculum quum atrox pestilentia consecuta esset, ex Delphici Apollinis responso puerum Libero iam pubescentem mactandum acceperunt. Sed non multis post annis deum *ipsum* capellam pro puero supposuisse tradunt. Potniis etiam puteus monstratur; e quo potantes equas in furorem agi praecipites tradunt. (2) Qua est a Potniis Thebas iter, ad viae dexteram circumsepta est area non utique magna, in eaque columnae positae. Ibi terram discessisse credunt, *quum* Amphiaraus *subito soli hiatu est absorptus.* Addunt ad fabulam, neque aves illis co-

ἀγρίων νέμεσθαι. (3) Θηβαίοις δὲ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ ἀρχαίου τείχους ἑπτὰ ἀριθμὸν ἦσαν πύλαι, μένουσι δὲ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι. τεθῆναι δὲ τὰ ὀνόματα ἐπυνθανόμην σφίσιν ἀπό τε Ἠλέκτρας ἀδελφῆς Κάδμου, καὶ Προιτίσιν ἀπὸ ἀνδρὸς τῶν ἐπιχωρίων· ἡλικίαν δὲ Προίτου καὶ τὸ ἀνωτέρω γένος χαλεπὰ ἦν εὑρεῖν. τὰς δὲ Νηΐτας ὀνομασθῆναί φασιν ἐπὶ τῷδε· ἐν ταῖς χορδαῖς νήτην καλοῦσιν ἐξ αὐτῶν· ταύτην οὖν τὴν χορδὴν Ἀμφίονα ἐπὶ ταῖς πύλαις ταύταις ἀνευρεῖν λέγουσιν. ἤδη δὲ ἤκουσα, καὶ ὡς Ζήθου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἀμφίονος τῷ παιδὶ ὄνομα Νῆϊς γένοιτο· ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ Νήϊδος τὰς πύλας κληθῆναι ταύτας. πύλας δὲ Κρηναίας, τὰς δὲ Ὑψί- 728
στας ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε ὀνομάζουσι· * πρὸς δὲ ταῖς Ὑψίσταις Διὸς ἱερὸν ἐπίκλησίν ἐστιν Ὑψίστου. τὰς δὲ ἐπὶ ταύταις πύλας ὀνομάζουσιν Ὠγυγίας. τελευταῖαι δέ εἰσιν Ὁμολωΐδες· ἐφαίνετο δὲ εἶναί μοι καὶ τὸ ὄνομα νεώτατον ταῖς πύλαις ταύταις, αἱ δὲ Ὠγύγιαι τὸ ἀρχαιότατον. τὰς δὲ Ὁμολωΐδας κληθῆναί φασιν ἐπὶ τοιῷδε·

lumnis insidere, neque eius areae herbam ullum vel ferum, vel mansuetum animal attingere. (3) Thebani in veterum murorum ambitu portas VII habuere; quae adhuc manent. Sumsisse audio nomina, *Electridem*, ab Electra Cadmi sorore: Proetidem, a Proeto homine indigena Qua vero hic aetate vixerit, et unde genus duxerit, perdifficile est inventu. Neitidem nominarunt, quod *in cithara* chordarum unam, cui Nete nomen, Amphion ante hanc portam invenisse dicitur. Audivi etiam illud aliquando, Zethi, qui frater Amphionis fuit, filio Neis nomen fuisse; et ab isto Neidae portae nomen datum. Iam Crenaeam portam a fonte denominant. Altissimam vero ex eo nominant quod est ad eam portam Iovis Altissimi cognomine sacellum. Praeter eas *quas connumeravimus* portas, est quae Ogygia nominatur; et omnium postrema Homolois: cuius nomen ita nuperrimum esse facile apparet, ut Ogygiae antiquissimum. Dicta vero est Homolois ex eo, quod in

ἡνίκα ὑπὸ Ἀργείων μάχῃ πρὸς Γλίσαντι ἐκρατήθησαν, τότε ὁμοῦ Λαοδάμαντι τῷ Ἐτεοκλέους ὑπεξίασιν οἱ πολλοί· τούτων οὖν μοῖρα τὴν μὲν ἐς τοὺς Ἰλλυριοὺς πορείαν ἀπώκνησε· τραπόμενοι δὲ ἐς Θεσσαλοὺς, καταλαμβάνουσιν Ὁμόλην, ὀρῶν τῶν Θεσσαλικῶν καὶ εὔγεων μάλιστα, καὶ ὕδασιν ἐπιῤῥεομένην· Θερσάνδρου δὲ τοῦ Πολυνείκους ἀνακαλεσαμένου σφᾶς ἐπὶ τὰ οἰκεῖα, τὰς πύλας, διὰ ὧν τὴν κάθοδον ἐποιοῦντο, ἀπὸ τῆς Ὁμόλης ὀνομάζουσιν Ὁμολωΐδας. ἐρχομένῳ δὲ ἐκ Πλαταίας ἔσοδος ἐς τὰς Θήβας κατὰ πύλας ἐστὶν Ἠλέκτρας· καὶ ταύτῃ Καπανέα τὸν Ἱππόνου βιαιοτέρας ποιούμενον πρὸς τὸ τεῖχος τὰς προσβολὰς βληθῆναι κεραυνῷ λέγουσι.

CAPUT IX.

De Argivorum primo bello contra Thebas suscepto — Thersandri et Epigonorum bello contra Thebanos — carmine de hoc bello composito.

Τὸν δὲ πόλεμον τοῦτον, ὃν ἐπολέμησαν Ἀργεῖοι, νομίζω πάντων, ὅσοι πρὸς Ἕλληνας ἐπὶ τῶν καλουμένων Ἡρώων

pugna cum Argivis ad Glisantem accepta clade, quum multi Laodamantem Eteoclis filium secuti profugissent, eorum pars *una* ab itinere in Illyrios capessendo abhorruit, conversi autem in Thessalos, Homoloen occuparunt, omnium qui in Thessalia sunt montium maxime fertilem, et aquis irriguum. Illinc a Thersandro Polynicis filio postliminio revocati, portam, qua redeuntes *urbem* introierunt, Homoloidem, ab Homole, *in qua dum exularent consederant*, nuncuparunt. A Plataea quidem venientes Electris porta accipit. Ad eam Capaneum Hipponoi filium dum vehementiore impetu muros ascendere conatur, fulmine ictum corruisse memorant.

Cap. IX. Atque hoc quidem bellum quod Argivi gesserunt, eorum omnium quae heroicis temporibus inter

ἐπολεμήθησαν ὑπὸ Ἑλλήνων, γενέσθαι [λόγου μάλιστα ἄξιον. ὁ μέν γε Ἐλευσινίων πρὸς Ἀθηναίους τοὺς ἄλλους, ὡσαύτως δὲ καὶ Θηβαίων πρὸς Μινύας, τήν τε ἔφοδον δι' ὀλίγου τῶν ἐπιστρατευσαμένων, καὶ ἐν μάχῃ παρέσχοντο μιᾷ τὴν κρίσιν, ἐς ὁμολογίας τε αὐτίκα ἐτράποντο καὶ σπονδάς. ὁ δὲ Ἀργείων στρατὸς ἐς Βοιωτίαν τε μέσην ἀφίκετο ἐκ μέσης Πελοποννήσου· καὶ ὁ Ἄδραστος ἐξ Ἀρκαδίας καὶ παρὰ Μεσσηνίων συμμαχικὰ ἤθροισεν. ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς Θηβαίοις μισθοφορικὰ ἦλθε παρὰ Φωκέων, καὶ ἐκ τῆς Μινυάδος χώρας οἱ Φλεγύαι. 729
γενομένης δὲ πρὸς τῷ Ἰσμηνίῳ μάχης, ἐκρατήθησαν οἱ Θηβαῖοι τῇ συμβολῇ· καὶ ὡς ἐτράποντο, καταφεύγουσιν ἐς τὸ τεῖχος· ἅτε δὲ οὐκ ἐπισταμένων τῶν Πελοποννησίων μάχεσθαι πρὸς τεῖχος, ποιουμένων δὲ θυμῷ μᾶλλον ἢ σὺν ἐπιστήμῃ τὰς προσβολάς, πολλοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ τείχους βάλλοντες φονεύουσιν αὐτῶν οἱ Θηβαῖοι, κρατοῦσι δὲ ὕστερον καὶ τοὺς ἄλλους ἐπεξελθόντες τεταραγμένοις, ὡς τὸ σύμπαν στράτευμα πλὴν Ἀδράστου φθα-

Graecos gesta fuere, longe dignissimum, quod hominum memoriae proderetur, fuisse existimo. Est enim ab Eleusiniis cum reliquis Attici nominis populis, et a Thebanis cum Minyis ita pugnatum, ut una fere exercituum excursione, et unico conflictu debellatum fuerit, conversis mox ad concordiam et foedera hominum animis. At Argivorum exercitus in mediam Boeotiam ex media venit Peloponneso: et Adrastus ex Arcadia, et a Messeniis auxilia in unum cogit; quum interea Thebanis auxilio copiae a Phocensibus missae venirent et ex Minyade terra Phlegyae. Praelio vero ad Ismenum inito, in ipso congressu Thebani superati, et in fugam versi intra moenia se recepere: quumque essent Peloponnesii earum artium quibus urbes oppugnantur, omnino ignari, et ira incitati improvide impetum facerent, eorum multos de muris Thebani occidebant: quin facta etiam eruptione dissipatos turbatis ordinibus reliquos perculerunt. Totus itaque exercitus

ρῆναι. ἐγένετο δὲ καὶ αὐτοῖς τὸ ἔργον οὐκ ἄνευ κακῶν μεγάλων· καὶ ἀπ' ἐκείνου τὰ σὺν ὀλέθρῳ τῶν κρατησάντων Καδμείαν ὀνομάζουσι νίκην. (2) Ἔτεσί δὲ οὐ πολλοῖς ὕστερον ὁμοῦ Θερσάνδρῳ στρατεύουσιν ἐπὶ τὰς Θήβας, οὓς Ἐπιγόνους καλοῦσιν Ἕλληνες. δῆλοι δέ εἰσι καὶ τούτοις οὐ τὸ Ἀργολικὸν μόνον, οὐδὲ οἱ Μεσσήνιοι καὶ Ἀρκάδες ἠκολουθηκότες, ἀλλὰ καὶ ἔτι ἐκ Κορίνθου καὶ Μεγαρέων ἐπικληθέντες ἐς τὴν συμμαχίαν· ἤμυναν δὲ καὶ Θηβαίοις οἱ πρόσοικοι, καὶ μάχη πρὸς Γλισᾶντι ἀπὸ ἀμφοτέρων ἐγένετο ἰσχυρά. τῶν δὲ Θηβαίων οἱ μὲν αὐτίκα, ὡς ἡττήθησαν, ὁμοῦ Λαοδάμαντι ἐκδιδράσκουσιν· οἱ δὲ ὑπολειφθέντες πολιορκίᾳ παρέστησαν. (3) Ἐποιήθη δὲ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη, Θηβαΐς· τὰ δὲ ἔπη ταῦτα Κάλαινος, ἀφικόμενος αὐτῶν ἐς μνήμην, ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα εἶναι· Καλαίνῳ δὲ πολλοί τε καὶ ἄξιοι λόγου κατὰ ταὐτὰ ἔγνωσαν. ἐγὼ δὲ τὴν ποίησιν ταύτην μετά γε Ἰλιάδα καὶ τὰ ἔπη τὰ ἐς Ὀδυσσέα ἐπαινῶ μάλιστα. πολέμου μὲν δή, ὃν Ἀργεῖοι καὶ Θη-

uno Adrasto excepto, est ad internecionem caesus. Sed ea Thebanis victoria magna stetit clade. Ex eo usurpatum, ut, si qua victores pernicies opprimat. Cadmea victoria dicatur. (2) Non multis post annis, Thersandro duce, Thebas adorti illi sunt quos Epigonos (*id est Posteros*) Graeci vocant. Satis autem constat, eorum signa secutos non tantum Argivos, Messenios, et Arcadas; sed in auxilium accitos Corinthios etiam et Megarenses. Thebanis rursus opem finitimi tulere. Acriter utrinque est ad Glisantem dimicatum. E Thebanis multi statim post cladem acceptam cum Laodamante effugerunt; reliqui per obsidionem expugnati sunt. (3) Et hoc quidem bellum est versibus perscriptum. Eorum versuum Calaenus mentionem faciens, ab Homero factos censet; cui multi, et ii non ignobiles auctores assentiuntur. Ego certe poesin illam secundum Homeri sane Iliadem et Odysseam plurimi

βαῖοι τῶν Οἰδίποδος παίδων εἵνεκα ἐπολέμησαν, ἐς τοσόνδε ἔστω μνήμη.

CAPUT X.

De memorandis prope Thebas — Apolline Ismenio, Minerva ac Mercurio Pronais — Mantus sella — Apollinis Ismenii annuo sacerdote — Martis fonte et Caantho.

Πολυάνδριον δὲ οὐ μακρὰν ἀπὸ τῶν πυλῶν ἐστι· κεῖνται δὲ, ὁπόσους κατέλαβεν ἀποθανεῖν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Μακεδόσιν ἀντιτεταγμένους. οὐ πόῤῥω δὲ ἀποφαίνουσι χωρίον, ἔνθα Κάδμον λέγουσιν (ὅτῳ πιστὰ) τοῦ δράκοντος, ὃν ἀπέκτεινεν ἐπὶ τῇ κρήνῃ, τοὺς ὀδόντας σπεί- 730
ραντα, ἄνδρας δὲ ἀπὸ τῶν ὀδόντων ἀνεῖναι τὴν γῆν. (2) Ἔστι δὲ λόφος ἐν δεξιᾷ τῶν πυλῶν ἱερὸς Ἀπόλλωνος· καλεῖται δὲ ὅ τε λόφος καὶ ὁ θεὸς Ἰσμήνιος, παραῤῥέοντος τοῦ ποταμοῦ ταύτῃ τοῦ Ἰσμηνίου. πρῶτα μὲν δὴ λίθου κατὰ τὴν ἔσοδόν ἐστιν Ἀθηνᾶ καὶ Ἑρμῆς, ὀνομαζόμενοι Πρόναοι· ποιῆσαι δὲ αὐτὸν Φειδίας, τὴν δὲ Ἀθηνᾶν λέγεται Σκόπας· μετὰ δὲ ὁ ναὸς ᾠκοδόμηται. τὸ

facio. Et hactenus de bello quod gessere cum Thebanis Argivi, Oedipi filiorum causa, satis multa.

Cap. X. Non longe a portis commune sepulcrum exstat eorum qui in acie cum Alexandro Macedone confligentes mortem oppetiere. Monstrant proximo loco campum, in quo occisi a Cadmo ad vicinum fontem draconis dentium facta semente, (si fabulae est fides habenda) terra homines edidit. (2) Ad portae *Homoloidis* dexteram collis est Apollini sacer: et collis et deus *eodem nomine* Ismenius dicitur, Ismeno fluvio praeterfluente. *Ab ea parte*, in ipso *ad aedem* aditu Minervae et Mercurii marmorea signa sunt: Pronai (*ac si Vestibulares dicas*) dii appellantur: Mercurium Phidias, Minervam Scopas fecisse dicitur. Templum proxime erectum est: in eo si-

δὲ ἄγαλμα μεγέθει τε ἴσόν ἐστι τῷ ἐν Βραγχίδαις, καὶ τὸ εἶδος οὐδὲν διαφόρως ἔχον· ὅστις δὲ τῶν ἀγαλμάτων τούτων τὸ ἕτερον εἶδε, καὶ τὸν εἰργασμένον ἐπύθετο, οὐ μεγάλη οἱ σοφία καὶ τὸ ἕτερον θεασαμένῳ Κανάχου ποίημα ὂν ἐπίστασθαι. διαφέρουσι δὲ τοσόνδε· ὁ μὲν γὰρ ἐν Βραγχίδαις χαλκοῦ, ὁ δὲ Ἰσμήνιός ἐστι κέδρου. (3) Ἔστι δὲ ἐνταῦθα λίθος, ἐφ' ᾧ Μαντώ φασι τὴν Τειρεσίου καθέζεσθαι· οὗτος μὲν πρὸ τῆς ἐσόδου κεῖται, καί οἱ τὸ ὄνομά ἐστι καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι Μαντοῦς δίφρος. ἐν δεξιᾷ δὲ τοῦ ναοῦ λίθου πεποιημένας εἰκόνας Ἡνιόχης εἶναι, τὴν δὲ Πύῤῥας λέγουσι, θυγατέρας δὲ αὐτὰς εἶναι Κρέοντος, ὃς ἐδυνάστευεν ἐπιτροπεύων Λαοδάμαντα τὸν Ἐτεοκλέους. (4) Τόδε γε καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι γινόμενον οἶδα ἐν Θήβαις· τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἰσμηνίῳ παῖδα οἴκου τε δοκίμου, καὶ αὐτὸν εὖ μὲν εἴδους, εὖ δ' ἔχοντα καὶ ῥώμης, ἱερέα ἐνιαύσιον ποιοῦσιν· ἐπίκλησις δέ ἐστιν οἱ δαφνοφόρος· στεφάνους γὰρ φύλλων δάφνης φοροῦσιν οἱ παῖδες. εἰ μὲν οὖν πᾶσιν ὁμοίως καθέστηκεν ἀναθεῖναι

gnum magnitudine ei quod in Branchidis est, par; specie etiam ipsa ab illo nihil *omnino* differt. Eorum signorum si quis alterum viderit, et a quo factum fuerit cognoverit, nimirum ille haud magno negotio, quum alterum intueatur, Canachi opus esse cognoscat: tantum interest, quod ille in Branchidis Apollo ex aere, Ismenius hic e cedro est. (3) Est eodem in loco saxum, super quo Manto Tiresiae filiam sedisse tradunt; prominet ante ipsum templi vestibulum: nostra etiamnum aetate Mantus sellam vocant. Ad templi dexteram effigies e marmore sunt: eas esse dicunt Heniochae et Pyrrhae filiarum Creontis qui dum Laodamanti Eteoclis filio tutor esset, imperium tenuit. (4) Apollini Ismenio hac etiam aetate Thebani puerum claris natalibus, forma et robore praestantem, annuum sacerdotem deligunt. Lauriger ei cognomen est, quod serta e lauri foliis gestant pueri. Non habeo satis compertum, an omnes qui laurigeri munus obierint ex pa-

δαφνηφορήσαντας χαλκοῦν τῷ θεῷ τρίποδα, οὐκ ἔχω δη-
λῶσαι· δοκῶ δὲ οὐ πᾶσιν εἶναι νόμον· οὐ γὰρ δὴ πολ-
λοὺς ἑώρων αὐτόθι ἀνακειμένους· οἱ δ' οὖν εὐδαιμονέ-
στεροι τῶν παίδων ἀνατιθέασιν. ἐπιφανὴς δὲ μάλιστα
ἐπί τε ἀρχαιότητι καὶ τοῦ ἀναθέντος τῇ δόξῃ τρίπους
ἐστὶν, Ἀμφιτρύωνος ἀνάθημα ἐπὶ Ἡρακλεῖ δαφνηφορή-
σαντι. (5) Ἀνωτέρω δὲ τοῦ Ἰσμηνίου τὴν κρήνην ἴδοις
ἂν, ἥντινα Ἄρεώς φασιν ἱερὰν εἶναι, καὶ δράκοντα ὑπὸ
τοῦ Ἄρεως ἐπιτετάχθαι φύλακα τῇ πηγῇ. πρὸς ταύτῃ
τῇ κρήνῃ τάφος ἐστὶ Καάνθου· Μελίας δὲ ἀδελφὸν καὶ 731
Ὠκεανοῦ παῖδα εἶναι Κάανθον λέγουσι, σταλῆναι δὲ
ὑπὸ τοῦ πατρὸς ζητήσοντα ἡρπασμένην τὴν ἀδελφήν. ὡς
δὲ Ἀπόλλωνα εὑρὼν ἔχοντα τὴν Μελίαν οὐκ ἐδύνατο ἀφε-
λέσθαι, πῦρ ἐτόλμησεν ἐς τὸ τέμενος ἐνεῖναι τοῦ Ἀπόλλω-
νος τοῦτο ὃ νῦν καλοῦσιν Ἰσμήνιον, καὶ αὐτὸν ὁ θεὸς,
καθά φασιν οἱ Θηβαῖοι, τοξεύει· Καάνθου μὲν ἐνταῦ-
θά ἐστι μνῆμα. Ἀπόλλωνι δὲ παῖδας ἐκ Μελίας γενέσθαι
λέγουσι Τήνερον καὶ Ἰσμήνιον· Τηνέρῳ μὲν Ἀπόλλων

trio instituto aeneum Apollini tripodem dedicent: existimo certe nulla lege illos teneri. Paucos enim illic tripodas vidi. E ditissimis certe orti parentibus pueri omnes dedicant. Eorum tripodum est maxime insignis tum *operis* vetustate, tum hominis dignitate, quem Amphitruo dedicavit, Hercule laurum gestante. (5) Supra Ismenii, fontem videas quem Marti sacrum dictitant, et a Marte fontis custodiam draconi demandatam. Prope est Caanthi tumulus: Meliae fratrem, Oceani fuisse filium Caanthum dicunt: missum vero a patre sororem raptam quaesitum: quum in Apollinis eam esse potestate comperisset, neque omnino abducere puellam potuisset, ignem in lucum, quem Ismenium vocant, iniicere ausum: *eo eam rem* (uti narrant Thebani) sagittis ab Apolline confixum. Est illic quidem Caanthi sepulcrum. E Melia vero Apollinem aiunt filios duos suscepisse, Tenerum et Ismenium: illi divinationem dedisse, ab Ismenio fluvium nomen accepisse;

μαντικὴν δίδωσι· τοῦ δὲ Ἰσμηνίου τὸ ὄνομα ἔσχεν ὁ ποταμός. οὐ μὴν οὐδὲ τὰ πρότερα ἦν ἀνώνυμος· ἤδη καὶ Λάδων ἐκαλεῖτο, πρὶν Ἰσμήνιον γενέσθαι τὸν Ἀπόλλωνος.

CAPUT XI.

Memoranda Thebarum, Amphitryonis domus — imagines mulierum, quae Pharmacides dicuntur, et Herculis templum — de Daedalo et Icaro — signis et ornamentis templi Herculis — ara Apollinis Spondii.

Ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῶν πυλῶν, ἃς ὀνομάζουσιν Ἠλέκτρας, οἰκίας ἐστὶν ἐρείπια, ἔνθα οἰκῆσαί φασιν Ἀμφιτρύωνα διὰ τὸν Ἠλεκτρύωνος θάνατον φεύγοντα ἐκ Τίρυνθος· καὶ τῆς Ἀλκμήνης ἐστὶν ἔτι ὁ θάλαμος ἐν τοῖς ἐρειπίοις δῆλος. οἰκοδομῆσαι δὲ αὐτὸν τῷ Ἀμφιτρύωνι Τροφώνιόν φασι καὶ Ἀγαμήδην, καὶ ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτῷ ἐπιγραφῆναι τόδε·

Ἀμφιτρύων ὅτ' ἔμελλ' ἀγαγέσθαι δεῦρο γυναῖκα
Ἀλκμήνην, θάλαμόν γ' ἐλλέξατο τοῦτον ἑαυτῷ·
Ἀγχάσιος δ' ἐποίησε Τροφώνιος ἠδ' Ἀγαμήδης.

τοῦτο μὲν ἐνταῦθα οἱ Θηβαῖοι γραφῆναι λέγουσιν. ἐπιδεικνύουσι δὲ Ἡρακλέους τῶν παίδων τῶν ἐκ Μεγάρας

quum tamen neque ante nomine caruisset. Nam et priusquam Ismenius Apollini nasceretur, Ladon hic amnis nuncupabatur.

Cap. XI. Ad laevam eius portae, cui Electridi nomen, domus rudera sunt, quam inhabitasse Amphitruonem memorant, quum e Tirynthe ob Electryonis caedem fugisset. Visitur adhuc inter ea rudera Alcmenae thalamus; quem a Trophonio et Agamede Amphitruoni exaedificatum Thebani dicunt, id olim attestante inscriptione:

Vxorem Alcmenen olim quum huc ducere vellet
Amphitryon, thalamum hunc sibi legit, quem fabricarunt
Anchasius docta arte Trophonius, atque Agamedes.

Ostendunt etiam Herculis ex Megara liberum sepulcrum.

μνῆμα, οὐδέν τι ὁμοίως τὰ ἐς τὸν θάνατον λέγοντες, ἢ Στη-
σίχορος ὁ Ἱμεραῖος καὶ Πανύασις ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησαν.
Θηβαῖοι δὲ καὶ τάδε ἐπιλέγουσιν, ὡς Ἡρακλῆς ὑπὸ τῆς
μανίας καὶ Ἀμφιτρύωνα ἔμελλεν ἀποκτιννύναι· πρότερον
δὲ ἄρα ὕπνος ἐπέλαβεν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ λίθου τῆς πληγῆς·
Ἀθηνᾶν δὲ εἶναι τὴν ἐπαφεῖσάν οἱ τὸν λίθον τοῦτον,
ὅντινα Σωφρονιστῆρα ὀνομάζουσιν. (2) Ἐνταῦθά εἰ-
σιν ἐπὶ τύπου γυναικῶν εἰκόνες· ἀμυδρότερα ἤδη τὰ ἀγάλ-
ματα· ταύτας καλοῦσιν οἱ Θηβαῖοι Φαρμακίδας, πεμ- 732
φθῆναι δὲ ὑπὸ τῆς Ἥρας φασὶν ἐμπόδια εἶναι ταῖς ὠδῖ-
σιν Ἀλκμήνης· αἳ μὲν δὴ ἐπεῖχον Ἀλκμήνην μὴ τεκεῖν.
Τειρεσίου δὲ θυγατρὶ Ἱστορίδι σόφισμα ἔπεισιν ἐς τὰς
Φαρμακίδας, ἐς ἐπήκοον αὐτῶν ὀλολύξαι· τετοκέναι γὰρ
τὴν Ἀλκμήνην· οὕτω τὰς μὲν ἀπατηθείσας ἀπελθεῖν,
τὴν δὲ Ἀλκμήνην τεκεῖν φασιν. ἐνταῦθα Ἡράκλειόν
ἐστιν, ἀγάλματα δὲ, τὸ μὲν λίθου λευκοῦ Πρόμαχος κα-
λούμενον, ἔργον δὲ Ξενοκρίτου καὶ Εὐβίου Θηβαίων· τὸ

Neque tamen de eorum morte iis omni ex parte assentiuntur, quae sunt ab Himeraeo Stesichoro et Panyasi in versus relata. Addunt enim Thebani, Herculem prae insania ipsum etiam Amphitruonem occisurum fuisse, nisi lapide ictus somno se dedisset: eum lapidem Minervam iecisse: Sophronistera (*hoc est resipiscendi auctorem*) nominant. (2) Sunt eodem in loco foeminarum imagines, minus eminenti figura; cuiusmodi Typi appellantur. Eorum signorum parum est perspicua prae vetustate species. Pharmacidas (*id est Veneficas*) vocant Thebani: missas vero a Iunone aiunt, quo parturienti Alcmenae impedimento essent. Sed eas, dum Alcmenae partum inhiberent, Tiresiae filiam Historidem tali astu elusisse. Ex eo namque loco, unde ipsae facile audire possent, alta voce clamavit, peperisse *iam* Alcmenam: illas ea voce deceptas *statim* abisse; Alcmenam *illico puerum* enixam. Herculis illic templum, cum signo e candido lapide; Promachum (*id est propugnatorem*) vocant. Xenocrati et Eu-

δὲ ξόανον τὸ ἀρχαῖον Θηβαῖοί τε εἶναι Δαιδάλου νενομίκασι, καὶ αὐτῷ μοι παρίστατο ἔχειν οὕτω. (3) Τοῦτον ἀνέθηκεν αὐτὸς, ὡς λέγεται, Δαίδαλος ἐκτίνων εὐεργεσίας χάριν. ἡνίκα γὰρ ἔφευγεν ἐκ Κρήτης, πλοῖα οὐ μεγάλα αὑτῷ καὶ τῷ παιδὶ Ἰκάρῳ ποιησάμενος, πρὸς δὲ καὶ ταῖς ναυσὶν (ὃ μή πω τοῖς τότε ἐξεύρητο) ἱστία ἐπιτεχνησάμενος, ὡς τοῦ Μίνω ναυτικοῦ τὴν εἰρεσίαν φθάνοιεν ἐπιφόρῳ τῷ ἀνέμῳ χρώμενοι, τότε αὐτὸς μὲν σώζεται Δαίδαλος· Ἰκάρῳ δὲ κυβερνῶντι ἀμαθέστερον ἀνατραπῆναι τὴν ναῦν λέγουσιν· ἀποπνιγέντα δὲ ἐξήνεγκεν ὁ κλύδων ἐς τὴν ὑπὲρ Σάμου νῆσον ἔτι οὖσαν ἀνώνυμον. ἐπιτυχὼν δὲ Ἡρακλῆς γνωρίζει τὸν νεκρὸν, καὶ ἔθαψεν, ἔνθα καὶ νῦν ἔτι αὐτῷ χῶμα οὐ μέγα ἐπὶ ἄκρας ἐστὶν ἀνεχούσης ἐς τὸ Αἰγαῖον· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰκάρου τούτου ὄνομα ἥ τε νῆσος καὶ ἡ περὶ αὐτὴν θάλασσα ἔσχηκε. (4) Θηβαίοις δὲ τὰ ἐν τοῖς ἀετοῖς Πραξιτέλης ἐποίησε τὰ πολλὰ τῶν

bii Thebanorum opus. Nam ligneum simulacrum prisci operis, Daedali fuisse arbitrantur: quod ut credam, et ipse facile adducor. (3) Dedicasse ipse Daedalus fertur, ut bene de se merito gratias referret. Quum enim e Creta fugiens sibi et Icaro filio non magna aedificasset navigia, primusque omnium velificationem adinvenisset, quo Minois classem, quae remis *tantum* utebatur, secundo impulsi vento anteverterent, tunc ipse quidem incolumis appulit: Icari vero navem, imperitia gubernantis eversam tradunt: sub undis enectum, maris aestu delatum insulam iuxta Samum, cuius nomen nondum proditum fuerat: Herculem quum forte in illa loca venisset, agnitum cadaver sepeliisse, ubi hac etiam aetate non magnus terrae agger exstat, in promontorio, quod Aegaeo mari imminet. Ab Icaro sane et insulam, et quod eam incingit mare, nomen accepisse. (4) Thebanis sub ipso templi culmine circa tholum complures ex duodecim *Herculis* laboribus fecit Praxiteles. Quae praetermisit, sunt

*δώδεκα καλουμένων ἄθλων· καὶ σφισι τὰ ἐς τὰς ὄρνιθας
ἐνδεῖ τὰς ἐπὶ Στυμφάλῳ, καὶ ὡς ἐκάθηρεν Ἡρακλῆς τὴν
Ἠλείαν χώραν· ἀντὶ τούτων δὲ ἡ πρὸς Ἀνταῖον πάλη* 733
*πεποίηται. Θρασύβουλος δὲ ὁ Λύκου, καὶ Ἀθηναίων οἱ
σὺν αὐτῷ τυραννίδα τῶν τριάκοντα καταμύσαντες (ὁρμη-
θεῖσι γάρ σφισιν ἐκ Θηβῶν ἐγένετο ἡ κάθοδος) Ἀθηνᾶν
καὶ Ἡρακλέα κολοσσοὺς ἐπὶ τύπου λίθου τοῦ Πεντέ-
λησιν, ἔργα δὲ Ἀλκαμένους, ἀνέθηκαν ἐς τὸ Ἡράκλειον.
τοῦ δὲ Ἡρακλέους γυμνάσιον ἔχεται καὶ στάδιον, ἀμφό-
τερα ἐπώνυμα τοῦ θεοῦ. (5) Ὑπὲρ δὲ τὸν Σωφρονι-
στῆρα λίθον βωμός ἐστιν Ἀπόλλωνος ἐπίκλησιν Σπον-
δίου, πεποίηται δὲ ἀπὸ τῆς τέφρας τῶν ἱερείων· μαντι-
κὴ δὲ καθέστηκεν αὐτόθι ἀπὸ κληδόνων, ᾗ δὴ καὶ Σμυρ-
ναίους μάλιστα Ἑλλήνων χρωμένους οἶδα· ἔστι γὰρ καὶ
Σμυρναίοις ὑπὲρ τὴν πόλιν κατὰ τὸ ἐκτὸς τοῦ τείχους
Κληδόνων ἱερόν.*

Stymphali aves, et Eleae terrae purgatio: pro illis est cum Antaeo lucta. Thrasybulus quidem Lyci filius, totaque illa Atheniensium *exulum* manus, quod Thebis moventes, expulsis XXX tyrannis patriam recepissent, in Herculis fano, Minervam et Herculem *ipsum*, colossi specie, e Pentelico lapide, Alcamenis opus, posuerunt. Iam vero gymnasium et stadium, utrumque de Herculis nomine appellatum, cum templo coniuncta sunt. (5) Supra lapidem Sophronistera est Apollinis ara cognomento Spondii; e victimarum cineribus congesta. Ominum ibi divinatio observatur; qua prae ceteris maxime Graecis uti Smyrnaeos novi. Est enim apud illos quoque extra moenia supra urbem ad omina captanda sacrata aedes.

CAPUT XII.

Apollinis Polii cultus apud Thebanos — de Cadmo Phoenice, non Aegyptio, et Minervae Phoenicio et Aegyptio nomine — varia, quae de Harmoniae nuptiis ac de Semele narrantur — de Pronomo tibicine et variis modorum generibus.

Τῷ δὲ Ἀπόλλωνι Θηβαῖοι τῷ Πολιῷ ταύρους ἔθυον τὸ ἀρχαῖον· καί ποτε παρούσης σφίσι τῆς ἑορτῆς ἥ τε ὥρα κατήπειγε τῆς θυσίας, καὶ οἱ πεμφθέντες ἐπὶ τὸν ταῦρον οὐχ ἧκον· οὕτω παρατυχούσης ἁμάξης τὸν ἕτερον τῶν βοῶν τῷ θεῷ θύουσι, καὶ ἀπ' ἐκείνου ἐργάτας βοῦς θύειν νομίζουσι. λέγεται δὲ καὶ ὅδε ὑπ' αὐτῶν λόγος, ὡς ἀπιόντι ἐκ Δελφῶν Κάδμῳ τὴν ἐπὶ Φωκέων βοῦς γένοιτο ἡγεμὼν τῆς πορείας, τὴν δὲ βοῦν ταύτην παρὰ βουκόλων εἶναι τῶν Πελάγοντος ὠνητήν· ἐπὶ δὲ ἑκατέρᾳ τῆς βοὸς πλευρᾷ σημεῖον ἐπεῖναι λευκόν, εἰκασμένον κύκλῳ τῆς σελήνης, ὁπότε εἴη πλήρης. ἔδει δὲ ἄρα Κάδμον καὶ τὸν σὺν αὐτῷ στρατὸν ἐνταῦθα οἰκῆσαι κατὰ τοῦ θεοῦ τὴν μαντείαν, ἔνθα ἡ βοῦς ἔμελλε καμοῦσα ὀκλάσειν· ἀπο-
734 *φαίνουσιν οὖν καὶ τοῦτο τὸ χωρίον. (2) Ἐνταῦθα ἔστι μὲν ἐν ὑπαίθρῳ βωμὸς καὶ ἄγαλμα Ἀθηνᾶς· ἀναθεῖναι*

Cap. XII. Apollini vero *cognomine* Cano, tauros priscis temporibus immolabant Thebani: sed quum ita accidisset ut stato festoque die hostiam caedendi tempus instaret, qui vero ut taurum adducerent missi fuerant, non venirent, de plaustro praetereunte bovem alterum *arreptum* mactarunt: ex quo institutum, operario bove facere. Vulgatus est praeterea inter Thebanos sermo, Cadmum Delphis Phocensi via Thebas ducente venientem, ducem itineris bovem habuisse: emptam illam de Pelagontis bubulcis, et in utroque latere insignem fuisse candida nota in lunae speciem iam plenae. Oportebat autem Cadmum cum sociis et exercitu, ex oraculi responso ibi consistere, quo loco bos fessa procubuisset. Illum ipsum locum *hodie* quoque ostendunt. (2) In eo sub divo ara est *Minervae*

δὲ αὐτὸ Κάδμον λέγουσι. τοῖς οὖν νομίζουσιν εἰς γῆν ἀφικέσθαι Κάδμον τὴν Θηβαΐδα, Αἰγύπτιον καὶ οὐ Φοίνικα ὄντα, ἔστιν ἐναντίον τῷ λόγῳ τῆς Ἀθηνᾶς ταύτης τὸ ὄνομα, ὅτι Ὄγγα κατὰ γλῶσσαν τὴν Φοινίκων καλεῖται, καὶ οὐ Σάϊς κατὰ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν. (3) Φασὶ δὲ οἱ Θηβαῖοι, καθότι τῆς ἀκροπόλεως ἀγορά σφισιν ἐφ' ἡμῶν πεποίηται, Κάδμου τὸ ἀρχαῖον οἰκίαν εἶναι· θαλάμων δὲ ἀποφαίνουσι τοῦ τε Ἁρμονίας ἐρείπια, καὶ ὃν Σεμέλης φασὶν εἶναι· τοῦτον δὲ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι ἄβατον φυλάσσουσιν ἀνθρώποις. Ἑλλήνων δὲ τοῖς ἀποδεχομένοις, ᾆσαι Μούσας ἐς τὸν Ἁρμονίας γάμον, τὸ χωρίον ἐστὶν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ἔνθα δή φασι τὰς θεὰς ᾆσαι. λέγεται δὲ καὶ τόδε, ὡς ὁμοῦ τῷ κεραυνῷ βληθέντι ἐς τὸν Σεμέλης θάλαμον πέσοι ξύλον ἐξ οὐρανοῦ· Πολύδωρον δὲ τὸ ξύλον τοῦτο χαλκῷ λέγουσιν ἐπικοσμήσαντα Διόνυσον καλέσαι Κάδμειον. πλησίον δὲ Διονύσου ἄγαλμα, καὶ τοῦτο Ὀνασσιμήδης ἐποίησε δι' ὅλου πλῆρες ὑπὸ τοῦ χαλκοῦ· τὸν βωμὸν δὲ οἱ παῖδες εἰργάσαντο οἱ Πραξι-

cum signo, quod a Cadmo dedicatum perhibent. Refellitur *facile* eorum error, qui in Thebanorum fines Aegyptium, non Phoenicem Cadmum venisse putant, vel ipso huius Minervae nomine: Siga enim, Phoenicum; non Sais, Aegyptiorum lingua dicitur. (3) Tradunt praeterea Thebani, quo loco est Arcis nunc forum, Cadmi olim domum fuisse, Thalamorum quoque minas ostendunt, quorum unum Harmoniae, alterum Semeles fuisse dicunt, quem aetate etiam nostra ab hominum accessu custodiunt. Est a Graecis *in litteras* relatum, Musas Harmoniae nuptias carmine celebrasse. Fidem iis qui hoc credant facit, quod in foro est locus, ubi deas cantasse aiunt. Est etiam memoriae proditum, cum eo fulmine quo icta est Semele, de coelo lignum decidisse in eius thalamum; quod quum aere Polydorus exornasset, Liberum Cadmeum appellaverit. Prope est Liberi signum, quod Onassimedes e solido aere fecit. Nam Cadmum Praxite-

CAPUT XII.

Apollinis Polii cultus apud Thebanos — de Cadmo Phoenice, non Aegyptio, et Minervae Phoenicio et Aegyptio nomine — varia, quae de Harmoniae nuptiis ac de Semele narrantur — de Pronomo tibicine et variis modorum generibus.

Τῷ δὲ Ἀπόλλωνι Θηβαῖοι τῷ Πολιῷ ταύρους ἔθυον τὸ
ἀρχαῖον· καὶ ποτε παρούσης σφίσι τῆς ἑορτῆς ἥ τε ὥρα
κατήπειγε τῆς θυσίας, καὶ οἱ πεμφθέντες ἐπὶ τὸν ταῦ-
ρον οὐχ ἧκον· οὕτω παρατυχούσης ἁμάξης τὸν ἕτερον
τῶν βοῶν τῷ θεῷ θύουσι, καὶ ἀπ' ἐκείνου ἐργάτας βοῦς
θύειν νομίζουσι. λέγεται δὲ καὶ ὅδε ὑπ' αὐτῶν λόγος, ὡς
ἀπιόντι ἐκ Δελφῶν Κάδμῳ τὴν ἐπὶ Φωκέων βοῦς γένοιτο
ἡγεμὼν τῆς πορείας, τὴν δὲ βοῦν ταύτην παρὰ βουκό-
λων εἶναι τῶν Πελάγοντος ὠνητήν· ἐπὶ δὲ ἑκατέρᾳ τῆς
βοὸς πλευρᾷ σημεῖον ἐπεῖναι λευκὸν, εἰκασμένον κύκλῳ
τῆς σελήνης, ὁπότε εἴη πλήρης. ἔδει δὲ ἄρα Κάδμον καὶ
τὸν σὺν αὐτῷ στρατὸν ἐνταῦθα οἰκῆσαι κατὰ τοῦ θεοῦ
τὴν μαντείαν, ἔνθα ἡ βοῦς ἔμελλε καμοῦσα ὀκλάσειν· ἀπο-
734 φαίνουσιν οὖν καὶ τοῦτο τὸ χωρίον. (2) Ἐνταῦθά ἐστι
μὲν ἐν ὑπαίθρῳ βωμὸς καὶ ἄγαλμα Ἀθηνᾶς· ἀναθεῖναι

Cap. XII. Apollini vero *cognomine* Cano, tauros priscis temporibus immolabant Thebani: sed quum ita accidisset ut stato festoque die hostiam caedendi tempus instaret, qui vero ut taurum adducerent missi fuerant, non venirent, de plaustro praetereunte bovem alterum *arreptum* mactarunt: ex quo institutum, operario bove facere. Vulgatus est praeterea inter Thebanos sermo, Cadmum Delphis Phocensi via Thebas ducente venientem, ducem itineris bovem habuisse: emptam illam de Pelagontis bubulcis, et in utroque latere insignem fuisse candida nota in lunae speciem iam plenae. Oportebat autem Cadmum cum sociis et exercitu, ex oraculi responso ibi consistere, quo loco bos fessa procubuisset. Illum ipsum locum *hodie* quoque ostendunt. (2) In eo sub divo ara est *Minervae*

CAPUT XIII.

De Epaminonda eiusque rebus bello gestis — bello Lacedaemoniorum cùm Thebanis — Scedaso eiusque filiabus — pugna apud Leuctra cum Lacedaemoniis commissa.

Τῷ δ' Ἐπαμινώνδᾳ τὰ μὲν τῶν προγόνων ὑπῆρχεν ἐς γένους δόξαν, ὁ δὲ οἱ πατὴρ χρημάτων εἵνεκα μέσου ἀνδρὸς ἀπέδει Θηβαίου· διδάγματά τε αὐτοῖς τά τε ἐπιχώρια ἔμαθεν ἐς τὸ ἀκριβέστατον, καὶ ὢν ἤδη μειράκιον, ἐφοίτησεν ὡς Λύσιν, ἄνδρα γένος μὲν Ταραντῖνον, ἐπιστάμενον δὲ [τοῦ] Πυθαγόρου τοῦ Σαμίου λόγους. λέγεται δὲ ὁ Ἐπαμινώνδας, ἡνίκα ἐπολέμουν Λακεδαιμόνιοι Μαντινεῦσι, πεμφθῆναι σὺν ἄλλοις ἀνδράσιν ἐκ Θηβῶν Λακεδαιμονίοις ἐπαμύνειν· ἔχοντα δὲ τραύματα ἐν τῇ μάχῃ Πελοπίδαν ἐξέσωσεν ἐς ἅπαν ἀφικόμενος κινδύνου. χρόνῳ δὲ ὕστερον κατὰ πρεσβείαν ἐς Σπάρτην ἥκοντα Ἐπαμινώνδαν, ὅτε Λακεδαιμόνιοι συντίθεσθαι τοῖς Ἕλλησιν ἔφασαν εἰρήνην τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου καλουμένην, τηνικαῦτα Ἐπαμινώνδαν ἤρετο Ἀγησίλαος, εἰ κατὰ πόλιν ὀμνύναι Βοιωτοὺς ἐάσουσιν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης· οὐ πρότε-

Cap. XIII. Epaminondae quidem maiores valde illustres generis claritate fuere, eius vero pater tenuiore fuit inter Thebanos re familiari, quam alius permediocris quivis; filium tamen *a puero* patriis *omnibus* disciplinis accuratissime erudiendum curavit: ipse ab ineunte iam adolescentia ad Lysin Tarentinum se discendi causa contulit, hominem Pythagorae Samii praeceptis *egregie* instructum. Bello quod gessere cum Mantinensibus Lacedaemonii, missus esse dicitur cum aliis Thebanis in Lacedaemoniorum auxilium Epaminondas. Is Pelopidam saucium magno suo periculo in pugna servavit. Ac deinde quum legatus venisset Spartam, quo tempore Lacedaemonii pacem eam quae Antalcidae vocatur, sancire decreverant; et Epaminondam rogasset Agesilaus, numquid singulas Boeotiae urbes in pacem iurare lituri essent Thebani:

ρόν γε, εἶπεν, ὦ Σπαρτιᾶται, πρὶν ἢ καὶ τοὺς περιοίκους ὀμνύοντας κατὰ πόλιν ἴδωμεν τοὺς ὑμετέρους. (2) Ὡς δὲ ὁ Λακεδαιμονίων καὶ Θηβαίων ἐξῆρτο ἤδη πόλεμος, καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι δυνάμει καὶ αὐτῶν καὶ τῶν συμμάχων ἐπὶ τοὺς Θηβαίους ᾔεσαν, Ἐπαμινώνδας μὲν ἔχων τοῦ στρατοῦ μοῖραν, ἀντεκάθητο ὑπὲρ τῆς Κηφισσίδος λίμνης, ὡς ποιησομένων ταύτῃ Πελοποννησίων τὴν
736 ἐσβολήν. Κλεόμβροτος δὲ ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐπὶ Ἀμβρύσου τρέπεται τῆς Φωκέων· ἀποκτείνας δὲ Χαιρέαν, ὃς φυλάσσειν διετέτακτο τὰς παρόδους, καὶ ἄλλους τοὺς σὺν αὐτῷ Θηβαίους, ὑπερέβη, καὶ ἐς Λεῦκτρα ἀφικνεῖται τὰ Βοιώτια· ἐνταῦθα καὶ αὐτῷ Κλεομβρότῳ καὶ Λακεδαιμονίων τῷ κοινῷ σημεῖα ἐγένετο ἐκ τοῦ θεοῦ. τοῖς βασιλεῦσιν αὐτῶν ἐς τὰς ἐξόδους πρόβατα εἵπετο θεοῖς τε εἶναι θυσίας, καὶ πρὸ τῶν ἀγώνων καλλιερεῖν· ταῖς δὲ ποίμναις ἡγεμόνες τῆς πορείας ἦσαν αἶγες· κατοιάδας οἱ ποιμένες ὀνομάζουσιν αὐτάς. τότε οὖν ὁρμή-

respondit ille: Non utique, Spartane, priusquam vestros videamus singularum urbium finitimos iurasse. (2) Iam vero quum bellum inter Lacedaemonios et Thebanos coeptum esset geri, et Lacedaemonii quum suis, tum sociorum opibus freti *vehementer* Thebanos urgerent, ipse cum exercitus parte supra Cephissidem paludem, qua Peloponnesii eruptionem facturi videbantur, castra posuit. At Cleombrotus Lacedaemoniorum rex ad Ambryssum in Phocenses agmen vertit: *mox* Chaerea, et iis quibus fuerat eius aditus custodia commissa, interfectis, ad Leuctra in Boeotiam penetravit. Eo in loco quum ipsi Cleombroto, tum universis Lacedaemoniorum copiis, *dira* ostenta evenerunt. Mos fuit regibus Spartanis ad bellum proficiscentibus, ovium greges in extremo agmine habere, ut inde quum hostias diis mactarent, tum ante certamina rimarentur, an laetos exta successus portenderent. Earum pecudum duces itineris erant caprae, quas Catoeadas nominant pastores. Tunc quidem gregem invadentes lupi, ovi-

σαντες ἐς τὴν ποίμνην λύκοι, τοῖς μὲν προβάτοις ἐγίγνοντο οὐδὲν βλάβος. οἱ δὲ τὰς αἶγας τὰς κατοιάδας ἔκτεινον. (3) Ἐλέγετο δὲ καὶ μήνιμα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐκ θυγατέρων εἶναι τῶν Σκεδάσου. Σκεδάσῳ γὰρ περὶ Λεῦκτρα οἰκοῦντι θυγατέρες Μολπία γίνεται καὶ Ἱππώ· ταύτας ἐς ὥραν ἤδη προηκούσας Λακεδαιμονίων ἄνδρες βιάζονται παρὰ θέμιδα καὶ Φρουδαρχίδας καὶ Παρθένιος. καὶ αἵ τε παρθένοι παραυτίκα (οὐ γάρ σφισιν ἀνεκτὰ ἐφαίνετο εἶναι τὰ τῆς ὕβρεως) ἀπάγχουσιν αὑτάς· καὶ Σκέδασος (ἐς Λακεδαίμονα γὰρ ἐλθόντι οὐδεμία ἐγένετο αὐτῷ δίκη) οὗτος ἐς τὰ Λεῦκτρα ἐπανήκων αὑτὸν διεργάζεται. τότε δὲ ὁ Ἐπαμινώνδας Σκεδάσῳ καὶ ταῖς παισὶν ἐναγίζει τε καὶ εὔχεται, ὡς οὐ μᾶλλον ὑπὲρ σωτηρίας Θηβαίων, ἢ καὶ τιμωρίας ἐκείνῳ τὸν ἀγῶνα ἐσόμενον. τῶν δὲ Βοιωταρχούντων οὐ κατὰ ταὐτὰ ἐγίνοντο αἱ γνῶμαι, διεστηκυῖαι δὲ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων· Ἐπαμινώνδᾳ μὲν γὰρ ἤρεσκε, καὶ Μάλγιδι, καὶ Ξενοκράτει, κατὰ τάχος πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ποιεῖσθαι μάχην· Δαμοκλείδας δὲ, καὶ Δαμόφιλος, καὶ Σιμάγγελος, συμ-

bus nullam sane noxam intulerunt, solas vero Catoeadas necarunt. (3) Dicuntur etiam Lacedaemonii filiarum Scedasi diras clade illa luisse. Scedaso Leuctris domicilium habenti filiae fuere Molpia et Hippo. Eas iam nubiles Lacedaemonii homines, Parathemidas, Phrudarchidas, et Parthenius, per vim vitiarunt. Puellae *tam insignem* contumeliam minime ferendam ratae, laqueo vitam finierunt. Ipse etiam Scedasus, quum Spartae iudicium *postulanti* datum non fuisset, Leuctra reversus, voluntaria morte *dedecus effugit.* Huic Scedaso tunc Epaminondas, eiusque filiabus parentavit, votaque nuncupavit, *professus* praelium non magis pro Thebanorum salute, quam eam iniuriam ulciscendi causa commissum iri. Sed Boeotii nominis ducum non una omnino fuit sententia. Nam Epaminondae, Malgidi et Xenocrati placebat quamcelerrime pugnam capessere: Damoclidas vero, Damophilus et Si-

βάλλειν μὲν οὐκ εἴων, ἐκέλευον δὲ ὑπεκθεμένους ἐς τὴν Ἀττικὴν γυναῖκας καὶ παῖδας, ὡς πολιορκησομένους αὐ-
737τοὺς παρασκευάζεσθαι. τῶν μὲν δὴ ἓξ ἐς τοσοῦτον ἦν κεχωρισμένα τὰ βουλεύματα· προσγινομένου δὲ ψήφῳ τοῖς περὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν τοῦ ἑβδόμου τῶν Βοιωταρχῶν, ὃς ἐφρούρει μὲν τὴν κατὰ τὸν Κιθαιρῶνα ἐσβολήν, (ὄνομα δὲ ἦν οἱ Βραγχυλίδης) τούτου τοῦ ἀνδρὸς, ὡς ἐπανῆλθεν ἐς τὸ στρατόπεδον, προσθεμένου τοῖς περὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν, τότε καὶ πᾶσιν ἐδέδοκτο ἀγῶνι διακρίνεσθαι. τῷ δὲ Ἐπαμινώνδᾳ καὶ ἐς ἄλλους Βοιωτῶν ὕποπτα ἦν, ἐς δὲ τοὺς Θεσπιεῖς καὶ περισσότερον· δείσας οὖν, μὴ σφᾶς παρὰ τὸ ἔργον προδῶσιν, ἀποχώρησιν παρεῖχεν ἀπὸ στρατοπέδου τοῖς ἐθέλουσιν οἴκαδε· καὶ οἱ Θεσπιεῖς τε ἀπαλλάσσονται πανδημεὶ, καὶ οἷστισιν ἄλλοις Βοιωτῶν ὑπῆν δύσνοια ἐς τοὺς Θηβαίους. (4) Ὡς δὲ ἐς χεῖρας συνῄεσαν, ἐνταῦθα οἱ σύμμαχοι τῶν Λακεδαιμονίων, ἅτε αὐτοῖς καὶ τὸν πρὸ τοῦ χρόνον οὐκ ἀρεσκόμενοι, τὸ ἔχθος μάλιστα ἐπεδείκνυντο, οὔτε κατὰ χώ-

mangelus congrediendum neutiquam censebant; sed coniugibus et liberis in Atticam amandatis, ad obsidionem sustinendam quae pertinerent esse omnia comparanda. Atque horum quidem sex in hunc modum consilia variarunt. Ubi vero septimi, qui ad Cithaeronis angustias praesidio fuerat praefectus (Branchyllides ei nomen fuit) suffragio est eorum qui Epaminondae assensi fuerant sententia comprobata, decreverunt omnes praelio belli fortunam experiri. Erant quum alii ex Boeotis Epaminondae suspecti; sed prae ceteris Thespienses. Veritus igitur ne dum manus consererentur, partes proderent, potestatem fecit omnibus qui vellent, e castris domum concedendi. Quare quum Thespienses, tum reliqui Boeoti, qui a Thebanis erant alieniores, sub suae suisque nationis signis discessere. (4) Quum vero ad manus ventum esset, Lacedaemoniorum socii conceptum in illos iam ante animo odium facile declararunt; nempe qui neque locum tenuerint, et in quam

ραν μένειν ἐθέλοντες, ἐνδιδόντες δὲ, ὅπῃ σφίσιν οἱ πολέμιοι προσφέροιντο. αὐτοὺς δὲ Λακεδαιμονίους καὶ Θηβαίους ἐξ ἴσου καθίστη, τοὺς μὲν ἐμπειρία τε ἡ προϋπάρχουσα, καὶ ἅμα αἰδουμένους μὴ καταλῦσαι τῆς Σπάρτης τὸ ἀξίωμα· Θηβαῖοι δ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος καὶ πρὸ γυναικῶν τε καὶ παίδων τὸν κίνδυνον ἐφεστηκότα ἑώρων. ὡς δὲ ἄλλοι τε Λακεδαιμονίων τῶν ἐν τέλει καὶ ὁ βασιλεὺς ἐτεθνήκει Κλεόμβροτος, ἐνταῦθα τοὺς Σπαρτιάτας καὶ ταλαιπωρουμένους ἐπελάμβανεν ἀνάγκη μὴ ἐνδιδόναι. παρὰ γὰρ τοῖς Λακεδαιμονίοις αἴσχιστον ἐδέδοκτο εἶναι, βασιλέως νεκρὸν ἐπὶ ἀνδράσι πολεμίοις γενόμενον περιοφθῆναι. Θηβαίοις μὲν ἡ νίκη κατείργαστο ἐπιφανεστάτη πασῶν, ὁπόσας κατὰ Ἑλλήνων ἀνείλοντο Ἕλληνες· Λακεδαιμόνιοι δὲ ἐς τὴν ὑστεραίαν τοὺς τεθνεῶτας διενοοῦντο ὡς θάψοντες, καὶ ἀποστέλλουσι κήρυκα ἐς τοὺς Θηβαίους. Ἐπαμινώνδας δὲ ἐπιστάμενος, ὡς ἐπικρύπτεσθαι τὰς συμφορὰς ἀεί ποτε οἱ Λακεδαιμόνιοι πεφύκασιν, ἔφασκεν ἀναίρεσιν τῶν νεκρῶν προτέροις αὐτῶν

partem hostis impressionem fecisset, terga dederint. Aequavit inter duas acies certamen, quod pristina rei militaris scientia, et patriae gloriae retinendae cura Spartanos incitabat: Thebani sibi pro patria, pro coniugibus et liberis propositum certamen videbant. Postea vero quam et alii de Lacedaemoniorum primoribus, et rex ipse Cleombrotus occubuit, ibi Spartanos, tametsi graviter affectos, adegit necessitas, ut locum pugnando tuerentur suum. Erat enim magno apud Lacedaemonios dedecori, regis cadaver sinere in hostium esse potestate. Thebani certe victoriam adepti sunt omnium praeclarissimam, quas de Graecis Graeci unquam reportaverint. Postero die Lacedaemonii suorum cadavera ad sepulturam, misso ad Thebanos caduceatore, poposcerunt. Epaminondas vero quum sciret maxime in dissimulandis calamitatibus suis callidos esse Spartanos, sociis se prius eorum cadavera tollendi facultatem daturum respondit; ac deinde se facile

διδόναι τοῖς συμμάχοις· ἐπὶ δ' ἐκείνοις ἀνελομένοις οὕτω
καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἠξίου θάπτειν τοὺς αὐτῶν. ὡς
δὲ τῶν συμμάχων οἱ μὲν οὐδὲν ἀρχὴν ἀνῃροῦντο, ἅτε οὐ
738 τεθνεῶτός σφισιν οὐδενὸς, τῶν δὲ ὀλίγου ἐφαίνετο εἶναι
τὸ διεφθαρμένον, οὕτω Λακεδαιμόνιοί τε ἔθαπτον τοὺς
αὐτῶν, καὶ ἤδη Σπαρτιάτας ἐξελήλεγκτο εἶναι τοὺς κειμένους. ἀπέθανον δὲ Θηβαίων καὶ ὅσοι παρέμειναν
Βοιωτῶν ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ἄνδρες, Λακεδαιμονίων
δὲ αὐτῶν πλείους ἢ χίλιοι.

CAPUT XIV.

De iis, quae Leuctricam pugnam consecuta sunt — Epaminondas Thespienses, qui Ceressum confugerant, eiicit — Epaminondas ab Arcadibus arcessitur, Megalopolin condit et Messenen restituit — Epam. Iphicratem fugat — Epam. capitis arcessitur.

Τὸ μὲν δὴ παραυτίκα ὁ Ἐπαμινώνδας μετὰ τὴν μάχην Πελοποννησίων τοῖς λοιποῖς ἀπιέναι προειπὼν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα, Λακεδαιμονίους ἐν τοῖς Λεύκτροις εἶχεν ἀπειλημμένους· ὡς δὲ ἤκουε τοὺς ἐκ τῆς πόλεως Σπαρτιάτας βοηθήσοντας τοῖς σφετέροις εἰς Λεῦκτρα ἰέναι πανδημεί,

suos a Lacedaemoniis humari passurum. Quod quum ita constitutum esset, sociorum aliis suos non fuit omnino quod tollerent, quum neminem amisissent, alii quampaucissimos desiderarunt: Lacedaemoniis confiteri necesse fuit suorum illam stragem fuisse maxime. De Thebanorum quidem et eorum qui permanserant Boeotorum numero, septem duntaxat et XL desiderati fuere, quum e Lacedaemoniis ipsis plures quam mille cecidissent.

Cap. XIV. Post pugnam edicto permisit ceteris Peloponnesiis, ut domos quique suas redirent; solos Lacedaemonios ad Leuctra interclusos tenuit. Verum quum certior factus esset populariter Spartanos ex urbe effusos suis in auxilium venire, hostibus quo vellent abeundi sub

δίδωσιν οὕτω τοῖς ἀνδράσιν, ἀπελθεῖν ὑποσπόνδους· ἔφη τε ἄμεινον ἔσεσθαι τὸν πόλεμόν σφισιν ἐκ Βοιωτῶν ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἀπώσασθαι. Θεσπιεῦσι δὲ ὑφορωμένοις τήν τε ἐξαρχῆς ἐκ τῶν Θηβαίων δυσμένειαν, καὶ τὴν ἐν τῷ παρόντι αὐτῶν τύχην, τὴν μὲν πόλιν ἔδοξεν ἐκλιπεῖν ἀναφεύγειν δὲ ἐς Κερησσόν. ἔστι δὲ ἐχυρὸν χωρίον ὁ Κερησσὸς ἐς τὴν Θεσπιέων, ἐς ὃ καὶ πάλαι ποτὲ ἀνεσκευάσαντο κατὰ τὴν ἐπιστρατείαν τὴν Θεσσαλῶν. οἱ δὲ Θεσσαλοὶ τότε, ὡς ἑλεῖν τὸν Κερησσὸν σφισι πειρωμένοις ἐφαίνετο ἐλπίδος κρεῖσσον, ἀφίκοντο ἐς Δελφοὺς παρὰ τὸν θεὸν, καὶ αὐτοῖς γίνεται μάντευμα τοιόνδε·

Λεῦκτρά τέ μοι σκιόεντα μέλει, καὶ Ἀλήσιον οὖδας,
Καί μοι τὼ Σκεδάσου μέλετον δυσπενθέε κούρα.
Ἔνθα μάχη πολύδακρυς ἐπέρχεται· οὐδέ τις αὐτὴν
Φράσσεται ἀνθρώπων, πρὶν κούριον ἀγλαὸν ἥβην
Δωριέες ὀλέσωσ', ὅταν αἴσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ.
Τουτάκι δ' ἔστι Κερησσὸς ἁλώσιμος, ἄλλοτε δ' οὐχί. 739

certis conditionibus potestatem dedit, suis asserens multo esse optabilius, ex Boeotia bellum in Laconiam propulsare. Thespiensibus, quod et vetera in se Thebanorum odia, et recentem eorum felicitatem suspectam haberent, visum est urbe relicta Ceressum confugere. Est Ceressus castellum in Thespiensi agro munitissimum, quo et ante multo se, in agrum suum cum exercitu invadentibus Thessalis, receperant. Quo tempore quum Ceressi expugnandi spes post longos conatus Thessalos frustrata esset, Delphos dei consulendi causa miserunt, a quo huiusmodi oraculum est redditum:

Leuctra mihi umbrosa, est curae quoque Alesia tellus:
Et Scedasi soboles geminae miseranda puellae.
Pugna illic atrox miscebitur: haud erit ullus
Qui sciat hoc hominum, lumen iuvenile priusquam
Perdiderint Dores, fatalis ubi ingruet hora.
Tunc quoque non alio capietur Marte Ceressus.

D 2

(2) Τότε δὲ, ὡς Ἐπαμινώνδας Θεσπιεῖς καταφεύγοντας ἐς τὸν Κερησσὸν ἐξεῖλε, πρὸς τὰ ἐν Πελοποννήσῳ παραυτίκα ἔσπευδεν, ἅτε καὶ τῶν Ἀρκάδων προθύμως μεταπεμπομένων· ἐλθὼν δὲ, Ἀργείους μὲν προσελάβετο ἑκουσίως συμμάχους, Μαντινέας δὲ κατὰ κώμας ὑπὸ Ἀγησιπόλιτος διῳκισμένους ἐς τὴν ἀρχαίαν συνήγαγεν αὖθις πόλιν. τὰ δὲ πολίσματα τὰ Ἀρκάδων, ὁπόσα εἶχεν ἀσθενῶς, καταλῦσαι πείσας τοὺς Ἀρκάδας, πατρίδα ἐν κοινῷ σφίσιν ᾤκισεν, ἣ Μεγάλη καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι καλεῖται πόλις. ὁ μὲν δὴ χρόνος βοιωταρχοῦντι Ἐπαμινώνδᾳ διήνυστο· τεθνάναι δὲ ἐτέτακτο ἐπιλαβόντα ἄνδρα τῆς ἀρχῆς. ὁ οὖν Ἐπαμινώνδας ὑπεριδὼν ὡς οὐκ ὄντα ἐν καιρῷ τὸν νόμον, ἐβοιωτάρχει· καὶ ἀφικόμενος τῷ στρατῷ πρὸς τὴν Σπάρτην, ὡς οὐκ ἀντεπῆγεν Ἀγησίλαος μαχούμενος, οὕτω πρὸς οἰκισμὸν τρέπεται Μεσσήνης· καὶ οἰκιστὴς Μεσσηνίοις τοῖς νῦν ἐστιν Ἐπαμινώνδας· καί μοι τὰ ἐς τὸν οἰκισμὸν ἐδήλωσε τὰ ἐς αὐτοὺς ἔχοντα Μεσσηνίους. (3) Ἐν

(2) Epaminondas expugnato Ceresso, ac Thespiensibus qui illuc confugerant eiectis, ad Peloponnesi *res ordinandas* maturavit, magno studio accersentibus Arcadibus: ac primo statim adventu Argivos eius amicitiam expetentes socios adscivit: Mantinenses in vicos ab Agesipolide dispersos in veterem urbem reduxit: Arcadibus auctor fuit, ut parvis oppidis, quibus ad se tuendum deerant vires, deletis, communem sibi patriam conderent; quae ad nostra usque tempora Megale polis (magna urbs) nominatur, illius auspiciis aedificata. Exacto imperii tempore, quum lex capitis poenam ei qui imperium continuasset, irrogaret, alienissimo reipublicae tempore non esse existimans legis rationem habendam, imperium retinuit: profectusque cum exercitu Spartam, quum Agesilaus ad pugnam suos non eduxisset, ad Messenem restituendam cogitationem convertit suam: Eos enim qui nunc nomen servant, Messenios, ipse restituit Epaminondas: qua de re, in exponendis Messeniorum rebus quae opus fuere, a me sunt ex-

τούτῳ δὲ οἱ τῶν Θηβαίων σύμμαχοι κατέτρεχον διασκεδασθέντες χώραν τὴν Λακωνικὴν, καὶ ἥρπαζον τὰ ἐξ αὐτῆς· τοῦτο Ἐπαμινώνδα παρέστησεν ὀπίσω Θηβαίους ἐς Βοιωτίαν ἀπαγαγεῖν· καὶ ὡς προϊὼν τῷ στρατῷ κατὰ Λέχαιον ἐγίνετο, καὶ διεξιέναι τῆς ὁδοῦ τὰ στενὰ καὶ δύσβατα ἔμελλεν, Ἰφικράτης ὁ Τιμοθέου πελταστὰς καὶ ἄλλην Ἀθηναίων ἔχων δύναμιν, ἐπιχειρεῖ τοῖς Θηβαίοις. Ἐπαμινώνδας δὲ τοὺς ἐπιθεμένους τρέπεται, καὶ πρὸς αὐτὸ ἀφικόμενος Ἀθηναίων τὸ ἄστυ, ὡς ἐπεξιέναι μαχουμένους τοὺς Ἀθηναίους ἐκώλυεν Ἰφικράτης, ὁ δὲ αὖθις ἐς τὰς Θήβας ἀπήλαυνε. (4) Καὶ δίκην μὲν ἔφευγεν ὑπὲρ θανάτου, διότι ἐβοιωτάρχησεν ἐξήκοντος ἤδη τοῦ χρόνου· λέγονται δὲ οἱ δικάζειν λαχόντες οὐδὲ ἀρχὴν περὶ αὐτοῦ θέσθαι τὴν ψῆφον.

plicata. (3) Interea quum Thebanorum socii dissipati, fines Laconici agri excursionibus et direptionibus infestos reddidissent, adduxit ea res Epaminondam, ut in Boeotiam exercitum reportaret: quumque iam ad Lechaeum accederet, ac prope esset ut ex locorum angustiis et difficultatibus evaderet, occurrit Iphicrates Timothei filius cum cetratis, et aliis Atheniensium copiis, quas contra Thebanos ducebat. Ibi Epaminondas invadentes in fugam vertit; et ad ipsa Athenarum moenia persecutus, simulac egredi ad pugnam suos vetuit Iphicrates, Thebas agmen retro egit. (4) Iam vero quum domi causam capitis dixisset, *maiestatis accersitus*, quod exacto iam imperii tempore Boeoticam praeturam continuasset, ii quibus iudicandi sors obtigerat, ne suffragium quidem eorum quisquam inierunt.

CAPUT XV.

Thebani Alexandro, Thessalorum tyranno, Pelopidam in vinculis tenenti bellum inferunt. — Thebani Orchomenios expellunt. — Epaminondas ad Mantineam a Gryllo Atheniensi occiditur. — quae signo Epaminondae inscripta fuerunt, memorantur.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν Θεσσαλίᾳ δυναστεύων Ἀλέξανδρος Πελοπίδαν ἐλθόντα (ἀφίκετο δὲ ὡς παρὰ ἄνδρα ἰδίᾳ τε εὔνουν αὐτῷ καὶ Θηβαίων φίλον τῷ κοινῷ) παραγενόμενον δὴ τὸν Πελοπίδαν ὁ Ἀλέξανδρος δήσας εἶχεν ὑπὸ ἀπιστίας τε καὶ ὕβρεως. Θηβαῖοι δὲ ἐπεξιέναι παραυτίκα ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὥρμηντο. ἡγεμόνα μὲν τῆς ἐξόδου Κλεομένη, καὶ ὑπ' αὐτὸν ἐποιήσαντο βοιωταρχοῦντα ἐν τῷ τότε τὴν στρατιάν· Ἐπαμινώνδαν δὲ συνέβαινεν ἐν τοῖς στρατευομένοις τετάχθαι. γεγονυίας δὲ ἐκτὸς Πυλῶν οἱ τῆς δυνάμεως, ἐπιτίθεταί σφισιν ἐν δυσχωρίαις λοχήσας ὁ Ἀλέξανδρος. ὡς δὲ ἐφαίνετο ἄπορα εἶναι τὰ τῆς σωτηρίας, οὕτω δὴ ὅ τε λοιπὸς στρατὸς ἡγεμόνα ποιοῦνται τὸν Ἐπαμινώνδαν, καὶ οἱ Βοιωτάρχαι παραχωροῦσιν ἑκουσίως τῆς ἀρχῆς. Ἀλέξανδρος δὲ οὔτε ἔτι ἐθάρρει τὸν

Cap. XV. Postea vero quum Alexander Thessaliae tyrannus Pelopidam ad se quum privata, tum publica fretum amicitia venientem, in vincula coniecisset, ut eam hominis perfidiam et contumeliam ulciscerentur, Thebani contra illum statim exercitum compararunt, ducemque eius expeditionis Cleomenem declararunt, eiusque potestati, ut summi eo tempore Boeotorum magistratus, totum exercitum subiecerunt. *Privatus* erat *et* inter ordinarios milites Epaminondas. Ad angustias iam Thermopylarum pervenerant, quum Alexander ex insidiis inter aspreta erumpens, hosti negotium coepit facessere. Universus itaque exercitus quum spem salutis in dubium vocari animadverteret, Epaminondae, ipsis Boeotiae praefectis summa voluntate assentientibus, imperium decrevit. Enimvero Alexander se belli aleae, simulac ad Epaminondam impe-

πόλεμον, στρατηγοῦντα ὁρῶν τοῖς ἐναντίοις Ἐπαμινώνδαν, καὶ ἑκὼν Πελοπίδαν ἀφίησιν. (2) Ἐν ᾧ δὲ ἀπῆν ὁ Ἐπαμινώνδας, Ὀρχομενίους Θηβαῖοι ποιοῦσιν ἀναστάτους ἐκ τῆς χώρας· συμφορὰν δὲ τὴν ἀνάστασιν τοῖς Ὀρχομενίοις ἐνόμιζεν ὁ Ἐπαμινώνδας, καὶ οὔ ποτ' ἂν ἐξεργασθῆναι τόλμημα τοιοῦτον αὐτοῦ γε παρόντος ἔφασκεν ὑπὸ Θηβαίων. ὡς δὲ βοιωταρχεῖν [οὐδεὶς] ᾕρητο, καὶ στρατῷ Βοιωτῶν ἀφίκετο αὖθις ἐς Πελοπόννησον, ἐκράτησε μὲν περὶ Λέχαιον Λακεδαιμονίους μάχῃ, σὺν δέ σφισιν Ἀχαιῶν Πελληνέας καὶ Ἀθηναίων, οὓς Χαβρίας ἦγεν ἐξ Ἀθηνῶν. Θηβαίοις δὲ ἦν καθεστηκὸς, τοὺς μὲν ἄλλους, ὁπόσους αἰχμαλώτους ἕλοιεν, ἀφιέναι χρημάτων, τοὺς δὲ ἐκ Βοιωτῶν φεύγοντας ζημιοῦν θανάτῳ. πόλισμα οὖν ἑλὼν Σικυωνίων Φοιβίαν, ἔνθα ἦσαν τὸ πολὺ οἱ Βοιώτιοι φυγάδες, στιγμὴν ἀφίησι τοὺς ἐγκαταληφθέντας, ἄλλην σφίσιν ἣν ἔτυχε πατρίδα ἐπονομάζων ἑκάστῳ. (3) Ὡς 741
δὲ ἀφίκετο πρὸς Μαντίνειαν τῇ στρατιᾷ, νικῶν καὶ τότε

rium translatum intellexit, committere non est ausus, ac Pelopidam ultro dimisit. (2) Dum aberat Epaminondas, Orchomenios Thebani suis sedibus expulerant: quod ille *tulit indignissime*, neque omnino factum ex republica censuit: quin etiam affirmavit: si adfuisset, nullo pacto tantum se a Thebanis facinus commitii passurum fuisse. Interea quum alii nemini imperium deesse videretur, cum exercitu rursus in Peloponnesum veniens, Lacedaemonios ad Lechaeum praelio fudit; cumque iis, ex Achaeis Pellenenses, et ex Atheniensibus eos quos duxerat Chabrias. Erat Thebanis *patrium* institutum, ut quoscunque ex aliis populis captivos haberent, precio dimitterent; Boeotici vero nominis exules capitis damnatos occiderent. At Epaminondas quum Sicyoniorum oppidum Phoebiam expugnasset, in quo maxima pars erat Boeotorum exulum, notis compunctos, qui comprehensi fuerant, *omnes* dimisit. Nam alienae singulos patriae nominibus, uti ei in mentem venisset, recensuit. (3) Iam vero quum ad Mantinean

ὑπὸ ἀνδρὸς ἀπέθανεν Ἀθηναίου, καὶ Ἀθήνῃσιν ἐν ἵππων μάχῃ τὸν Ἐπαμινώνδαν ὁ ἀνὴρ οὗτος γέγραπται φονεύων Γρύλλος ὁ Ξενοφῶντος, Ξενοφῶντος δὲ τοῦ Κύρῳ ὁδοῦ μετασχόντος ἐπὶ βασιλέα Ἀρταξέρξην, καὶ ὀπίσω τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ θάλασσαν ἡγησαμένου.

(4) Τῷ δὲ ἀνδριάντι τοῦ Ἐπαμινώνδα καὶ ἐλεγεῖα ἔπεστιν ἄλλα τε ἐς αὐτὸν λέγοντα, καὶ ὅτι Μεσσήνης γένοιτο οἰκιστὴς, καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὑπάρξαι ἐλευθερία δι' αὐτοῦ· καὶ οὕτως ἔχει τὰ ἐλεγεῖα·

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν,
Μεσσήνη δ' ἱερὰ τέκνα χρόνῳ δέχεται,
Θῆβαι δ' ὅπλοισιν μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,
Αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ.

τούτῳ μὲν τοσαῦτα ἦν ἐς δόξαν.

victoriam esset adeptus, ab Atheniensi milite est interfectus: et Athenis, ubi equestris pugna picta est, miles ille, Gryllus Xenophontis filius, Epaminondam occidens ostenditur. Eius pater Xenophon nempe is fuit, qui se Cyro *minori* contra *fratrem* Artaxerxen *susceptae expeditionis* comitem praebuit, idemque reduces ad mare Graecos reportavit. (4) Ad Epaminondae statuam elegi adscripti sunt, quibus et alia de eo praedicantur, et quod per ipsum fuerit Messene restituta, et Graecis parta libertas. Elegi huiusmodi sunt:

Consiliis nostris laus est attrita Laconum,
Messenen tandem pulsa redit soboles,
Iam valido armorum septae munimine Thebae,
Legibus et fruitur Graecia tota suis.

Atque haec quidem ad viri gloriam pertinent.

CAPUT XVI.

Reliqua Thebarum memoranda, Ammonis delubrum a Pindaro dedicatum — de tribus Veneris cognominibus ab Harmonia inditis — Cereris *Θεσμοφόρου* templum et signum — Bacchi Lysii delubrum.

Οὐ πόῤῥω δὲ ἔστι ναὸς Ἄμμωνος· καὶ τὸ ἄγαλμα ἀνέθηκε μὲν Πίνδαρος, Καλάμιδος δέ ἐστιν ἔργον. ἀπέπεμψε δὲ ὁ Πίνδαρος καὶ Λιβύης ἐπ' Ἀμμωνίους τῷ Ἄμμωνι ὕμνον· καὶ οὗτος ἐς ἐμὲ ἦν ὁ ὕμνος ἐν τριγώνῳ στήλῃ παρὰ τὸν βωμὸν, ὃν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου τῷ Ἄμμωνι ἀνέθηκε. Θηβαίοις δὲ μετὰ τοῦ Ἄμμωνος τὸ ἱερὸν οἰωνοσκοπεῖόν τε Τειρεσίου καλούμενον, καὶ πλησίον Τύχης ἐστὶν ἱερόν· φέρει μὲν δὴ Πλοῦτον παῖδα· ὡς δὲ Θηβαῖοι λέγουσι, χεῖρας μὲν τοῦ ἀγάλματος καὶ πρόσωπον Ξενοφῶν εἰργάσατο Ἀθηναῖος, Καλλιστόνικος δὲ τὰ λοιπὰ ἐπιχώριος. σοφὸν μὲν δὴ καὶ τούτοις τὸ βούλευμα, ἐσθεῖναι Πλοῦτον ἐς τὰς χεῖρας ἅτε μητρὶ ἢ τροφῷ τῇ Τύχῃ· σοφὸν δὲ οὐχ ἧσσον Κηφισοδότου· καὶ γὰρ 742
οὗτος τῆς Εἰρήνης τὸ ἄγαλμα Ἀθηναίοις Πλοῦτον ἔχουσαν πεποίηκεν. (2) Ἀφροδίτης δὲ Θηβαίοις ξόανά ἐστιν,

Cap. XVI. Proxime abest ab *Epaminondae statua* Ammonis delubrum, cui signum, Calamidis opus, Pindarus dedicavit. Idem etiam ad Ammonios usque in Libyam Ammoni hymnos misit. Mea quidem aetate in triangula pila hymnus iste Pindari exstabat, ad aram, quam Lagi filius Ptolemaeus Ammoni statuit. Secundum Ammonis, apud Thebanos Tiresiae est, quod Auguraculum appellatur. Proxime Fortunae aedes: fert dea Plutum infantem. Tradunt Thebani, manus et os eius signi fabricasse Xenophontem Atheniensem, reliqua Callistonicum civem suum. Callidum sane fuit commentum, in manus Fortunae tanquam vel matris vel nutricis, Plutum ponere. Neque minus prudenter Cephisodotus, qui Pacem Athemensibus fecit, Plutum *in sinu* habentem. (2) Sunt

οὕτω δὴ ἀρχαῖα, ὥστε καὶ ἀναθήματα Ἁρμονίας εἶναί φασιν αὐτά, ἐργασθῆναι δὲ αὐτὰ ἀπὸ τῶν ἀκροστολίων, ἃ ταῖς Κάδμου ναυσὶν ἦν ξύλου πεποιημένα. καλοῦσι δὲ Οὐρανίαν; τὴν δὲ αὐτῶν Πάνδημον, καὶ Ἀποστροφίαν τὴν τρίτην· ἔθετο δὲ τῇ Ἀφροδίτῃ τὰς ἐπωνυμίας ἡ Ἁρμονία· τὴν μὲν Οὐρανίαν ἐπὶ ἔρωτι καθαρῷ, καὶ ἀπηλλαγμένῳ πόθου σωμάτων· Πάνδημον δὲ ἐπὶ ταῖς μίξεσι· τρίτην δὲ Ἀποστροφίαν, ἵνα ἐπιθυμίας τε ἀνόμου καὶ ἔργων ἀνοσίων ἀποστρέφῃ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. πολλὰ γὰρ τὰ μὲν ἐν Βαρβάροις ἠπίστατο ἡ Ἁρμονία, τὰ δὲ καὶ παρ' Ἕλλησιν ἤδη τετολμημένα, ὁποῖα καὶ ὕστερον ἐπὶ τῇ Ἀδώνιδος μητρί, καὶ ἐς Φαίδραν τε τὴν Μίνω, καὶ ἐς τὸν Θρᾶκα Τηρέα ᾄδεται. (3) Τὸ δὲ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς Θεσμοφόρου Κάδμου καὶ τῶν ἀπογόνων οἰκίαν ποτὲ εἶναι λέγουσι· Δήμητρος δὲ ἄγαλμα ὅσον ἐς στέρνα ἐστὶν ἐν τῷ φανερῷ· καὶ ἀσπίδες ἐνταῦθα ἀνάκεινται χαλκαῖ· Λακεδαιμονίων δὲ ὁπόσοι τῶν ἐν τέλει

etiam Thebanis Veneris signa lignea, tam antiqua, ut ab Harmonia posita dicantur. Fabricata ea quidem sunt de rostris Cadmi navium. *Tres Veneres sunt, quarum* unam Coelestem, Popularem alteram, tertiam Apostrophiam nominant: cognomina imposuit Harmonia: Uraniae, purum significans, et corporum cupiditate vacantem amorem: Popularis, ob *Venereos* congressus: *iam* vero Apostrophiae *numen coli instituit (id est Aversatricis)*, quo ab exlege cupiditate et incestis stupris hominum genus averteret. Multa enim apud Barbaros, multa apud Graecos sciebat Harmonia *per nefarios concubitus* turpiter commissa, qualia postea de Adonidis matre, de Phaedra Minois filia, deque Tereo Thraciae rege decantata sunt. (3) Cereris quidem legiferae fanum, Cadmi et eius posterum domum aliquando fuisse dicunt. Deae simulacrum supra pectus duntaxat in aperto est. Fixa eo in loco sunt aenea scuta: fuisse illa procerum Lacedaemoniorum aiunt, qui ad Leu-

περὶ Λεῦκτρα ἐτελεύτησαν, φασὶν εἶναι. (4) Πρὸς δὲ
ταῖς καλουμέναις πύλαις Προιτίσι θέατρον ᾠκοδόμηται,
καὶ ἐγγυτάτω τοῦ θεάτρου Διονύσου ναός ἐστιν ἐπίκλησιν
Λυσίου. Θηβαίων γὰρ αἰχμαλώτους ἄνδρας ἐχομένους
ὑπὸ Θρᾳκῶν, ὡς ἀγόμενοι κατὰ τὴν Ἁλιαρτίαν ἐγίνον-
το, ἔλυσεν ὁ θεός, καὶ ἀποκτεῖναί σφισι τοὺς Θρᾷκας
παρέδωκεν ὑπνωμένους. ἐνταῦθα οἱ Θηβαῖοι τὸ ἕτερον
τῶν ἀγαλμάτων φασὶν εἶναι Σεμέλης· ἐνιαυτοῦ δὲ ἅπαξ
ἑκάστου τὸ ἱερὸν ἀνοιγνύναι σφίσιν ἔθος ἐν ἡμέραις ῥη-
ταῖς. καὶ οἰκίας τῆς Λύκου τὰ ἐρείπια, καὶ Σεμέλης
μνῆμά ἐστιν· Ἀλκμήνης δὲ οὐ μνῆμα, γενέσθαι δὲ αὐ-
τήν, ὡς ἀπέθανε, λίθον φασὶν ἐξ ἀνθρώπου· καὶ Με- 743
γαρεῦσι τὰ ἐς αὐτὴν οὐχ ὁμολογοῦσι· διάφορα δὲ καὶ τὰ
λοιπὰ ὡς τὸ πολὺ ἀλλήλοις λέγουσιν Ἕλληνες. Θηβαίοις
δὲ ἐνταῦθα καὶ τὰ μνήματα πεποίηται τῶν Ἀμφίονος
παίδων, χωρὶς μὲν τῶν ἀρσένων, ἰδίᾳ δὲ ταῖς παρθένοις.

ctra ceciderant. (4) Ad eam portam quae Proetis dicitur, theatrum surgit. Theatro proxima est Liberi Patris aedes cognomento Lysii. *Cognominis causa*, quod quum olim captivos *complures* ex Thebanis vinctos Thraces abducerent, eos quum ad Haliartiorum fines ventum esset, vinculis solutos deus dimisit, *moxque* illis Thracas somno oppressos occidendos praebuit. Alterum quod in ea aede signum est, Semeles esse dicunt Thebani: ac statis quidem diebus quotannis templum aperire *patrius* illis mos. Sunt *ibidem* Lyci domus ruinae, et sepulcrum Semeles, nam Alcmenae sepulcrum non est; sed eam post mortem in lapidem conversam memorant: neque omnino de ea idem est Thebanis qui Megarensibus sermo. Dissentiunt enim plerumque inter se aliis item de rebus plerisque omnibus Graeci. Erecta etiam ibi sunt a Thebanis Amphionis liberis monumenta, seorsum maribus a foeminis.

CAPUT XVII.

De aliis Thebarum memorandis, Dianae Eucleae delubro et Antipoeni filiabus pro patria mortem sponte oppetentibus — Minervae Zosteriae signis — Zethi et Amphionis sepulcro — de Phoco et Antiope narratio — de saxis, quae Amphionis cantum secuta sunt.

Πλησίον δὲ Ἀρτέμιδος ναός ἐστιν Εὐκλείας· Σκόπα δὲ τὸ ἄγαλμα ἔργον. ταφῆναι δὲ ἐντὸς τοῦ ἱεροῦ θυγατέρας Ἀντιποίνου λέγουσιν, Ἀνδρόκλειάν τε καὶ Ἀλκίδα. μελλούσης γὰρ πρὸς Ὀρχομενίους γίγνεσθαι μάχης Θηβαίοις καὶ Ἡρακλεῖ, λόγιόν σφισιν ἦλθεν ἔσεσθαι τοῦ πολέμου κράτος, ἀποθανεῖν αὐτοχειρίᾳ θελήσαντος, ὃς ἂν τῶν ἀστῶν ἐπιφανέστατος κατὰ γένους ἀξίωμα ᾖ. Ἀντιποίνῳ μὲν οὖν (τούτῳ γὰρ τὰ ἐς τοὺς προγόνους μάλιστα ὑπῆρχεν ἔνδοξα) οὐχ ἡδὺ ἦν ἀποθνήσκειν πρὸ τοῦ δήμου, ταῖς δὲ Ἀντιποίνου θυγατράσιν ἤρεσκε· διεργασάμεναι δὲ αὐτάς, τιμὰς ἀντὶ τούτων ἔχουσι. τοῦ ναοῦ δὲ τῆς Εὐκλείας Ἀρτέμιδος λέων ἐστὶν ἔμπροσθεν, λίθου πεποιημένος· ἀναθεῖναι δὲ ἐλέγετο Ἡρακλῆς, Ὀρχομενίους καὶ τὸν βασιλέα αὐτῶν Ἐργῖνον τὸν Κλυμένου νική-

Cap. XVII. Prope est Dianae delubrum Eucleae, *quod est ac si Gloriosae dixeris.* Signum Scopae opus est. Sepultas in templo Antipoeni filias dicunt, Androcleam et Alcidem. Quum enim Thebani duce Hercule cum Orchomeniis praelium commissuri essent, oraculum redditum est, eius belli victoriam penes eos fore, quorum civis, qui generis claritate praestaret, sibi ipsi manus ultro conscisceret. Erat Antipoenus natalium dignitate omnium suorum civium facile princeps; sed adduci is non poterat ut libenter mortem pro populi salute oppeteret: at eius filiae alacriter se devoverunt. Necem itaque quum sibi ipsae conscissent, *publicos* promeritae sunt honores. Ante aedem Eucleae Dianae, leo e lapide factus collocatus est. Dedicasse dicitur Hercules, victis in pugna Orchomeniis, et eorum rege Ergino Clymeni filio. Proxime abest Apol-

σας τῇ μάχῃ. πλησίον δὲ Ἀπόλλων τέ ἐστιν ἐπίκλησιν Βοηδρόμιος, καὶ Ἀγοραῖος Ἑρμῆς καλούμενος· Πινδάρου καὶ τοῦτο ἀνάθημα. ἀπέχει δὲ ἡ πυρὰ τῶν Ἀμφίονος παίδων ἥμισυ σταδίου μάλιστα ἀπὸ τῶν τάφων· μένει δὲ ἡ τέφρα καὶ ἐς τόδε ἔτι ἀπὸ τῆς πυρᾶς. (2) Πλησίον δὲ Ἀμφιτρύωνος δύο ἀγάλματα λίθινα λέγουσιν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ζωστηρίας· λαβεῖν γὰρ τὰ ὅπλα αὐτὸν ἐνταῦθα, ἡνίκα Εὐβοεῦσι καὶ Χαλκώδοντι ἔμελλεν ἀντιτάξεσθαι· τὸ δὲ ἐνδῦναι τὰ ὅπλα ἐκάλουν ἄρα οἱ παλαιοὶ ζώσασθαι· καὶ δὴ Ὅμηρον Ἄρει τὸν Ἀγαμέμνονα ποιήσαντα ἐοικέναι τὴν ζώνην, τῶν ὅπλων τὴν σκευὴν φασιν εἰκάζειν. (3) Ζήθῳ δὲ μνῆμα καὶ Ἀμφίονι ἐν κοι-
νῷ, γῆς χῶμά τι οὐ μέγα. ὑφαιρεῖσθαι δ' ἐθέλουσιν 744
ἀπ' αὐτοῦ τῆς γῆς οἱ Τιθορέαν ἐν τῇ Φωκίδι ἔχοντες· ἐθέλουσι δὲ, ἐπειδὰν τὸν ἐν οὐρανῷ ταῦρον ὁ ἥλιος διεξίῃ· τηνικαῦτα γὰρ, ἣν ἀπ' αὐτοῦ λαβόντες γῆν τῷ Ἀντιόπης μνήματι περιάψωσι, Τιθορεῦσιν οἴσει καρπὸν ἡ χώρα, Θηβαίοις δὲ οὐχ ὁμοίως. καὶ ἐπὶ τούτῳ φρουρὰν

lo Boedromius, et qui Agoraeus (*id est Forensis*) vocatur Mercurius: fuit et hoc Pindari donum. Distat liberorum Amphionis rogus a sepulcris dimidium stadii. Permanet adhuc in eo rogo cinis. (2) Prope Amphitruonem duo sunt Minervae lapidea signa, Zosteriae cognomento: illic enim dicitur arma induisse Amphitruo, cum Euboeensibus et Chalcodonte congressurus. Ipsum vero arma induere, veteres Cingere dixerunt. Nam et Homerum, quum Agamemnonem Marti similem zona fecisset, de armorum ornatu id intelligi voluisse putant. (3) Exstat Zethi et Amphionis commune monumentum, terrae non sane magnus tumulus, ex eo, qui Tithoream Phocensium incolunt, terram surripere *magnopere* student: eo vero id agunt tempore, quum Sol Taurum permeat. Tunc enim si *amotam* ex eo tumulo terram ad Antiopes monumentum adiecerint, ager suus Tithorensibus foecundior redditur, Thebanis longe secus: quare per eos dies diligenter sepulcrum

οἱ Θηβαῖοι τότε ἔχουσι τοῦ μνήματος. (4) Ταῦτα δὲ αἱ πόλεις αὗται πεπιστεύκασιν ἐκ χρησμῶν τῶν Βάκιδος. ἔστι γὰρ καὶ τάδε ἐν τοῖς χρησμοῖς·

Ἀλλ' ὁπόταν Τιθορεὺς Ἀμφίονί τε Ζήθῳ τε
Χύτλα καὶ εὐχωλάς, μειλίγματα, ἐν χθονὶ χεύῃ,
Θερμομένου ταύροιο κλυτοῦ μένει ἠελίοιο·
Καὶ τότε δὴ πεφύλαξο πόλει κακὸν οὐκ ἀλαπαδνὸν
Ἐρχόμενον· καρποὶ γὰρ ἀποφθινύθουσιν ἐν αὐτῇ
Γαίης δασσαμένων, Φώκου δ' ἐπὶ σῆμα φερόντων.

Φώκου δὲ μνῆμα ὁ Βάκις εἴρηκεν ἐπὶ αἰτίᾳ τοιᾷδε. ἡ γυνὴ τοῦ Λύκου Διόνυσον θεῶν μάλιστα ἦγεν ἐν τιμῇ· παθούσης δὲ αὐτῆς τὰ λεγόμενα, Διόνυσος νεμεσᾷ τῇ Ἀντιόπῃ· ἐπίφθονοι δὲ ἀεί πως παρὰ θεῶν αἱ ὑπερβολαὶ τῶν τιμωριῶν εἰσι· λέγουσιν οὖν, Ἀντιόπην μανῆναι, καὶ ἐκστᾶσαν τῶν φρενῶν ἀνὰ πᾶσαν πλανᾶσθαι τὴν Ἑλλάδα· Φῶκον δὲ τὸν Ὀρνυτίωνος τοῦ Σισύφου περιτυ-
745 χεῖν αὐτῇ, καὶ ἔχειν γυναῖκα ἰασάμενον· καὶ δὴ ὁ τάφος

custodiunt Thebani. (4) Id ita esse ex fatidicis Bacidis carminibus persuasum est utrique urbi. Sunt vero ea carmina huiusmodi:

Inferias quando a Tithorensi plebe, precesque
Et vota accipient, cum fratre Amphione Zethus
Phoebus *Agenoreum* irradiat cum lumine Taurum:
Tum noxam ingentem vitato; quae ingruit urbi.
Nam fruges in agris pereunt, si siveris illos
Demere de terra, Phocique apponere busto.

Phoci monumentum Bacis ideo dixit, quod Lyci uxor prae ceteris diis Libero Patri honorem habebat. Quum vero passa esset quae vulgo prodita sunt, Bacchum Antiopae aiunt *vehementer* succensuisse; et exoso (uti immodicae semper fere apud deos sunt invidiosae animadversiones) immisso furore mente captam per totam Graeciam Antiopen errasse: Phocum vero Ornytione Sisyphi filio genitum, *insaniae* morbo eam liberasse, et uxorem duxisse: quocirca commune Antiopae et Phoco monumentum posi-

ἐν κοινῷ τῇ Ἀντιόπῃ καὶ Φώκῳ πεποίηται. (5) Τοὺς δὲ παρὰ Ἀμφίονος μνῆμα λίθους, οἳ κάτωθεν ὑποβέβληνται, μήτε ἄλλως εἰργασμένοι πρὸς τὸ ἀκριβέστατον, ἐκείνας εἶναί φασι τὰς πέτρας, αἳ τῇ ᾠδῇ τοῦ Ἀμφίονος ἠκολούθησαν. τοιαῦτα δὲ ἕτερα λέγεται καὶ περὶ Ὀρφέως· ὡς κιθαρῳδοῦντι πεποίηται αὐτῷ ἀκολουθεῖν τὰ θηρία.

CAPUT XVIII.

Memoranda sepulcra in via a Thebis Chalcidem versus, Menalippi — Tydei — sepulcra Oedipi filiorum et sacra, quae ibi fiunt — sepulcrum Hectoris et Oedipodius fons.

Ἐκ Θηβῶν δὲ ὁδὸς ἐς Χαλκίδα κατὰ πύλας ἐστὶ τὰς Προιτίδας. τάφος δὲ ἐπὶ τῇ λεωφόρῳ δείκνυται Μελανίππου, Θηβαίων ἐν τοῖς μάλιστα ἀγαθοῦ τὰ πολεμικά· καὶ ἡνίκα ἐπεστράτευσαν οἱ Ἀργεῖοι, Τυδέα τε ὁ Μελάνιππος οὗτος καὶ ἀδελφῶν τῶν Ἀδράστου Μηκιστέα ἀπέκτεινε· καί οἱ καὶ αὐτῷ τὴν τελεύτην ὑπὸ Ἀμφιαράου γενέσθαι λέγουσι. (2) Τούτου δὲ ἐγγύτατα τρεῖς εἰσιν ἀργοὶ λίθοι· Θηβαίων δὲ οἱ τὰ ἀρχαῖα μνημονεύοντες Τυδέα φασὶν ἐνταῦθα εἶναι τὸν κείμενον, ταφῆναι δὲ αὐτὸν

tum fuit. (5) At eos lapides qui Amphionis tumulo subiacent, nulla cura aut arte elaborati, ea tradunt esse saxa, quae Amphionis cantum secuta fuerant. Nam et de Orpheo carminibus proditum est, feras fidibus canentem secutas.

Cap. XVIII. Thebis Chalcidem a Proetide porta iter est. In ipsa militari via Melanippi sepulcrum ostenditur, viri bellicis laudibus Thebanorum longe praestantissimi; qui, quum Thebas Argivi oppugnatum venissent, Tydeum et Mecisteum Adrasti fratrem occidit: interfectus vero et ipse ab Amphiarao dicitur. (2) Huic tumulo proximi sunt rudes lapides tres. Qui Thebanorum vetustates commemorant, ibi Tydeum situm esse autumant, et

ὑπὸ Μαίονος· καὶ ἐς μαρτυρίαν τοῦ λόγου παρέχουσι τὸ ἐν Ἰλιάδι ἔπος·

Τυδέος, ὃν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα καλύπτει.

(3) Ἑξῆς δέ ἐστι τῶν Οἰδίποδος παίδων μνήματα τὰ ἐπ' αὐτοῖς δρώμενα οὐ θεασάμενος πιστὰ ὅμως ὑπείληφα εἶναι. φασὶ γὰρ καὶ ἄλλοις οἱ Θηβαῖοι τῶν καλουμένων ἡρώων καὶ τοῖς παισὶν ἐναγίζειν τοῖς Οἰδίποδος· τούτοις δὲ ἐναγιζόντων αὐτῶν, τὴν φλόγα, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν ἀπ' αὐτῆς καπνὸν διχῇ διΐστασθαι. ἐμὲ δὲ ἐπηγάγετο ὧν λέγουσιν ἐς πίστιν, ἰδόντα ἄλλο τοιόνδε. ἐν Μυσίᾳ τῇ ὑπὲρ Καΐκου πόλισμά ἐστι Πιονίαι· τὸν δὲ οἰκιστὴν οἱ ἐνταῦθα Πίονιν τῶν τινα ἀπογόνων τῶν Ἡρακλέους φασὶν εἶναι· μελλόντων δ' ἐναγίζειν αὐτῷ, καπνὸς αὐτόματος ἄνεισιν ἐκ τοῦ τάφου· ταῦτα μὲν οὖν συμβαίνοντα εἶδον. Θηβαῖοι δὲ καὶ Τειρεσίου μνῆμα ἀποφαίνουσι, πέντε μάλιστα καὶ δέκα ἀπωτέρω σταδίοις ἢ Οἰδίποδος τοῖς παισίν ἐστιν ὁ τάφος· ὁμολογοῦντες δὲ καὶ οὗτοι συμβῆναι Τειρεσίᾳ τὴν τελευτὴν ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ, τὸ

a Macone sepultum. Homeri vero ex Iliade versum in huius rei testimonium proferunt:

Tydeos, alta tegit Thebis quem terra sepultum.

(3) Exin proxima sunt Oedipi filiorum sepulcra. Ad ea, quae fiunt *sacra*, etsi ipse non spectavi, narrantibus tamen fidem habui. Aiunt enim Thebani, et aliis ex iis, qui heroes vocantur, et Oedipi filiis inferias a se mitti. His certe dum adolent, quum flammam, tum emissum ex ea fumum, in partes duas discedere. Id ego ut crederem, facile me adduxit, quod in Mysia, quae supra Caicum est, vidi. Est ibi modica urbs, Pioniae appellata; cuius conditorem Pionin de posteris Herculis unum perhibent. Huic dum parentant, sponte fumus e sepulcro exilit. Hoc ipse dum accideret vidi. Tiresiae etiam monumentum, *quod abest* a sepulcro filiorum Oedipi stadia ferme XV, ostendunt Thebani. Verum quum et ipsi fateantur Tiresiam in Haliartia e vita excessisse, honorarium esse, qui

τὸ παρὰ σφίσιν ἐθέλουσιν εἶναι κενὸν μνῆμα. (4) Ἔστι 746
δὲ καὶ Ἕκτορος Θηβαίοις τάφος τοῦ Πριάμου πρὸς Οἰδιποδίᾳ καλουμένῃ κρήνῃ· κομίσαι δὲ αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ ἐξ Ἰλίου φασὶν ἐπὶ τοιῷδε μαντεύματι·

Θηβαῖοι Κάδμοιο πόλιν καταναιετάοντες,
Αἴκ' ἐθέλητε πάτραν οἰκεῖν σὺν ἀμύμονι πλούτῳ,
Ἕκτορος ὀστέα Πριαμίδου κομίσαντες ἐς οἴκους
Ἐξ Ἀσίης, Διὸς ἐννεσίῃς ἥρωα σέβεσθαι.

τῇ δὲ Οἰδιποδίᾳ κρήνῃ τὸ ὄνομα ἐγένετο, ὅτι ἐς αὐτὴν τὸ αἷμα ἐνίψατο Οἰδίπους τοῦ πατρῴου φόνου. πρὸς δὲ τῇ πηγῇ τάφος ἐστὶν Ἀσφοδίκου· καὶ ὁ Ἀσφόδικος οὗτος ἀπέκτεινεν ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Ἀργείους Παρθενοπαῖον τὸν Ταλαοῦ, καθὰ οἱ Θηβαῖοι λέγουσιν· ἐπεὶ τά γε ἐν Θηβαΐδι ἔπη τὰ ἐς τὴν Παρθενοπαίου τελευτὴν Περικλύμενον τὸν ἀνελόντα φησὶν εἶναι.

apud se est, tumulum credunt. (4) Est etiam ad eam, quae Oedipodia appellatur, aquam Hectoris Priami filii apud Thebanos monumentum. Eius enim ossa ex huiusmodi oraculo ab Ilio se deportasse tradunt:

Excelsa incolitis Cadmi qui moenia Thebas,
Si patriam optatis nunquam non esse beatam,
Ex Asia transferte domum magni Hectoris ossa:
Hic Iovis imperio heroem sua iusta manebunt.

Oedipodia vero aqua idcirco est nuncupata, quod in ea paternae caedis cruorem Oedipus abluerit. Proxime ad eius aquae fontem est Asphodici sepulcrum. Hic Asphodicus, sicuti narrant Thebani, Parthenopaeum Talai filium, dum pugna cum Argivis committeretur, occidit. Nam Thebaidis carmina, quae sunt de Parthenopaei caede, Periclymenum eius interfectorem fuisse testantur.

CAPUT XIX.

De loco Teumesso et Minervae Telchiniae templo — Glisantis reliquiis et loco *Serpentis Caput* dicto — monte et Iove Hypato — Harmatis et Mycalessi urbium reliquiis ac Cereris Mycalessiae templo — Aulide et memorandis ibi.

Ἐπὶ ταύτῃ τῇ λεωφόρῳ χωρίον ἐστὶ Τευμησσός· Εὐρώπην δὲ ὑπὸ Διὸς κρυφθῆναί φασιν ἐνταῦθα. ἕτερος δὲ ἐς ἀλώπεκα ἐπίκλησιν Τευμησσίαν λόγος ἐστὶν, ὡς ἐκ μηνίματος Διονύσου τὸ θηρίον ἐπ' ὀλέθρῳ τραφείη Θηβαίων, καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ κυνὸς, ὃν Πρόκριδι τῇ Ἐρεχθέως ἔδωκεν Ἄρτεμις, ἁλίσκεσθαι μέλλουσα, αὕτη τε λίθος ἐγένετο ἡ ἀλώπηξ καὶ ὁ κύων οὗτος. καὶ Ἀθηνᾶς ἐν Τευμησσῷ Τελχινίας ἐστὶν ἱερὸν, ἄγαλμα οὐκ ἔχον· ἐς δὲ τὴν ἐπίκλησιν αὐτῆς ἔστιν εἰκάζειν, ὡς τῶν ἐν Κύπρῳ ποτὲ οἰκησάντων Τελχίνων ἀφικομένη μοῖρα ἐς Βοιωτοὺς, ἱερὸν ἱδρύσατο Ἀθηνᾶς Τελχινίας. (2) Τευμησσοῦ δὲ ἐν ἀριστερᾷ σταδίους προελθόντι ἑπτὰ, Γλίσαντός ἐστιν ἐρείπια, πρὸς δὲ αὐτῶν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ χῶμα οὐ μέγα,
747 ὕλῃ τε ἀγρίᾳ σύσκιον καὶ ἡμέροις δένδροις· ἐτάφησαν δὲ

Cap. XIX. In hac eadem militari via vicus est Teumessus, ubi occultatam a Iove Europam ferunt. Est et alius de Teumessia vulpe sermo hinc ortus, Bacchum scilicet iratum ad Thebanorum perniciem eam feram ali voluisse: quae quum iam prope ab eo cane, quem Procridi Erechthei filiae Diana dono dedit, caperetur, et vulpes et canis in lapidem sunt conversi. Est Teumessi etiam Minervae Telchiniae aedes, in qua nullum exstat signum. Deae cognomen coniici potest a Telchinibus, qui in Cypro olim fuerunt, exstitisse. Eorum enim partem, quum in Boeotos venissent, ibi Minervae credibile est templum Telchiniae dedicasse. (2) A Teumesso stadia ad laevam VII progressis, Glisantis ruinae se ostendunt. Adiacet ad viae dexteram tumulus non sane magnus, quum agresti sylva, tum consitis arboribus opacus. Illic humati sunt, qui Aegialeum Adrasti filium sunt ad bellum Theba-

αὐτόθι οἱ μετὰ Αἰγιαλέως ποιησάμενοι τοῦ Ἀδράστου τὴν ἐς Θήβας στρατείαν, ἄλλοι τε Ἀργείων τῶν ἐν τέλει καὶ Πρόμαχος ὁ Παρθενοπαίου· τῷ δὲ Αἰγιαλεῖ γενέσθαι τὸ μνῆμα ἐν Πηγαῖς, πρότερον ἔτι ἐν τῇ συγγραφῇ τῇ Μεγαρίδι ἐδήλωσα. κατὰ δὲ τὴν ἐς Γλίσαντα εὐθεῖαν ἐκ Θηβῶν λίθοις χωρίον περιεχόμενον λογάσιν Ὄφεως καλοῦσιν οἱ Θηβαῖοι κεφαλὴν, τὸν ὄφιν τοῦτον, ὅστις δὴ ἦν, ἀνασχεῖν ἐνταῦθα ἐκ τοῦ φωλεοῦ λέγοντες τὴν κεφαλὴν, Τειρεσίαν δὲ ἐπιτυχόντα ἀποκόψαι μαχαίρᾳ· τὸ μὲν δὴ χωρίον τοῦτο ἐπὶ λόγῳ καλεῖται τοιῷδε. (3) Ὑπὲρ δὲ Γλίσαντός ἐστιν ὄρος Ὕπατος καλούμενον· ἐπὶ δὲ αὐτῷ Διὸς Ὑπάτου ναὸς καὶ ἄγαλμα. τὸν δὲ ποταμὸν τὸν χείμαῤῥον Θερμώδοντα ὀνομάζουσιν. ἀναστρέψαντι δὲ ἐπί τε Τευμησσὸν καὶ ὁδὸν τὴν ἐς Χαλκίδα, Χαλκώδοντος μνῆμά ἐστιν, ὃς ἀπέθανεν ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος, μάχης πρὸς Θηβαίους Εὐβοεῦσι γενομένης. (4) Ἑξῆς δὲ πόλεων ἐρείπιά ἐστιν Ἅρματος καὶ Μυκαλησσοῦ· καὶ τῇ μὲν τὸ ὄνομα ἐγένετο ἀφανισθέντος, ὡς οἱ Ταναγραῖοι

num secuti, Argivorum proceres, et *inter eos* Promachus Parthenopaei filius. Aegialeo vero ipsi Pagis monumentum erectum esse, iam ante, dum Megarensium res persequerer, exposui. Qua Thebis recta Glisantem iter est, regiunculam videas selectis lapidibus circumseptam: Serpentis caput Thebani vocant. Serpentem sane, quocunque ille fuerit *nomine appellandus*, e caverna lustri sui caput ibi exerentem, gladio a Tiresia, quum forte illuc venisset, percussum tradunt; atque ex eo, loco nomen inditum. (3) Supra Glisantem mons est, cui nomen Supremo; *Hypaton ipsi nominant*: et in eo Supremi Iovis est templum cum signo. Torrentem fluvium *praeterlabentem* Thermodontem nuncupant. Teumessum versus et in viam, quae Chalcidem ducit, regressis *in conspectu* est Chalcodontis monumentum: qui quum praelium inter Thebanos et Euboeenses fieret, ab Amphitryone est occisus. (4) Cernuntur exinde urbium Harmatos et Mycalessi ruinae: illi

φασιν· ἐνταῦθα Ἀμφιαράῳ τοῦ ἅρματος, καὶ οὐχ ὅπου λέγουσιν οἱ Θηβαῖοι· Μυκαλησσὸν δὲ ὁμολογοῦσιν ὀνομασθῆναι, διότι ἡ βοῦς ἐνταῦθα ἐμυκήσατο ἡ Κάδμον καὶ τὸν σὺν αὐτῷ στρατὸν ἄγουσα ἐς Θήβας. ὅντινα δὲ τρόπον ἐγένετο ἡ Μυκαλησσὸς ἀνάστατος, τὰ ἐς Ἀθηναίους ἔχοντα ἐδήλωσέ μοι τοῦ λόγου. πρὸς θάλασσαν δὲ τῆς Μυκαλησσοῦ Δήμητρός ἐστιν Μυκαλησσίας ἱερόν· κλείεσθαι δὲ αὐτὸ ἐπὶ νυκτὶ ἑκάστῃ, καὶ αὖθις ἀνοίγεσθαί φασιν ὑπὸ Ἡρακλέους· τὸν δὲ Ἡρακλέα εἶναι τῶν Ἰδαίων καλουμένων Δακτύλων. δείκνυται δὲ αὐτόθι καὶ θαῦμα τοιόνδε· πρὸ τοῦ ἀγάλματος τῶν ποδῶν τιθέασιν, ὅσα ἐν ὀπώρᾳ πέφυκε γίνεσθαι· ταῦτα δὲ διὰ παντὸς μένει τεθηλότα τοῦ ἔτους. (5) Τοῦ δὲ Εὐρίπου τὴν Εὔβοιαν κατὰ τοῦτο ἀπὸ τῆς Βοιωτῶν διείργοντος, τῆς τε Δήμητρος τὸ ἱερὸν ἐν δεξιᾷ τῆς Μυκαλησσίας, καὶ ὀλίγον ἀπ' αὐτοῦ προελθόντι ἐστὶν Αὐλίς· ὀνομασθῆναι
748 δὲ ἀπὸ τῆς Ὠγύγου θυγατρός φασιν αὐτήν. ναὸς δὲ Ἀρ-

nomen, quod eo in loco, non autem ubi Thebani dicunt, Amphiaraum cum curru in terrae voraginem descendisse Tanagraei memorant. Nam *ex eo* Mycalessum appellatam, est *utriusque populi* consensus, quod bos ea, quae ad Thebas Cadmo et eius sociis dux fuit, illic inmugierit. Quemadmodum vero Mycalessus fuerit ad vastitatem redacta, est a me in ea, quae ad Atheniensium res pertinet, historia expositum. In ea, quae ad mare spectat, Mycalessi parte, est Cereris Mycalessiae fanum: occludi illud singulis noctibus, et aperiri ab Hercule ferunt: Herculem vero ipsum de iis unum esse, qui sunt Idaei Dactyli appellati. Ostenditur eodem in loco huiusmodi miraculum: Ad simulacri pedes poma omnia, quae ferre solet autumnus, exponunt: ea quam recentissima totum annum perdurant. (5) Ad Euripi, qua parte is Euboean a Boeotiorum finibus dividit, et Mycalessiae Cereris dexteram, paulo longius progressis, est Aulis. Nuncupatam credunt ab Ogygi filia. Est ibi Dianae aedes, et *duo in ea* e can-

τέμιδός ἐστιν ἐνταῦθα, καὶ ἀγάλματα λίθου λευκοῦ, τὸ μὲν δᾷδας φέρον, τὸ δὲ ἔοικε τοξευούσῃ. φασὶ δὲ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ μελλόντων ἐκ μαντείας τῆς Κάλχαντος Ἰφιγένειαν τῶν Ἑλλήνων θύειν, τὴν θεὸν ἀντ' αὐτῆς ἔλαφον τὸ ἱερεῖον ποιῆσαι. πλατάνου δὲ, ἧς καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἐποιήσατο μνήμην, τὸ ἔτι τοῦ ξύλου περιὸν φυλάσσουσιν ἐν τῷ ναῷ. λέγεται δὲ, ὡς ἐν Αὐλίδι πνεῦμα τοῖς Ἕλλησιν οὐκ ἐγίνετο ἐπίφορον· φανέντος δὲ ἐξαίφνης ἀνέμου σφίσιν οὐρίου, θύειν τῇ Ἀρτέμιδι, ὅ τι ἕκαστος εἶχε, θήλεά τε ἱερεῖα καὶ ἄρσενα ὁμοίως. καὶ ἀπ' ἐκείνου διαμεμένηκεν ἐν Αὐλίδι πάντα τὰ ἱερεῖα εἶναι δόκιμα. δείκνυται δὲ καὶ ἡ πηγὴ, παρ' ἣν ἡ πλάτανος ἐπεφύκει, καὶ ἐπὶ λόφου πλησίον τῆς Ἀγαμέμνονος σκηνῆς οὐδὸς χαλκοῦ. φοίνικες δὲ πρὸ τοῦ ἱεροῦ πεφύκασιν, οὐκ ἐς ἅπαν ἐδώδιμον παρεχόμενοι καρπὸν, ὥσπερ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, τοῦ δὲ ἐν Ἰωνίᾳ τῶν φοινίκων καρποῦ πεπανώτερον. ἄνθρωποι δὲ ἐν τῇ Αὐλίδι οἰκοῦσιν οὐ πολλοὶ, γῆς δὲ εἰσιν οὗτοι κεραμεῖς. νέμονται δὲ Τανα-

dido marmore signa: faces altera praefert, iaculanti est altera similis. Ad *eius templi* aram, quum ex Calchantis vaticinio essent Graeci Iphigeniam immolaturi, pro puella cervam mactandam submisisse deam perhibent. Platani vero eius, cuius in Iliade mentionem facit Homerus, nunc etiam in templo reliquam e trunco partem servant. Proditum memoriae est, quum Aulide adversis tempestatibus Graeci detinerentur, ubi repente secundi venti flare coeperunt, mactasse *statim* eos Dianae, quascunque vel foeminas vel mares habuit quisque *in promptu* hostias: mansisse dehinc ritum, ut quavis hostia Aulide litari possit. Ostenditur etiam fons, ad quem platanus enata est: et in terrae verruca, prope Agamemnonis tabernaculum, aeneum limen: palmae vero ante aedem surgunt fructum ferentes, qui non est omnino suavis edentibus, uti palmulae ex Palaestina; mitiorem tamen iis, quae in Ionia leguntur. Homines non sane multi Aulidem incolunt; et ii

γραῖοι ταύτην τε τὴν χώραν καὶ ὅση περὶ Μυκαλησσόν ἐστι καὶ Ἅρμα.

CAPUT XX.

De Delio, Apollinis templo — Tanagrae conditore, denominatione et memorandis — de Tritone et Baccho narratio.

Ἔστι δὲ τῆς Ταναγραίας ἐπὶ θαλάσσῃ καλούμενον Δήλιον· ἐν δὲ αὐτῷ καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Λητοῦς ἐστιν ἀγάλματα. (2) Ταναγραῖοι δὲ οἰκιστήν σφισι Ποίμανδρον γενέσθαι λέγουσι Χαιρησίλεω παῖδα τοῦ Ἰασίου τοῦ Ἐλευθῆρος· τοῦτον δ' Ἀπόλλωνός τε καὶ Αἰθούσης εἶναι τῆς Ποσειδῶνος· Ποίμανδρον δὲ γυναῖκά φασιν ἀγαγέσθαι Τάναγραν θυγατέρα Αἰόλου. Κορίννῃ δέ ἐστιν ἐς αὐτὴν πεποιημένα, Ἀσωποῦ παῖδα εἶναι. ταύτης τοῦ βίου προελθούσης ἐπὶ μακρότατον, τοὺς περιοίκους φασὶν ἀφελόντας τὸ ὄνομα, τήν τε γυναῖκα αὐτὴν καλεῖν Γραῖαν, καὶ ἀνὰ χρόνον τὴν πόλιν· διαμεῖναί τε τὸ ὄνομα ἐς τοσοῦτον, ὡς καὶ Ὅμηρον ἐν καταλόγῳ ποιῆσαι·

749 Θέσπειαν, Γραῖάν τε καὶ εὐρύχορον Μυκαλησσόν.

omnes figulinam exercent. Agrum istum colunt Tanagraei, et tota Mycalessi atque Harmatos vicinia.

Cap. XX. In Tanagraeorum finibus ad mare, est, quod Delium vocatur. In eo sunt Dianae et Latonae signa. (2) Urbis suae primordia Tanagraei Poemandro Chaeresilai filio, Iasii nepoti, Eleutheris pronepoti, accepta referunt: et Eleutherem quidem ex Apolline et Aethusa Neptuni filia genitum dicunt: Poemandrum ipsum in matrimonio habuisse Tanagram, Aeoli filiam; quum tamen Corinna versibus mandarit, Asopi illam fuisse. Hanc eo aetatis vivendo processisse, ut vicini dempto ei hoc nomine quum mulierem ipsam tum progressu temporis urbem quoque Graean (anum) appellarint, ac nomen istud eousque permansisse, ut Homerus, quo loco Graecorum populos recenset, hoc utatur versu:

Thespian, Graeanque, et latam arvis Mycalessum.

χρόνῳ δὲ ὕστερον τὸ ὄνομα τὸ ἀρχαῖον ἀνεσώσατο. (3) Ἔστι καὶ Ὠρίωνός μνῆμα ἐν Τανάγρᾳ, καὶ ὄρος Κηρύκιον, ἔνθα Ἑρμῆν τεχθῆναι λέγουσι· Πολοσόν τε ὀνομάζουσι χωρίον· ἐνταῦθα Ἄτλαντα καθήμενον πολυπραγμονεῖν τά τε ὑπὸ γῆν φασι καὶ τὰ οὐράνια· πεποιῆσθαι δὲ καὶ Ὁμήρῳ περὶ τοῦ Ἄτλαντος·

Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὅςτε θαλάσσης
Πάσης βένθεα οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν.

(4) Ἐν δὲ τοῦ Διονύσου τῷ ναῷ θέας μὲν καὶ τὸ ἄγαλμα ἄξιον, λίθου τε ὂν Παρίου καὶ ἔργον Καλάμιδος· θαῦμα δὲ παρέχεται ἔτι μεῖζον ὁ Τρίτων. ὁ μὲν δὴ σεμνότερος ἐς αὐτὸν λόγος τὰς γυναῖκάς φησι τὰς Ταναγραίων, πρώτας Διονύσου τὰ ὄργια μυηθείσας, ἐπὶ θάλασσαν καταβῆναι καθαρσίων εἵνεκα· νηχομέναις δὲ ἐπιχειρῆσαι τὸν Τρίτωνα, καὶ τὰς γυναῖκας εὔξασθαι, Διόνυσόν σφισιν ἀφικέσθαι βοηθόν· ὑπακοῦσαί τε δὴ τὸν θεόν, καὶ τοῦ

Sed interiecto dein tempore pristinum nomen recepit. (3) Est etiam Tanagrae Orionis monumentum, et Cerycius mons, in quo editum in lucem Mercurium tradunt. Polosou praeterea, qui dicitur, vicus. In eo Atlantem consedisse ferunt, et quae sub terra sunt; et res coelestes exacta nimis diligentia investigantem. Quod ab Homero etiam dictum norunt:

Filia magnanimi Atlantis, qui caerula ponti,
Qui coelum ac terras prospectat, quique columnis
Proceris gemini dirimit confinia mundi.

(4) Est in Liberi Patris aede dignum quod spectetur simulacrum ex Pario marmore, Calamidis opus. Admirationem *intuentibus* maiorem Triton affert, de quo dignitatis est quidam plenior sermo: Tanagraeorum primarias matronas, arcanis Liberi Patris sacris initiatas, ad mare, quo expiationis causa lavarent, descendisse: in eas natantes Tritonem impetum fecisse: implorantibus numinis opem, Bacchum praesto fuisse, et ab eo pugna Trito-

Τρίτωνος κρατῆσαι τῇ μάχῃ. ὁ δὲ ἕτερος λόγος ἀξιώματι μὲν ἀποδεῖ τοῦ προτέρου, πιθανώτερος δέ ἐστι. φησὶ γὰρ δὴ οὗτος, ὁπόσα ἐλαύνοιτο ἐπὶ θάλασσαν βοσκήματα, ὡς ἐλόχα τε ὁ Τρίτων καὶ ἥρπαζεν· ἐπιχειρεῖν δὲ αὐτὸν καὶ τῶν πλοίων τοῖς λεπτοῖς· ἐς ὃ οἱ Ταναγραῖοι κρατῆρα οἴνου προτιθέασιν αὐτῷ, καὶ τὸν αὐτίκα ἔρχεσθαι λέγουσιν ὑπὸ τῆς ὀσμῆς, πιόντα δὲ ἐρρῖφθαι κατὰ τῆς ἠόνος ὑπνωμένον· Ταναγραῖον δὲ ἄνδρα πελέκει παίσαντα ἀποκόψαι τὸν αὐχένα αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν αὐτῷ κεφαλή. ὅτι δὲ μεθυσθέντα εἷλον, ἐπὶ τούτῳ ὑπὸ Διονύσου νομίζουσιν ἀποθανεῖν αὐτόν.

CAPUT XXI.

Tritonum forma describitur — de tauris Aethiopicis — alce — martichora seu androphago, et serpentibus volucribus.

750 Εἶδον δὲ καὶ ἄλλον Τρίτωνα ἐν τοῖς Ῥωμαίων θαύμασι, μεγέθει τοῦ παρὰ Ταναγραίοις ἀποδέοντα. παρέχονται δὲ ἰδέαν οἱ Τρίτωνες· ἔχουσιν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ κόμην οἷα τὰ βατράχια ἐν ταῖς λίμναις χρόαν τε, καὶ ὅτι τῶν τρι-

nem superatum. Alter vero est sermo, non ille quidem superiori par dignitate, sed a fide hominum minus abhorrens: Quaecunque ad mare agerentur pecora, ex insidiis Tritonem adoriri, et rapere: invadere etiam leviora navigia solitum. Tandem Tanagraei vini craterem exponunt: ad eum quum accurrisset Triton odore allectus, potum, et somno correptum in littore se prostravisse; *mox* a Tanagraeo homine bipenni caput ei a cervice abscisum: eo factum, ut *et nunc* sine capite cernatur. Quoniam vero *tunc* eum temulentum videre, a Baccho occisum crediderunt.

Cap. XXI. Vidi ego et alium Tritonem inter Romanorum spectacula cetera; sed hoc, qui apud Tanagraeos est, magnitudine certe inferiorem. Hanc prae se ferunt Tritones figuram: Capitis coma persimilis est palustri

χῶν οὐκ ἂν ἀποκρίναιο μίαν ἀπὸ τῶν ἄλλων· τὸ δὲ λοι-
πὸν σῶμα φολίδι λεπτῇ πέφρικέ σφισι κατὰ ἰσχὺν ῥίνης.
βράγχια δὲ ὑπὸ τοῖς ὠσὶν ἔχουσι καὶ ῥῖνα ἀνθρώπου,
στόμα δὲ εὐρύτερον καὶ ὀδόντας θηρίου· τὰ δὲ ὄμματα
(ἐμοὶ δοκεῖ) γλαυκά, καὶ χεῖρές εἰσιν αὐτοῖς καὶ δάκτυ-
λοι καὶ ὄνυχες τοῖς ἐπιθέμασιν ἐμφερεῖς τῶν κόχλων· ὑπὸ
δὲ στέρνον καὶ τὴν γαστέρα οὐρά σφισιν ἀντὶ ποδῶν, οἷά
περ τοῖς δελφῖσίν ἐστιν. (2) Εἶδον δὲ καὶ ταύρους τούς
τε Αἰθιοπικούς, οὓς ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι ὀνομάζουσι Ῥι-
νόκερως, ὅτι σφίσιν ἐπ' ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ ἓν ἑκάστῳ κέρας,
καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ οὐ μέγα, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐδὲ
ἀρχὴν κέρατά ἐστι. καὶ τοὺς ἐκ Παιόνων· οὗτοι δὲ οἱ
ἐκ Παιόνων ἔς τε τὸ ἄλλο σῶμα δασεῖς, καὶ ἀμφὶ τὸ στέρ-
νον μάλιστά εἰσι καὶ τὴν γένυν· καμήλους τε Ἰνδικὰς
χρῶμα εἰκασμένας παρδάλεσιν. (3) Ἔστι δὲ ἄλκη κα-
λούμενον θηρίον, εἶδος μὲν ἐλάφου καὶ καμήλου μεταξύ, 751
γίνεται δὲ ἐν τῇ Κελτῶν γῇ· θηρίων δέ, ὧν ἴσμεν, μό-
νην ἀνιχνεῦσαι καὶ προϊδεῖν οὐκ ἔστιν ἀνθρώπῳ· σταλεῖσι

apio, tum colore, tum quod capillum omnino nullum ab aliis possis discernere: reliquum corpus squama inhorrescit minuta, sed eadem prope, qua lima est, duritia: branchias infra aures habent, nares hominis, rictum oris latiorem, et pantherae dentes: oculi glauci mihi esse visi sunt: manus etiam illis sunt, digitique et ungues ea forma, qua superiores conchyliorum testae: pinnulae sub ventre et pectore pro pedibus, uti delphinis. (2) Vidi etiam Aethiopicos tauros, quos ex re ipsa Rhinocerotas nominant, quod illis e nare extrema cornu prominet; et paulo superius alterum, non sane magnum: in capite nullum prorsus habent. Praeterea et Paeonios tauros spectavi, hirto corpore quum omni ex parte, tum praecipue pectoribus et mentis. Nec minus Indicos camelos; eodem prope, quo pardi sunt, colore. (3) Est etiam fera, quam Alcen dicunt, media quadam inter cervum et camelum specie: gignitur in terra Gallia. belluarum hanc unam

δὲ ἐς ἄγραν ἄλλων καὶ τήνδε ἐς χεῖρά ποτε δαίμων ἄγει· ὀσφρᾶται μέν γε ἀνθρώπου καὶ πολὺ ἔτι ἀπέχουσα, ὥς φασι, καταδύεται δ' ἐς φάραγγας καὶ σπήλαια τὰ βαθύτατα· οἱ θηρεύοντες οὖν, ὁπότε ἐπὶ βραχύτατον, σταδίων τὴν πεδιάδα χιλίων ἢ καὶ ὄρος περιλαβόντες, τὸν κύκλον μὲν οὐκ ἔστιν ὅπως διαλύουσιν· ἐπισυνιόντες δὲ ἀεὶ τὰ ἐντὸς γιγνόμενα τοῦ κύκλου πάντα αἱροῦσι τά τε ἄλλα καὶ τὰς ἄλκας· εἰ δὲ μὴ τύχοι ταύτῃ φωλεύουσα, ἑτέρα γε ἄλκην ἑλεῖν ἐστιν οὐδεμία μηχανή. (4) Θηρίον δὲ ἐν τῷ Κτησίου λόγῳ τῷ ἐς Ἰνδοὺς, (Μαρτιόρα ὑπὸ τῶν Ἰνδῶν, ὑπὸ δὲ Ἑλλήνων φησὶν ἀνδροφάγον λέλεχθαι) εἶναι πείθομαι τὸν τίγριν· ὀδόντας δὲ αὐτὸ τριστοίχους καθ' ἑκατέραν τὴν γένυν, καὶ κέντρα ἐπὶ ἄκρας ἔχειν τῆς οὐρᾶς· τούτοις δὲ τοῖς κέντροις ἐγγύθεν ἀμύνεσθαι, καὶ ἀποπέμπειν ἐς τοὺς πορρωτέρω τοξότου ἀνδρὸς οἰστῷ ἴσον, ταύτην οὐκ ἀληθῆ τὴν φήμην οἱ Ἰνδοὶ δέ-

nequeunt homines aut investigare, aut praevidere: sed alias indagantibus feras, hanc *non consulto*, *sed* fortuito nanciscuntur. Praesentit *alioqui* hominem olfactu, ex longo intervallo; ac *statim* in retrusos anfractus et speluncas confugit. Venatores ubi campestres vel montanos saltus ad stadia ferme mille in orbem continenti indagine cinxerint, ita ut constanter omnes, quem quisque ceperit, in eo ambitu locum obtineant, *ad intimos eadem agminis forma recessus* progressi, feras omnes in medio comprehendunt, et inter eas Alcen; quae si forte lustrum in ea, *quam obsederint*, regione non habuerit, nulla utique reliqua est ad capiendum solertia. (4) Iam vero eam belluam, quam Ctesias in historia de Indis Mantichoram ab illis scribit appellari, a Graecis (*ob praecipuam in homines saevitiam*) Androphagum, non aliam a Tigride esse crediderim. Dentium illi in maxilla altera triplex ordo: et in extrema cauda aculeos habet, quibus et se comminus tueatur, et venatores eminus tanquam sagittis petat. Hanc ego famam, quae veluti per manus tradita, inter Indos

ξασθαι δοκοῦσί μοι παρ' ἀλλήλων ὑπὸ τοῦ ἄγαν ἐς τὸ θηρίον δείματος. ἠπατήθησαν δὲ καὶ ἐς τὴν χρόαν αὐτοῦ, καὶ ὁπότε κατὰ τοῦ ἡλίου φανείη σφίσιν ὁ τίγρις, ἐρυθρός τε δοκεῖ καὶ ὁμόχρους, ἢ ὑπὸ τῆς ὠκύτητος, ἢ, εἰ μὴ θέοι, διὰ τὸ ἐν ταῖς ἐπιστροφαῖς συνεχὲς, ἄλλως τε καὶ οὐκ ἐγγύθεν γινομένης τῆς θέας. δοκῶ δὲ, εἰ
καὶ Λιβύης τὶς ἢ τῆς Ἰνδῶν ἢ Ἀράβων γῆς ἐπέρχοιτο τὰ 752
ἔσχατα, ἐθέλων θηρία, ὁπόσα παρ' Ἕλλησιν, ἐξευρεῖν, τὰ μὲν οὐδὲ ἀρχὴν αὐτὸν εὑρήσειν, τὰ δὲ οὐ κατὰ ταὐτὰ ἔχειν φανεῖσθαί οἱ. οὐ γὰρ δὴ ἄνθρωπος μόνον ὁμοῦ τῷ ἀέρι καὶ τῇ γῇ διαφόροις οὖσι διάφορον κτᾶται καὶ τὸ εἶδος· ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ τὸ αὐτὸ ἂν πάσχοι τοῦτο. ἐπεὶ καὶ τὰ θηρία αἱ ἀσπίδες τοῦτο μὲν ἔχουσιν αἱ Λίβυσσαι παρὰ τὰς Αἰγυπτίας τὴν χρόαν· τοῦτο δ' ἐν Αἰθιοπίᾳ μελαίνας τὰς ἀσπίδας οὐ μεῖον ἢ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἡ γῆ τρέφει. οὕτω χρὴ πάντα τινὰ μήτε ἐπίδρομον τὴν γνώμην, μήτε ἀπίστως ἔχειν ἐς τὰ σπανιώτερα. ἐπεί τοι

increbuit, minime veram esse arbitror; *sed* prae nimio terrore *fuisse homines hallucinatos.* Nam in colore etiam decepti sunt, quum rubrum esse dixerint; quod videlicet, si quando eam in sole viderint, talem, ac similem prope soli colorem, prae se ferre visa sit. Aut id *fortassis* ex celeritate accidit. Ut enim nullum omnino suscipiat cursum, continuo tamen se huc illuc convertit, nec ex propinquo sine periculo spectare licet. Equidem existimo, si quis vel Africae vel Indiae aut Arabiae extremos fines peragret, ut cognoscat, *numquid sint illis in locis* quotcunque sunt apud Graecos animalium *formae,* primum multas non inventurum: deinde, *quae sunt eiusdem generis; feras* alia longe esse specie ei visum iri. Neque enim homines tantum ex coeli terraeque varietate diversam obtinent formam, sed idem et reliquis accidit animantibus. Nam quum Libycae aspides eodem sint quo Aegyptiacae colore, in Aethiopia haud minus quam homines nigras terra alit. Quocirca neque ad assentiendum procli-

καὶ ἐγὼ πτερωτοὺς ὄφεις οὐ θεασάμενος πείθομαι, διότι ἀνὴρ Φρὺξ ἤγαγεν ἐς Ἰωνίαν σκορπίον ταῖς ἀκρίσιν ὁμοιότατα πτερὰ ἔχοντα.

CAPUT XXII.

De templis et signis, quae Tanagrae sunt — Mercurio Criophoro et Promacho — Corinnae monumento — gallinaceorum duobus generibus — monte Mesapio, urbe Anthedone eiusque memorandis, Cabirorum templo — loco, qui Glauci saltus appellatur.

Ἐν Τανάγρᾳ δὲ παρὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Διονύσου Θέμιδός ἐστιν, ὁ δὲ Ἀφροδίτης, καὶ ὁ τρίτος τῶν ναῶν Ἀπόλλωνος, ὁμοῦ δὲ αὐτῷ καὶ Ἄρτεμίς τε καὶ Λητώ. (2) Ἐς δὲ τοῦ Ἑρμοῦ τὰ ἱερὰ τοῦ τε Κριοφόρου καὶ ὃν Πρόμαχον καλοῦσι, τοῦ μὲν ἐς τὴν ἐπίκλησιν λέγουσιν, ὡς ὁ Ἑρμῆς σφισιν ἀποτρέψαι νόσον λοιμώδη περὶ τὸ τεῖχος κριὸν περιενεγκών, καὶ ἐπὶ τούτῳ Κάλαμις ἐποίησεν ἄγαλμα Ἑρμοῦ φέροντα κριὸν ἐπὶ τῶν ὤμων. ὃς δ' ἂν εἶναι τῶν ἐφήβων προκριθῇ τὸ εἶδος κάλλιστος, οὗτος ἐν τοῦ Ἑρ-

vior quisquam esse debet, neque se omnino incredulum ad ea, quae sint rariora, praebere. Volucres ego serpentes nuspiam spectavi: ut reperiri tamen credam, eo *maxime* adducor, quod homo Phryx scorpium locustis simillimas pinnas habentem in Ioniam attulit.

Cap. XXII. Sunt Tanagrae iuxta Liberi Patris, *delubra tria;* Themidis *unum* alterum Veneris delubrum, Apollinis tertium. (2) In hoc eodem Diana et Latona *coluntur.* Quod vero ad Mercurii templa *duo* attinet, *quorum alterum* Criophori, (*id est Arietem portantis*) Promachi (*hoc est Propugnatoris*) alterum nuncupant: superioris quidem cognominis eam esse causam dicunt, quod pestilentiam Mercurius averterit, circumlato in murorum ambitum ariete: ob eamque rem Mercurium *Tanagraeis* Calamis fecit, arietem humeris portantem. Qui

μοῦ τῇ ἑορτῇ περίεισιν ἐν κύκλῳ τοῦ τείχους ἔχων ἄρνα ἐπὶ τῶν ὤμων. τὸν δὲ Ἑρμῆν λέγουσι τὸν Πρόμαχον, Ἐρετριέων ναυσὶν ἐξ Εὐβοίας ἐς τὴν Ταναγραίαν σχόντων, τούς τε ἐφήβους ἐξαγαγεῖν ἐπὶ τὴν μάχην, καὶ αὐτὸν, ἅτε ἔφηβον, στλεγγίδι ἀμυνόμενον μάλιστα ἐργάσασθαι τῶν Εὐβοέων τροπήν. κεῖται δὲ ἐν τοῦ Προμάχου τῷ ἱερῷ τῆς τε ἀνδράχνου τὸ ὑπόλοιπον· τραφῆναι δὲ ὑπὸ τῶν δένδρων τὸν Ἑρμῆν τούτων νομίζουσιν. οὐ πόῤῥω δὲ θέατρόν τε, καὶ πρὸς αὐτῷ στοὰ πεποίηται. εὖ δέ μοι Ταναγραῖοι νομίσαι τὰ ἐς τοὺς θεοὺς μάλιστα δοκοῦσιν 753
Ἑλλήνων, χωρὶς μὲν οἰκίαι σφίσι, χωρὶς δὲ τὰ ἱερὰ, ἅπερ αὐτοῖς ἐν καθαρῷ τέ ἐστι καὶ ἐκτὸς ἀνθρώπων. (3) *Κορίννης δὲ, ἣ μόνη δὴ ἐν Τανάγρᾳ ᾄσματα ἐποίησε, ταύτης ἔστι μὲν μνῆμα ἐν περιφανεῖ τῆς πόλεως· ἔστι δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ γραφὴ, ταινίᾳ τὴν κεφαλὴν ἡ Κόριννα ἀναδουμένη τῆς νίκης εἵνεκα, ἣν Πίνδαρον ᾄσματι ἐνίκησεν ἐν Θήβαις. φαίνεται δέ μοι νικῆσαι τῆς διαλέκτου τε*

sane puberibus ceteris forma praestare iudicatus fuerit, is festo Mercurii die agnum humeris portans muros circumambulat. Propugnatorem vero Mercurium *idcirco vocari* aiunt, *quod* invadentibus aliquando classe ex Euboea Tanagraeum agrum Eretriensibus, ephebos in pugnam eduxerit; et ipse etiam, velut ephebus, strigili armatus, prae ceteris Euboeenses in fugam verterit. In Promachi, portulacae arboris, (*quae est Graecis andrachne*) quod plantae eius fructu nutritum Mercurium prodidere, reliquiae dedicatae sunt. Non procul theatrum, et porticum erexerunt. In eo sane Tanagraei praecipuam quandam prae cunctis Graecis religionis rationem mihi habuisse videntur, quod seorsum a profanis aedibus deorum templa aedificanda curarunt, in pura scilicet area, et ab hominum negotiationibus seiuncta. (3) Corinnae quidem, quae sola apud Tanagraeos cantica fecit, in celebri urbis loco est monumentum: in gymnasio ipsa picta est, taenia redimita: victoriae illud insigne, quod Thebis carmine Pindarum

εἵνεκα, ὅτι ᾖδεν οὐ τῇ φωνῇ τῇ Δωρίδι, ὥσπερ ὁ Πίνδαρος, ἀλλὰ ὁποῖα συνήσειν ἔμελλον Αἰολεῖς, καὶ ὅτι ἦν γυναικῶν τῶν τότε ἥδε καλλίστη τὸ εἶδος, εἴ τι ἐπὶ τῇ εἰκόνι δεῖ τεκμαίρεσθαι. (4) Ἔστι δὲ καὶ γένη δύο ἐνταῦθα ἀλεκτρυόνων, οἵ τε μάχιμοι, καὶ οἱ κόσσυφοι καλούμενοι· τούτων τῶν κοσσύφων μέγεθος μὲν κατὰ τοὺς Λυδούς ἐστιν ὄρνιθας, χρόα δὲ ἐμφερὴς κόρακι· κάλλαια δὲ καὶ ὁ λόφος κατὰ ἀνεμώνην μάλιστα· λευκὰ δὲ σημεῖα οὐ μεγάλα ἐπί τε ἄκρῳ τῷ ῥάμφει, καὶ ἐπὶ ἄκρας ἔχουσι τῆς οὐρᾶς. οὗτοι μὲν τοιοῦτο παρέχονται τὸ εἶδος. (5) Τῆς δὲ Βοιωτίας τὰ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Εὐρίπου Μεσσάπιον ὄρος καλούμενον, καὶ ὑπ᾽ αὐτῷ Βοιωτῶν ἐπὶ θαλάσσης πόλις ἐστὶν Ἀνθηδών. γενέσθαι δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα οἱ μὲν ἀπὸ Ἀνθηδόνος νύμφης, οἱ δὲ Ἄνθαν δυναστεῦσαι λέγουσιν ἐνταῦθα, Ποσειδῶνός τε παῖδα καὶ Ἀλκυόνης τῆς Ἄτλαντος. Ἀνθηδονίοις δὲ, μάλιστά που κατὰ μέσον τῆς πόλεως, Καβείρων ἱερὸν, καὶ ἄλσος
754 περὶ αὐτό ἐστι· πλησίον Δήμητρος καὶ τῆς παιδὸς ναὸς,

vicerit. Vicisse eam arbitror et linguae causa: neque enim Dorica, uti Pindarus, cecinit; sed ea, quam essent facile Aeolenses percepturi: et quod fuerit ea sui temporis foeminarum formosissima, si qua ex imagine petenda est coniectura. (4) Sunt Tanagrae gallinaceorum genera duo, pugnaces, et qui Merulae dicuntur. Hi eadem sunt qua Lydorum aves magnitudine, colore corvo similes, palearia et crista ad anemones similitudinem: notas habent candidas in rostri et caudae extrema parte, non utique magnas. Haec propemodum eorum forma est. (5) In ea Boeotiae parte, quae ad laevam Euripo est, Messapius mons se attollit. Infra eum est maritima Boeotiorum urbs Anthedon. Nomen ei contigisse tradunt vel ab Anthedone Nympha, vel ab Anthane Neptuni filio, ex Alcyone Atlantis filia; quod is huius loci dominatu fuerit aliquando potitus. Est apud Anthedonios medio maxime urbis loco Cabirorum templum: et ab eo proxime abest sacer

καὶ ἄγαλμα λίθου λευκοῦ. Διονύσου τε ἱερὸν πεποίηται καὶ ἄγαλμα πρὸ τῆς πόλεως κατὰ τὸ ἐς τὴν ἤπειρον. ἐνταῦθά εἰσι μὲν τάφοι τῶν Ἰφιμεδείας καὶ Ἀλωέως παίδων· γενέσθαι δέ σφισι τοῦ βίου τὴν τελευτὴν ὑπὸ Ἀπόλλωνος κατὰ τὰ αὐτὰ Ὅμηρος πεποιήκασι καὶ Πίνδαρος, ὡς ἐπιλάβοι τὸ χρεὼν αὐτοὺς ἐν Νάξῳ τῇ ὑπὲρ Πάρου κειμένῃ. (6) Τούτων τε δή ἐστι τῇ Ἀνθηδόνι μνήματα, καὶ ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ καλούμενον Γλαύκου πήδημα. εἶναι δὲ αὐτὸν ἁλιέα, καὶ ἐπεὶ τῆς πόας ἔφαγε, δαίμονα ἐν θαλάσσῃ γενέσθαι, καὶ ἀνθρώποις τὰ ἐσόμενα ἐς τόδε προλέγειν, οἵ τε ἄλλοι πιστὰ ἥγηνται, καὶ οἱ τὴν θάλασσαν πλέοντες πλεῖστα ἀνθρώπων ἐς τὴν Γλαύκου μαντικὴν κατὰ ἔτος ἕκαστον λέγουσι. Πινδάρῳ δὲ καὶ Αἰσχύλῳ πυνθανομένοις παρὰ Ἀνθηδονίων, τῷ μὲν οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐπῆλθεν ᾆσαι τὰ ἐς Γλαῦκον· Αἰσχύλῳ δὲ καὶ ἐς ποίησιν δράματος ἐξήρκεσε.

Cereri lucus, cum Proserpinae aede. Signum *deae* e candido marmore. Liberi vero Patris templum cum simulacro fecerunt ante urbis moenia, qua ad agrum interiorem iter est. Sunt eo in loco Iphimedeae et Aloei filiorum sepulcra. Fuisse ab Apolline interemptos in Naxo, quae supra Paron est, Pindaro cum Homero convenit: (6) sed eorum sunt Anthedone monumenta. Est praeterea ad mare *locus*, quem Glauci saltum nuncupant. Piscatorem fuisse Glaucum, et *repente* herba *quadam* gustata inter maris deos receptum, et futura etiamnum praedicere, quum alii credidere, tum praecipue naviculatores multa quotannis de eius divinatione memorant. Quae quum ab Anthedoniis Pindarus et Aeschylus accepissent, illi quidem curae non fuit multa de Glauco versibus suis mandare, quum Aeschylus totius fabulae argumentum a Glauco deduxisset.

CAPUT XXIII.

Memoranda ad Thebarum portam Proetidem — Pindari monumentum et varia de Pindaro — de urbe Acraephnia et monte Ptoo — urbe Larymna.

Θηβαίοις δὲ πρὸ τῶν πυλῶν ἐστι τῶν Προιτίδων καὶ τὸ Ἰολάου καλούμενον γυμνάσιον, καὶ στάδιον κατὰ ταὐτὰ τῷ τε ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ τῷ Ἐπιδαυρίων, γῆς χῶμα· ἐνταῦθα δείκνυται καὶ ἡρῷον Ἰολάου. τελευτῆσαι δὲ ἐν Σαρδοῖ τόν τε Ἰόλαον αὐτὸν, καὶ Ἀθηναίων καὶ Θεσπιέων τοὺς συνδιαβάντας, ὁμολογοῦσι καὶ οἱ Θηβαῖοι. (2) *Ὑπερβάντι δὲ τοῦ σταδίου τὰ ἐν δεξιᾷ δρόμος ἵππων, καὶ ἐν αὐτῷ Πινδάρου μνῆμά ἐστι. Πίνδαρον δὲ ἡλικίαν ὄντα νεανίσκον, καὶ ἰόντα ἐς Θεσπιὰς θέρους ὥρᾳ καύματος περὶ μεσοῦσαν μάλιστα ἡμέραν κόπος καὶ ὕπνος ἀπ' αὐτοῦ κατελάμβανεν. ὁ μὲν δὴ, ὡς εἶχε, κατακλίνεται βραχὺ ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ· μέλισσαι δὲ αὐτῷ καθεύδοντι προσεπέτοντό τε καὶ ἔπλασσον πρὸς τὰ χείλη τοῦ κηροῦ· ἀρχὴ μὲν Πινδάρῳ ποιεῖν ᾄσματα ἐγένετο τοιαύτη. εὐδοκιμοῦντα δὲ αὐτὸν ἤδη ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ἐς*
755 *πλέον δόξης ἦρεν ἡ Πυθία ἀνειποῦσα Δελφοῖς, ὁπόσων*

Cap. XXIII. Apud Thebanos ad Proetidem portam, est quod Iolai vocatur gymnasium: et item stadium, quale in Olympia, et apud Epidaurios, terrae scilicet agger. Ostenditur etiam eo in loco Iolai heroicum monumentum. E vita vero illum in Sardinia excessisse, simulque ex Atheniensibus et Thespiensibus, qui cum eo illuc transmiserant, ipsi etiam Thebani confitentur. (2) Superata dextra stadii parte, est Hippodromus, et in eo Pindari monumentum. Pindarum, quum esset *adhuc* adolescentulus, Thespias proficiscentem, per aestatem meridiano calore fessum somnus *arctior* complectebatur. Is igitur, quo erat habitu, paululum supra viam decumbit. Apes ad dormientem advolant, et ad labia favos ei affingunt. Hoc fuit carmina pangendi Pindaro initium. Quum vero

ἀπήρχοντο τῷ Ἀπόλλωνι, μοῖραν καὶ Πινδάρῳ τὴν ἴσην ἁπάντων νέμειν. λέγεται δὲ καὶ ὀνείρατος ὄψιν αὐτῷ γενέσθαι προήκοντι ἐς γῆρας· ἐπιστᾶσα ἡ Περσεφόνη οἱ καθεύδοντι οὐκ ἔφασκεν ὑμνηθῆναι μόνη θεῶν ὑπὸ Πινδάρου· ποιήσειν μέντοι καὶ ἐς αὐτὴν ᾆσμα Πίνδαρον ἐλθόντα ὡς αὐτήν. καὶ τὸν μὲν αὐτίκα τὸ χρεὼν ἐπιλαμβάνει, πρὶν ἐξήκειν ἡμέραν δεκάτην ἀπὸ τοῦ ὀνείρατος. ἦν δὲ ἐν Θήβαις γυνὴ πρεσβῦτις γένους εἵνεκα προσήκουσα Πινδάρῳ, καὶ τὰ πολλὰ μεμελετηκυῖα ᾄδειν τῶν ᾀσμάτων. ταύτῃ Πίνδαρος ἐνύπνιον τῇ πρεσβύτιδι ἐπιστὰς, ὕμνον ᾖσεν ἐς Περσεφόνην· ἡ δὲ αὐτίκα, ὡς ἀπέλιπεν αὐτὴν ὁ ὕπνος, ἔγραψε ταῦτα, ὁπόσα τοῦ ὀνείρατος ἤκουσεν ᾄδοντος. ἐν τούτῳ τῷ ᾄσματι ἄλλαι τε ἐς τὸν Ἅιδην εἰσὶν ἐπικλήσεις, καὶ ὁ χρυσήνιος· δῆλα ὡς ἐπὶ τῆς Κόρης τῇ ἁρπαγῇ. (3) Ἐντεῦθεν ἐς Ἀκραίφνιόν ἐστιν ὁδὸς τὰ πλείω πεδιάς. εἶναι δὲ ἐξ

iam *late* per totam Graeciam magna esset famae celebritate, ad summum gloriae fastigium eundem evexit Pythiae vox, qua Delphi iussi sunt: aequam omnium, quae Apollini deferrentur, primitiarum partem Pindaro tribuere. Exacta iam aetate in somnis videre visus est adsistere Persephonem, et queri, unam se ex *omnibus* diis, non fuisse ipsius carminibus exornatam: verum ubi ad eam venisset, suum etiam ipsi hymnum esse facturum. Paulo certe post, atque adeo ante decimum ab eo somnio diem, vitae muneribus est perfunctus. Erat Thebis anus quaedam Pindaro genere coniuncta, et in plerisque *eius* canticis decantandis valde exercitata. Ei Pindarus se per quietem ostendens, hymnum in Persephonem cecinit. Illa mox experrecta, conscripsit omnia, quae cantantem Pindarum per visum in quiete audierat. In eo sane cantico, inter alia Ditis cognomina, est Chrysenius, *ab aureis nempe habenis;* quod ad Proserpinae raptum pertinere satis constat. (3) A Pindari monumento ad Acraephnium itur, via magna ex parte plana. Fuisse ab

ἀρχῆς τε μοῖραν τῆς Θηβαΐδος τὴν πόλιν φασί, καὶ
ὕστερον διαπεσόντας Θηβαίων ἐς αὐτὴν ἄνδρας εὕ-
ρισκον, ἡνίκα Ἀλέξανδρος ἐποίει τὰς Θήβας ἀναστάτους·
ὑπὸ δὲ ἀσθενείας καὶ γήρως οὐδὲ ἐς τὴν Ἀττικὴν ἀπο-
σωθῆναι δυνηθέντες ἐνταῦθα ᾤκησαν. κεῖται μὲν τὸ
πόλισμα ἐν ὄρει τῷ Πτώῳ· θέας δὲ ἄξια ἐνταῦθα Διο-
νύσου ναός ἐστι καὶ ἄγαλμα. προελθόντι δὲ ἀπὸ τῆς
πόλεως ἐν δεξιᾷ πέντε που καὶ δέκα σταδίους, τοῦ
Ἀπόλλωνός ἐστι τοῦ Πτώου τὸ ἱερόν. εἶναι δὲ Ἀθάμαν-
τος καὶ Θεμιστοῦς παῖδα τὸν Πτῶον, ἀφ' οὗ τῷ τε
Ἀπόλλωνι ἐπίκλησις καὶ τῷ ὄρει τὸ ὄνομα ἐγένετο, ὡς
Ἄσιος ἐν τοῖς ἔπεσιν εἴρηκε. πρὸ δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου
καὶ Μακεδόνων ἐπιστρατείας καὶ ὀλέθρου τοῦ Θηβαίων
μαντεῖον ἦν αὐτόθι ἀψευδές· καί ποτε ἄνδρα Εὐρωπέα,
ὄνομα δέ οἱ εἶναι Μῦν, τοῦτον ἀποσταλέντα ὑπὸ Μαρ-
δονίου τὸν Μῦν ἐπέρεσθαι τῇ φωνῇ τῇ σφετέρᾳ, καί
756 οἱ χρῆσαι τὸν θεὸν οὐχ ἑλληνίσαντα οὐδὲ αὐτόν, δια-
λέκτῳ τῇ Καρικῇ. (4) Ὑπερβαλόντων δὲ τὸ ὄρος τὸ

initio eam urbem tradunt in Thebani agri parte: et compertum habeo confugisse illuc postea profugos e Thebanis homines, quo tempore Thebas Alexander evertit. Illi enim prae *corporis* imbecillitate, et senectute, quum ne in Atticam quidem recipere se potuissent, hoc loco considerunt. Situm est oppidum in Ptoo monte. Quae spectentur illic digna, Liberi Patris aedes, et signum. Progressus stadia ferme XV ab urbe, ad dexteram Apollinis Ptoi templum videas. Athamantis et Themistûs filius fuit Ptous; ab eo Apollini cognomen, et monti nomen datum, sicuti Asius versibus prodidit. Ante excisas ab Alexandro Thebas, fuit eo in loco oraculum minime fallax. Venisse aliquando narrant Europensem hominem, Myn nomine, a Mardonio missum, *consulendi causa:* ei roganti suae linguae verbis, respondisse Deum non Graeca, sed ipsum etiam Barbarica lingua. (4) Superato *iam* Ptoo monte, est ad

Πτῶον, ἔστιν ἐπὶ θαλάσσης Βοιωτῶν πόλις Λάρυμνα· γενέσθαι δὲ αὐτῇ τὸ ὄνομά φασιν ἀπὸ Λαρύμνης τῆς Κύνου· τοὺς δὲ ἀνωτέρω προγόνους δηλώσει μοι τὰ ἔχοντα ἐς Λοκροὺς τοῦ λόγου. καὶ συνετέλει δὲ ἐς Ὀποῦντα ἡ Λάρυμνα τὸ ἀρχαῖον· Θηβαίων δὲ ἐπὶ μέγα ἰσχύος προελθόντων, τηνικαῦτα ἑκουσίως μετετάξαντο ἐς Βοιωτούς. Διονύσου δὲ ἐνταῦθα ναὸς καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν πεποίηται. λίμνη δέ σφισιν ἐστὶν ἀγχιβαθής, καὶ τὰ ὄρη τὰ ὑπὲρ τὴν πόλιν ὑῶν παρέχεται θήραν ἀγρίων.

CAPUT XXIV.

Lacus Cephissis seu Copais et campus Athamantius — urbs Copae — Olmones et Hyettus urbes — urbs Cyrtones vel Cyrtone — Corsea et Halae urbes.

Ἐξ Ἀκραιφνίου δὲ ἰόντι εὐθεῖαν ἐπὶ λίμνην τὴν Κηφισσίδα, (οἱ δὲ Κωπαΐδα ὀνομάζουσι τὴν αὐτὴν) πεδίον καλούμενόν ἐστιν Ἀθαμάντιον· οἰκῆσαι δὲ Ἀθάμαντα ἐν αὐτῷ φασιν. ἐς δὲ τὴν λίμνην ὅ τε ποταμὸς ὁ Κηφισσὸς ἐκδίδωσιν, ἀρχόμενος ἐκ Λιλαίας τῆς Φωκέων, καὶ

mare Boeotorum urbs Larymna: nomen inditum ferunt a Larymna Cyni filia. Eius natales altius repetam in exponendis Locrorum rebus. Cum Opunte olim censebatur Larymna: auctis deinde Thebanorum opibus, ultro se ad Boeotos adiunxerunt. Est illic Liberi Patris delubrum, et recto statu simulacrum. Lacus proximus est praealti gurgitis. Qui supra urbem sunt montes luculentam praebent venatoribus aprorum copiam.

Cap. XXIV. Acraephnio recta ad lacum, cui Cephissis nomen, (Copaidem alii nominant) pergentes, campi accipiunt Athamantii dicti. Habitasse eo in loco Athamantem ferunt. Influit in lacum Cephissus amnis, a Lilaea Phocensium ortus; per

διαπλεύσαντι ἐς Κώπας. κεῖνται δὲ αἱ Κῶπαι πόλισμα ἐπὶ τῇ λίμνῃ. (2) Τούτου δὲ καὶ Ὅμηρος ἐποιήσατο ἐν καταλόγῳ μνήμην· ἐνταῦθα Δήμητρος καὶ Διονύσου καὶ Σαράπιδός ἐστιν ἱερά. λέγουσι δὲ οἱ Βοιωτοὶ, καὶ πολίσματα ἄλλα πρὸς τῇ λίμνῃ ποτὲ, καὶ Ἀθήνας καὶ Ἐλευσῖνα, οἰκεῖσθαι, καὶ ὡς ὥρᾳ χειμῶνος ἐπικλύσασα ἠφάνισεν αὐτὰ ἡ λίμνη. οἱ μὲν δὴ ἰχθῦς οἱ ἐν τῇ Κηφισσίδι οὐδέν τι διάφορον ἐς ἄλλους ἰχθῦς τοὺς λιμναίους ἔχουσιν· αἱ δὲ ἐγχέλεις αὐτόθι καὶ μεγέθει μέγισται, καὶ ἐσθίειν εἰσὶν ἥδισται. (3) Κωπῶν δὲ ἐν ἀριστερᾷ σταδίους προελθόντι ὡς δώδεκα εἰσὶν Ὄλμωνες· Ὀλμωνέων δὲ ἑπτά που στάδια Ὕηττος ἀφέστηκε, κῶμαι νῦν τε οὖσαι καὶ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς· μοίρας δὲ (ἐμοὶ δοκεῖν) τῆς Ὀρχομενίας εἰσὶ καὶ αὗται, καὶ πεδίον τὸ Ἀθαμάντιον. καὶ ὅσα μὲν ἐς Ὕηττον, ἄνδρα Ἀργεῖον, καὶ Ὄλμον τὸν Σισύφου λεγόμενα ἤκουον, προσέσται καὶ
757 αὐτὰ τῇ Ὀρχομενίᾳ συγγραφῇ. θέας δὲ ἄξιον ἐν μὲν Ὄλμωσιν οὐδ' ἐπὶ βραχύτατον παρεῖχον οὐδέν· ἐν

quem Copas navibus iter. (2) Sunt Copae parvum oppidum, ad lacum sitae: eius in recensenda classe mentionem fecit Homerus. Cereris ibi sunt, Liberi, et Sarapidis delubra. Aiunt Boeoti ad eum lacum etiam alia quondam oppida, Athenas et Eleusinem, habitata, quae per hybernos dies lacus eluvione fuerint deleta. Cephissidis pisces nihil ab aliorum lacuum piscibus praecipuum habent. Anguillae certe ex eo lacu maximae, et esu suavissimae. (3) Copis ad laevam stadia prope XII progresso sunt Holmones. Ab Holmonibus stadia VII distat Hyettus. Vici nunc sunt, uti ab initio semper fuerunt: et mea quidem opinione ad Orchomeniorum fines pertinent cum Athamantiis campis. De Hyetto vero homine Argivo quae accepi, et Holmo Sisyphi filio, in Orchomeniorum historiam conferam. Holmonibus ne minima quidem res ulla satis digna quae spe-

Ὑήττῳ δὲ ναός ἐστιν Ἡρακλέους, καὶ ἰάματα εὕρασθαι παρ' αὐτοῦ τοῖς κάμνουσιν ἔστιν, ὄντος οὐχὶ ἀγάλματος σὺν τέχνῃ, λίθου δὲ ἀργοῦ κατὰ τὸ ἀρχαῖον. (4) Ὑήττου δὲ στάδια ὡς εἴκοσιν ἀπέχουσι Κύρτωνες· τὸ δὲ ἀρχαῖον τῷ πολίσματι ὄνομα φασιν εἶναι Κυρτώνην· ᾤκισται δὲ ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ, καὶ Ἀπόλλωνός ἐστιν ἐνταῦθα ναός τε καὶ ἄλσος· ἀγάλματα δὲ ὀρθὰ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδός ἐστιν. ἔστι δὲ αὐτόθι καὶ ὕδωρ ψυχρὸν ἐκ πέτρας ἀνερχόμενον· νυμφῶν δὲ ἱερὸν ἐπὶ τῇ πηγῇ, καὶ ἄλσος οὐ μέγα ἐστίν· ἥμερα δὲ ὁμοίως πάντα ἐν τῷ ἄλσει δένδρα. (5) Ἐκ δὴ Κυρτώνων ὑπερβάλλοντι τὸ ὄρος, πόλισμά ἐστι Κορσεία· ὑπὸ δὲ αὐτῷ δένδρων ἄλσος οὐχ ἡμέρων, πρῖνοι τὸ πολύ εἰσιν· Ἑρμοῦ δὲ ἄγαλμα οὐ μέγα ἐν ὑπαίθρῳ τοῦ ἄλσους ἕστηκε· τοῦτο ἀπέχει Κορσείας ὅσον τε ἥμισυ σταδίου. καταβάντων δὲ ἐς τὸ χθαμαλὸν, ποταμὸς Πλατάνιος καλούμενος ἐκδίδωσιν ἐς θάλασσαν· ἐν δεξιᾷ δὲ τοῦ ποταμοῦ Βοιωτῶν ἔσχατοι ταύτῃ πόλισμα οἰκοῦσιν Ἁλὰς ἐπὶ θα-

ctetur exstat. Hyetti Herculis delubrum visitur; et ex eo morborum remedia expetuntur. Signum non est arte elaboratum, sed rudis prisco more lapis. (4) Ab Hyetto absunt Cyrtones stadia circiter XX. Modico olim oppido priscum fuisse nomen Cyrtonem dicunt. Conditum est in summo monte; et Apollinis illic est templum. et lucus: Apollinis recto statu et Dianae sunt signa. Frigida emanat e saxo aqua. Proximum fonti est Nympharum sacellum, et exiguus lucus, in quo omnes arbores consititiae sunt. (5) A Cyrtonibus monte iam superato est oppidum Corsea: infra lucus sylvestrium arborum, ilicum magna ex parte. In aprica luci regione sub divo est Mercurii signum non omnino magnum. Abest a Corsea lucus stadii fere dimidium. Ubi in planitiem descensum fuerit, Platanius amnis *illic* in mare exit. Ad fluminis dexteram sunt Boeotorum extremi, eius nempe accolae maris, quod

λάσσῃ, ἣ τὴν Λοκρίδα ἤπειρον ἀπὸ τῆς Εὐβοίας διείργει.

CAPUT XXV.

Prope Thebarum portam Neïtin monumentum Menoecei — locus, ubi Oedipi filii singulari certamine ceciderunt, et locus Syrma Antigones dictus — trans fluvium Dircen Pindari domus reliquiae et matris Dindymenes templum — Themidis templum et signum — lucus Cereris Cabiriae et Cabirorum templum — de origine arcanorum sacrorum apud Thebanos et de Cabiraeis — de Cabirorum sacris violatis.

Θηβαίοις δὲ τῶν πυλῶν ἐστιν ἐγγύτατα τῶν Νηΐτων Μενοικέως μνῆμα τοῦ Κρέοντος· ἀπέκτεινε δὲ ἑκουσίως αὑτὸν κατὰ τὸ μάντευμα τὸ ἐκ Δελφῶν, ἡνίκα Πολυνείκης καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς ἀφίκοντο ἐξ Ἄργους. τοῦ δὲ Μενοικέως ἐπιπέφυκε ῥοιὰ τῷ μνήματι· τοῦ καρποῦ δὲ ὄντος πεπείρου, διαῤῥήξαντί σοι τὸ ἐκτὸς, λοιπὸν εὑρεῖν τὰ ἔνδον αἵματι ἐμφερές· αὕτη μὲν δὴ τεθηλὸς δένδρον ἐστὶν ἡ ῥοιά. ἄμπελον δὲ φῦναι μὲν οἱ Θηβαῖοι παρὰ σφίσι πρώτοις φασὶν ἀνθρώπων, ἀποφῆναι δὲ οὐδὲν ἔτι ἐς αὐτὴν ὑπόμνημα εἶχον. (2) Τοῦ δὲ Μενοικέως οὐ πόῤῥω τάφου τοὺς παῖδας λέγουσιν Οἰδίπο-

Locrorum continentem agrum ab Euboea dividit: Halas oppidulum inhabitant.

Cap. XXV. Sed ut Thebas revertamur, ad Neïtin portam est Menoecei Creontis filii monumentum; qui seipsum ultro occidit ex oraculo Delphici Apollinis, quo tempore Polynices cum Argivorum exercitu *Thebas oppugnatum* venit. Ad eius tumulum malus Punica enata est; cuius poma, quum maturuerint, rupto exteriore cortice, sanguinis nescio quid simile ostendunt. Haec quidem arbor ad perpetuitatem repullulavit. At vitem etiam Thebani quum apud se primum e terra prodisse dicant, eius tamen rei indicium, quod hoc tempore monstrent, nullum habent. (2) Non longe a Menoecei sepulcro, Oe-

δος μονομαχήσαντας ἀποθανεῖν ὑπὸ ἀλλήλων· σημεῖον δὲ τῆς μάχης αὐτῶν κίων, καὶ ἀσπὶς ἔπεστιν ἐπ' αὐτῷ λίθου. δείκνυται δέ τι χωρίον· ἐνταῦθα Ἥραν Θη- 758 βαῖοί φασιν Ἡρακλεῖ παιδὶ ἔτι ἐπισχεῖν γάλα, κατὰ δή τινα ἀπάτην ἐκ Διός· καλεῖται δὲ ὁ σύμπας οὗτος Σύρμα Ἀντιγόνης. ὡς γὰρ τὸν τοῦ Πολυνείκους ἄρασθαί οἱ προθυμουμένῃ νεκρὸν οὐδεμία ἐφαίνετο ῥαστώνη, δευτέρα ἐπενόησεν ἕλκειν αὐτὸν, ἐς ὃ εἵλκυσέ τε καὶ ἐπέβαλεν ἐπὶ τοῦ Ἐτεοκλέους ἐξημμένην τὴν πυράν. (3) Διαβάντων δὲ ποταμὸν καλούμενον ἀπὸ γυναικὸς τῆς Λύκου Δίρκην, (ὑπὸ ταύτης δὲ ἔχει λόγος Ἀντιόπην κακοῦσθαι, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ Ἀντιόπης παίδων συμβῆναι τῇ Δίρκῃ τὴν τελευτὴν) διαβᾶσιν οὖν τὴν Δίρκην, οἰκίας τε ἐρείπια τῆς Πινδάρου, καὶ μητρὸς Δινδυμήνης ἱερόν· Πινδάρου μὲν ἀνάθημα, τέχνη δὲ τὸ ἄγαλμα Ἀριστομήδους τε καὶ Σωκράτους Θηβαίων. μιᾷ δὲ ἐφ' ἑκάστων ἐτῶν ἡμέρᾳ, καὶ οὐ πέρα, τὸ ἱερὸν ἀνοίγειν νομίζουσιν. ἐμοὶ δὲ ἀφικέσθαι τε ἐξεγεγόνει τὴν ἡμέραν ταύτην, καὶ τὸ ἄγαλμα εἶδον λίθου ὂν τοῦ

dipi filios aiunt singulari certamine pugnantes mutuis vulneribus concidisse. Pugnae eius documentum pila erecta cum lapideo scuto. Ostenditur etiam locus, in quo Iunonem Herculi infanti mammam praebuisse quodam Iovis dolo tradunt. Haec universa regio Syrma (*id est Tractus*) Antigones nuncupatur, quod Antigone, quum Polynicis cadaver nullo conatu tollere quivisset, trahere illud aggressa eo pertraxit, usquedum in accensum iam Eteoclis rogum coniecit. (3) Trans amnem, cui a Lyci uxore, Dirce nomen, (ab ea vero Antiopen fama fuit iniuriosius tractatam, et ob eam causam ab Antiopes filiis interfectam) sed amne Dirce transmisso, videas Pindari domus ruinas, et Dindymenae matris sacrarium a Pindaro dedicatum. Signum deae Aristomedis et Socratis Thebanorum opus. Die unico anniversario sacrarium aperire solenne habent. Eo ipso die mihi ut adessem contigit; quare signum id

Πεντέλησι καὶ αὐτὸ καὶ τὸν θρόνον. (4) Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν ἀπὸ τῶν πυλῶν τῶν Νηϊτίδων τὸ μὲν Θέμιδός ἐστιν ἱερὸν, καὶ ἄγαλμα λευκοῦ λίθου· τὸ δὲ ἐφεξῆς Μοιρῶν· τὸ δὲ Ἀγοραίου Διός· οὗτος μὲν δὴ λίθου πεποίηται, ταῖς Μοίραις δὲ οὐκ ἔστιν ἀγάλματα. καὶ ἀπωτέρω μικρὸν Ἡρακλῆς ἕστηκεν ἐν ὑπαίθρῳ, Ῥινοκολούστης ἐπωνυμίαν ἔχων, ὅτι τῶν κηρύκων, ὡς οἱ Θηβαῖοι λέγουσιν, ἀπέτεμεν ἐπὶ λώβῃ τὰς ῥῖνας, οἳ παρὰ Ὀρχομενίων ἀφίκοντο ἐπὶ τοῦ δασμοῦ τὴν ἀπαίτησιν. (5) Σταδίους δὲ αὐτόθεν πέντε προελθόντι καὶ εἴκοσι, Δήμητρος Καβειρίας καὶ Κόρης ἐστὶν ἄλσος· ἐσελθεῖν δὲ τοῖς τελεσθεῖσιν ἔστι. τούτου δὲ τοῦ ἄλσους ἑπτά που σταδίους τῶν Καβείρων τὸ ἱερὸν ἀφέστηκεν. οἵτινες δέ εἰσιν οἱ Κάβειροι, καὶ ὁποῖά ἐστιν αὐτοῖς καὶ τῇ μητρὶ τὰ δρώμενα, σιωπὴν ἄγοντι ὑπὲρ αὐτῶν συγγνώμη παρὰ ἀνδρῶν φιληκόων ἔστω μοι. (6) Τοσοῦτον δὲ δηλῶσαί με καὶ ἐς ἅπαντας ἐκώλυσεν οὐδὲν, ἥντινα λέγουσιν ἀρ-
759 *χὴν οἱ Θηβαῖοι γενέσθαι τοῖς δρωμένοις. πόλιν γάρ ποτε*

fuit mihi spectandi copia; est autem e Pentelico marmore, sicuti et solium. (4) Circa viam a porta Neitide, Themidis fanum est, cum signo e candido lapide; Parcarum quoque, et Iovis Forensis. Marmoreus est Iupiter: Parcis nulla sunt signa. Modico loci intervallo stat sub divo Hercules cognomine Rhinocolustes, quod caduceatoribus iis, qui ab Orchomeniis ad tributum poscendum missi fuerant, (sicuti narrant Thebani,) ad contumeliam nares praecidisset. (5) Stadia progressus V et XX, Cabiriae Cereris et Proserpinae lucum videas; quo intrare initiatis *duntaxat* fas est. Ab hoc luco distat stadia fere septem Cabirorum aedes. Qui vero sint Cabiri, et quo ritu ipsis et Magnae matri sacra fiant, reticenti mihi, ab iis hominibus, quos haec audiendi studium tenet, esto venia. (6) Hoc unum me nulla prohibet religio vel in vulgus efferre, tale fuisse sacrorum initium, cuiusmodi a Thebanis traditur. Civitatem enim quondam in hoc loco, et

ἐν τούτῳ φασὶν εἶναι τῷ χωρίῳ, καὶ ἄνδρας ὀνομαζομένους Καβείρους. Προμηθεῖ δὲ ἑνὶ τῶν Καβειραίων καὶ Αἰτναίῳ τῷ Προμηθέως ἀφικομένην Δήμητραν ἐς γνῶσιν παρακαταθέσθαι σφίσιν· ἥτις μὲν δὴ ἦν ἡ παρακαταθήκη, καὶ τὰ ἐς αὐτὴν γενόμενα, οὐκ ἐφαίνετο ὅσιόν μοι γράφειν. Δήμητρος γοῦν Καβειραίοις δῶρόν ἐστιν ἡ τελετή. κατὰ δὲ τὴν Ἐπιγόνων στρατείαν καὶ ἅλωσιν τῶν Θηβῶν ἀνέστησαν μὲν ὑπὸ τῶν Ἀργείων οἱ Καβειραῖοι, ἐξελείφθη δὲ ἐπὶ χρόνον τινὰ καὶ ἡ τελετή. Πελαργὴν δὲ ὕστερον τὴν Ποτνέως καὶ Ἰσθμιάδην Πελαργῇ συνοικοῦντα καταστήσασθαι μὲν τὰ ὄργια αὐτῶν λέγουσιν ἐξ ἀρχῆς, μετενεγκεῖν δὲ αὐτὰ ἐπὶ τὸν Ἀλεξιάρην καλούμενον· ὅτι δὲ τῶν ὅρων ἐκτὸς ἐμύησεν ἡ Πελαργὴ τῶν ἀρχαίων, Τηλώνδης [δὲ,] καὶ ὅσοι γένους Καβειριτῶν ἐλείποντο κατελθοῦσιν, αὖθις εἰς τὴν Καβειραίαν. Πελαργῇ μὲν δὴ κατὰ μάντευμα ἐκ Δωδώνης καὶ ἄλλα ἔμελλεν ἐς τιμὴν καταστήσεσθαι, καί οἱ θυσία φέρον ἐν τῇ γαστρὶ ἱερεῖον. (7) Τὸ δὲ μήνιμα τὸ ἐκ τῶν Καβείρων

homines fuisse memorant, qui Cabiri sint nominati: eorum uni Prometheo, eiusque filio Aetnaeo, hospitibus suis, Cererem depositi nescio quid commisisse. Quicquid enim illud fuerit, et quid in ea re fieri contigerit, literis mandare fas mihi non duxi. Initia certe fuere Cabiraeis, Cereris donum. Quo tempore *Argivorum exercitus, qui sunt* Epigoni *(id est posteri) Graeca voce appellati,* Thebas expugnarunt, eiectis e sedibus suis Cabiraeis, intermissa per aliquod tempus initia fuerunt, donec Pelarge Potnei filia cum Isthmiade viro suo mysteriorum ritum restituit: extra fines tamen, in eum locum, qui est Alexiares dictus, initia Pelarge transtulit. Quum *interea* Telondes, et qui reliqui fuerunt de Cabirorum gente, in Cabiraeam terram redissent, Pelargae ipsi ex Dodones responso et alii sunt honores decreti, et ut foeta hostia ei fieret, institutum. (7) Cabirorum religiones qui violas-

ἀπαραίτητόν ἐστιν ἀνθρώποις, ὡς ἐπέδειξε δὴ πολλαχῇ. τὰ γὰρ δὴ δρώμενα ἐν Θήβαις ἐτόλμησαν ἐν Ναυπάκτῳ κατὰ ταὐτὰ ἰδιῶται δρᾶσαι, καὶ σφᾶς οὐ μετὰ πολὺ ἐπέλαβεν ἡ δίκη. ὅσοι δὲ ὁμοῦ Μαρδονίῳ τῆς στρατιᾶς τῆς Ξέρξου περὶ Βοιωτίαν ἐλείφθησαν, τοῖς παρελθοῦσιν αὐτῶν εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Καβείρων, τάχα μέν που καὶ χρημάτων μεγάλων ἐλπίδι, τὸ πλέον δὲ (ἐμοὶ δοκεῖ) τῇ ἐς τὸ θεῖον ὀλιγωρίᾳ, τούτοις παραφρονῆσαί τε συνέπεσεν αὐτίκα, καὶ ἀπώλοντο ἐς θάλασσάν τε καὶ ἀπὸ τῶν κρημνῶν ἑαυτοὺς ῥίπτοντες. Ἀλεξάνδρου δὲ, ὡς ἐνίκησε τῇ μάχῃ, Θήβας τε αὐτὰς καὶ σύμπασαν τὴν Θηβαΐδα διδόντος πυρὶ, ἄνδρες τῶν ἐκ Μακεδονίας ἐλθόντες ἐς τῶν Καβείρων τὸ ἱερὸν, ἅτε ἐν γῇ τῇ πολεμίᾳ, κεραυνοῖς τε ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἀστραπαῖς ἐφθάρησαν. οὕτω μὲν ἱερὸν τοῦτό ἐστιν ἐξ ἀρχῆς ἅγιον.

sent, inexpiabilis sceleris poenam effugere non potuisse, certissimis rerum eventis saepius compertum est. Nam quae Thebis fierent sacra, quum essent Naupacti profani homines ausi usurpare, non multo post fraudem luerunt. Ex illis etiam de Xerxis copiis, qui duce Mardonio in Boeotia stativa habuerunt, quae pars in Cabirorum fanum introire non dubitavit, vel ingentis praedae *allecti* cupiditate, vel potius (uti ego arbitror) ad numinis contemptum, subita *omnes* insania correpti partim se in mare abiecere, partim de praeruptis rupibus praecipites dedere. Quumque Alexander superatis praelio Thebanis urbem et agrum igni *ferroque* pervastasset, qui e Macedonibus intra Cabirorum fanum (velut in hostico) irruperunt, omnes aut fulminibus, aut e coelo *missis* ignibus exanimati sunt. Tanta fuit *iam tum* ab initio eius templi religio.

CAPUT XXVI.

Campus Teneri et templum Herculis Hippodoti — de Sphinge varia narratio — Onchesti reliquiae — urbs Thespia — signum Iovis Saotae et alia deorum signa Thespiae posita.

Τοῦ Καβειρίου δὲ ἐν δεξιᾷ πεδίον ἐστὶν ἐπώνυμον Τηνέρου μάντεως, ὃν Ἀπόλλωνος παῖδα εἶναι καὶ Μελίας νομίζουσι· καὶ Ἡρακλέους ἱερὸν μέγα, ἐπίκλησιν Ἱπποδέτου· τούς τε γὰρ Ὀρχομενίους φασὶν ἐς τοῦτο ἀφῖχθαι στρατιᾷ, καὶ τὸν Ἡρακλέα νύκτωρ τοὺς ἵππους λαβόντα συνδῆσαί σφισι τοὺς ὑπὸ τοῖς ἅρμασι. (2) Προελθόντων δὲ τὸ ὄρος ἐστὶν, ὅθεν τὴν Σφίγγα λέγουσιν ὁρμᾶσθαι ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν ἁρπαζομένων αἴνιγμα ᾄδουσαν. οἱ δὲ κατὰ λῃστείαν σὺν δυνάμει ναυτικῇ πλανωμένην φασὶν αὐτὴν ἐς τὴν πρὸς Ἀνθηδόνι σχεῖν θάλασσαν· καταλαβοῦσαν δὲ τὸ ὄρος τοῦτο, ἁρπαγαῖς χρῆσθαι, πρὶν ἐξεῖλεν Οἰδίπους αὐτὴν ὑπερβαλόμενος πλήθει στρατιᾶς, ἣν ἀφίκετο ἔχων ἐκ Κορίνθου. λέγεται δὲ καὶ, ὡς νόθη Λαΐου θυγάτηρ εἴη, καὶ ὡς τὸν χρησμὸν τῷ Κάδμῳ δοθέντα ἐκ Δελφῶν διδάξειεν αὐτὴν κατὰ εὔνοιαν ὁ

Cap. XXVI. Ad dexteram Cabirorum campus est, a Tenero vate, *Teneri* dictus: Apollinis hunc et Meliae filium fuisse putant. Est etiam magnum Herculis templum cognomento Hippodoti. Herculem enim aiunt, quum ab Orchomeno exercitus in hunc locum venisset, Orchomeniorum equos noctu apprehensos ad currus vinculis impedisse. (2) Paululum hinc abest mons, unde Sphingem fama fuit *ex insidiis* erumpere solitam, decantato aenigmate, quotquot illud solvere non potuissent, eos abreptos interemisse: etsi dicunt alii, eam cum navalibus copiis praedonum more palantem ad Anthedonem e mari applicuisse: deinde hoc monte occupato latrocinia exercuisse, usquedum eam Oedipus interfecit, numeroso exercitu, quem Corintho eduxerat, superatam. Traditum etiam est Laii notham fuisse filiam; quam pater oraculum, quod Delphis Cadmus acceperat, pro sua in illam bene-

Λάϊος· ἐπίστασθαι δὲ πρὶν τοὺς βασιλέας οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ μάντευμα. ὁπότε οὖν τῇ Σφιγγὶ ἀμφισβητήσων τις ἀφίκοιτο τῆς ἀρχῆς, (γενέσθαι γὰρ τῷ Λαΐῳ ἐκ παλλακῶν υἱούς, καὶ τὰ χρησθέντα ἐκ Δελφῶν ἐς Ἐπικάστην μόνην καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνης ἔχειν παῖδας) τὴν οὖν Σφίγγα χρῆσθαι σοφίσμασιν ἐς τοὺς ἀδελφούς, ὡς τὸν Κάδμῳ γενόμενον χρησμὸν εἰδεῖεν Λαΐου γε ὄντες· οὐκ ἔχοντας δὲ αὐτοὺς ἀποκρίνασθαι, θανάτῳ ζημιοῦν, ἅτε οὐ προσηκόντως ἀμφισβητοῦντας γένους τε καὶ ἀρχῆς. Οἰδίπους δὲ ἄρ' ἀφίκετο ὑπὸ ὀνείρατος δεδιδαγμένος τὸν
761 χρησμόν. (3) Ἀπὸ δὲ τοῦ ὄρους τούτου πέντε ἀπέχει καὶ δέκα σταδίους πόλεως ἐρείπια Ὀγχηστοῦ· φασὶ δέ, ἐνταῦθα οἰκῆσαι Ποσειδῶνος παῖδα Ὀγχηστόν. ἐπ' ἐμοῦ δὲ ναός τε καὶ ἄγαλμα Ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηστίου, καὶ τὸ ἄλσος, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐπήνεσε. (4) Τραπομένῳ δὲ ἀπὸ τοῦ Καβειρίου τὴν ἐν ἀριστερᾷ, καὶ προελ-

volentia edocuisset. Eo quidem tempore nihil aliud reges quam quod ex oraculo cognovissent, pro certo habere solitos. Quoties itaque de regno esset controversia, ad Sphingem consulendi causa finitimi ventitabant. Fuere Laio ex pellicibus filii: sed responsum illud Pythii Apollinis Epicastae tantum, et liberis, quos Laius ex ea suscepisset, notum aiunt fuisse. A Sphinge autem dolo fratres ita circumventos, ut ex ipsis quaereret, num datum Cadmo responsum, si Laii filii essent, cognitum haberent: quod si negassent, capite eos statim condemnabat, eo scilicet crimine, quod non essent ex ea gente, ad quam regnum, de quo disceptabant, pertineret. Venisse vero ad illam Oedipum, ex quodam somnio de oraculo edoctum. (3) A monte, de quo iam diximus, XV absunt stadia Onchesti urbis ruinae: ubi quondam habitasse dicunt Onchestum Neptuni filium. Aetate quidem mea delubrum et signum extat Neptuni Onchestii; et lucus, quem suis Homerus carminibus ornavit. (4) Qui deflexerint a Cabirorum ad sinistram, stadia circiter L, Thespiam

θόντι ὡς πεντήκοντα σταδίους, Θέσπια ὑπὸ τὸ ὄρος τὸν Ἑλικῶνα ᾤκισται· θυγατέρα δὲ εἶναι Θέσπιαν λέγουσιν Ἀσωποῦ, καὶ ἀπὸ ταύτης κληθῆναι τὴν πόλιν· οἱ δὲ Θέσπιόν φασιν ἐξ Ἀθηνῶν ἐλθόντα τὸ ὄνομα τῇ πόλει δοῦναι· γεγονέναι δὲ ἀπὸ Ἐρεχθέως αὐτόν. (5) Θεσπιεῦσι δὲ ἐν τῇ πόλει Σαώτου Διός ἐστι χαλκοῦν ἄγαλμα ἔτι. λέγουσι δὲ, ὡς λυμαινομένου τὴν πόλιν ποτὲ αὐτοῖς δράκοντος προστάξειεν ὁ θεὸς, τὸν κλήρῳ τῶν ἐφήβων κατὰ ἔτος ἕκαστον λαχόντα δίδοσθαι τῷ θηρίῳ. τῶν μὲν δὴ διαφθαρέντων μνημονεύειν τὰ ὀνόματα οὔ φασιν· ἐπὶ δὲ Κλεοστράτῳ λαχόντι τὸν ἐραστὴν αὐτοῦ Μενέστρατον λέγουσιν ἐπιτεχνήσασθαι. χαλκοῦν θώρακα ἐποιήσατο ἔχοντα ἐπὶ ἑκάστῃ τῶν φολίδων ἄγκιστρον ἐς τὸ ἄνω νεῦον· τοῦτον τὸν θώρακα ἐνδὺς, παρέδωκε τῷ δράκοντι ἑκουσίως αὑτόν. παραδοὺς δὲ ἀπολεῖσθαί τε καὶ αὐτὸς ἀπολεῖν ἔμελλε τὸ θηρίον. ἀντὶ τούτου μὲν τῷ Διῒ γέγονεν ἐπίκλησις Σαώτης. τὸ δὲ ἄγαλμα τὸ Διονύσου, καὶ αὖθις Τύχης, ἑτέρωθι δὲ Ὑγιείας· τὴν δὲ Ἀθηνᾶν τὴν Ἐργάνην καὶ αὐτὴν καὶ Πλοῦτόν οἱ παρεστηκότα ἐποίησε.*

pervenient. Urbs ea infra Heliconem montem condita fuit. A Thespia Asopi filia vocatam aiunt. Sunt qui dicant Thespium Athenis profectum urbi nomen dedisse, genus autem illum ab Erechtheo duxisse. (5) Est adhuc in oppido aeneum Saotae *(id est Servatoris)* Iovis signum. *Inde ortum habuit religio, quod,* quum in cives *insigni feritate* draco saeviret, deus imperaverit ephebos quotannis singulos sorte ductos ferae exponi: et *ceterorum* quidem qui periere nomina exoleverunt: eorum uni Cleostrato amatorem Menestratum loricam aeneam faciundam curasse, resupinatis extrorsum hamis consertam: eam loricam *puer* indutus, quum ultro draconi occurrisset, mortem quidem oppetiit, sed ipsam etiam feram exanimavit. Ex eo *rei eventu* Iovi Servatori cognomen extitit. Liberi signum, Fortunae deinceps, et Salubritatis, Minervam praeterea *cognomento* Erganen, et ei adsistentem Plutum fecit.

CAPUT XXVII.

De praecipuo Cupidinis cultu apud Thespienses — de Cupidinis natalibus varia narratio — de Cupidinis signis a Lysippo et Praxitele confectis eiusque recentiore signo — Venere et Phryne Praxitelis, aliisque memorandis Thespiae — Herculis templum et de Thestii filiabus narratio.

Θεῶν δὲ οἱ Θεσπιεῖς τιμῶσιν Ἔρωτα μάλιστα ἐξ ἀρχῆς· καί σφισιν ἄγαλμα παλαιότατόν ἐστιν ἀργὸς λίθος. ὅστις δὲ ὁ καταστησάμενος Θεσπιεῦσιν Ἔρωτα θεῶν σέβεσθαι μάλιστα, οὐκ οἶδα. σέβονται δὲ οὐδέν τι ἧσσον καὶ Ἑλλησποντίων Παριανοί, τὸ μὲν ἀνέκαθεν ἐξ Ἰωνίας καὶ Ἐρυθρῶν ἀπῳκισμένοι, τὰ δ' ἐφ' ἡμῶν τελοῦντες ἐς Ῥωμαίους. (2) Ἔρωτα δὲ ἄνθρωποι μὲν οἱ πολλοὶ νεώτατον θεῶν εἶναι, καὶ Ἀφροδίτης παῖδα ἥγηνται.
762 Λύκιος δὲ Ὠλήν, ὃς καὶ τοὺς ὕμνους τοὺς ἀρχαιοτάτους ἐποίησεν Ἕλλησιν, οὗτος ὁ Ὠλὴν ἐν Εἰλειθυίας ὕμνῳ μητέρα Ἔρωτος τὴν Εἰλείθυιάν φησιν εἶναι. Ὠλῆνος δὲ ὕστερον Πάμφως τε ἔπη καὶ Ὀρφεὺς ἐποίησαν· καί σφισιν ἀμφοτέροις πεποιημένα ἐστὶν ἐς Ἔρωτα, ἵνα ἐπὶ τοῖς δρωμένοις Λυκομίδαι καὶ ταῦτα ᾄδωσιν· ἐγὼ δὲ

Cap. XXVII. Venerantur Thespienses *iam tum* ab initio maxime deorum *omnium* Cupidinem; cuius est signum vetustissimum, rude quoddam saxum. Qui primus tantos apud Thespienses prae ceteris dis honores Cupidini habendos censuerit, compertum certe non habeo. Non minore vero cultu Pariani qui circa Hellespontum sunt, ex Ionia oriundi, (Erythris nempe huc colonia deducta: at nostra aetate Romanis parent) *eundem* prosequuntur *deum*. (2) Cupidinem certe vulgus hominum, natu deorum minimum et Veneris filium putant. Lycius vero Olen, qui antiquissimos Graecis fecit hymnos, in Lucinae hymno, matrem esse Cupidinis Lucinam ipsam dicit. Et qui post Olenem carmina fecerunt, Pamphus et Orpheus, de Cupidine uterque nonnulla versibus mandarunt suis, quae Lycomedi initiis celebrandis cantarentur. Ego sane illa

ἐπελεξάμην ἀνδρὶ ἐς λόγους δᾳδουχοῦντι, καὶ τῶν μὲν οὐ πρόσω ποιήσομαι μνήμην. Ἡσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐσποιήσαντα οἶδα γράψαντα, ὡς Χάος πρῶτον, ἐπὶ δὲ αὐτῷ Γῆ τε καὶ Τάρταρος καὶ Ἔρως γένοιτο. Σαπφὼ δὲ ἡ Λεσβία πολλά τε καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα ἀλλήλοις ἐς Ἔρωτα ᾖσε. (3) Θεσπιεῦσι δὲ ὕστερον χαλκοῦν εἰργάσατο Ἔρωτα Λύσιππος, καὶ ἔτι πρότερον τούτου Πραξιτέλης λίθου τοῦ Πεντελησίου, καὶ ὅσα μὲν εἶχεν ἐς Φρύνην καὶ τὸ ἐπὶ Πραξιτέλει τῆς γυναικὸς σόφισμα, ἑτέρωθι ἤδη μοι δεδήλωται. πρῶτον δὲ τὸ ἄγαλμα κινῆσαι τοῦ Ἔρωτος λέγουσι Γάϊον δυναστεύσαντα ἐν Ῥώμῃ, Κλαυδίου δὲ ὀπίσω Θεσπιεῦσιν ἀποπέμψαντος, Νέρωνα αὖθις δεύτερα ἀνάσπαστον ποιῆσαι· καὶ τὸν μὲν φλὸξ αὐτόθι διέφθειρε. τῶν δὲ ἀσεβησάντων ἐς τὸν θεὸν, ὁ μὲν ἀνθρώπῳ στρατιώτῃ διδοὺς ἀεὶ τὸ αὐτὸ σύνθημα μετὰ ὑπούλου χλευασίας, ἐς τοσοῦτο προήγαγε θυμοῦ τὸν ἄνθρωπον, ὥστε σύνθημα διδόντα αὐτὸν διεργάζεται. Νέρωνι δὲ παρεξῆς

legi, quum in colloquium venissem cum homine qui sacras deae lampadas praeferebat: sed prolixiorem de his non faciam mentionem. Hesiodum quidem, vel quicunque *is fuerit, qui a se scriptum* de origine deorum carmen Hesiodi nomine ediderit, *satis* scio prodidisse Chaos primum, Terram deinde, Tartarum et Cupidinem genitos. At Lesbia Sappho multa de Amore, et ea non satis inter se consentanea cecinit. (3) Thespiensibus post ex aere Cupidinem elaboravit Lysippus; et ante eum e marmore Pentelico Praxiteles. De Phrynes quidem in Praxitelem dolo alio iam loco res est a me exposita. Primum omnium *e sede sua* Cupidinem hunc *Thespiensem* amotum a Caio Romano Imperatore tradunt: Thespiensibus deinde remissum a Claudio, Nero iterum Romam reportavit; ibi est igni consumtus. Eorum vero, qui eius numen violaverant, alter a milite, cui tesseram *obscoenam* eandem semper per ludibrium dare solebat, est occisus: Nero

τὰ ἐς τὴν μητέρα ἐστὶ καὶ ἐς γυναῖκας γαμετὰς ἐναγῆ τε καὶ ἀνέραστα τολμήματα. τὸν δὲ ἐφ' ἡμῶν Ἔρωτα ἐν Θεσπιαῖς ἐποίησεν Ἀθηναῖος Μηνόδωρος, τὸ ἔργον τὸ Πραξιτέλους μιμούμενος. (4) Ἐνταῦθα καὶ αὐτοῦ
763 Πραξιτέλους Ἀφροδίτη καὶ Φρύνης ἐστὶν εἰκὼν, λίθου καὶ ἡ Φρύνη καὶ ἡ θεός. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρωθι Ἀφροδίτης Μελαινίδος ἱερὸν, καὶ θέατρόν τε καὶ ἀγορὰ θέας ἄξια· ἐνταῦθα Ἡσίοδος ἀνάκειται χαλκοῦς. τῆς ἀγορᾶς τε οὐ πόῤῥω Νίκη τε χαλκοῦ καὶ ναὸς Μουσῶν ἐστιν οὐ μέγας· ἀγάλματα δὲ ἐν αὐτῷ μικρὰ λίθου πεποιημένα. (5) Καὶ Ἡρακλέους Θεσπιεῦσίν ἐστιν ἱερόν· ἱερᾶται δὲ αὐτοῦ παρθένος, ἔςτ' ἂν ἐπιλάβῃ τὸ χρεὼν αὐτήν. αἴτιον δὲ τούτου φασὶν εἶναι τοιόνδε· Ἡρακλέα ταῖς θυγατράσι πεντήκοντα οὔσαις ταῖς Θεστίου συγγενέσθαι πάσαις πλὴν μιᾶς ἐν τῇ αὐτῇ νυκτί· ταύτην δὲ οὐκ ἐθελῆσαί οἱ τὴν μίαν μιχθῆναι· τὸν δὲ νομίζοντα δικάσαι, μένειν παρθένον πάντα αὐτὴν τὸν βίον ἱερωμένην αὐτῷ. ἐγὼ δὲ ἤκουσα μὲν καὶ ἄλλον λόγον, ὡς διὰ πασῶν

deinde in matrem et nuptas scelerata et ab amore longe aliena est ausus facinora. Qui aetate nostra Thespiis est Cupido, eum fecit Menodorus Atheniensis, Praxitelis opus imitatus. (4) Est eo ipso in loco Venus, et Phrynes effigies, utraque e marmore: *utramque* Praxiteles ipse fecit. In alia urbis parte est Melaenidis Veneris aedes; forum praeterea, et theatrum, valde quae spectentur digna. Ibi posita est Hesiodi ex aere statua: et non longe a foro, Victoria ex aere, et Musarum delubrum non utique magnum: signa in eo e lapide parva. (5) Habent Herculis etiam Thespienses templum: sacerdotio fungitur *puella*, ad extremum usque vitae tempus virginitatem retinens. Eius rei causam talem afferunt. Herculem tradunt Thestii filias quinquaginta (tot enim erant) eadem nocte constuprasse, una excepta: eam quum sola obsequi recusasset, sacerdotem sibi, perpetuae virginitatis lege data, legisse. Audivi tamen alios, qui om-

ὁ Ἡρακλῆς τῶν Θεστίου παρθένων διεξέλθοι τῇ αὐτῇ νυκτὶ, καὶ ὡς ἄρσενας παῖδας αὐτῷ πᾶσαι τέκοιεν, διδύμους δὲ ἥ τε νεωτάτη καὶ ἡ πρεσβυτάτη. ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἔστιν ὅπως ἡγήσομαι πιστὸν, Ἡρακλέα ἐπὶ τοσοῦτον ὀργῆς ἀνδρὸς φίλου θυγατρὶ ἀφικέσθαι. πρὸς δὲ καὶ, ἡνίκα ἦν μετ' ἀνθρώπων, τιμωρούμενός τε ἄλλους ὑβρίζοντας, καὶ μάλιστα, ὅσοι θεῶν ἀσεβεῖς ἦσαν, οὐκ ἂν αὐτός γε κατεστήσατο αὑτῷ ναόν τε καὶ ἱέρειαν ὥσπερ δὴ θεός. ἀλλὰ γάρ ἐφαίνετό μοι τὸ ἱερὸν τοῦτο ἀρχαιότερον ἢ κατὰ Ἡρακλέα εἶναι τὸν Ἀμφιτρύωνος, καὶ Ἡρακλέους τοῦ καλουμένων τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, οὗ δὴ καὶ Ἐρυθραίους τοὺς ἐς Ἰωνίαν καὶ Τυρίους ἱερὰ ἔχοντας εὕρισκον. οὐ μὴν οὐδ' οἱ Βοιωτοὶ τοῦ Ἡρακλέους ἠγνόουν τοῦτο τὸ ὄνομα· ὅπου γε αὐτοὶ τῆς Μυκαλησσίας Δήμητρος Ἡρακλεῖ τῷ Ἰδαίῳ τὸ ἱερὸν ἐπιτετράφθαι λέγουσιν.

nes *plane* Thestii *quinquaginta* filias ab Hercule eadem *una* nocte vitiatas, et ei singulas mares filios peperisse narrarent; et quidem geminos, natu maximam, et minimam. Ego vero adduci nunquam possim ut credam, Herculem in amici hominis filiam ira tam acri incitari potuisse. Praeterea qui, dum inter homines esset, aliorum iniurias, et in deos in primis impietatem est *severe* ultus, qui sibi ipse aut templum aedificandum curasset, aut sacerdotio demandato, se pro deo haberi voluisset? Sed *omnino* hoc mihi templum *multo* vetustius esse visum est, quam ut Herculis, qui Amphitruonis fuit, aetate dedicatum existimari possit. *Et haud scio, an* Herculi *potius*, qui de Idaeis Dactylis unus fuit, *templi eius dedicatio sit tribuenda*, quum et Erythraeos in Ionia, et Tyrios *sua* illi templa erexisse noverim. Neque vero Boeoti istius Herculis nomen ignorarunt, quum Cereris Mycalessiae dicant aedem Idaeo Herculi commissam.

CAPUT XXVIII.

De monte Helicone — serpentum veneni varia natura.

Ὁ δὲ Ἑλικὼν ὀρῶν τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐν τοῖς μάλιστά ἐστιν εὔγεως καὶ δένδρων ἀνάπλεως· καὶ οἱ τῆς ἀνδράχνου 764 θάμνοι παρέχονται τῶν πανταχοῦ καρπὸν ἥδιστον. λέγουσι δὲ οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκοῦντες, καὶ ἁπάσας ἐν τῷ ὄρει τὰς πόας, καὶ τὰς ῥίζας ἥκιστα ἐπὶ ἀνθρώπου θανάτῳ φύεσθαι. καὶ δὴ καὶ τοῖς ὄφεσι τὸν ἰὸν ποιοῦσιν ἐνταῦθα ἀσθενέστερον αἱ νομαί· ὥστε καὶ διαφεύγουσι τὰ πολλὰ οἱ δηχθέντες ἢ ἀνδρὶ Λίβυϊ γένους τοῦ Ψύλλων, ἢ καὶ ἄλλως προσφόροις ἢν ἐπιτύχωσι τοῖς φαρμάκοις. (2) Ἔστι μὲν δὴ ὁ ἰὸς τοῖς ἀγριωτάτοις τῶν ὄφεων, καὶ ἄλλως ὀλέθριος ἔς τε ἀνθρώπους καὶ ζῶα ὁμοίως τὰ πάντα. συντελοῦσι δὲ οὐχ ἥκιστα ἐς ἰσχὺν σφισι τοῦ ἰοῦ καὶ αἱ νομαί· ἐπείτοι καὶ ἀνδρὸς ἀκούσας οἶδα Φοίνικος, ὡς ἐν τῇ ὀρεινῇ τῇ Φοινίκης ἀγριωτέρους τοὺς ἔχεις ποιοῦσιν αἱ ῥίζαι. ἔφη δὲ ἄνθρωπον ἰδεῖν αὐτὸς ἀποφεύγοντα ὁρμὴν ἔχεως· καὶ

Cap. XXVIII. Helicon montium, qui in Graecia sunt, *omnium*, praestat soli bonitate, et arborum crebritate. In eo portulacae frutices passim longe suavissimi saporis fructum ferunt. Aiunt incolae, earum quae ibi gignuntur herbarum, aut radicum, nullas omnino esse homini mortiferas: quin et serpentum virus loci eius pastionibus infirmari; *atque adeo, ut*, si quem serpens ulla momorderit, is ubi vel de genere Psyllorum, qui in Africa sunt, quenquam, aut aliquod ad id effectum medicamentum nancisci potuerit, facile periculo liberetur. (2) Est alioqui teterrimae cuiusque serpentis venenum, et homini, et ceteris aeque animantibus per se lethale: fit vero illud ex pabuli *natura* ad perniciem valentius. Audivi siquidem Phoenicem hominem, quum diceret, in montana Phoenices parte radicum *quarundam* pastu viperas magis efferari. Quin etiam se vidisse affirmabat hominem,

τὸν μὲν ἐπί τι ἀναδραμεῖν δένδρον, τὸν δὲ ἔχιν ὡς ἦλθεν ὕστερος, ἀποπνεῦσαι πρὸς τὸ δένδρον τοῦ ἰοῦ, καὶ οὐ ζῆν ἔτι τὸν ἄνθρωπον. τούτου μὲν τοιαῦτα ἤκουσα. ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῇ Ἀράβων ὅσοι τῶν ἔχεων περὶ τὰ δένδρα τὰ βάλσαμα οἰκοῦσι, τοιάδε ἄλλα ἐς αὐτοὺς συμβαίνοντα οἶδα. μέγεθος μὲν κατὰ μυρσίνης θάμνον τὰ βάλσαμά ἐστι, φύλλα δὲ αὐτοῖς κατὰ τὴν πόαν τὸ σάμψουχον. ἔχεων δὲ τῶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ καθ' ὁπόσους, καὶ πλείονες καὶ ἐλάσσονες ὑπὸ ἕκαστον αὐλίζονται δένδρον· τροφὴ γὰρ αὐτοῖς ὁ τῶν βαλσάμων ἐστὶν ὀπὸς ἥδιστη· καὶ ἔτι καὶ ἄλλως τῇ σκιᾷ τῶν φυτῶν χαίρουσιν. ἐπὰν οὖν συλλέγειν τοῦ βαλσάμου τὸν ὀπὸν ἀφίκηται τοῖς Ἄραψιν ὥρα, ξύλων δύο ἕκαστος σκυτάλας ἐπὶ τοὺς ἔχεις ἐσφέρει, κροτοῦντες δὲ τὰ ξύλα, ἀπελαύνουσι τοὺς ἔχεις· ἀποκτείνειν δὲ αὐτοὺς οὐκ ἐθέλουσιν ἱεροὺς τῶν βαλσάμων νομίζοντες. ἢν δὲ καὶ ὑπὸ ἔχεων δηχθῆ- 765
ναί τῳ συμβῇ, τὸ μὲν τραῦμά ἐστιν, ὁποῖον καὶ ὑπὸ σιδήρου, δεῖμα δὲ ἄπεστι τὸ ἀπὸ τοῦ ἰοῦ· ἅτε γὰρ

qui, ut insequentis viperae impetum declinaret, in arborem quandam celeri se fuga receperit; viperamque paulo post, quum asse quihominem non posset, venenum arbori afflasse, et hominem mox vivere desiisse. Haec ille. De viperis vero iis, quae in Arabia inter balsami arbores versantur, diversum quiddam accepi: id huiusmodi est. Sunt balsami arbores ea qua myrti stirpes magnitudine: folia illis, qualia herbae amaraco. Habent sua circa eas plantas cubilia viperae, plures uno, alio pauciores loco: est enim eis balsami liquor cibus multo suavissimus: ipsa etiam fruticis umbra maxime delectantur. Ubi sua fuerit legendo humori tempestivitas, veniunt *in sacrum lucum* Arabes cum binis ligneolis bacillis singuli; earum complosu bestias fugant: occidi vero *magna* est religio, quod sacras, *et genios veluti quosdam* esse balsami putant. Quod si quem morsu appetierint, plaga est qualis e ferri vulnere, sed

σιτουμένοις τοῖς ἔχεσι μύρων τὸ εὐοσμότατον μετακεράννυσί σφισιν ἐκ τοῦ θανατώδους ἐς τὸ ἠπιώτερον ὁ ἰός. ταῦτα μὲν δὴ ἔχοντά ἐστιν οὕτω.

CAPUT XXIX.

De Ephialte, Oto et urbe Ascra — Musis, earum nominibus numeroque, ac de Piero — memorandis Heliconis, fonte Aganippe, Eupheme Musarum nutrice, et de Lino.

Θῦσαι δὲ ἐν Ἑλικῶνι Μούσαις πρώτους, καὶ ἐπονομάσαι τὸ ὄρος ἱερὸν εἶναι Μουσῶν Ἐφιάλτην καὶ Ὦτον λέγουσιν, οἰκίσαι δὲ ἑαυτοὺς καὶ Ἄσκρην, καὶ δὴ καὶ Ἡγησίνους ἐπὶ τῷδε ἐν τῇ Ἀτθίδι ἐποίησεν·

"Ἄσκρῃ δ' αὖ παρέλεκτο Ποσειδάων ἐνοσίχθων·
Ἣ δή οἱ τέκε παῖδα περιπλομένων ἐνιαυτῶν
Οἴοκλον, ὃς πρῶτος μετ' Ἀλωέος ἔκτισε παίδων
Ἄσκρην, ἥθ' Ἑλικῶνος ἔχει πόδα πιδακόεντα.

ταύτην τοῦ Ἡγησίνου τὴν ποίησιν οὐκ ἐπελεξάμην· ἀλ-

---

veneni omnino expers, quod scilicet balsami pastu, liquoris *unius omnium* odore praestantissimi, veneni *acerbitas illa pristina* mitescit. Et haec quidem ita se habent.

Cap. XXIX. In Helicone primos *omnium* sacra Musis fecisse, et Musis eum montem consecrasse Ephialten et Otum tradunt. Eosdem etiam Ascram condidisse. Hegesinous in eo quod de Attica terra scripsit poëmate, *his versibus* indicavit:

Ast Ascrae optato potitur Neptunus amore:
Mox illi quae progenuit volventibus annis
Oeoclum, natis olim qui iunctus Aloei,
Udi ad radices Heliconis condidit Ascran.

Hanc Hegesinoi poesim ego nunquam legi, quando ante

λὰ πρότερον ἄρα ἐκλελοιπυῖα ἦν, πρὶν ἢ ἐμὲ γενέσθαι. Κάλλιππος δὲ Κορίνθιος ἐν τῇ ἐς Ὀρχομενίους συγγραφῇ μάρτυρα ποιεῖται τῷ λόγῳ τὰ Ἡγησίνου τὰ ἔπη· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡμεῖς πεποιήμεθα παρ' αὐτοῦ Καλλίππου διδαχθέντες. Ἄσκρης μὲν δὴ πύργος εἷς ἐπ' ἐμοῦ, καὶ ἄλλο οὐδὲν, ἐλείπετο ἐς μνήμην. (2) Οἱ δὲ τοῦ Ἀλωέως παῖδες ἀριθμόν τε Μούσας ἐνόμισαν εἶναι τρεῖς, καὶ ὀνόματα αὐτοῖς ἔθεντο Μελέτην, καὶ Μνήμην, καὶ Ἀοιδήν. χρόνῳ δὲ ὕστερόν φασι Πίερον Μακεδόνα, ἀφ' οὗ καὶ Μακεδόσιν ὠνόμασται τὸ ὄρος, τοῦτον ἐλθόντα ἐς Θεσπιὰς, ἐννέα τε Μούσας καταστήσασθαι, καὶ τὰ ὀνόματα τὰ νῦν μεταθέσθαι σφίσι. ταῦτα δὲ ἐνόμιζεν οὕτως ὁ Πίερος, ἢ σοφώτερά οἱ εἶναι φανέντα, ἢ κατά τι μάντευμα, ἢ παρά του διδαχθεὶς τῶν Θρᾳκῶν· δεξιώτερον γὰρ τά τε ἄλλα ἐδόκει τοῦ Μακεδονικοῦ τὸ ἔθνος εἶναι πάλαι τὸ Θρᾴκιον, καὶ οὐχ ὁμοίως ἐς τὰ θεῖα ὀλίγωρον. εἰσὶ δ' οἳ καὶ αὐτῷ θυγατέρας ἐννέα

me natum prorsus evanuerat: sed Callippus Corinthius in historia quam de Orchomeniorum rebus conscripsit, eorum Hegesinoi versuum testimonio utitur: eos itaque nos ab ipso Callippo sumsimus. Ascrae aetate mea turris unica reliqua fuit, et praeterea nihil quod posset memoriae prodi. (2) Aloei quidem filii Musas numero tres *religione* sanxerunt, nomina vero illis imposuerunt, Meleten, Mnemen, et Aoeden: *quasi dicas, meditationem, memoriam, et cantionem.* Tempore dein *satis multo* post, Pierum Macedonem ferunt, a quo uni de Macedoniae montibus nomen, quum Thespias venisset, ut novem Musae hisce quibus nunc appellantur nominibus colerentur instituisse: aut quod rectius id duxisset, aut quod ex oraculo quopiam id ei imperatum fuisset, aut *postremo* quod ea in re Thracum esset disciplinam secutus: Thracica enim gens olim Macedonicam dexteritate cum aliis in rebus antecellere videbatur, tum in rebus divinis haud pari atque Macedones erant

Πιέρῳ γενέσθαι λέγουσι, καὶ τὰ ὀνόματα, ἅπερ ταῖς
766 *θεαῖς, τεθῆναι καὶ ταύταις· καὶ ὅσοι Μουσῶν παῖδες*
ἐκλήθησαν ὑπὸ Ἑλλήνων, θυγατριδοῦς εἶναι σφᾶς Πιέ-
ρου· Μίμνερμος δὲ ἐλεγεῖα ἐς τὴν μάχην ποιήσας τὴν
Σμυρναίων πρὸς Γύγην τε καὶ Λυδοὺς, φησὶν ἐν τῷ
προοιμίῳ, θυγατέρας Οὐρανοῦ τὰς ἀρχαιοτέρας Μού-
σας, τούτων δὲ ἄλλας νεωτέρας εἶναι Διὸς παῖδας. (3) *Ἐν*
Ἑλικῶνι δὲ πρὸς τὸ ἄλσος ἰόντι τῶν Μουσῶν, ἐν ἀριστερᾷ
μὲν ἡ Ἀγανίππη πηγή· θυγατέρα δὲ εἶναι τὴν Ἀγανίπ-
πην τοῦ Περμησσοῦ λέγουσι· ῥεῖ δὲ καὶ οὗτος ὁ Περ-
μησσὸς περὶ τὸν Ἑλικῶνα. τὴν δὲ εὐθεῖαν ἐρχομένῳ
πρὸς τὸ ἄλσος ἐστιν εἰκὼν Εὐφήμης ἐπειργασμένη λίθῳ·
τροφὸν δὲ εἶναι τὴν Εὐφήμην λέγουσι τῶν Μουσῶν·
ταύτης τε οὖν εἰκὼν καὶ μετ' αὐτὴν Λίνος ἐστὶν ἐν πέ-
τρᾳ μικρᾷ σπηλαίου τρόπον εἰργασμένῃ· τούτῳ κατὰ
ἔτος ἕκαστον πρὸ τῆς θυσίας τῶν Μουσῶν ἐναγίζουσι.
λέγεται δὲ, ὡς ὁ Λίνος οὗτος παῖς μὲν Οὐρανίας εἴη,
καὶ Ἀμφιμάρου τοῦ Ποσειδῶνος, μεγίστην δὲ τῶν τε

incuria. Sunt qui Pierum ipsum filias novem habuisse dicant, easque de Musarum nominibus appellasse; et quotquot a Graecis Musarum filii sunt appellati, eos Pieri e filiabus nepotes fuisse. At Mimnermus, qui elegis pugnam Smyrnaeorum contra Gygen et Lydos conscripsit, in ipsa operis ingressione prima antiquiores Musas Coeli, alias illis natu posteriores Iovis filias memorat. (3) In Helicone qua iter ad Musarum lucum, ad laevam fons est Aganippe: filiam Aganippen Termessi fuisse dicunt: circumfluit autem hic Termessus Heliconem. Recta ad lucum *Musarum* pergentibus est Euphemes effigies in lapide sculpta. Fuisse Euphemen tradunt Musarum nutricem. Est illi proxima Lini statua e parvo saxo in speluncae modum cavato prominens: huic parentant quotannis, antequam sacra Musis faciant. Genitum Linum Amphimaro Neptuni filio ex Urania *vulgo* proditum est: Musices eum gloria supe-

ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ ὅσοι πρότερον ἐγένοντο, λάβοι δόξαν ἐπὶ μουσικῇ· καὶ ὡς Ἀπόλλων ἀποκτείνειεν αὐτὸν ἐξισούμενον κατὰ τὴν ᾠδήν. ἀποθανόντος δὲ τοῦ Λίνου, τὸ ἐπ' αὐτῷ πένθος διῆλθεν ἄρα καὶ ἄχρι τῆς βαρβαρικῆς, ὡς καὶ Αἰγυπτίοις ᾆσμα γενέσθαι Λίνον· καλοῦσι δὲ τὸ ᾆσμα Αἰγύπτιοι τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ Μανέρων. οἱ δὲ Ἕλλησιν ἔπη ποιήσαντες, Ὅμηρος μὲν, ἅτε ᾆσμα Ἕλλησιν ὂν ἐπιστάμενος τοῦ Λίνου τὰ παθήματα, ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως ἔφη τῇ ἀσπίδι ἄλλα τε ἐργάσασθαι τὸν Ἥφαιστον καὶ κιθαρῳδὸν παῖδα ᾄδοντα τὰ ἐς Λίνον·

Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ
Ἱμερόεν κιθάριζε, Λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν.

Πάμφως δὲ, ὃς Ἀθηναίοις τῶν ὕμνων ἐποίησε τοὺς 767.
ἀρχαιοτάτους, οὗτος ἀκμάζοντος ἐπὶ τῷ Λίνῳ τοῦ πένθους Οἰτόλινον ἐκάλεσεν αὐτόν. Σαπφὼ δὲ ἡ Λεσβία τοῦ Οἰτολίνου τὸ ὄνομα ἐκ τῶν ἐπῶν τῶν Πάμφω μαθοῦσα Ἄδωνιν ὁμοῦ καὶ Οἰτόλινον ᾖσε. Θηβαῖοι δὲ

riores omnes anteisse, et ab Apolline, cui se cantu conferebat, occisum. De Lini quidem morte ad Barbaras etiam gentes luctus pervenit: siquidem apud Aegyptios carmen usurpatum est, *quod* Linum *Graeci dixerunt:* appellarunt ipsi tamen Aegyptii id patria voce Manerωn: sed Graeci poetae, *et in primis* Homerus, eius cantilenae tanquam Graecae mentionem fecerunt. Quum enim Lini casus cognitos haberet, in Achillis scuto Vulcanum inter alia caelasse commentus est puerum fidibus canentem Linum:

Quos inter medios iuvenis testudine dulci,
Suave Linum arguto cecinit modulamine pulchrum.

At Pamphus, qui Atheniensibus hymnos antiquissimos fecit increbrescente ob Lini mortem luctu, Oetolinum (*id est Flebilemlinum*) dixit; Sappho deinde Lesbia, sumto e Pamphi versibus Oetolini nomine, Adonim *ip-*

Πιέρῳ γενέσθαι λέγουσι, καὶ τὰ ὀνόματα, ἅπερ ταῖς
766 *θεαῖς, τεθῆναι καὶ ταύταις· καὶ ὅσοι Μουσῶν παῖδες*
ἐκλήθησαν ὑπὸ Ἑλλήνων, θυγατριδοῦς εἶναι σφᾶς Πιέ-
ρου· Μίμνερμος δὲ ἐλεγεῖα ἐς τὴν μάχην ποιήσας τὴν
Σμυρναίων πρὸς Γύγην τε καὶ Λυδοὺς, φησὶν ἐν τῷ
προοιμίῳ, θυγατέρας Οὐρανοῦ τὰς ἀρχαιοτέρας Μού-
σας, τούτων δὲ ἄλλας νεωτέρας εἶναι Διὸς παῖδας. (3) *Ἐν*
Ἑλικῶνι δὲ πρὸς τὸ ἄλσος ἰόντι τῶν Μουσῶν, ἐν ἀριστερᾷ
μὲν ἡ Ἀγανίππη πηγή· θυγατέρα δὲ εἶναι τὴν Ἀγανίπ-
πην τοῦ Περμησσοῦ λέγουσι· ῥεῖ δὲ καὶ οὗτος ὁ Περ-
μησσὸς περὶ τὸν Ἑλικῶνα. τὴν δὲ εὐθεῖαν ἐρχομένῳ
πρὸς τὸ ἄλσος ἐστὶν εἰκὼν Εὐφήμης ἐπειργασμένη λίθῳ·
τροφὸν δὲ εἶναι τὴν Εὐφήμην λέγουσι τῶν Μουσῶν·
ταύτης τε οὖν εἰκὼν καὶ μετ' αὐτὴν Λίνος ἐστὶν ἐν πέ-
τρᾳ μικρᾷ σπηλαίου τρόπον εἰργασμένῃ· τούτῳ κατὰ
ἔτος ἕκαστον πρὸ τῆς θυσίας τῶν Μουσῶν ἐναγίζουσι.
λέγεται δὲ, ὡς ὁ Λίνος οὗτος παῖς μὲν Οὐρανίας εἴη,
καὶ Ἀμφιμάρου τοῦ Ποσειδῶνος, μεγίστην δὲ τῶν τε

incuria. Sunt qui Pierum ipsum filias novem habuisse dicant, easque de Musarum nominibus appellasse; et quotquot a Graecis Musarum filii sunt appellati, eos Pieri e filiabus nepotes fuisse. At Mimnermus, qui elegis pugnam Smyrnaeorum contra Gygen et Lydos conscripsit, in ipsa operis ingressione prima antiquiores Musas Coeli, alias illis natu posteriores Iovis filias memorat. (3) In Helicone qua iter ad Musarum lucum, ad laevam fons est Aganippe: filiam Aganippen Termessi fuisse dicunt: circumfluit autem hic Termessus Heliconem. Recta ad lucum *Musarum* pergentibus est Euphemes effigies in lapide sculpta. Fuisse Euphemen tradunt Musarum nutricem. Est illi proxima Lini statua e parvo saxo in speluncae modum cavato prominens: huic parentant quotannis, antequam sacra Musis faciant. Genitum Linum Amphimaro Neptuni filio ex Urania *vulgo* proditum est: Musices eum gloria supe-

CAPUT XXX.

De Musarum aliorumque signis in Helicone — poetarum Musicae laude celebratorum signis — de Orpheo varia narratio — de fluvio Helicone — urbe Libethra et Orphei monumento — Lycomidis.

Ταῖς Μούσαις δὲ ἀγάλματα μὲν πρῶτά ἐστι Κηφισοδότου τέχνη πάσαις. προελθόντι δὲ οὐ πολὺ, τρεῖς μέν εἰσιν αὖθις Κηφισοδότου, Στρογγυλίωνος δὲ ἕτερα τοσαῦτα, ἀνδρὸς βοῦς καὶ ἵππους ἄριστα εἰργασμένου· τὰς δὲ ὑπολοίπους τρεῖς ἐποίησεν Ὀλυμπιοσθένης. καὶ Ἀπόλλων χαλκοῦς ἐστιν ἐν Ἑλικῶνι καὶ Ἑρμῆς μαχόμενοι περὶ τῆς λύρας· καὶ Διόνυσος, ὁ μὲν Λυσίππου· τὸ δὲ ἄγαλμα ἀνέθηκε Σύλλας τοῦ Διονύσου τὸ ὀρθὸν, ἔργον τῶν Μύρωνος, θέας μάλιστα ἄξιον μετά γε τὸν Ἀθήνησιν Ἐρεχθέα· ἀνέθηκε δὲ οὐκ οἴκοθεν, Ὀρχομενίους δὲ ἀφελόμενος τοὺς Μινύας· τοῦτό ἐστι τὸ ὑπὸ Ἑλλήνων λεγόμενον θυμιάμασιν ἀλλοτρίοις τὸ θεῖον σέβεσθαι. (2) Ποιητὰς δὲ ἢ καὶ ἄλλως ἐπιφανεῖς ἐπὶ μουσικῇ, τόσων εἰκόνας ἀνέθεσαν· Θάμυριν μὲν αὐτόν

Cap. XXX. Musarum signa antiquiorum Cephisodoti sunt opus. Paulo hinc longius Cephisodoti aliae sunt Musae tres: Strongylionis totidem hominis qui boves et equos *unus omnium* optime expressit: reliquas tres fecit Olympiosthenes. Est praeterea in Helicone Apollo aeneus, et Mercurius, de Lyra inter se litigantes: Bacchus etiam Lysippi: nam erecto statu Liberi Patris simulacrum dedicavit Sylla, *omnium* Myronis operum (Erechtheo, qui Athenis est, excepto) longe quod spectetur dignissimum. Neque vero de suo *Sylla* donum dedit, sed *illud* Orchomeniis Minyis eripuit. Hoc illud est Graecis ursurpatum *verbum*, Deos alienis suffimentis venerari. (2) Poetarum etiam, et aliorum Musicae laude insignium virorum, illic statuas videas: *inter eos* Thamyrin iam caecum fractam lyram attrectantem:

τε ἤδη τυφλὸν, καὶ λύρας κατεαγυίας ἐφαπτόμενον·
768 Ἀρίων δὲ Μηθυμναῖός ἐστιν ἐπὶ δελφῖνος. ὁ δὲ Σακάδα τοῦ Ἀργείου τὸν ἀνδριάντα πλάσας, οὐ συνιεὶς Πινδάρου τὸ ἐς αὐτὸν προοίμιον, ἐποίησεν οὐδὲν ἐς τὸ μῆκος τοῦ σώματος εἶναι τῶν αὐλῶν μείζονα τὸν αὐλητήν. κάθηται δὲ καὶ Ἡσίοδος κιθάραν ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχων, οὐδέν τι οἰκεῖον Ἡσιόδῳ φόρημα· δῆλα γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν, ὅτι ἐπὶ ῥάβδῳ δάφνης ᾖδε. περὶ δὲ Ἡσιόδου τε ἡλικίας καὶ Ὁμήρου πολυπραγμονήσαντι ἐς τὸ ἀκριβέστατον οὔ μοι γράφειν ἡδὺ ἦν, ἐπισταμένῳ τὸ φιλαίτιον ἄλλων τε καὶ οὐχ ἥκιστα, ὅσοι κατ' ἐμὲ ἐπὶ ποιήσει τῶν ἐπῶν καθεστήκεσαν. (3) Ὀρφεῖ δὲ τῷ Θρᾳκὶ πεποίηται μὲν παρεστῶσα αὐτῷ Τελετὴ, πεποίηται δὲ περὶ αὐτὸν λίθου τε καὶ χαλκοῦ θηρία ἀκούοντα ᾄδοντος. πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα πιστεύουσιν οὐκ ὄντα Ἕλληνες, καὶ δὴ καὶ Ὀρφέα Καλλιόπης τε εἶναι Μούσης, καὶ οὐ τῆς Πιέρου, καὶ οἱ τὰ θηρία ἰέναι πρὸς τὸ μέλος ψυχαγωγούμενα· ἐλθεῖν δὲ καὶ ἐς τὸν ᾅδην ζῶντα

Arion Methymnaeus delphino insidet: Sacadae vero Argivi qui effigiem finxit, quod Pindari de eo carminis exordium non intellexit, corporis magnitudine nihilo tibicinem tibiis grandiorem fecit. Sedet ibidem Hesiodus citharam genibus sustinens: quod tamen non fuit eius gestamen, quum (sicuti licet eius versibus colligere) ad Lauri virgam caneret. De Hesiodi vero et Homeri aetate, etsi mihi sunt omnia diligentius conquisita, non est tamen libitum meam ea de re sententiam explicare, quum sciam et alios et eos inprimis qui nostro tempore ad conscribenda poemata se applicant, contentiosos esse. (3) Thracio quidem Orpheo mysterii simulacrum adsistit: circumstant canentem ferae im marmore et aere expressae. Graeci alia multa quae nunquam evenerunt pro veris habent, et illud *inter cetera*, Orpheum Calliopes filium fuisse, Musae *scilicet*, non eius quae Pieri filia fuerit: allicere solitum cantu feras: eundem ad in-

αὐτὸν παρὰ τῶν κάτω θεῶν τὴν γυναῖκα αἰτοῦντα. ὁ δὲ Ὀρφεὺς (ἐμοὶ δοκεῖν) ὑπερεβάλετο ἐπῶν κόσμῳ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ μέγα ἦλθεν ἰσχύος, οἷα πιστευόμενος εὑρηκέναι τελετὰς θεῶν, καὶ ἔργων ἀνοσίων καθαρμοὺς, νόσων τε ἰάματα καὶ τροπὰς μηνιμάτων θείων. τὰς δὲ γυναῖκάς φασι τῶν Θρᾳκῶν ἐπιβουλεύειν μὲν αὐτῷ θάνατον, ὅτι σφῶν τοὺς ἄνδρας ἀκολουθεῖν ἔπεισεν αὐτῷ πλανωμένῳ, φόβῳ δὲ τῶν ἀνδρῶν οὐ τολμᾷν· ὡς δὲ ἐνεφορήσαντο οἴνου, ἐξεργάζονται τὸ τόλμημα, καὶ τοῖς ἀνδράσιν ἀπὸ τούτου κατέστη μεθυσκομένους ἐς τὰς μάχας χωρεῖν. εἰσὶ δὲ, οἵ φασι κεραυνωθέντι ὑπὸ τοῦ θεοῦ συμβῆναι τὴν τελευτὴν Ὀρφεῖ· κεραυνωθῆναι δὲ αὐτὸν τῶν λόγων εἵνεκα, ὧν ἐδίδασκεν ἐν τοῖς μυστηρίοις οὐ πρότερον ἀκηκοότας ἀνθρώπους. ἄλλοις δὲ προειρημένον ἐστὶν, ὡς προαποθανούσης οἱ τῆς γυναικὸς, ἐπὶ τὸ Ἄορνον δι' αὐτὴν τὸ ἐν τῇ Θεσπρωτίδι 769 ἀφίκετο· εἶναι γὰρ πάλαι νεκυομαντεῖον αὐτόθι· νο-

feros vivum descendisse, quo exoratis inferum diis uxorem reciperet. Atenim opinione mea Orpheus carminis concinnitate *omnes* qui ante ipsum fuerunt, *longo* superavit *intervallo.* Magnam autem *ex - eo* est auctoritatem consecutus, quod et deorum initia, et nefariorum facinorum expiationes creditus est adinvenisse: morborum etiam remedia, et iratorum numinum placationes. Thracum vero foeminas insidias ei *primum* fecisse, quod secum viros *quacunque* errans *huc illuc* traheret, virorum tamen metu non *statim* ausas *facinus perpetrare*: deinde mero *largius* hausto, quod cogitaverant, perfecisse. Ex eo institutum, ut viri *non nisi* temulenti ad praelia exirent. Sunt qui dicant fulmine ictum concidisse: hoc mortis genere peremptum, quod initiorum arcana profanis et rudibus hominibus tradidisset. Est et illud memoriae proditum, uxore mortua venisse illum ad Aornum Thesprotiae, quod ibi pervetus esset per umbrarum evocationem oraculum: ibi quum Eurydices

μίζοντα δὲ οἱ ἕπεσθαι τῆς Εὐρυδίκης τὴν ψυχὴν καὶ ἁμαρτόντα, ὡς ἐπεστράφη, αὐτόχειρα αὐτὸν ὑπὸ λύπης αὐτοῦ γενέσθαι. λέγουσι δὲ οἱ Θρᾷκες, αἳ τῶν ἀηδόνων ἔχουσι νεοσσιὰς ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Ὀρφέως, ταύτας ἥδιον καὶ μεῖζόν τι ᾄδειν. Μακεδόνων δὲ οἱ χώραν τὴν ὑπὸ ὄρος τὴν Πιερίαν ἔχοντες καὶ πόλιν Δῖον φασίν, ὑπὸ τῶν γυναικῶν γενέσθαι τὴν τελευτὴν ἐνταῦθα τῷ Ὀρφεῖ. ἰόντι δὲ ἐκ Δίου τὴν ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ στάδια προεληλυθότι εἴκοσι, κίων τέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ, καὶ ἐπίθημα ἐπὶ τῷ κίονι, ὑδρία λίθου· ἔχει δὲ τὰ ὀστᾶ τοῦ Ὀρφέως ἡ ὑδρία, καθὰ οἱ ἐπιχώριοι λέγουσιν. (4) Ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς Ἑλικὼν ἄχρι σταδίων ἑβδομήκοντα πέντε· προελθόντι δὲ τὸ ῥεῦμα ἀφανίζεται τὸ ἀπὸ τούτου κατὰ τῆς γῆς· διαλεῖπον δὲ μάλιστα δύο καὶ εἴκοσι στάδια, ἄνεισι τὸ ὕδωρ αὖθις, καὶ ὄνομα Βαφύρας ἀντὶ Ἑλικῶνος λαβὼν, κάτεισιν ἐς θάλασσαν ναυσίπορος. τοῦτον οἱ Διασταὶ τὸν ποταμὸν ἐπιῤῥεῖν διὰ παντὸς τῇ γῇ τὰ ἐξαρχῆς φασι, τὰς γυναῖκας δὲ, αἳ τὸν

animam sequi se putasset, et sua se opinione falsum respiciens animadvertisset, ultro sibi ipsi, moerore confectum, manus conscivisse. Addunt Thraces, luscinias, quae circa Orphei sepulcrum nidos habeant, suaviores *quam ceteras*, et vocaliores cantus edere. Macedones vero qui subiectam Pieriae monti terram incolunt, et urbem Dion, eo ipso in loco a foeminis occisum Orpheum autumant. A Dio montem versus stadia XX progressis, columna est ad dexteram: superimposita columnae est lapidea urna: in ea Orphei ossa condita esse, regionis eius incolae dicunt. (4) Praeterfluit *hunc locum* Helicon amnis. Is ultra stadium LXXV, infra terram se abdit: occulto dein meatu stadia XXII elapsus, se denuo ostendit, et Baphyrae nomine pro Helicone sumto, in mare se navigabilis infert. Hunc amnem Diatae aperto quondam alveo decurrisse aiunt: *ab eo vero primum tempore*, quo mulieres illae quae Orphe-

Ὀρφέα ἀπέκτειναν, ἐναπονίψασθαί οἱ θελῆσαι τὸ αἷμα, καταδῦναί τε ἐπὶ τούτῳ τὸν ποταμὸν ἐς τὴν γῆν, ἵνα δὴ μὴ τοῦ φόνου καθάρσια τὸ ὕδωρ παράσχηται. (5) Ἤκουσα δὲ καὶ ἄλλον ἐν Λαρίσσῃ λόγον, ὡς ἐν τῷ Ὀλύμπῳ πόλις οἰκοῖτο Λίβηθρα, ᾗ ἐπὶ Μακεδονίας τέτραπται τὸ ὄρος, καὶ εἶναι οὐ πόῤῥω τῆς πόλεως τὸ τοῦ Ὀρφέως μνῆμα. ἀφικέσθαι δὲ τοῖς Λιβηθρίοις παρὰ τοῦ Διονύσου μάντευμα ἐκ Θρᾴκης, ἐπειδὰν ἴδῃ τὰ ὀστᾶ τοῦ Ὀρφέως ἥλιος, τηνικαῦτα ὑπὸ συὸς ἀπολεῖσθαι Λιβηθρίοις τὴν πόλιν. οἱ μὲν δι' οὐ πολλῆς φροντίδος ἐποιοῦντο τὸν χρησμὸν, οὐδὲ ἄλλο τι θηρίον οὕτω μέγα καὶ ἄλκιμον ἔσεσθαι νομίζοντες, ὡς ἑλεῖν σφισι τὴν πό- 770
λιν, οὐδὲ θρασύτητος μετεῖναι μᾶλλον ἢ ἰσχύος. ἐπεὶ δὲ ἐδόκει τῷ θεῷ, συνέβαινέ σφισι τοιάδε· ποιμὴν περὶ μεσοῦσαν μάλιστα τὴν ἡμέραν ἐπικλίνων αὐτὸν πρὸς τοῦ Ὀρφέως τὸν τάφον, ὁ μὲν ἐκάθευδεν ὁ ποιμήν· ἐπῄει δέ οἱ καὶ καθεύδοντι ἔπη τε ᾄδειν τῶν Ὀρφέως καὶ μέγα καὶ ἡδὺ φωνεῖν. οἱ οὖν ἐγγύτατα νέμοντες ἢ

um occiderant, sanguinem abluere conatae sunt, terram subiisse, ne *pollutis ea caede foeminis* ad expiandum scelus aquas praeberet suas. (5) Ab hoc *longe* diversum Larissae sermonem audivi: urbem olim in Olympo celebrem, Libethra nomine, fuisse, qua mons in Macedoniam se immittit: ab ea urbe non longe Orphei monumentum abesse: Libethriis *olim* e Thracia a Liberi Patris oraculo responsum allatum, a sue urbem deletum iri, quum primum Orphei ossa sol aspexisset: de hoc illos oraculo sollicitos esse oportere se nihil putasse, quod nullam omnino feram vel tantam, vel tantis praeditam viribus existere posse crederent, quae urbem eiusmodi posset exscindere, quum ea non magis fiducia quadam, quam suo robore niteretur. Atqui ubi diis visum est, haec acciderunt. Pastor quidam meridie recubuit *fessus* ad Orphei tumulum. Is quum forte somno se dedisset, in somnis coepit Orphei versus magna et

καὶ ἀροῦντες, ἕκαστοι τὰ ἔργα ἀπολείποντες, ἠθροίζοντο ἐπὶ τοῦ ποιμένος τὴν ἐν τῷ ὕπνῳ ᾠδήν· καί ποτε ὠθοῦντες ἀλλήλους καὶ ἐρίζοντες, ὅστις ἐγγύτατα ἔσται τῷ ποιμένι, ἀνατρέπουσι τὸν κίονα, καὶ κατεάγη τε ἀπ' αὐτοῦ πεσοῦσα ἡ θήκη, καὶ εἶδεν ἥλιος τὰ ὀστᾶ τοῦ Ὀρφέως λοιπόν. αὐτίκα δὲ, ἐν τῇ ἐπερχομένῃ νυκτὶ ὅ τε θεὸς κατέχει πολὺ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸ ὕδωρ, καὶ ὁ ποταμὸς Σῦς (τῶν δὲ περὶ τὸν Ὄλυμπον χειμάῤῥων καὶ ὁ Σῦς ἐστι) τότε οὖν οὗτος ὁ ποταμὸς κατέβαλε μὲν τὰ τείχη Λιβηθρίοις, θεῶν δὲ ἱερὰ καὶ οἴκους ἀνέτρεψεν ἀνθρώπων, ἀπέπνιξε δὲ τούς τε ἀνθρώπους, καὶ τὰ ἐν τῇ πόλει ζῶα ὁμοίως τὰ πάντα. ἀπολλυμένων δὲ ἤδη Λιβηθρίων, οὕτως οἱ ἐν Δίῳ Μακεδόνες, κατά γε τὸν λόγον τοῦ Λαρισαίου ξένου, ἐς τὴν ἑαυτῶν τὰ ὀστᾶ κομίζουσι τοῦ Ὀρφέως. ὅστις δὲ περὶ ποιήσεως ἐπολυπραγμόνησεν, ἤδη τοὺς Ὀρφέως ὕμνους οἶδεν ὄντας, ἕκαστόν τε αὐτῶν ἐπὶ βραχύτατον, καὶ τὸ σύμπαν οὐκ ἐς ἀριθμὸν πολὺν πεποιημένους· (6) Λυκομίδαι δὲ

suavi voce decantare. Ea voce qui proximis locis vel pascebant, vel forte arabant, commoti, intermisso opere, ad illam dormientis pastoris cantilenam accurrerunt. Ibi quum *ita, ut fit,* alterum alter trudentes impellerent, dum proxime quisque ad pastorem certant accedere, columnam evertunt: ea ruente fracta est urna: quo factum ut Orphei ossa sol aspiceret. Ea deinde quae insecuta est nocte ingenti aquae vi de coelo effusa, Sus amnis (unus hic est de Olympi torrentibus) Libethriorum muros deiecit, sacras et profanas aedes evertit; homines ipsos, et animalia cuncta quae intra moenia fuerunt, extinxit. Deletis iam Libethriis, Macedones qui Dion tenebant (uti *mihi* Larissaeus hospes narrabat) Orphei ossa Dion translata sibi vindicarunt. Iam vero qui sunt in poetarum scriptis non indiligenter versati, satis norunt in Orphei hymnis singulis brevitatem summam quaesitam: neque omnino multos numero esse:

ἴσασί τε καὶ ἐπᾴδουσι τοῖς δρωμένοις· κόσμῳ μὲν δὴ τῶν ἐπῶν δευτερεῖα φέροιντο ἂν μετὰ Ὁμήρου γε τοὺς ὕμνους, τιμῆς δὲ ἐκ τοῦ θείου καὶ ἐς πλέον ἐκείνων ἔχουσιν.

CAPUT XXXI.

Arsinoës signum in Helicone — Priapi signum et cultus — tripodes in Helicone positi, festum Musea dictum, Hippocrene — de Hesiodi carminibus — Hesiodi morte — fluvio Lamo, Narcissi fonte et de ipso Narcisso varia narratio.

Καὶ Ἀρσινόης ἐστὶν ἐν Ἑλικῶνι εἰκών, ἣν Πτολεμαῖος 771
ἔγημεν ἀδελφὸς ὤν· τὴν δὲ Ἀρσινόην στρουθὸς φέρει χαλκῆ τῶν ἀπτήνων· πτερὰ μὲν γε καὶ αὗται κατὰ τὰ αὐτὰ ταῖς ἄλλαις φύουσιν, ὑπὸ δὲ βάρους καὶ διὰ μέγεθος οὐχ οἷά τέ ἐστιν ἀνέχειν σφᾶς ἐς τὸν ἀέρα τὰ πτερά. (2) Ἐνταῦθα καὶ Τηλέφῳ τῷ Ἡρακλέους γάλα ἐστὶν ἔλαφος παιδὶ μικρῷ διδοῦσα, καὶ βοῦς τε παρ' αὐτὸν, καὶ ἄγαλμα Πριάπου θέας ἄξιον· τούτῳ τιμαὶ τῷ θεῷ δέδονται μὲν καὶ ἄλλως, ἔνθα εἰσὶν αἰγῶν νομαὶ καὶ προβάτων, ἢ καὶ ἑσμοὶ μελισσῶν· Λαμψακηνοὶ δὲ ἐς πλέον ἢ θεοὺς τοὺς ἄλλους

(6) Lycomedae eos *plane* qui sint, sciunt, et initiis suis concinunt: ac sunt illi quidem carminis elegantia et ornatu primi secundum Homeri hymnos: honor eis sane maior quam illis divinitus obtigit.

Cap. XXX. Arsinoes etiam in Helicone statua est; quam Ptolemaeus, etsi *germanus* frater erat, uxorem tamen duxit. Ea statua aeneo insidet passeri *(id est struthocamelo)* ex involucrum genere. Habent hi quidem alas, uti *alites* ceteri, sed prae corporis mole *humo* se in sublime nequeunt attollere. (2) Est ibidem cerva Telepho Herculis filio infanti mammam praebens, et bos proximo loco. Inter cetera eius loci insignia spectacula est Priapi signum. Huic deo et alibi honorem habent, quibus capellarum et ovium greges, vel apum alvearia

νομίζουσι, Διονύσου τε αὐτὸν παῖδα εἶναι καὶ Ἀφροδίτης λέγοντες. (3) Ἐν δὲ τῷ Ἑλικῶνι καὶ ἄλλοι τρίποδες κεῖνται, καὶ ἀρχαιότατος, ὃν ἐν Χαλκίδι λαβεῖν τῇ ἐπὶ Εὐρίπῳ λέγουσιν Ἡσίοδον νικήσαντα ᾠδῇ. περιοικοῦσι δὲ καὶ ἄνδρες τὸ ἄλσος, καὶ ἑορτήν τε ἐνταῦθα οἱ Θεσπιεῖς καὶ ἀγῶνα ἄγουσι Μουσεῖα· ἄγουσι δὲ καὶ τῷ Ἔρωτι, ἆθλα οὐ μουσικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀθληταῖς τιθέντες. ἐπαναβάντι δὲ στάδια ἀπὸ τοῦ ἄλσους τούτου ὡς εἴκοσιν, ἔστιν ἡ τοῦ Ἵππου καλουμένη κρήνη· ταύτην τὸν Βελλεροφόντου ποιῆσαί φασιν ἵππον, ἐπιψαύσαντα ὁπλῇ τῆς γῆς. (4) Βοιωτῶν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκοῦντες παρειλημμένῃ δόξῃ λέγουσιν, ὡς ἄλλο Ἡσίοδος ποιήσαι οὐδὲν ἢ τὰ ἔργα· καὶ τούτων δὲ τὸ ἐς τὰς Μούσας ἀφαιροῦσι προοίμιον, ἀρχὴν τῆς ποιήσεως εἶναι τὸ ἐς τὰς Ἔριδας λέγοντες· καί μοι μόλιβδον ἐδείκνυσαν, ἔνθα ἡ πηγή, τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου λελυμασμένον· ἐγ-

curae sunt: sed eum prae Dis cunctis venerantur Lampsaceni, Libero Patri e Venere genitum dictitantes. (3) Sunt in Helicone et alii tripodes dedicati, et *unus inter hos* antiquissimus, quem Chalcide ad Euripum *Euboeae* de carminibus praemium tulisse Hesiodum tradunt. Lucum circumquaque accolunt finitimi. Thespienses dies festos agitant, et ludos *Musarum, quae* Musaea *vocant.* Cupidinis etiam ludos faciunt; quibus non solum musicis hominibus, sed athletis etiam sua exposita praemia. Supra lucum stadia ferme XX ascendentibus, est fons, qui Equi dicitur. Elicuisse hunc ungula terram fodientem Bellerophontis equum tradunt; ob eam rem Hippucrenen nominatum. (4) Boeotiorum quidem *populi,* qui circa Heliconem domicilia habent, ex opinione quadam *a maioribus* accepta, Hesiodum negant aliud quicquam, praeter *illud poema, quae* Opera *appellantur*, scriptum reliquisse; quin et ex eo Musarum invocationem, quae in exordio est, removent; principium statuentes carminis eum locum fuisse, qui de Contentionibus est. Quin et

γέγραπται δὲ αὐτῷ τὰ Ἔργα. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα κεχωρισμένη τῆς προτέρας, ὡς πολύν τινα ἐπῶν ὁ Ἡσίοδος ἀριθμὸν ποιήσειεν· ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα, καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας, καὶ Θεογονίαν τε, καὶ ἐς τὸν μάντιν Μελάμποδα, καὶ ὡς Θησεὺς εἰς τὸν ᾅδην 772
ὁμοῦ Πειρίθῳ καταβαίη· παραινέσεις τε Χείρωνος ἐπὶ διδασκαλίᾳ δὴ τῇ Ἀχιλλέως, καὶ ὅσα ἐπὶ ἔργοις τε καὶ ἡμέραις. οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι λέγουσι, καὶ ὡς μαντικὴν Ἡσίοδος διδαχθείη παρὰ Ἀκαρνάνων· καὶ ἔστιν ἔπη μαντικά, ὁπόσα τε ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν. (5) Ἐναντία δὲ καὶ ἐς τοῦ Ἡσιόδου τὴν τελευτήν ἐστιν εἰρημένα. ὅτι μὲν γὰρ οἱ παῖδες τοῦ Γανύκτορος Κτίμενος καὶ Ἄντιφος ἔφυγον ἐς Μολυκρίαν ἐκ Ναυπάκτου διὰ τοῦ Ἡσιόδου τὸν φόνον, καὶ αὐτόθι ἀσεβήσασιν ἐς Ποσειδῶνα ἐγένετο τῇ Μολυκρίδι σφίσιν ἡ δίκη, τάδε μὲν καὶ οἱ πάντες κατὰ ταὐτὰ εἰρήκασι. τὴν δὲ ἀδελφὴν τῶν νεανίσκων οἱ μὲν ἄλλου τοῦ

plumbeam mihi *tabulam* ostenderunt iuxta fontem *positam*, sed vetustate magna ex parte vitiatam. In ea scriptum est *carmen illud ipsum*, *quae* Opera *inscribuntur*. Diversa est ab hac eorum sententia, qui multa alia versuum volumina Hesiodo adscribunt, ea videlicet quae in mulieres decantata sunt; et quas magnas Eoeas nominant; Deorum gentilitatem; in Melampodem vatem carmen; Thesei cum Pirithoo ad inferos descensum; Chironis praeceptionem ad Achillem scilicet instituendum: tum quae Operibus et Diebus continentur. Didicisse iidem Hesiodum divinandi artem tradunt ab Acarnanibus; et exstant sane *eius* de divinatione carmina, quae ipsi legimus, cum iis, quae ad finem additae sunt, explicationibus. (5) Contraria etiam *quaedam* de Hesiodi morte narrantur. Nam Ganyctoris filios ob Hesiodi necem, Ctimenum et Antiphum, ex Naupacto Molucriam confugisse; et quod illic ob violatum Neptuni numen poenam susceperint, omnium haec eadem sunt sermonibus vul-

φασιν αἰσχύναντος Ἡσιόδου λαβεῖν οὐκ ἀληθῆ τὴν τοῦ ἀδικήματος δόξαν· οἱ δὲ, ἐκείνου γενέσθαι τὸ ἔργον. τὰ μὲν δὴ ἐς Ἡσίοδον καὶ αὐτὸν καὶ ἐς τὰ ἔπη διάφορα ἐπὶ τοσοῦτον εἴρηται. (6) Ἐπὶ δὲ ἄκρᾳ τῇ κορυφῇ τοῦ Ἑλικῶνος ποταμὸς οὐ μέγας ἐστὶν ὁ Λάμος. Θεσπιέων δὲ ἐν τῇ γῇ Δονακών ἐστιν ὀνομαζόμενος· ἐνταῦθά ἐστι Ναρκίσσου πηγή, καὶ τὸν Νάρκισσον ἰδεῖν ἐς τοῦτο τὸ ὕδωρ φασὶν, οὐ συνέντα δὲ, ὅτι ἑώρα σκιὰν τὴν ἑαυτοῦ, λαθεῖν τε αὑτὸν ἐρασθέντα αὑτοῦ, καὶ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος ἐπὶ τῇ πηγῇ οἱ συμβῆναι τὴν τελευτήν. τοῦτο μὲν δὴ παντάπασιν εὔηθες, ἡλικίας ἤδη τινὰ ἐς τοῦτο ἥκοντα, ὡς ὑπὸ ἔρωτος ἁλίσκεσθαι, μηδὲ, ὁποῖόν τι ἄνθρωπος καὶ ὁποῖόν τι ἀνθρώπου σκιὰ, διαγνῶναι. ἔχει δὲ καὶ ἕτερος ἐς αὐτὸν λόγος, ἧσσον μὲν τοῦ προτέρου γνώριμος, λεγόμενος δὲ καὶ οὗτος· ἀδελφὴν γενέσθαι Ναρκίσσῳ δίδυμον,
773 τά τε ἄλλα ἐς ἅπαν ὅμοιον τὸ εἶδος καὶ ἀμφοτέροις ὡσαύτως κόμην εἶναι, καὶ ἐσθῆτα ἐοικυῖαν αὐτοὺς ἐνδύεσθαι,

gata: sed adoloscentum sororem quum alius vitiasset, in stupri suspicionem falso Hesiodum vocatum alii dixere: alii vero illum haud dubie culpa non vacasse. Ac de iis quidem, quae de Hesiodo, eiusque versibus valde inter se dissidentia memorantur, satis dictum hactenus fuerit. (6) In summo Heliconis iugo fluvius est Lamus, non magnus ille quidem. In Thespiensium vero finibus *vicus* est, qui Hedonacon dicitur. In eo fons, Narcissi *appellatus*; quod in ea se aqua Narcissus aspexisse dicatur, donec suam illam esse umbram non intelligens sui ipsius imprudens amore caperetur, atque ex eo ad eundem fontem extabesceret. Absurdum enimvero, eo quemquam stoliditatis prolabi, ut sui amore capiatur, et omnino quid inter hominem et umbram intersit, non videat. Alius etiam de Narcisso sermo proditus est, minus quam superior vulgatus; auctores tamen et hic suos habet: sororem ei geminam fuisse, quum *oris* specie omni ex parte similem, tum vero coma et vestitu nihil

καὶ δὴ καὶ ἐπὶ θήραν ἰέναι μετὰ ἀλλήλων· Νάρκισσον δὲ ἐρασθῆναι τῆς ἀδελφῆς, καὶ ὡς ἀπέθανεν ἡ παῖς, φοιτῶντα ἐπὶ τὴν πηγὴν, συνιέναι μὲν, ὅτι τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν ἑώρα, εἶναι δέ οἱ καὶ συνιέντι ῥᾳστώνην τοῦ ἔρωτος, ἅτε οὐχ ἑαυτοῦ σκιὰν δοξάζοντι, ἀλλὰ εἰκόνα ὁρᾷν τῆς ἀδελφῆς. νάρκισσον δὲ ἄνθος ἡ γῆ καὶ πρότερον ἔφυεν (ἐμοὶ δοκεῖν), εἰ τοῖς Πάμφω τεκμαίρεσθαι χρή τι ἡμᾶς ἔπεσι. γεγονὼς γὰρ πολλοῖς πρότερον ἔτεσιν, ἢ Νάρκισσος ὁ Θεσπιεὺς, κόρην τὴν Δήμητρός φησιν ἁρπασθῆναι παίζουσαν καὶ ἄνθη συλλέγουσαν· ἁρπασθῆναι δὲ οὐκ ἴοις ἀπατηθεῖσαν, ἀλλὰ ναρκίσσοις.

CAPUT XXXII.

De Creuside navali Thespiensium — urbe Thisbe — urbe Tipha — urbe Haliarto — Lysandri praeclare factis — de Lysandri flagitiose factis.

Τοῖς δὲ ἐν Κρεύσιδι, ἐπινείῳ τῷ Θεσπιέων, οἰκοῦσιν ἐν κοινῷ μέν ἐστιν οὐδέν· ἐν ἰδιώτου δὲ ἀνδρὸς ἄγαλμά ἦν

differenti: solitos simul venari: a puero sororem amatam: ea quum forte diem suum obisset, ventitare illum ad fontem solitum: in quo quum suam intueretur umbram, ac suam omnino esse non ignoraret, *ob similitudinem tamen, quae inter ipsos fuerat*, tanquam si non suam, sed sororis imaginem prae oculis haberet, desiderii ex eo sui solatium aliquod capere consuesse. Narcissum vero florem et ante multo e terra editum puto, quantum ex Pamphi versibus licet conilcere. Multis enim ante Thespiensem Narcissum annis, Proserpinam Cereris filiam *a Dite* raptam scripsit, dum luderet, et flores legeret: neque violis illam, sed narcissis deceptam.

Cap. XXXII. Qui Creuside (quod est Thespiensium navale) habitant, nihil illi publice habent *memoratu dignum*. In privati hominis aedibus est Liberi Pa-

Διονύσου, γύψου πεποιημένον καὶ ἐπικεκοσμημένον γραφῇ. πλοῦς δὲ ἐς Κρεῦσίν ἐστιν ἐκ Πελοποννήσου σκολιός τε καὶ ἄλλως οὐκ εὔδιος· ἄκραι τε γὰρ ἀνέχουσιν, ὡς μὴ κατ' εὐθὺ τῆς θαλάσσης περαιοῦσθαι, καὶ ἅμα ἐκ τῶν ὀρῶν καταπνέουσιν ἄνεμοι βίαιοι. (2) Πλέοντι δὲ ἐκ Κρεύσιδος οὐκ ἄνω, παρὰ δὲ αὐτὴν Βοιωτίαν, πόλις ἐστὶν ἐν δεξιᾷ Θίσβη. πρῶτα μὲν ὄρος ἐστὶν πρὸς θαλάσσῃ· τοῦτο δὲ ὑπερβάλλοντα πεδίον σε ἐκδέξεται, καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλο ὄρος· ἐν δὲ ταῖς ὑπωρείαις ἐστὶ πόλις. Ἡρακλέους δὲ ἱερὸν, καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν ἐνταῦθά ἐστι λίθου, καὶ Ἡράκλεια ἑορτὴν ἄγουσι. τὸ δὲ πεδίον τὸ μεταξὺ τῶν ὀρῶν ἐκώλυεν οὐδὲν λίμνην ὑπὸ πλήθους εἶναι τοῦ ὕδατος, εἰ μὴ διὰ μέσου χῶμά σφισιν ἐπεποίητο ἰσχυρόν· καὶ οὕτω παρὰ ἔτος ἐς μὲν τὰ ἐπέκεινα τοῦ χώματος ἐκτρέπουσι τὸ ὕδωρ, τὸ δὲ ἐπὶ τὰ ἕτερα αὐτοῦ γεωργοῦσι. Θίσβην δὲ λέγουσιν ἐπιχώριον εἶναι νύμφην,
774 ἀφ' ἧς ἡ πόλις τὸ ὄνομα ἔσχηκε. (3) Παραπλέοντι δὲ

tris signum e gypso, pictura illuminatum. Creusin e Peloponneso navigatio est obliqua, et omnino parum tranquillo mari *minus tuta.* Nam excurrentibus *in mare* promontoriis *ita sinuantur littora, ut* recti cursus teneri nequeant: ex *proximis* praeterea montibus venti spirant concitatius. (2) Boeotiae oram ipsam a Creuside legentibus, neque in altum provectis, Thisbe urbs occurrit ad dexteram. Ac primum quidem proximus mari mons est: hunc ubi superaveris, te planities excipiet: alius subinde mons: in eius ima parte urbs ipsa: in ea Herculis templum, in quo signum recto statu e lapide. *Herculi* ludos *quae* Heraclea *appellantur*, faciunt. Quod inter montes camporum iacet, nihil, quin *defluentium* aquarum copia stagnum *perpetuum* sit, prohibet, nisi valido aggere per medium ducto quotannis aquam in alteram partem avertant, et alteram *interea campi* partem colant. Thisben ipsam, a qua urbi nomen, nympham esse indigenam dicunt. (3) Hinc praeternavigantibus modicum est

αὐτόθι, πόλισμά ἐστιν οὐ μέγα ἐπὶ θαλάσσῃ Τίφα. Ἡράκλειόν τε Τιφαιεῦσίν ἐστι, καὶ ἑορτὴν ἄγουσιν ἐπέτειον. οὗτοι Βοιωτῶν μάλιστα ἐκ παλαιοῦ τὰ θαλάσσια θέλουσιν εἶναι σοφοὶ, Τῖφυν ἄνδρα μνημονεύοντες ἐπιχώριον, ὡς προκριθείη γενέσθαι τῆς Ἀργοῦς κυβερνήτης· ἀποφαίνουσι δὲ καὶ πρὸ τῆς πόλεως, ἔνθα ἐκ Κόλχων ὀπίσω κομιζομένην ὁρμίσασθαι τὴν Ἀργὼ λέγουσιν. (4) Ἀπὸ δὲ Θεσπίας ἰόντι ἄνω πρὸς ἤπειρον, ἔστιν Ἁλίαρτος. ὅστις δὲ Ἁλιάρτου γέγονεν ἢ Κορωνείας οἰκιστὴς, οὔ με ἀπὸ τῶν ἐς Ὀρχομενίους ἐχόντων εἰκὸς ἦν χωρίζειν. κατὰ δὲ τὴν ἐπιστρατείαν τοῦ Μήδου φρονήσασιν Ἁλιαρτίοις τὰ Ἑλλήνων, μοῖρα τῆς Ξέρξου στρατιᾶς γῆν τε σφίσιν ὁμοῦ καὶ τὴν πόλιν ἐπεξῆλθε καίουσα. ἐν Ἁλιάρτῳ δέ ἐστι Λυσάνδρου τοῦ Λακεδαιμονίου μνῆμα. προσβαλὼν γὰρ τῷ Ἁλιάρτῳ πρὸς τὸ τεῖχος, στρατιᾶς ἔκ τε Θηβῶν ἐνούσης ἔνδον καὶ ἐξ Ἀθηνῶν, καὶ ἐπεξελθόντων τῶν πολεμίων, ἔπεσεν ἐν τῇ μάχῃ. (5) Λύσανδρον δὲ τὰ μὲν ἐς τὰ μάλιστα

oppidum maritimum Tipha. Herculis illic delubrum; in quo sacrum faciunt anniversarium. Tiphaeenses praecipuam sibi prae cunctis Boeotiis maritimarum rerum peritiam iam tum ab initio vindicant, Tiphyn praedicantes, cui nominatim Argus navis gubernacula credita sunt, suum fuisse indigenam. Ostendunt etiam extra oppidum locum, quo Argo ipsam Colchis reversam applicuisse dicunt. (4) Supra Thespiensium fines interius est Haliartus. Huius urbis, et item Coroneae, quisnam fuerit conditor, seorsum ab Orchomeniorum historia exponere, non erat consentaneum. Persico certe bello, quod in Graecorum amicitia *constanter* perstitisset Haliartus, pars una Xerxis copiarum, agrum et urbem Haliartiorum igni *ferroque* vastavit. Est Haliarti Lysandri Lacedaemonii monumentum. Quum enim ad muros oppugnandi causa accessisset, defenderetur autem oppidum Atheniensium et Thebanorum praesidio, eruptione ab hostibus facta in pugna occubuit. (5) Lysandrum quidem summis laudi-

ἐπαινέσαι, τὰ δὲ καὶ πικρῶς ἔστι μέμψασθαι. σοφίαν
μέν γε τοιαύτην ἐπεδείξατο, ἡγούμενος Πελοποννησίων
ταῖς τριήρεσιν· Ἀντίοχον κυβερνήτην ὄντα Ἀλκιβιάδου,
φυλάξας Ἀλκιβιάδην ἀπόντα τοῦ ναυτικοῦ, τηνικαῦτα
τὸν Ἀντίοχον ἐπηγάγετο ἐς ἐλπίδα, ὡς ὄντα ἀξιόμαχον
ναυμαχῆσαι Λακεδαιμονίοις, καὶ ἀναγαγόμενον ὑπὸ
θράσους τε καὶ ἀλαζονείας ἐνίκησεν αὐτὸν οὐ πόῤῥω
τοῦ Κολοφωνίων ἄστεως. ὡς δὲ καὶ δεύτερα ὁ Λύσαν-
δρος ἐπὶ τὰς τριήρεις ἀφίκετο ἐκ Σπάρτης, ἡμερώσατο
μὲν οὕτω Κῦρον, ὡς χρήματα, ὁπότε ἐς τὸ ναυτικὸν
αἰτοίη, παρεῖναί οἱ κατὰ καιρόν τε καὶ ἄφθονα. ὁρ-
775 μούντων δὲ ναυσὶν ἑκατὸν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς Ἀθηναίων,
εἷλεν αὐτῶν τὰ πλοῖα, ἐσκεδασμένους ἐπί τε ὕδωρ τοὺς
ναύτας καὶ ἐπὶ ἀγορὰν φυλάξας. παρέσχετο δὲ καὶ ἔργον
τοιόνδε ἐς δικαιοσύνην. Αὐτολύκῳ τῷ παγκρατιάσαντι (οὗ
δὴ καὶ εἰκόνα ἰδὼν οἶδα ἐν Πρυτανείῳ τῷ Ἀθηναίων) τού-
τῳ τῷ ἀνδρὶ ἐς ἀμφισβήτησιν ὅτου δὴ κτήματος Ἐτεόνι-

bus ornandum, et eundem acriter accusandum censuerim. Nam prudentiam *in re bellica, tunc* maximam ostendit, quum Peloponnesiacae ipse classis imperator, Antiochum Alcibiadis gubernatorem, eo tempore observato, quo aberat imperator, in spem adduxit Lacedaemoniis se parem esse posse ad congrediendum navali praelio, ac deinde eum non longe a Colophoniorum moenibus arrogantia et temeritate suffultum vicit. Iam vero triremium iterum a Spartanis imperio accepto, Cyrum *minorem* ita delinivit, ut pecuniam ille ad classem *tuendam*, quoties *et quantum* petisset, quoque maxime tempore opus esset, perliberaliter suppeditaret. Quumque Athenienses ad Aegospotamos centum navium stativa haberent, tempus illud speculatus, quo navales socii aquatum, et ad commeatus sibi e foro curandos profecti fuerant, classem illam occupavit. Iustitiae etiam tale specimen dedit. Autolyco pancratiastae, cuius ego imaginem in Prytaneo

χος ἦλθεν ὁ Σπαρτιάτης· ὡς δὲ ἄρα λέγων ἡλίσκετο οὐ δίκαια, (ἦν γὰρ δὴ τηνικαῦτα Ἀθηναίοις τῶν τριάκοντα ἡ ἀρχὴ, καὶ παρῆν ἔτι ὁ Λύσανδρος) τούτων εἵνεκα Ἐτεόνικος πληγῶν τε ἄρχειν ἐπήρθη, καὶ ἀμυνάμενον τὸν Αὐτόλυκον ἦγεν ἐπὶ Λύσανδρον, παντάπασιν ἐκεῖνον ἐς χάριν τὴν ἑαυτοῦ δικάσειν ἐλπίζων· Λύσανδρος δὲ ἀδικεῖν Ἐτεόνικον κατέγνω, καὶ ἀπέπεμψεν ἀτιμάσας τῷ λόγῳ. (6) Τάδε μὲν Λυσάνδρῳ τὰ ἐς δόξαν ὑπάρχοντα ἦν· ἄλλα δὲ τόσα ὀνείδη. Φιλοκλέα γὰρ Ἀθηναῖον ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς καὶ αὐτὸν στρατηγοῦντα, καὶ Ἀθηναίων τῶν ἄλλων ὅσον τετρακισχιλίους αἰχμαλώτους ὄντας ἀπέκτεινεν ὁ Λύσανδρος, καὶ σφισιν οὐδὲ ἀποθανοῦσιν ἐπήνεγκε γῆν, ὃ καὶ Μήδων τοῖς ἀποβᾶσιν ἐς Μαραθῶνα ὑπῆρξε παρ' Ἀθηναίων, καὶ αὐτῶν Λακεδαιμονίων τοῖς πεσοῦσιν ἐν Θερμοπύλαις ἐκ βασιλέως Ξέρξου. μείζονα δὲ ἔτι Λακεδαιμονίοις ὀνείδη γενέσθαι παρεσκεύασεν ὁ Λύσανδρος ἐπί τε δεκαδαρχίαις, ἃς κατέστησε ταῖς πό-

Athenis vidi, cum Eteonico Spartano homine erat de pecunia nescio qua controversia. Ibi Spartanus, qui iure causae multo esset disceptando inferior, quod erat tunc Atheniensium civitas in triginta virum potestate, et aderat adhuc Lysander, eo processit insolentiae, ut non dubitaverit adversarium plagis lacessere, eundemque *praesenti* se *animo* defendentem, ad Lysandrum pertraxerit; confisus *nempe* ad gratiam illum pronunciaturum. At Lysander Eteonicum iniuriarum damnatum, cum infamia et convicio dimisit. (6) Et haec quidem Lysandro magnam existimationem pepererunt. Alia vero *fere* totidem eius facta *magno* illi dedecori fuere. Ad Aegospotamos Philoclem Atheniensem de classis praetoribus unum, et Atheniensium ad quatuor millia dedititiorum occidit, ac mortuis terram iniici vetuit; quum et Persis qui ad Marathonem ceciderant, Atheniensium; et iis Lacedaemoniis, qui ad Thermopylas mortem oppetierant, Xerxis concessu sepultura contigerit. Deinde maiorem Lacedae-

λεσι, καὶ ἐπὶ τοῖς Λάκωσιν ἁρμοσταῖς. Λακεδαιμονίων
δὲ χρήματα οὐ νομιζόντων κτᾶσθαι κατὰ δή τι μάντευ-
μα, ὡς ἡ φιλοχρηματία μόνη γένοιτο ἂν ἀπώλεια τῇ
Σπάρτῃ, ὁ δὲ καὶ χρημάτων πόθον σφίσιν ἐνεποίησεν
776 ἰσχυρόν. ἐγὼ μὲν δὴ Πέρσαις τε ἑπόμενος καὶ δικάζων
νόμῳ γε τῷ ἐκείνων, βλάβος κρίνω Λακεδαιμονίοις μᾶλ-
λον ἢ ὠφέλειαν γενέσθαι Λύσανδρον.

CAPUT XXXIII.

De monte Tilphuso, fonte Tilphusa ac de Tiresia — memorandis Haliartiorum, templo dearum Praxidicarum — fluvio Lophi — vico Alalcomenis — Syllae flagitiose factis ac morte — fluvio Tritone.

Ἐν Ἁλιάρτῳ δὲ τοῦ τε Λυσάνδρου μνῆμα, καὶ Κέκροπος τοῦ Πανδίονός ἐστιν ἡρῷον. τὸ δὲ ὄρος τὸ Τιλφούσιον, καὶ ἡ Τιλφοῦσα καλουμένη πηγὴ σταδίους μάλιστα Ἁλιάρτου πεντήκοντα ἀπέχουσι. λέγεται δὲ ὑπὸ Ἑλλήνων, Ἀργείους μετὰ τῶν Πολυνείκους παίδων ἑλόντας Θήβας

moniis *ex eo* invidiam concitavit, quod et Decemviratus in *sociis* civitatibus, et Laconicos Harmostas, constituit. *Postremo* quum Spartani nullam *omnino* acquirendae pecuniae rationem haberent, quod ex quodam oraculo acceperant, Spartae solam pecuniae cupiditatem fatalem fore, hic eos ad pecuniae studium vehementer incitavit. *Quibus* ego *rebus adductus, et simul* Persarum auctoritatem ac legem secutus, Lysandri *principatum* Spartanis perniciosiorem potius, quam utiliorem exstitisse censuerim.

Cap. XXXIII. Ad Haliartum vero *ut redeam*, est illic et Lysandri monumentum et Cecropis Pandionis filii heroica cella. Mons Tilphussius, et Tilphussa item fons, qui dicitur, ab Haliarto stadia abest quinquaginta, ut maxime. Traditum est Graecorum monumentis, Argivos, quum Polynicis filios secuti Thebas cepissent, dum

ἐς Δελφοὺς τῷ θεῷ καὶ ἄλλα τῶν λαφύρων καὶ Τειρεσίαν ἄγειν· καὶ (εἴχετο γὰρ δίψῃ) καθ' ὁδόν φασιν αὐτὸν πιόντα ἀπὸ τῆς Τιλφούσης ἀφεῖναι τὴν ψυχήν· καὶ ἔστι τάφος αὐτῷ πρὸς τῇ πηγῇ. τὴν δὲ θυγατέρα τοῦ Τειρεσίου δοθῆναι μέν φασι τῷ Ἀπόλλωνι ὑπὸ τῶν Ἀργείων· προστάξαντος δὲ τοῦ θεοῦ, ναυσὶν ἐς τὴν νῦν Ἰωνίαν, καὶ Ἰωνίας ἐς τὴν Κολοφωνίαν περαιωθῆναι· ἡ μὲν αὐτόθι συνῴκησε Μαντὼ Ῥακίῳ Κρητί. τὰ δὲ ἄλλα ἐς Τειρεσίαν, ἐτῶν τε ἀριθμοῦ ὡς γεγράφασιν αὐτὸν βιῶναι, καὶ ὡς ἐκ γυναικὸς εἰς ἄνδρα ἠλλάγη, καὶ ὅτι Ὅμηρος ἐποίησεν ἐν Ὀδυσσείᾳ, συνετὸν εἶναι γνώμην Τειρεσίαν τῶν ἐν ᾅδου μόνον, ταῦτα μὲν καὶ οἱ πάντες ἴσασιν ἀκοῇ. (2) Ἁλιαρτίοις δέ ἐστιν ἐν ὑπαίθρῳ θεῶν ἱερὸν, ἃς Πραξιδίκας καλοῦσιν· ἐνταῦθα ὀμνύουσι μὲν, ποιοῦνται δὲ οὐκ ἐπίδρομον τὸν ὅρκον· ταύταις μέν ἐστι πρὸς τῷ ὄρει τῷ Τιλφουσίῳ τὸ ἱερόν. ἐν Ἁλιάρτῳ δέ εἰσι ναοὶ, καί σφισιν οὐκ ἀγάλματα ἔνεστιν, οὐκ ὄροφος ἔπεστιν· οὐ μὴν οὐδὲ οἷστισιν ἐποίησαν,

ad Delphicum Apollinem cum reliqua praeda vatem etiam Tiresiam pertraherent, sitientem illum in via hausta de Tilphussa fonte aqua, animam *statim* egisse. Est eius sepulcrum ad ipsum fontem. Vatis filiam Manto ab Argivis Apollini aiunt sacratam: sed transmisisse eam classe (iubente deo) Colophonem in Ioniam, ibique Rhacio Cretensi nuptam. Quae de Tiresia dicuntur alia, de annorum scilicet quem vixisse scripserunt numero, et quod vir evaserit ex foemina, quodque in Odyssea Homerus eum unum sapientem esse apud inferos dixerit, *omnia* haec omnes iam *toties* audita norunt. (2) Est apud Haliartios sub divo dearum aedes, quas vocant Praxidicas; *ac si Vindices dicas:* ad earum aram iusiurandum concipiunt, quod irritum neutiquam habent. Est haec aedes dearum ad montem Tilphussium. Haliarti vero delubra sunt, in quibus signa nulla, quum tecto etiam careant. Quibus dicata fuerint *numinibus*, quum percon-

οὐδὲ τοῦτο ἠδυνάμην πυθέσθαι. (3) Ἔστι δὲ ἐν τῇ Ἁλιαρτίδι ποταμὸς Λόφις. λέγεται δὲ τῆς χώρας αὐχμηρᾶς οὔσης τὸ ἐξαρχῆς, καὶ ὕδατος οὐκ ὄντος ἐν αὐτῇ, ἄνδρα τῶν δυναστευόντων ἐλθόντα ἐς Δελφοὺς ἐπερέσθαι, τρόπον ὅντινα ὕδωρ εὑρήσουσιν ἐν τῇ γῇ· τὴν
777 δὲ Πυθίαν προστάσσειν, ὃς ἂν ἐπανήκοντι ἐς Ἁλίαρτον ἐντύχῃ οἱ πρὸ τῶν ἄλλων, τούτου δὴ φονέα γενέσθαι αὐτόν· ἐντυχεῖν τε δὴ αὐτῷ Παρθενουμένους τὸν υἱὸν Λόφιν, καὶ τὸν οὐ μελλήσαντα τῷ ξίφει τὸν νεανίσκον παῖσαι· καὶ τὸν μὲν ἔτι ἔμπνουν περιθεῖν, ὅπου δὲ ῥυῆναι τὸ αἷμα, ὕδωρ ἐντεῦθεν ἀνεῖναι τὴν γῆν· ἐπὶ τούτῳ μὲν ὁ ποταμὸς καλεῖται Λόφις. (4) Ἀλαλκομεναὶ δὲ κώμη μέν ἐστιν οὐ μεγάλη, κεῖται δὲ ὄρους οὐκ ἄγαν ὑψηλοῦ πρὸς τοῖς ποσὶν ἐσχάτοις· γενέσθαι δὲ αὐτῇ τὸ ὄνομα μὲν ἀπὸ Ἀλαλκομενέως ἀνδρὸς αὐτόχθονος, ὑπὸ τούτου δὲ Ἀθηνᾶν τραφῆναι λέγουσιν· οἱ δὲ εἶναι καὶ τὴν Ἀλαλκομενίαν τῶν Ὠγύγου θυγατέρων φασίν. ἀπωτέρω δὲ τῆς κώμης ἐπεποίητο ἐν τῷ χθαμα-

tatus fuerim, cognoscere tamen non potui. (3) Perfluit Haliartidem terram Lophis fluvius. Aiunt quum regio ab initio squalida siccitate laboraret, nec ullas haberet aquas, virum eo *tempore* unum de primoribus Delphos venisse ad consulendum, qua ratione aqua inveniri posset; responsum accepisse, ut qui primus Haliartum redeunti obvius factus esset, illum occideret: quare quum *primus* ei Parthenomenis filius Lophis occurrisset, nihil cunctatum *stricto* gladio puerum percussisse: illum adhuc spirantem huc illuc cursitasse; ubicunque vero *humi* fusus esset cruor, inde aquas e terra erupisse: ex eo fluvium nomen accepisse. (4) Alalcomenae non magnus est vicus, ad radices imas modice editi montis. Loco nomen datum ferunt ab Alalcomene homine indigena, a quo fuerit Minerva enutrita. Dixere alii Ogygi filiam Alalcomeniam fuisse. Non ita procul a vico, plano loco erecta

λῷ τῆς Ἀθηνᾶς ναὸς, καὶ ἄγαλμα ἀρχαῖον ἐλέφαντος. Σύλλᾳ δέ ἐστι μὲν καὶ τὰ ἐς Ἀθηναίους ἀνήμερα καὶ ἤθους ἀλλότρια τοῦ Ῥωμαίων· ἐοικότα δὲ τούτοις καὶ τὰ ἐς Θηβαίους τε καὶ Ὀρχομενίους· προσεξειργάσατο δὲ καὶ ἐν ταῖς Ἀλαλκομεναῖς, τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα αὐτὸ συλήσας. τοῦτον μὲν τοιαῦτα ἔς τε Ἑλληνίδας πόλεις καὶ θεοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐκμανέντα ἐπέλαβεν ἀχαριστοτάτη νόσος πασῶν· φθειρῶν γὰρ ἤνθησεν, ἥ τε πρότερον εὐτυχία δοκοῦσα ἐς τοιοῦτο περιῆλθεν αὐτῷ τέλος. τὸ δὲ ἱερὸν ἐν ταῖς Ἀλαλκομεναῖς ἠμελήθη τὸ ἀπὸ τοῦδε, ἅτε ἠρημωμένον τῆς θεοῦ. ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλο ἐπ' ἐμοῦ τοιόνδε ἐς κατάλυσιν τοῦ ναοῦ· κισσός οἱ προσπεφυκὼς μέγας καὶ ἰσχυρὸς διέλυσεν ἐκ τῶν ἁρμονιῶν καὶ διέσπα τοὺς λίθους ἀπ' ἀλλήλων. (5) Ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς ἐνταῦθα οὐ μέγας χείμαῤῥος· ὀνομάζουσι δὲ Τρίτωνα αὐτὸν, ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν τραφῆναι παρὰ ποταμῷ Τρίτωνι ἔχει λόγος, ὡς δὴ τοῦτον τὸν

fuit Minervae aedes: in ea priscum fuit ex ebore signum. Sylla quidem multa in Athenienses crudelia admisit facinora, et a Romanorum more aliena. Dissimilia non fuerunt, quae in Thebanos et Orchomenios fecit. Quibus et addidit, quod illud ipsum, quod Alalcomenis fuit, Minervae signum eripuit. Hunc hominem, qui Graecorum civitates et patrios deos tam furenter vexarat, morbus omnium teterrimus oppressit, pediculis e toto corpore erumpentibus: huc pristina hominis felicitas recidit. Ipsum certe templum *erepto signo* deseri deinceps ac negligi coeptum, numine veluti orbatum. Contigit ad eius eversionem aetate mea alia huiusmodi calamitas. Agnata parietibus hedera magno et praevalido trunco, ita se intra iuncturas et coagmenta *serpendo* immisit, ut lapides disiunxerit. (5) Hac torrens praeterlabitur non magnus quem Tritonem nuncupant, quod Minervam ad amnem Tritonem educatam vulgo proditum est: quasi hic *ille*

Τρίτωνα ὄντα, καὶ οὐχὶ τὸν Λιβύων, ὃς ἐς τὴν πρὸς Λιβύῃ θάλασσαν ἐκδίδωσιν ἐκ τῆς Τριτωνίδος λίμνης.

CAPUT XXXIV.

De templo Minervae Itoniae — memorandis Coroneae, Iunonis signo Sirenas manu tenente — monte Libethrio — monte Laphystio, Hercule Charope et fluvio Phalaro — Orchomeno urbe eiusque conditoribus.

778 Πρὶν δὲ ἐς Κορώνειαν ἐξ Ἀλαλκομενῶν ἀφικέσθαι, τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἐστι τὸ ἱερόν· καλεῖται δὲ ἀπὸ Ἰτώνου τοῦ Ἀμφικτύονος, καὶ ἐς τὸν κοινὸν συνίασιν ἐνταῦθα οἱ Βοιωτοὶ σύλλογον. ἐν δὲ τῷ ναῷ χαλκοῦ πεποιημένα Ἀθηνᾶς Ἰτωνίας καὶ Διός ἐστιν ἀγάλματα· τέχνη δὲ Ἀγορακρίτου, μαθητοῦ δὲ καὶ ἐρωμένου Φειδίου. ἀνέθεσαν δὲ καὶ Χαρίτων ἀγάλματα ἐπ' ἐμοῦ. λέγεται δὲ καὶ τοιόνδε· Ἰοδάμαν ἱερωμένην τῇ θεῷ νύκτωρ ἐς τὸ τέμενος ἐσελθεῖν, καὶ αὐτῇ τὴν Ἀθηνᾶν φανῆναι. τῷ χιτῶνι δὲ τῆς θεοῦ τὴν Μεδούσης ἐπεῖναι τῆς Γοργόνος κεφαλήν· Ἰοδάμαν δὲ, ὡς εἶδεν, γενέσθαι λίθον, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιτιθεῖσα γυνὴ πῦρ ἀνὰ

Triton sit, non autem qui ex Tritonide palude, quae in Africa est, in Libycum mare descendit.

Cap. XXXIV. Antequam Coroneam ab Alalcomenis venias, Minervae Itoniae templum videas. Cognominis auctor fuit Itonus Amphictyonis filius. Huc ad commune concilium conveniunt Boeoti. In eo templo Itoniae ipsius Minervae et Iovis ex aere signa sunt, Agoracriti Phidiae discipuli, quique ei in amore fuit, opera. Gratiarum etiam aetate mea signa dedicata sunt. Memoriae proditum est Iodamiam deae sacerdotium gerentem noctu intra sacrum *templi* septum venisse; Minervam ei se obtulisse cum palla, in qua Medusae Gorgonis caput inerat; eo conspecto *statim* Iodamiam in lapidem obriguisse; eamque ob rem mulierem quotidie ad Iodamiae

πᾶσαν ἡμέραν ἐπὶ τῆς Ἰοδάμας τὸν βωμὸν, ἐς τρὶς ἐπιλέγει τῇ Βοιωτῶν φωνῇ, Ἰοδάμαν ζῆν καὶ αἰτεῖν πῦρ. (2) Κορώνεια δὲ παρείχετο μὲν ἐς μνήμην ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς Ἑρμοῦ βωμὸν Ἐπιμηλίου, τὸν δὲ ἀνέμων. κατωτέρω δὲ ὀλίγον Ἥρας ἐστὶν ἱερὸν καὶ ἄγαλμα ἀρχαῖον, Πυθοδώρου τέχνη Θηβαίου· φέρει δὲ ἐπὶ τῇ χειρὶ Σειρῆνας. τὰς γὰρ δὴ Ἀχελώου θυγατέρας ἀναπεισθείσας φάσιν ὑπὸ Ἥρας καταστῆναι πρὸς τὰς Μούσας ἐς ᾠδῆς ἔργον· αἱ δὲ, ὡς ἐνίκησαν, ἀποτίλασαι τῶν Σειρήνων τὰ πτερὰ, ποιήσασθαι στεφάνους ἀπ' αὐτῶν λέγονται. (3) Κορωνείας δὲ σταδίους ὡς τεσσαράκοντα ὄρος ἀπέχει τὸ Λιβήθριον· ἀγάλματα δὲ ἐν αὐτῷ Μουσῶν τε καὶ Νυμφῶν ἐπίκλησίν ἐστι Λιβηθρίων· καὶ πηγαὶ (τὴν μὲν Λιβηθριάδα ὀνομάζουσιν, ἡ δὲ ἑτέρα Πέτρα) γυναικὸς μαστοῖς εἰσιν εἰκασμέναι, καὶ ὅμοιον γάλακτι ὕδωρ ἀπ' αὐτῶν ἄνεισιν. (4) Ἐς δὲ τὸ ὄρος τὸ Λαφύστιον καὶ ἐς τοῦ Διὸς τοῦ Λαφυστίου τὸ τέμενός εἰσιν ἐκ Κορωνείας στάδιοι μάλιστα εἴκοσι· λίθου μὲν τὸ ἄγαλμά ἐστιν. Ἀθά-

aram ignem apponentem, ter Boeotorum voce effari, Iodamen vivere: ignemque *sibi* deposcere. (2) Coronea habuit ad memoriam insignia, Mercurii Epimelii in foro aram; et *item* Ventorum alteram. Paulo infra *eas aras* Iunonis sacellum est cum pervetere signo: Pythodorus illud Thebanus fecit: Sirenas manu praefert. Acheloi enim filias narrant Iunonis suasu in cantus certamen Musas provocare ausas: victis Musas pinnas ex alis convellisse, deque illis coronas sibi fecisse. (3) Abest a Coronea stadia ferme XL mons Libethrius: signa in eo Musarum et Nympharum sunt cognomine Libethridum: fontes ibidem (alterum Libethriadem nominant, alter Petra est) muliebrium mammarum similitudinem gerunt, et aqua inde lacti simillis scaturit. (4) Ad Laphystium montem, et sacram Iovi Laphystio aream, a Coronea stadium XX iter ut longissimum. *Dei* signum e lapide est. Quum

μαντος δὲ θύειν Φρίξον καὶ Ἕλλην ἐνταῦθα μέλλοντος, πεμφθῆναι κριὸν τοῖς παισὶ φασιν ὑπὸ Διὸς, ἔχοντα τὸ ἔριον χρυσοῦν καὶ ἀποδρᾶναι σφᾶς ἐπὶ τοῦ κριοῦ τούτου.
779 ἀνωτέρω δέ ἐστιν Ἡρακλῆς Χάροψ ἐπίκλησιν· ἐνταῦθα δὲ οἱ Βοιωτοὶ λέγουσιν ἀναβῆναι τὸν Ἡρακλέα ἄγοντα τοῦ ᾅδου τὸν κύνα. ἐκ δὲ Λαφυστίου κατιόντι ἐς τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς τὸ ἱερὸν, ποταμός ἐστι Φάλαρος ἐς τὴν Κηφισίδα ἐκδιδοὺς λίμνην. (5) Τοῦ δὲ ὄρους τοῦ Λαφυστίου πέραν ἐστὶν Ὀρχομενὸς, εἴ τις Ἕλλησιν ἄλλη πόλις ἐπιφανὴς καὶ αὕτη ἐς δόξαν. εὐδαιμονίας δέ ποτε ἐπὶ μέγιστον προαχθεῖσαν ἔμελλεν ἄρα ὑποδέξεσθαι τέλος καὶ ταύτην οὐ πολύ τι ἀποδέον ἢ Μυκήνας τε καὶ Δῆλον. περὶ δὲ τῶν ἀρχαίων τοιαῦτα ἦν, ὁπόσα καὶ μνημονεύουσιν. Ἀνδρέα πρῶτον ἐνταῦθα Πηνειοῦ παῖδα τοῦ ποταμοῦ λέγουσιν ἐποικῆσαι, καὶ ἀπὸ τούτου τὴν γῆν Ἀνδρηΐδα ὀνομασθῆναι. παραγενομένου δὲ ὡς αὐτὸν Ἀθάμαντος, ἀπένειμε τῆς αὐτοῦ τῷ Ἀθάμαντι τήν τε περὶ τὸ Λαφύστιον χώραν, καὶ τὴν νῦν Κορώ-

esset Athamas hic Phrixum et Hellen immolaturus, submissum a Iove pueris aurei velleris arietem dicunt, quo vecti illi aufugerint. Superius *aliquanto* est Hercules cognomento Charops, *quasi paetis vel caesiis oculis dixeris.* Hac ascendisse Herculem Boeoti dicunt Ditis canem trahentem. Qua a Laphystio ad Itoniae Minervae descenditur, est amnis Phalarus, qui in Cephissidem influit paludem. (5) Trans Laphystium montem est Orchomenus, illustris, si qua est alia Graecis urbs, et *rerum gestarum* gloria insignis. Ad *opes vero summas et* felicitatem maximam evectam, idem prope qui Mycenas et Delon rerum exitus perculit. De priscis vero eius rebus haec propemodum memoriae mandata fuere. Consedisse hoc in loco primum *omnium* tradunt Andrea Penei fluminis filium; et ab eo Andreidem terram nominatam: ad eum quum venisset Athamas, *communicato imperio*, concessisse ei agro toto, qui circa Laphystium est, nec non

νειαν, καὶ Ἁλιαρτίαν. Ἀθάμας δὲ ἅτε οὐδένα οἱ παίδων τῶν ἀρσένων λελεῖφθαι νομίζων (τὰ μὲν γὰρ ἐς Λέαρχόν τε καὶ Μελικέρτην ἐτόλμησεν αὐτὸς, Λεύκωνι δὲ ὑπὸ νόσου τελευτῆσαι συνέβη, Φρίξον δ' ἄρα οὐκ ἠπίστατο ἢ αὐτὸν περιόντα ἢ γένος ὑπολειπόμενον Φρίξου) τούτων ἕνεκα ἐποιήσατο Ἁλίαρτον καὶ Κόρωνον τοὺς Θερσάνδρου τοῦ Σισύφου· Σισύφου γὰρ ἀδελφὸς ἦν ὁ Ἀθάμας. ὕστερον δὲ ἀναστρέψαντος ἐκ Κόλχων οἱ μὲν αὐτοῦ Φρίξου φασὶν, οἱ δὲ Πρέσβωνος (γεγονέναι δὲ Φρίξῳ τὸν Πρέσβωνα ἐκ τῆς Αἰήτου θυγατρὸς) οὕτω συγχωροῦσιν οἱ Θερσάνδρου παῖδες, οἶκον μὲν τὸν Ἀθάμαντος Ἀθάμαντι καὶ τοῖς ἀπὸ ἐκείνου προσήκειν, αὐτοὶ δὲ (μοῖραν γὰρ δίδωσί σφισιν Ἀθάμας τῆς γῆς) Ἁλιάρτου καὶ Κορωνείας ἐγένοντο οἰκισταί. πρότερον δὲ ἔτι τούτων Ἀνδρεὺς Εὐίππην θυγατέρα Λεύκωνος λαμβάνει παρὰ Ἀθάμαντος γυναῖκα, καὶ υἱὸς Ἐτεοκλῆς αὐτῷ γίνεται, Κηφισσοῦ δὲ τοῦ ποταμοῦ κατὰ πολιτῶν τὴν φήμην· ὥστε καὶ τῶν ποιη-

eam regionem quae nunc Coronea et Haliartia dicitur. Athamas quum nullam sibi virilem prolem superstitem esse putaret, (quod nempe quae *per insaniam* in Learchum et Melicerten ipsemet fecisset, meminerat, et Leuconi morbus vitam ademerat, Phrixum vero adhuc vivere, aut liberos ei susceptos omnino ignorabat) ob hanc causam Thersandri (filius is erat Sisyphi) liberos Coronum et Haliartum adoptarat. Nam Sisyphi ipse frater erat. Quum redisset autem e Colchis, vel Phrixus ipse, ut quidam dicunt; vel (ut alii malunt) Presbon, quem ex Aeetae filia genuerat Phrixus, censuerunt Thersandri filii, Athamantis regnum iure *quasi postliminii* ipsi Athamanti et eius soboli reddendum: accepta itaque ab Athamante agri parte, Coroneae et Haliarti conditores fuere. Sed et ante horum reditum Andreus Euippen Leuconis filiam despondente Athamante uxorem duxerat, ex qua natus est ei Eteocles: etsi pervulgata inter cives fama, Cephisi amnis

σάντων τινὲς Κηφισιάδην τὸν Ἐτεοκλέα ἐκάλεσαν ἐν τοῖς ἔπεσιν. οὗτος ὡς ἐβασίλευσεν ὁ Ἐτεοκλῆς, τὴν μὲν χώραν
780 ἀπὸ Ἀνδρέως ἔχειν τὸ ὄνομα εἴασε, φυλὰς δὲ Κηφισιάδα, τὴν δὲ ἑτέραν ἐπώνυμον αὐτῷ κατεστήσατο. ἀφικομένῳ δὲ πρὸς αὐτὸν Ἄλμῳ τῷ Σισύφου δίδωσιν οἰκῆσαι τῆς χώρας οὐ πολλήν· καὶ αἱ κῶμαι τότε ἐκλήθησαν Ἄλμωνες ἀπὸ τοῦ Ἄλμου τούτου· χρόνῳ δὲ ἐξενίκησεν ὕστερον εἶναι τῇ κώμῃ Ἄλμωνας.

CAPUT XXXV.

De Gratiarum vario numero et nominibus — Gratiarum imaginibus et signis.

Τὸν δὲ Ἐτεοκλέα λέγουσιν οἱ Βοιωτοὶ Χάρισιν ἀνθρώπων θῦσαι πρῶτον· καὶ ὅτι μὲν τρεῖς εἶναι Χάριτας κατεστήσατο, ἴσασιν· ὀνόματα δὲ, οἷα ἔθετο αὐταῖς, οὐ μνημονεύουσιν. ἐπεὶ Λακεδαιμόνιοί γε εἶναι Χάριτας δύο καὶ Λακεδαίμονα ἱδρύσασθαι τὸν Ταϋγέτης φασὶν αὐτὰς, καὶ ὀνόματα θέσθαι Κλῆταν καὶ Φαένναν. ἐοι-

satu genitus est: quocirca et poetarum quidam Cephisiaden Eteoclem carminibus appellarunt. Suscepto Eteocles regno, agrum ab Andreo vocari facile sivit: tribus vero *duas* constituit; *quarum unam* Cephisiadem; alteram, de suo nomine *Eteoclean* iussit appellari. Venienti autem ad se Halmo Sisyphi filio, soli non magnam utique partem concessit: ab Halmo itaque vici tunc Halmones nuncupati fuere. Iis deinde, quae insecuta sunt temporibus, usus obtinuit ut *unicus* vicus Halmones appellaretur.

Cap. XXXV. Eteoclem sane Boeoti primum omnium Gratiis sacra fecisse memorant: ac tres quidem *religione* sanxisse norunt *omnes*: quae vero eis nomina indiderit, non meminerunt. Nam Lacedaemonii Gratias duntaxat duas colunt: quas Lacedaemonem Taygetae filium dedicasse tradunt, easque Clitam et Phaennam

κότα μὲν δὴ Χάρισιν ὀνόματα καὶ ταῦτα, ἐοικότα δὲ καὶ παρ' Ἀθηναίοις· τιμῶσι γὰρ ἐκ παλαιοῦ καὶ Ἀθηναῖοι Χάριτας, Αὐξὼ καὶ Ἡγεμόνην. τὸ γὰρ τῆς Καρποῦς ἐστιν οὐ Χάριτος, ἀλλὰ Ὥρας ὄνομα· τῇ δὲ ἑτέρᾳ τῶν Ὡρῶν νέμουσιν ὁμοῦ τῇ Πανδρόσῳ τιμὰς οἱ Ἀθηναῖοι, Θαλλὼ τὴν θεὸν ὀνομάζοντες. παρὰ δὲ Ἐτεοκλέους τοῦ Ὀρχομενίου μαθόντες τρισὶν ἤδη νομίζομεν Χάρισιν εὔχεσθαι· καὶ Ἀγγελίων τε καὶ Τεκταῖος, οἵ γε [Διονύσου] τὸν Ἀπόλλωνα ἐργαζόμενοι Δηλίοις, τρεῖς ἐποίησαν ἐπὶ τῇ χειρὶ αὐτοῦ Χάριτας· καὶ Ἀθήνησι πρὸ τῆς ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐσόδου Χάριτές εἰσι καὶ αὗται τρεῖς· παρὰ δὲ αὐταῖς τελετὴν ἄγουσιν ἐς τοὺς πολλοὺς ἀπόρρητον. Πάμφως μὲν δὴ πρῶ- 781
τος, ὧν ἴσμεν, ᾖσεν ἐς Χάριτας· πέρα δὲ οὔτε ἀριθμοῦ πέρι, οὔτε ἐς τὰ ὀνόματά ἐστιν οὐδὲν αὐτῷ πεποιημένον. Ὅμηρος δὲ (ἐμνημόνευσε γὰρ Χαρίτων καὶ οὗτος) τὴν μὲν Ἡφαίστου γυναῖκα εἶναι λέγει, καὶ ὄνομα

nominasse. Consentanea sane Gratiis ista nomina: consentanea etiam quae Athenienses usurparunt. Nam et ipsi iam tum ab antiquis temporibus Gratias venerantur, Auxo, et Hegemonen. Nam Carpus nomen, non Gratiae, sed Horae (*id est fructuum tempestivitatis*) est. Horarum alteri, communes cum Pandroso honores Athenienses habent, Thallo-tenque (*hoc est Germinatricem*) nominant. Accepto sane ab Orchomenio Eteocle ritu, tribus iam Gratiis vota concipimus. Iam qui Nunciorum numina, qui Liberum Patrem, qui Apollinem Deliis fecerunt, tres in eorum signorum manibus Gratias posuere. Athenis in arcis vestibulo Gratiae sunt, et ipsae numero tres, quarum initia vulgo incognita eo ipso in loco peragunt. Pamphus omnium (quos ipsi novimus) primus carmina in Gratias cecinit: earum tamen neque numerum definivit, neque nomina tradidit. Et ipse Gratiarum mentionem Homerus fecit. Vulcani uxorem earum unam dixit; quam Gratiam *proprio* appel-

σάντων τινὲς Κηφισιάδην τὸν Ἐτεοκλέα ἐκάλεσαν ἐν τοῖς ἔπεσιν. οὗτος ὡς ἐβασίλευσεν ὁ Ἐτεοκλῆς, τὴν μὲν χώραν ἀπὸ Ἀνδρέως ἔχειν τὸ ὄνομα εἴασε, φυλὰς δὲ Κηφισιάδα, τὴν δὲ ἑτέραν ἐπώνυμον αὑτῷ κατεστήσατο. ἀφικομένῳ δὲ πρὸς αὐτὸν Ἄλμῳ τῷ Σισύφου δίδωσιν οἰκῆσαι τῆς χώρας οὐ πολλήν· καὶ αἱ κῶμαι τότε ἐκλήθησαν Ἄλμωνες ἀπὸ τοῦ Ἄλμου τούτου· χρόνῳ δὲ ἐξενίκησεν ὕστερον εἶναι τῇ κώμῃ Ἄλμωνας.

CAPUT XXXV.

De Gratiarum vario numero et nominibus — Gratiarum imaginibus et signis.

Τὸν δὲ Ἐτεοκλέα λέγουσιν οἱ Βοιωτοὶ Χάρισιν ἀνθρώπων θῦσαι πρῶτον· καὶ ὅτι μὲν τρεῖς εἶναι Χάριτας κατεστήσατο, ἴσασιν· ὀνόματα δὲ, οἷα ἔθετο αὐταῖς, οὐ μνημονεύουσιν. ἐπεὶ Λακεδαιμόνιοί γε εἶναι Χάριτας δύο καὶ Λακεδαίμονα ἱδρύσασθαι τὸν Ταϋγέτης φασὶν αὐτὰς, καὶ ὀνόματα θέσθαι Κλῆταν καὶ Φαένναν. ἐοι-

satu genitus est: quocirca et poetarum quidam Cephisiaden Eteoclem carminibus appellarunt. Suscepto Eteocles regno, agrum ab Andreo vocari facile sivit: tribus vero *duas* constituit; *quarum unam* Cephisiadem; alteram, de suo nomine *Eteoclean* iussit appellari. Venienti autem ad se Halmo Sisyphi filio, soli non magnam utique partem concessit: ab Halmo itaque vici tunc Halmones nuncupati fuere. Iis deinde, quae insecuta sunt temporibus, usus obtinuit ut *unicus* vicus Halmones appellaretur.

Cap. XXXV. Eteoclem sane Boeoti primum omnium Gratiis sacra fecisse memorant: ac tres quidem *religione* sanxisse norunt *omnes*: quae vero eis nomina indiderit, non meminerunt. Nam Lacedaemonii Gratias duntaxat duas colunt: quas Lacedaemonem Taygetae filium dedicasse tradunt, easque Clitam et Phaennam

μνὰς πρῶτος Χάριτας ἤτοι πλάσας ἢ γραφῇ μιμησάμε-
νος, οὐχ οἷόν τε ἐγένετο πυθέσθαι με· ἐπεὶ τά γε ἀρ-
χαιότερα, ἐχούσας ἐσθῆτα οἵ τε πλάσται καὶ κατὰ ταὐ-
τὰ ἐποίουν οἱ ζωγράφοι· καὶ Σμυρναίοις τοῦτο μὲν ἐν
τῷ ἱερῷ τῶν Νεμέσεων ὑπὲρ τῶν ἀγαλμάτων χρυσῶν
Χάριτες ἀνάκεινται, τέχνη Βουπάλου· τοῦτο δὲ σφι-
σιν ἐν τῷ ᾠδείῳ Χάριτός ἐστιν εἰκὼν, Ἀπελλοῦ γρα-
φή. Περγαμηνοῖς δὲ ὡσαύτως ἐν τῷ Ἀττάλου θαλά- 782
μῳ, Βουπάλου καὶ αὗται· καὶ πρὸς τῷ ὀνομαζομένῳ
Πυθίῳ Χάριτές καὶ ἐνταῦθά εἰσι, Πυθαγόρου γρά-
ψαντος Παρίου· Σωκράτης τε ὁ Σωφρονίσκου πρὸ τῆς
ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐσόδου Χαρίτων εἰργάσατο ἀγάλματα
Ἀθηναίοις. καὶ ταῦτα μέν ἐστιν ὁμοίως ἅπαντα ἐν ἐσθῆ-
τι· οἱ δὲ ὕστερον, οὐκ οἶδα ἐφ' ὅτῳ, μεταβεβλήκασι
τὸ σχῆμα αὐταῖς. Χάριτας γοῦν οἱ κατ' ἐμὲ ἔπλασ-
σόν τε καὶ ἔγραφον γυμνάς.

qui primus Gratias vel finxerit nudas, vel pingendo nudas ostenderit, nusquam comperi. Apud priscos enim homines cum vestimento eas tam a fictoribus, quam a pictoribus factas novi. *Nam* et apud Smyrnaeos, quum in Nemesium fano supra Nemesium simulacra Gratiae aureae (?) positae sunt, quas Bupalus fecit: tum vero in Cantorum statione *(Odeum ipsi vocant)* Gratiae imago Apellis opus est. Pergameni etiam in Attali thalamo, et in eo templo quod Pythium nuncupant, suas habent et ipsi Gratias, quas pinxit Pythagoras Parius. Socrates ad haec Sophronisci filius ante arcis vestibulum Gratiarum Atheniensibus *e marmore* signa fecit. Ea sane omnia sunt veste velata. Qua vero his posteriores ratione ita Gratiarum ornatum immutaverint, ut *omnes plane* nudas fecerint, quibus eas vel fingendo vel pingendo exprimere curae fuit, mihi certe compertum non est. *Sed iam ad Orchomenios redeamus.*

CAPUT XXXVI.

De reliquis Orchomeni regibus, Almo, Phlegya — Phlegyarum bello contra Delphos et exitio — Minya et Minyis — Orchomeno et Hyetto.

Γενομένης δὲ Ἐτεοκλεῖ τῆς τελευτῆς, ἡ βασιλεία περιῆλθεν ἐς τὸ Ἄλμου γένος· Ἄλμῳ δὲ αὐτῷ μὲν θυγατέρες Χρυσογένεια ἐγένετο καὶ Χρύση· Χρύσης δὲ τῆς Ἄλμου καὶ Ἄρεως ἔχει φήμη γενέσθαι Φλεγύαν· καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν Ἐτεοκλέους, ἀποθανόντος ἄπαιδος, ὁ Φλεγύας ἔσχεν οὗτος. τῇ μὲν δὴ χώρᾳ τῇ πάσῃ Φλεγυαντίδα ὄνομα εἶναι μετέθεντο ἀντὶ Ἀνδρηΐδος· πόλις τε ἐγένετο ἥ τε ἐξαρχῆς οἰκισθεῖσα ἡ Ἀνδρηΐς, καὶ προσέκτισεν ὁ Φλεγύας ὁμώνυμον αὐτῷ, τοὺς τὰ πολεμικὰ ἀρίστους Ἑλλήνων συλλέξας ἐς αὐτήν. (2) Καὶ ἀπέστησάν τε ἀνὰ χρόνον ἀπὸ τῶν ἄλλων Ὀρχομενίων ὑπὸ ἀνοίας καὶ τόλμης οἱ Φλεγύαι, καὶ ἦγον καὶ ἔφερον τοὺς προσοίκους· τέλος δὲ καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν συλήσοντες στρατεύουσι τὸ ἐν Δελφοῖς· ὅτε καὶ Φιλάμμων λογάσιν Ἀργείων ἐπ' αὐτοὺς βοηθήσας αὐτός τε ἀπέθα-

Cap. XXXVI. Quum vivendi finem fecisset Eteocles, ad Halmi posteritatem regnum pervenit. Filiae Halmo fuere Chrysogenea, et Chryse. E Chryse fama est Phlegyan Marti genitum. In Eteoclis imperium hic ipse Phlegyas successit, quum ille *mares* filios non reliquisset. Totius tunc regionis immutatum est nomen; ut quae Andreis prius vocabatur, Phlegyantis dicta fuerit. Fuit etiam iam tum ab initio condita urbs Andreis; cui aliam de se appellatam addidit Phlegyas, congregatis in eam bellica virtute praestantissimis quibusque e *tota* Graecia. (2) Abiunxerunt vero se insequentibus dein temporibus, amentia et audacia impulsi, a reliquis Orchomeniis Phlegyae, finitimorum bona agere et rapere aggressi: postremo arma converterunt sua ad Apollinis Delphici fanum diripiendum. Contra quos quum Philam-

νεν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ οἱ τῶν Ἀργείων λογάδες. τοὺς δὲ Φλεγύας πολέμοις μάλιστα Ἑλλήνων χαίρειν μαρτυρεῖ μοι καὶ ἔπη τῶν ἐν Ἰλιάδι περὶ Ἄρεως καὶ Φόβου τοῦ Ἄρεως πεποιημένα,

Τὼ μὲν ἄρ' εἰς Ἐφύρους πόλεμον μέτα θωρήσσεσθον,
Ἠὲ μετὰ Φλεγύας μεγαλήτορας.

Ἐφύρους δὲ ἐνταῦθα ἐμοὶ δοκεῖν τοὺς ἐν τῇ Θεσπρωτίδι 783
ἠπείρῳ λέγει. τὸ μὲν δὴ Φλεγυῶν γένος ἀνέτρεψεν ἐκ βάθρων ὁ θεὸς κεραυνοῖς συνεχέσι, καὶ ἰσχυροῖς σεισμοῖς· τοὺς δὲ ὑπολειπομένους νόσος ἐπιπεσοῦσα ἔφθειρε λοιμώδης· ὀλίγοι δὲ καὶ ἐς τὴν Φωκίδα διαφεύγουσιν ἐξ αὐτῶν. (3) Φλεγύα δὲ οὐ γενομένων παίδων, ἐκδέχεται Χρύσης τὴν ἀρχὴν, Χρυσογενείας τε ὢν τῆς Ἅλμου, καὶ Ποσειδῶνος. τούτῳ δὲ υἱὸς γίνεται Χρύσῃ Μινύας, καὶ ἀπ' αὐτοῦ Μινύαι καὶ νῦν ἔτι, ὧν

mon Delphis opem ferens lectam Argivorum manum duxisset, ipse una cum fortissimis viris pugnans cecidit. Bellicae in primis rei studia prae cunctis Graeciae populis Phlegyas fuisse consectatos, testimonio mihi sunt Homeri versus, quos in Iliade fecit de Marte, et Terrore Martis *filio*:

Illi Ephyros ambo contra, tunc arma ferebant,
Sive acreis animi Phlegyas.

Ephyros ibi (ut mihi quidem videtur) nominat qui Thesproticum Epirum incolunt: at Phlegyarum genus *prope omne* crebris fulminibus, et telluris vehementissimis motibus deus funditus abolevit: qui reliqui fuere, eos pestilentia absumsit, praeter paucos, qui in Phocidem effugerunt. (3) Phlegya sine liberis extincto, imperium excepit Chryses, e Chrysogenea Halmi filia et Neptuno natus. Huius Chrysae filius fuit Minyas; a quo ii, quibus imperavit, populi hac etiam aetate Minyae nomi-

ἦρχεν, ὀνομάζονται. πρόσοδοι δὲ ἐγίνοντο τῷ Μινύᾳ τηλικαῦται μέγεθος, ὡς ὑπερβάλλεσθαι τοὺς πρὸ αὐτοῦ πλούτῳ· θησαυρόν τε ἀνθρώπων, ὧν ἴσμεν, Μινύας πρῶτος ἐς ὑποδοχὴν χρημάτων ᾠκοδομήσατο. Ἕλληνες δὲ ἄρα εἰσὶ δεινὰ τὰ ὑπερόρια ἐν θαύματι τίθεσθαι μείζονι ἢ τὰ οἰκεῖα· ὁπότε γε ἀνδράσιν ἐπιφανέσιν ἐς συγγραφὴν πυραμίδας μὲν τὰς παρὰ Αἰγυπτίοις ἐπῆλθεν ἐξηγήσασθαι πρὸς τὸ ἀκριβέστατον, θησαυρὸν δὲ τὸν Μινύου καὶ τὰ τείχη τὰ ἐν Τίρυνθι οὐδὲ ἐπὶ βραχὺ ἤγαγον μνήμης, οὐδὲν ὄντα ἐλάττονος θαύματος. (4) Μινύου δὲ ἦν Ὀρχομενός· καὶ ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος ἥ τε πόλις Ὀρχομενὸς καὶ οἱ ἄνδρες ἐκλήθησαν Ὀρχομένιοι. διέμεινε δὲ οὐδὲν ἧσσον καὶ Μινύας ἐπονομάζεσθαι σφᾶς ἐς διάκρισιν ἀπὸ Ὀρχομενίων τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ. παρὰ τοῦτον τὸν Ὀρχομενὸν βασιλεύοντα Ὕηττος ἀφίκετο ἐξ Ἄργους, φεύγων ἐπὶ τῷ Μολύρου φόνῳ τοῦ Ἀρίσβαντος, ὅντινα ἀπέκτεινεν ἐπὶ γυναικὶ ἑλὼν γαμετῇ· καὶ αὐτῷ τῆς χώρας ἀπένειμεν

nantur. Huic tam ampla fuere vectigalia, ut superiores *omnes* divitiis vicerit; primusque omnium, de quibus aliud accepimus, Minyas aerarium ad pecuniam servandam aedificavit. At Graeci exterarum gentium res accuratius exornantes, in maiori eas quam suas ipsorum miraculo posuere; quandoquidem clarissimi historiarum scriptores Aegyptiorum pyramidas accuratius *et magnificentius* extulerunt, quum de Minyae aerario, et Tirynthis muris, operibus nihilo minore dignis admiratione, ne brevem quidem fecerint mentionem. (4) Minyae filius fuit Orchomenus. Eo regnante et Urbs Orchomenus, et populus Orchomenii appellati. Mansit tamen nihilominus Minyarum etiam cognomen, quo ab iis, qui in Arcadia sunt, Orchomeniis distinguerentur. Ad hunc Orchomenum regnum *iam* obtinentem, Hyettus venit Argis, fugiens ob Moluri Arisbantis filii caedem, quem in uxoris adulterio deprehensum interfecerat. Ei partem

Ὀρχομενὸς, ὅση νῦν περί τε Ὑηττόν ἐστι τὴν κώμην, καὶ ἡ ταύτῃ προσεχής. Ὑήττου δὲ ἐποιήσατο μνήμην καὶ ὁ τὰ ἔπη συνθεὶς, ἃς μεγάλας Ἠοίας καλοῦσιν Ἕλληνες·

> Ὕηττος δὲ Μόλυρον Ἀρίσβαντος φίλον υἱὸν
> Κτείνας ἐν μεγάροις εὐνῆς ἕνεχ' ἧς ἀλόχοιο,
> Οἶκον ἀποπρολιπὼν φεῦγ' Ἄργεος ἱπποβότοιο, 784
> Ἷξεν δ' Ὀρχομενὸν Μινύειον· καί μιν ὅ γ' ἥρως
> Δέξατο, καὶ κτεάνων μοῖραν πόρεν, ὡς ἐπιεικές.

πρῶτος δὲ οὗτος ὁ Ὕηττος δίκην μοιχίας λαβὼν δῆλός ἐστι· καὶ χρόνῳ ὕστερον, Δράκοντος Ἀθηναίοις θεσμοθετήσαντος, ἐκ τῶν ἐκείνου κατέστη νόμων οὓς ἔγραφεν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ἄλλων τε ὁπόσων ἄδειαν εἶναι χρὴ, καὶ δὴ καὶ τιμωρίας μοιχοῦ. τὸ δὲ ἀξίωμα τῶν Μινυῶν ἐπὶ τοσοῦτον ἤδη προῆκτο ὥστε καὶ Νηλεὺς Κρηθέως βα-

agri Orchomenus concessit eam, quae circa Hyettum vicum est, cum tota vicinitate. Hyetti mentionem fecit is etiam, qui ea carmina composuit, quae sunt Eoeae magnae (*hoc est, Orientis monumenta*) appellatae.

> Hyettus, casti temerata ob foedera lecti,
> Filium Arisbantis quum stravit caede Molurum,
> Herbosis longe profugus discessit ab Argis,
> Orchomenumque adiit Minyeum: excepit amicis
> Aedibus illum heros, fortunarumque benigno
> Pectore participem non abnuit esse suarum.

Satis constat primum omnium Hyettum hunc de adulterio poenam sumsisse. Multo enim post Dracon, quum leges Athenis in magistratu ferret, quibus de *poena et impunitate* factorum cavit, de adulteriis quoque libere poenas sumi posse promulgavit. Eo iam Minyarum nomen dignitatis profectum fuerat, ut et Neleus Cre-

σιλεύων Πύλου γυναῖκα ἔσχεν ἐξ Ὀρχομενοῦ Χλῶριν Ἀμφίονος τοῦ Ἰάσου.

CAPUT XXXVII.

Almi genere exstincto, regnum Orchomeni ad Clymenum transit — dein ad Erginum — de Trophonio et Agamede narratio — Ascalapho et Ialmeno regnantibus Minyae ad Troiam tendunt — Orchomenii a Thebanis eiecti a Philippo Amyntae filio restituuntur.

Ἔδει δὲ ἄρα παυσθῆναι καὶ τὸ Ἄλμου γένος· οὐχ ὑπολείπεται γὰρ παῖδα Ὀρχομενός· καὶ οὕτως ἐς Κλύμενον τὸν Πρέσβωνος τοῦ Φρίξου περιῆλθεν ἡ ἀρχή. Κλυμένου δὲ γίνονται παῖδες, πρεσβύτατος μὲν Ἐργῖνος, ἐπὶ δὲ αὐτῷ Στράτιος, καὶ Ἄῤῥων, καὶ Πύλεος, νεώτατος δὲ Ἀζεύς. (2) Κλύμενον μὲν ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Ὀγχηστίου Ποσειδῶνος Θηβαίων φονεύουσιν ἄνδρες, ἐξ ἀφορμῆς μικρᾶς ἐς ἅπαν θυμοῦ προαχθέντες· Ἐργῖνος δὲ ὁ πρεσβύτατος τῶν Κλυμένου παίδων τὴν βασιλείαν παραλαμβάνει. δύναμιν δὲ αὐτίκα αὐτός τε καὶ οἱ ἀδελφοὶ συλλέξαντες ἦλθον ἐπὶ τὰς Θήβας· καὶ μάχῃ μὲν ἐκράτησαν, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου χωροῦσιν ἐς ὁμολογίαν,

thei filius Pyli rex, ex Orchomeno uxorem Aorin Amphionis ex Hilasio geniti filiam duxerit.

Cap. XXXVII. At evenit ut Halmi etiam proles aliquando interiret. Nam quum liberos Orchomenus non suscepisset, ad Clymenum Presbonis filium, Phrixi nepotem, imperium transiit. Filios hic habuit natu maximum Erginum: minores Stratium, Arrhonem, Pyleum, et postremum Axeum. (2) Clymenum ipsum, dum festi dies Onchestii Neptuni agitarentur, Thebani homines ex causa *admodum* levi vehementi ira concitati occiderunt. Erginus patri Clymeno aetatis iure in regnum successit. Is mox cum fratribus exercitu comparato Thebas adortus, praelio *primum* hostes fudit:

Θηβαίους κατὰ ἔτος ἕκαστον τελεῖν δασμὸν τοῦ Κλυμένου φόνου. Ἡρακλέους δὲ ἐπιστραφέντος ἐν Θήβαις, οὕτω τοῦ δασμοῦ τε ἠλευθερώθησαν οἱ Θηβαῖοι, καὶ οἱ Μινύαι μεγάλως τῷ πολέμῳ προσέπταισαν. Ἐργῖνος δὲ, ἅτε κεκακωμένων ἐς τὸ ἔσχατον τῶν πολιτῶν, πρὸς μὲν τὸν Ἡρακλέα ἐποιήσατο εἰρήνην· πλοῦτον δὲ τὸν πρότερον καὶ εὐδαιμονίαν ἐκείνην ἀνασώσασθαι ζητῶν ἠμέλησεν ἁπάντων ὁμοίως τῶν ἄλλων, ὥστε καὶ ἔλαθεν ἄγαμος 785
καὶ ἄπαις ἀφικόμενος ἐς γῆρας. ὡς δὲ αὐτῷ χρήματα συνείλεκτο, ἐνταῦθα ἐπεθύμησέν οἱ γενέσθαι παῖδας· ἐλθόντι δὲ ἐς Δελφοὺς καὶ ἐρομένῳ περὶ παίδων, χρᾷ τάδε ἡ Πυθία·

Ἐργῖνε Κλυμένοιο πάϊ Πρεσβωνιάδαο,
Ὄψ' ἦλθες γενεὴν διζήμενος, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν
Ἱστοβοῆϊ γέροντι νέην ποτίβαλλε κορώνην.

(3) Λαβόντι δὲ αὐτῷ νέαν γυναῖκα κατὰ τὸ μάντευμα,

icto deinde foedere, pecunia se annua Thebani de Clymeni caede satisfacturos pacti sunt. Sedenim quum Hercules ad Thebanorum res tuendas se convertisset, tributo liberati sunt Thebani, et Minyarum opes bello magnopere accisae. *Eo tempore* Erginus, ut qui confectos iam prope belli calamitatibus cives suos videret, pacem quidem cum Hercule fecit: ad pristinas autem opes et felicitatem redintegrandam conversus, ita prae hac una cura omnia contempsit cetera, ut senectus eum coelibem et orbum oppresserit. Magna demum congesta pecunia, cupiditas eum liberum suscipiendi cepit: Quare quum Delphos ea de re consulturus venisset, huiusmodi responsum accepit:

Ergine o Clymeni proles Presbonidae, ad aram
Exquirens sobolem venisti sero: sed et nunc
Temoni vetulo validum praetendito rostrum.

(3) Quum igitur oraculi monitu adolescentulam uxorem

Τροφώνιος γίνεται καὶ Ἀγαμήδης. λέγεται δὲ ὁ Τροφώνιος Ἀπόλλωνος εἶναι, καὶ οὐκ Ἐργίνου· καὶ ἐγώ τε πείθομαι, καὶ ὅστις παρὰ Τροφώνιον ἦλθε δὴ μαντευσόμενος. τούτους φασὶν, ὡς ηὐξήθησαν, γενέσθαι δεινοὺς θεοῖς τε ἱερὰ κατασκευάσασθαι καὶ βασίλεια ἀνθρώποις· καὶ γὰρ τῷ Ἀπόλλωνι τὸν ναὸν ᾠκοδόμησαν τὸν ἐν Δελφοῖς, καὶ Ὑριεῖ τὸν θησαυρόν. ἐποίησαν δὲ ἐνταῦθα τῶν λίθων εἶναι ἕνα σφίσιν ἀφαιρεῖν κατὰ τὸ ἐκτός· καὶ οἱ μὲν ἀεί τι ἀπὸ τῶν τιθεμένων ἐλάμβανον. Ὑριεὺς δὲ εἴχετο ἀφασίᾳ, κλεῖς μὲν καὶ σημεῖα τὰ ἄλλα ὁρῶν ἀκίνητα, τὸν δὲ ἀριθμὸν ἀεὶ τῶν χρημάτων ἐλάττονα. ἵστησιν οὖν ὑπὲρ τῶν ἀγγείων, ἐν οἷς ὅ τε ἄργυρος ἐνῆν καὶ ὁ χρυσός οἱ, πάγας, ἤ τι καὶ ἄλλο, ὃ τὸν ἐσελθόντα καὶ ἁπτόμενον τῶν χρημάτων καθέξειν ἔμελλεν, ἐσελθόντος δὲ τοῦ Ἀγαμήδους, τὸν μὲν ὁ δεσμὸς κατεῖχε· Τροφώνιος δὲ ἀπέτεμεν αὐτοῦ τὴν κε-

duxisset, Trophonius et Agamedes *ex eo matrimonio* nati sunt: *etsi* traditum est, Apollinis, non Ergini filium fuisse Trophonium: quod ego ut credam facile adducor; et *facile* sibi id persuasum habeat quicunque ad Trophonii oraculum accesserit. Ii quum ad virilem aetatem pervenissent, sollertia in deorum templis, et hominum regalibus tectis aedificandis praestiterunt. Erexerunt itaque Delphis Apollini templum, et Hyrieo aerarium. In eius pariete lapidem unum ita collocarant, ut extrorsum eum, *quum vellent*, adductum eximerent. Quoties itaque libitum esset, *clam introeuntes* aliquid repositae pecuniae auferebant. Enimvero Hyrieum ea res vehementer sollicitum habebat, praesertim quum et claves et signa cetera incorrupta cerneret, pecuniae tamen numerum quotidie comminui animadverteret. Super vasis igitur in quibus erat reposita pecunia, laqueos disposuit, vel aliud quid eiusmodi, quo, simulac pecuniam quis esset attingere conatus, captus teneretur. Ingressus itaque Agamedes in vinculis haesit. Trophonius fratris

φαλὴν, ὅπως μὴ ἡμέρας ἐπισχούσης ἐκεῖνος γένηται ἐν
αἰκίαις, καὶ αὐτὸς μηνυθείη μετέχων τοῦ τολμήματος. 786
καὶ Τροφώνιον μὲν ἐνταῦθα ἐδέξατο ἡ γῆ διαστᾶσα, ἔνθα ἐστὶν ἐν τῷ ἄλσει τῷ ἐν Λεβαδείᾳ βόθρος τε Ἀγαμήδους καλούμενος, καὶ πρὸς αὐτῷ στήλη. Τὴν δὲ ἀρχὴν τῶν Ὀρχομενίων ἔσχεν Ἀσκάλαφος καὶ Ἰάλμενος Ἄρεως εἶναι λεγόμενοι· μητρὸς δὲ Ἀστυόχης ἦσαν τῆς Ἄκτορος τοῦ Κλυμένου· καὶ ὑπὸ τούτοις ἡγεμόσι Μινύαι στρατεύουσιν ἐς Τροίαν. μετέσχον Ὀρχομένιοι καὶ τοῖς Κόδρου παισὶν ἐς Ἰωνίαν τοῦ στόλου. Γενομένους δὲ ἀναστάτους ὑπὸ Θηβαίων κατήγαγεν αὖθις ἐς Ὀρχομενὸν Φίλιππος ὁ Ἀμύντου· τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ δαιμονίου σφίσιν ἐς τὸ ἀσθενέστερον ἔμελλεν ἀεὶ ῥέψειν.

caput statim praecidit, *veritus nempe* ne quum illuxisset, per tormenta quaestione habita, et ipse ab illo, quod furti fuisset socius, indicaretur. Trophonius quidem terrae haustus est hiatu eo ipso in loco, quo exstat in luco, qui est Lebadeae, fovea, quae Agamedis dicitur, columna supereminente. Orchomeniorum *posthaec* regnum obtinuere Ascalaphus et Ialmenus, quos Marti Astyoche Actoris filia, Axei neptis, Clymeni proneptis, peperisse dicebatur. Hos ad Troiam duces Orchomenii secuti sunt. Eius etiam coloniae, quam in Ioniam Codri filii deduxerunt, consortes Orchomenii fuere. Suis vero a Thebanis eiectos sedibus, Orchomenum Philippus Amyntae filius reduxit. Sed eorum res adversa fortuna gravius semper afflixit.

CAPUT XXXVIII.

Memoranda apud Orchomenios — Minyae thesaurus — Minyae et Hesiodi sepulcra — de Actaeonis cultu — Melane et Cephisso fluviis — Orchomeniorum divitiis et urbe Aspledone.

Ὀρχομενίοις δὲ πεποίηται καὶ Διονύσου, τὸ δὲ ἀρχαιότατον Χαρίτων ἐστὶν ἱερόν. τὰς μὲν δὴ πέτρας σέβουσί τε μάλιστα, καὶ τῷ Ἐτεοκλεῖ φασὶν αὐτὰς πεσεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· τὰ δὲ ἀγάλματα σὺν κόσμῳ πεποιημένα ἀνετέθη μὲν ἐπ' ἐμοῦ, λίθου δέ ἐστι καὶ ταῦτα. (2) Ἔστι δέ σφισι καὶ κρήνη θέας ἀξία· καταβαίνουσι δὲ ἐς αὐτὴν ὕδωρ οἴσοντες. θησαυρὸς δὲ ὁ Μινύου, θαῦμα ὂν τῶν ἐν Ἑλλάδι αὐτῇ καὶ ἑτέρωθι οὐδενὸς ὕστερον, πεποίηται τρόπον τοιόνδε. λίθου μὲν εἴργασται, σχῆμα δὲ περιφερές ἐστιν αὐτῷ, κορυφὴ δὲ οὐκ ἐς ἄγαν ὀξὺ ἀνηγμένη· τὸν δὲ ἀνωτάτω τῶν λίθων φασὶν ἁρμονίαν παντὶ εἶναι τῷ οἰκοδομήματι. τάφοι δὲ Μινύου τε καὶ Ἡσιόδου. (3) Καταδέξασθαι δέ φασιν οὕτω τοῦ Ἡσιόδου τὰ ὀστᾶ. νόσου καταλαμβανούσης λοιμώ-

Cap. XXXVIII. Apud Orchomenios Liberi Patris templum exstat, et (quod maxime priscum est) Gratiarum. Saxa vero *quaedam* praecipua colunt veneratione, quae excepisse Eteoclem e coelo delapsa ferunt: nam quae expolitius fabricata sunt signa, et ipsa e lapide, aetate mea dedicata fuere. (2) Fons etiam illic est insigni opere exornatus: in eum descendunt, qui aquatum veniunt. Minyae aerarium, unum est de Graeciae miraculis, nulli omnino eorum quae uspiam alibi sint, operum magnificentia secundum. Ad hunc autem modum exstructum est. Lapidei sunt omnes parietes, rotunda operis forma, non valde in acutum se attollente fastigio: supremum lapidem toti aedificio modulum convenientiae esse dicunt. Sepulcra visuntur Minyae, et Hesiodi. (3) Hesiodi quidem ossa hoc se modo recepisse narrant. Saeviente in homines et pecudes pesti-

δοὺς καὶ ἀνθρώπους καὶ τὰ βοσκήματα, ἀποστέλλουσι
θεωροὺς παρὰ τὸν θεόν. τούτοις δὲ ἀποκρίνασθαι λέ-
γουσι τὴν Πυθίαν, Ἡσιόδου τὰ ὀστᾶ ἐκ τῆς Ναυπα-
κτίας ἀγαγοῦσιν ἐς τὴν Ὀρχομενίαν, ἄλλο δὲ εἶναί σφι-
σιν οὐδὲν ἴαμα· τότε δὲ ἐπερέσθαι δεύτερα, ὅπου τῆς 787
Ναυπακτίας αὐτὰ ἐξευρήσουσι, καὶ αὖθις τὴν Πυθίαν
εἰπεῖν, ὡς μηνύσει κορώνη σφίσιν· οὕτω τοῖς θεοπρό-
ποις ἀποβᾶσιν ἐς τὴν γῆν, πέτραν τε οὐ πόῤῥω τῆς
ὁδοῦ, καὶ τὴν ὄρνιθα ἐπὶ τῇ πέτρᾳ φασὶν ὀφθῆναι· καὶ
τοῦ Ἡσιόδου τε τὰ ὀστᾶ εὗρον ἐν χηραμῷ τῆς πέτρας,
καὶ ἐλεγεῖα ἐπὶ τῷ μνήματι ἐπεγέγραπτο·

Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
Ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει
Ἡσιόδου, τοῦ πλεῖστον ἐν Ἑλλάδι κῦδος ὀρεῖται
Ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης.

(4) Περὶ δὲ Ἀκταίωνος λεγόμενα ἦν Ὀρχομενίοις, λυ-

lentia, missos ad oraculum consultores; responsum tulisse, ad sedandam luem unicum illud fore remedium, si ex Naupactio agro in Orchomenium Hesiodi ossa deportassent: aliam sane nullam reperiri posse mali levationem. Percontatos rursus eos, in qua tandem Naupactii agri parte essent illa reperturi: respondisse Pythiam, *locum* cornicem monstraturam. Quum itaque in terram e navi exscendissent qui sciscitatum missi fuerant, non longe a via cornicem conspexisse saxo insidentem; ibique Hesiodi ossa inventa in eius saxi latebra, cum hac elegorum inscriptione: (imo *ossa invenerunt — et hi elegi sepulcro eius inscripti sunt.*)

Hesiodi patria est frumenti fertilis Ascra,
Sed bello insignes ossa tenent Minyae:
Huius in Argolicis excellit gloria terris,
Iudicium quibus est, ingeniumque sagax.

(4) **Iam vero de Actaeone vulgatum inter Orchomenios**

μαίνεσθαι τὴν γῆν πέτραν ἔχον εἴδωλον. ὡς δὲ ἐχρῶντο ἐν Δελφοῖς, κελεύει σφίσιν ὁ θεὸς, ἀνευρόντας, εἴ τι ἦν Ἀκταίωνος λοιπὸν, κρύψαι τῇ γῇ· κελεύει δὲ καὶ τοῦ εἰδώλου χαλκῆν ποιησαμένους εἰκόνα, πρὸς τῇ πέτρᾳ σιδήρῳ δῆσαι τοῦτο· καὶ αὐτὸς δεδεμένον τὸ ἄγαλμα εἶδον· καὶ τῷ Ἀκταίωνι ἐναγίζουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος. σταδίους δὲ ἀφέστηκεν ἑπτὰ Ὀρχομενοῦ ναός τε Ἡρακλέους, καὶ ἄγαλμα οὐ μέγα. (5) Ἐνταῦθα τοῦ ποταμοῦ Μέλανός εἰσιν αἱ πηγαὶ, καὶ ὁ Μέλας ἐς λίμνην καὶ οὗτος τὴν Κηφισίδα ἐκδίδωσιν. ἐπέχει μὲν δὴ καὶ ἄλλως τῆς Ὀρχομενίας τὸ πολὺ ἡ λίμνη, χειμῶνος δὲ ὥρᾳ νότου τὰ πλείω πνεύσαντος, ἔπεισιν ἐπὶ πλέον τῆς χώρας τὸ ὕδωρ. Θηβαῖοι δὲ τὸν ποταμὸν τὸν Κηφισὸν ὑπὸ Ἡρακλέους ἐς τὸ πεδίον ἀποστραφῆναί φασι τὸ Ὀρχομένιον· τέως δὲ αὐτὸν ὑπὸ τὸ ὄρος ἐς θάλασσαν ἐξιέναι, πρὶν ἢ τὸν Ἡρακλέα τὸ χάσμα ἐμφράξαι τὸ
788 *διὰ τοῦ ὄρους. ἐπίσταται μὲν οὖν καὶ Ὅμηρος λίμνην ἄλλως τὴν Κηφισίδα οὖσαν, καὶ οὐχ ὑπὸ Ἡρακλέους πεποιημένην· καὶ ἐπὶ τῷδε εἴρηκε·*

fuit, vexari agrum ab ea larva quae saxo insideret. *Ea de re* consulto oraculo Delphico, iussi sunt, si quas reperissent Actaeonis reliquias, eas ut terra tegerent: praeterea ut larvae simulacrum ex aere factum ad saxum ferro adligarent: quod ipse adligatum vidi. Actaeoni quidem quotannis parentant. Abest ab Orchomeno stadia septem Herculis templum, in quo non magnum utique signum. (5) Sunt ibi Melanis fluvii fontes, qui et ipse in Cephissidem paludem influit. Magnam sane partem Orchomenii agri ea palus occupat, ex eaque hyeme anni, flantibus vehementius Austris, late stagnat aqua. Narrant Thebani ab Hercule Cephissum amnem in Orchomeniorum campos aversum, quum antea per montanos cuniculos in mare exiret: eos meatus occlusisse Herculem. Sed novit sane Homerus fuisse paludem Cephissidem absque Herculis opera: *Paludi enim inquit,* accli-

Λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισίδι.

(6) *Ἔχει δὲ οὐδὲ εἰκότα λόγον, τοὺς Ὀρχομενίους μὴ καὶ τὸ χάσμα ἐξευρεῖν, καὶ τοῦ Ἡρακλέους ἀναῤῥήξαντας τὸ ἔργον, ἀποδοῦναι τὴν διέξοδον τῷ Κηφισῷ τὴν ἀρχαίαν· ἐπεὶ μηδὲ ἄχρι τῶν Τρωϊκῶν χρήμασιν ἀδυνάτως εἶχον. μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ Ὅμηρος ἐν Ἀχιλλέως ἀποκρίσει πρὸς τοὺς παρὰ Ἀγαμέμνονος πρέσβεις·*

Οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν ποτινίσσεται.

δῆλα δήπουθεν ὡς καὶ τότε προσιόντων τοῖς Ὀρχομενίοις χρημάτων πολλῶν. Ἀσπληδόνα δὲ ἐκλιπεῖν τοὺς οἰκήτοράς φασιν, ὕδατος σπανίζοντας· γενέσθαι δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ Ἀσπληδόνος τῇ πόλει· τοῦτον δὲ εἶναι νύμφης τε Μιδείας καὶ Ποσειδῶνος. ὁμολογεῖ δὲ καὶ ἔπη σφίσιν, ἃ ἐποίησε Χερσίας, ἀνὴρ Ὀρχομένιος·

Ἐκ δὲ Ποσειδάωνος ἀγακλειτῆς τε Μιδείας
Ἀσπληδὼν γένεθ' υἱὸς ἀν' εὐρύχορον πτολίεθρον.

vis Cephissidi. (6) Neque satis est verisimile, non fuisse Orchomenios apertis cuniculis, et Herculis obice disiecto, pristinum exitum flumini reddituros, quando ne Troicis quidem temporibus opes illi desiderarunt. Testis est idem Homerus eo loco, quo Agamemnonis legatis respondentem Achillem facit:

Non ea quae Orchomenum portantur cuncta.

Ex quo plane colligi potest, magnam Orchomeniis tunc quoque pecuniam suppeditasse. Aspledonem quidem ob aquarum penuriam desertam tradunt: nomen vero urbi contigisse ab Aspledone, quem Midea Nympha Neptuno pepererit. Id confirmant versus a Chersia facti, viro (ut aiunt) Orchomenio:

Neptunoque tridentifero, insignique Midea
Aspledon satus est, ampla spectandus in urbe.

οὐδὲ τοῦ Χερσίου τῶν ἐπῶν οὐδεμία ἦν ἔτι κατ' ἐμὲ μνήμη· ἀλλὰ καὶ τάδε ἐπηγάγετο ὁ Κάλλιππος ἐς τὸν αὐτὸν λόγον τὸν ἔχοντα ἐς Ὀρχομενίους. τούτου δὲ τοῦ Χερσίου καὶ ἐπίγραμμα οἱ Ὀρχομένιοι τὸ ἐπὶ τῷ Ἡσιόδου τάφῳ μνημονεύουσι.

CAPUT XXXIX.

De Lebadia, olim Midea dicta — Hercyna puella et fluvio eiusque antro — Trophonii templo ac signo aliisque memorandis — Trophonii oraculum consulendi ratione — Trophonii oraculo.

Τὰ μὲν δὴ πρὸς τῶν ὀρῶν Φωκεῖς ὑπεροικοῦσιν Ὀρχομενίων· ἐν δὲ τῷ πεδίῳ Λεβάδειά ἐστιν αὐτοῖς ὅμορος. αὕτη τὸ μὲν ἐξαρχῆς ᾠκεῖτο ἐπὶ μετεώρου, καὶ ὠνομάζετο Μίδεια ἀπὸ τῆς Ἀσπληδόνος μητρός· Λεβάδου δὲ ἐξ Ἀθηνῶν ἐς αὐτὴν ἀφικομένου, κατέβησάν τε ἐς τὸ χθαμαλὸν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐκλήθη Λεβάδεια ἡ πόλις ἀπ' αὐτοῦ. πατέρα δὲ τοῦ Λεβάδου, καὶ καθ' ἥντινα
789 αἰτίαν ἦλθεν, οὐκ ἴσασιν ἄλλο ἢ γυναῖκα εἶναι Λεβάδου Λαονίκην. (2) Κεκόσμηται μὲν δὴ τὰ ἄλλα σφίσιν ἡ

Aetate certe mea Chersiae carmina iam vetustas aboleverat: hos tamen ipsos versus Callippus retulit in oratione de Orchomeniis. Eidem sane Chersiae epigramma Orchomenii attribuunt, quod Hesiodi sepulcro inscriptum fuit.

Cap. XXXIX. Qua montes consurgunt, Phocenses supra Orchomenios habitant: in campestri vero planicie Lebadea illis est finitima. Haec olim et ipsa in edita regionis parte habitabatur, Mideae nomine, ab Aspledonis nempe matre. Lebado vero Athenis in ea loca profecto, in plana incolae descenderunt, et Lebadea a Lebado ipso nomen accepit: cuius neque pater quis fuerit, norunt; neque quam ob causam *illuc* venerit: tantum illud sciunt, uxorem ei Nicen fuisse. (2) Ex-

πόλις ὁμοίως τοῖς Ἑλλήνων μάλιστα εὐδαίμοσι· διείργει * δὲ ἀπ' αὐτῆς τὸ ἄλσος τοῦ Τροφωνίου. φασὶ δὲ ἐνταῦθα Ἕρκυναν ὁμοῦ Κόρῃ τῇ Δήμητρος παίζουσαν καὶ ἔχουσαν χῆνα ἀφεῖναι τοῦτον ἄκουσαν· ἐς δὲ ἄντρον κοῖλον ἐσπτάντος καὶ ὑπὸ λίθον ἀποκρύψαντος αὑτὸν, ἐσελθοῦσα ἡ Κόρη λαμβάνει τὸν ὄρνιθα ὑπὸ τῷ λίθῳ κατακείμενον· ῥυῆναί τε δὴ τὸ ὕδωρ, ὅθεν ἀνείλετο ἡ Κόρη τὸν λίθον, καὶ ὀνομασθῆναι τὸν ποταμὸν ἐπὶ τούτῳ λέγουσιν Ἕρκυναν· καὶ ἔστι μὲν πρὸς τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ ναὸς Ἑρκύνης, ἐν δὲ αὐτῷ παρθένος χῆνα ἔχουσα ἐν ταῖς χερσίν. εἰσὶ δὲ ἐν τῷ σπηλαίῳ τοῦ ποταμοῦ τε αἱ πηγαὶ καὶ ἀγάλματα ὀρθά· περιειλιγμένοι δὲ εἰσιν αὐτῶν τοῖς σκήπτροις δράκοντες· ταῦτα εἰκάσαι μὲν ἄν τις Ἀσκληπιοῦ τε εἶναι καὶ Ὑγιείας· εἶεν δ' ἂν Τροφώνιος] καὶ Ἕρκυνα· ἐπεὶ μηδὲ τοὺς δράκοντας Ἀσκληπιοῦ μᾶλλον ἢ καὶ Τροφωνίου νομίζουσιν ἱεροὺς εἶναι. ἐπὶ δὲ τῷ ποταμῷ μνῆμά ἐστιν Ἀρκεσιλάου· Λήϊτον δὲ ἀνακομίσαι τοῦ Ἀρκεσιλάου τὰ ὀστᾶ ἐκ

ornata urbs est operibus, haud minus quam alia quaevis maxime florentium Graeciae urbium. *Modice* ab ea recedit Trophonii lucus: quo loco Hercynam tradunt cum Cereris filia ludentem, anserem e manibus invitam dimisisse: volitantem illum subisse cavernosum antrum, ibique se sub lapide occultasse: Proserpinam subingressam, avem a fuga retraxisse: quo loco lapidem submoverat, aquam erupisse; qui postea fuerit Hercyna amnis appellatus. Manet ad fluminis ripas, Hercynae fanum, et *signum* in eo, virgo anserem manibus praeferens. Fluvii fontes intra speluncam sunt: et stantia simulacra, quorum sceptris dracones circumvoluti sunt. Coniiciat quis esse illa Aesculapii et Hygiae. Sed suspicari etiam liceat esse Trophonii et Hercynae, quum non magis Aesculapio quam Trophonio dracones consecratos censeant. Prope amnem est Arcesilai monumentum. Reportasse e

Τροίας. (3) Τὰ δὲ ἐπιφανέστατα ἐν τῷ ἄλσει Τροφωνίου ναὸς καὶ ἄγαλμά ἐστιν, Ἀσκληπιῷ καὶ τοῦτο εἰκασμένον· Πραξιτέλης δὲ ἐποίησε τὸ ἄγαλμα. ἔστι δὲ καὶ Δήμητρος ἱερὸν ἐπίκλησιν Εὐρώπης· καὶ Ζεὺς Ὑέτιος ἐν ὑπαίθρῳ. ἀναβᾶσι δὲ ἐπὶ τὸ μαντεῖον, καὶ αὐτόθεν ἰοῦσιν ἐς τὸ πρόσω τοῦ ὄρους, Κόρης ἐστὶ καλουμένη Θήρα καὶ Διὸς Βασιλέως ναός· τοῦτον μὲν δὴ διὰ τὸ μέγεθος ἢ καὶ τῶν πολέμων τὸ ἀλλεπάλληλον ἀφείκασιν ἡμίεργον. ἐν δὲ ἑτέρῳ ναῷ Κρόνου καὶ Ἥρας καὶ Διός ἐστιν ἀγάλματα. ἔστι δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἱερόν. (4) Κατὰ δὲ τὸ μαντεῖον τοιάδε γίνεται. ἐπειδὰν ἀνδρὶ ἐς τοῦ Τροφωνίου κατιέναι δόξῃ, πρῶτα μὲν τεταγμένων ἡμερῶν δίαιταν ἐν οἰκήματι ἔχει· τὸ δὲ οἴκημα Δαίμονός τε ἀγαθοῦ καὶ Τύχης ἱερόν ἐστιν ἀγαθῆς· διαιτώμενός τε ἐνταῦθα, τά τε ἄλλα καθαρεύει, καὶ λουτρῶν εἴργεται θερμῶν· τὸ δὲ λουτρὸν ὁ ποταμός ἐστιν ἡ Ἕρκυνα· καὶ οἱ κρέα ἄφθονά ἐστιν ἀπὸ τῶν θυσιῶν·

Troia Arcesilai ossa Leitum dicunt. (3) In luco maxime insignia sunt, Trophonii templum, et signum, quod Aesculapii esse facile existimes: Praxiteles illud fecit. Est ibidem Cereris, cognomento Europae, sacellum, et sub divo Iupiter Pluvius. Ad oraculum ascendentibus atque inde ad ulteriora montis pergentibus occurrit Proserpinae (ut vocant) Venatio, et Iovis Regis templum; quod propter spatii magnitudinem, vel propter continuata bella, dimidia tantum ex parte perfectum reliquerunt. In alio templo, Saturni, Iunonis, et Iovis simulacra sunt. Apollinis etiam illic est fanum. (4) Quod ad oraculum pertinet, observatur ritus huiusmodi. Ubi statuerit quis in Trophonii descendere, primum dierum certum numerum est ei in aedicula quadam commorandum: est illa Bono Genio, et Bonae Fortunae sacra. Illic degens et alia suscipit expiationum genera, et calidis abstinet aquis; Hercyna fluvio se abluit. Carnes ei de victimis large suppedi-

θύει γὰρ δὴ ὁ κατιὼν αὐτῷ τε τῷ Τροφωνίῳ καὶ τοῦ Τροφωνίου τοῖς παισὶ, πρὸς δὲ Ἀπόλλωνί τε καὶ Κρόνῳ, καὶ Διὶ ἐπίκλησιν Βασιλεῖ, καὶ Ἥρᾳ τε Ἡνιόχῃ, καὶ Δήμητρι, ἣν ἐπονομάζοντες Εὐρώπην τοῦ Τροφωνίου φασὶν εἶναι τροφόν. καθ' ἑκάστην δὲ τῶν θυσιῶν ἀνὴρ μάντις παρὼν, ἐς τοῦ ἱερείου τὰ σπλάγχνα ἐνορᾷ· ἐνιδὼν δὲ προθεσπίζει τῷ κατιόντι, εἴ δὴ αὐτὸν εὐμενὴς ὁ Τροφώνιος καὶ ἵλεως δέξεται· τῶν μὲν δὴ ἄλλων ἱερείων τὰ σπλάγχνα οὐχ ὁμοίως δηλοῖ τοῦ Τροφωνίου τὴν γνώμην. ἐν δὲ νυκτὶ, ᾗ κάτεισιν ἕκαστος, ἐν ταύτῃ κριὸν θύουσιν ἐς βόθρον, ἐπικαλούμενοι τὸν Ἀγαμήδην· θυμάτων δὲ τῶν πρότερον πεφηνότων αἰσίων λόγος ἐστὶν οὐδεὶς, εἰ μὴ καὶ τοῦδε τοῦ κριοῦ τὰ σπλάγχνα τὸ αὐτὸ θέλει λέγειν. ὁμολογούντων δὲ καὶ τούτων, τότε ἕκαστος ἤδη κάτεισιν εὔελπις· κάτεισι δὲ οὕτω. πρῶτα μὲν ἐν τῇ νυκτὶ αὐτὸν ἄγουσιν ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὴν Ἕρκυναν· ἀγαγόντες δὲ, ἐλαίῳ χρίουσι καὶ λούουσι δύο παῖδες τῶν ἀστῶν ἔτη τρία που καὶ

tant. Immolat enim qui huc descendit, Trophonio, et filiis: Apollini praeterea, Saturno, Iovi, cui Regi cognomen: Iunoni Heniochae, et Cereri, quam Europen nominant, ac fuisse Trophonii nutricem perhibent. Adest aruspex, qui caesarum hostiarum viscera inspectat: ex ea inspectione vaticinatur, numquid Trophonius placatus iam et propitius consultorem sit accepturus. Alia tamen exta non tam perspicue Trophonii mentem denunciant, verum ea, qua quis nocte descendit, arietem mactat ad ipsam foveam, invocato Agamedis numine. Exta priora pro nihilo ducuntur, etiam si maxime fuerint laeta, nisi huius quoque arietis exta idem portendant. Id ubi ita evenerit, ut extorum consentiat significatio, bona cum spe descendit consultor: atque hoc maxime modo *initiatus hocque ritu* descendit. Deducunt *sacrificuli* eum noctu ad Hercynam fluvium; ibi hominem oleo perungunt et abluunt pueri duo ex op-

δέκα γεγονότες, οὓς Ἑρμᾶς ἐπονομάζουσιν· οὗτοι καταβαίνοντά εἰσιν οἱ λούοντες, καὶ ὁπόσα χρὴ διακονούμενοι, ἅτε παῖδες. τὸ ἐντεῦθεν ὑπὸ τῶν ἱερέων οὐκ αὐτίκα ἐπὶ τὸ μαντεῖον, ἐπὶ δὲ ὕδατος πηγὰς ἄγεται· αἱ δὲ ἐγγύτατά εἰσιν ἀλλήλων. ἐνταῦθα δὴ χρὴ πιεῖν αὐτὸν Λήθης τε ὕδωρ καλούμενον, ἵνα λήθη γένηταί οἱ πάντων, ἃ τέως ἐφρόντιζε, καὶ ἐπὶ τῷδε ἄλλο αὖθις ὕδωρ πίνειν Μνημοσύνης· ἀπὸ τούτου τὸ μνημονεύειν τὰ ὀφθέντα οἱ καταβάντι. θεασάμενος δὲ ἄγαλμα, ὃ ποι-
791 ῆσαι Δαίδαλόν φασιν, (ὑπὸ δὲ τῶν ἱερέων οὐκ ἐπιδείκνυται, πλὴν ὅσοι παρὰ τὸν Τροφώνιον μέλλουσιν ἔρχεσθαι) τοῦτο τὸ ἄγαλμα ἰδών, καὶ θεραπεύσας τε καὶ εὐξάμενος, ἔρχεται πρὸς τὸ μαντεῖον, χιτῶνα ἐνδεδυκὼς λινοῦν, καὶ ταινίαις τὸν χιτῶνα ἐπιζωσθείς, καὶ ὑποδησάμενος ἐπιχωρίας κρηπῖδας. (5) Ἔστι δὲ τὸ μαντεῖον ὑπὲρ τὸ ἄλσος ἐπὶ τοῦ ὄρους. κρηπὶς μὲν ἐν

pidanorum liberis; annos ferme tredecim nati: Hermas *(id est Mercurios)* illos nuncupant. Hi sunt qui descendentem abluunt, quique ministrant, quae sunt opus omnia, ut puerorum est captus. Hinc non statim ad oraculum a sacrificulis, sed *prius* ad aquae fontes ducitur: sunt vero *duo* inter se proximi. Bibenda illic est Lethes quae dicitur aqua, quo cunctorum ei, quae antea illi erant curae, oblivio contingat; Mnemosynes deinde *(id est Memoriae)* aquas potat, ut *ne mens effluat, quo minus* quae intra ea penetralia viderit, *omnia* memoria contineat. Iam simulacrum, quod fecisse Daedalum autumant, contemplatus, (nemini prorsus id ostendunt sacerdotes, praeterquam iis, qui ad Trophonium sunt accessuri) eo signo conspecto, et cum multa religione votis nuncupatis, ad oraculum progreditur, tunicam indutus lineam, ac taeniis incinctus, soleis popularibus in pedes inductis. (5) Est vero oraculum supra lucum in monte, crepido in orbem candido saxo

κύκλῳ περιβέβληται λίθου λευκοῦ, περίοδος δὲ τῆς κρηπῖδος κατὰ ἅλω τὴν ἐλαχίστην ἐστίν· ὕψος δὲ ἀποδέουσι δύο εἶναι πήχεις. ἐφεστήκασι δὲ ἐπὶ τῇ κρηπῖδι ὀβελοὶ καὶ αὐτοὶ χαλκοῖ, καὶ αἱ συνέχουσαι σφᾶς ζῶναι· διὰ δὲ αὐτῶν θύραι πεποίηνται. τοῦ περιβόλου δ' ἐντὸς χάσμα γῆς ἐστιν οὐκ αὐτόματον, ἀλλὰ σὺν τέχνῃ καὶ ἁρμονίᾳ πρὸς τὸ ἀκριβέστατον ᾠκοδομημένον. τοῦ δὲ οἰκοδομήματος τούτου τὸ σχῆμα εἴκασται κριβάνῳ· τὸ δὲ εὖρος ἡ διάμετρος αὐτοῦ τέσσαρας παρέχοιτο ἂν ὡς εἰκάσαι πήχεις· βάθος δὲ τοῦ οἰκοδομήματος, οὐκ ἂν οὐδὲ τοῦτο εἰκάζοι τὶς ἐς πλέον ὀκτὼ καθήκειν πηχῶν. κατάβασις δὲ οὐκ ἔστι πεποιημένη σφίσιν ἐς τὸ ἔδαφος· ἐπειδὰν δὲ ἀνὴρ ἔρχηται παρὰ τὸν Τροφώνιον, κλίμακα αὐτῷ κομίζουσι στενὴν καὶ ἐλαφράν· καταβάντι δέ ἐστιν ὀπὴ μεταξὺ τοῦ τε ἐδάφους καὶ τοῦ οἰκοδομήματος· σπιθαμῶν τὸ εὖρος δύο, τὸ δὲ ὕψος ἐφαίνετο εἶναι σπιθαμῆς. ὁ οὖν κατιὼν κατακλίνας ἑαυτὸν ἐς τὸ ἔδαφος, ἔχων μάζας μεμαγμένας μέλιτι προεμβάλλει τε ἐς τὴν

circumducta. Crepidinis ambitus est instar areae minimae, altitudine minore quam cubitum duum. Erecti sunt super crepidine obelisci, tam ipsi, quam zonae, quibus continentur, aenei. Inter eos media sunt ostia. Intra ambitum specus est, non natura, sed arte, et certo proportionis modulo quam sollertissime excisus. Eius *subterraneae* cellulae forma furno persimilis: cuius latitudo dimensa per rectam lineam *ab imo ambitu ad summum*, cubita aequarit plus minus IV. In altum subsidit hiatus haud amplius octo fere cubitum. Nulli vero gradus constructi sunt, qui ingressos ad imum solum demittant: sed ad Trophonium descensuri scalas admovent, angustas *aeque* atque habiles. Ubi descensum fuerit, medium inter solum et antri testudinem cavernula est latitudine duarum spithamarum; altitudo vero unius esse spithamae videbatur. Qui eo penetrarit, humi procumbens, melle subactas offas tenens, pedes prius

ἐπὴν τοὺς πόδας, καὶ αὐτὸς ἐπιχωρεῖ, τὰ γόνατά οἱ
τῆς ὀπῆς ἐντὸς γενέσθαι προθυμούμενος· τὸ δὲ λοιπὸν
σῶμα αὐτίκα ἐφειλκύσθη τε καὶ τοῖς γόνασιν ἐπέδραμεν,
ὥσπερ ποταμῶν ὁ μέγιστος καὶ ὠκύτατος συνδεθέντα
ὑπὸ δίνης ἀποκρύψειεν ἄνθρωπον. τὸ δὲ ἐντεῦθεν τοῖς
ἐντὸς τοῦ ἀδύτου γενομένοις οὐχ εἷς οὐδὲ ὁ αὐτὸς τρό-
πος ἐστὶν, ὅτῳ διδάσκονται τὰ μέλλοντα· ἀλλά που
τὶς καὶ εἶδε καὶ ἄλλος ἤκουσεν. ἀναστρέψαι δὲ ὀπίσω
792 τοῖς καταβᾶσι διὰ στομίου τέ ἐστι τοῦ αὐτοῦ, καὶ προεκ-
θεόντων σφίσι τῶν ποδῶν. ἀποθανεῖν δὲ οὐδένα τῶν
καταβάντων λέγουσιν, ὅτι μὴ μόνον τῶν Δημητρίου τι-
νὰ δορυφόρων· τοῦτον δὲ οὔτε ποιῆσαι περὶ τὸ ἱερόν
φασιν οὐδὲν τῶν νενομισμένων, οὔτε χρησόμενον τῷ
θεῷ καταβῆναι, χρυσὸν δὲ καὶ ἄργυρον ἐκκομιεῖν ἐλπί-
σαντα ἐκ τοῦ ἀδύτου· λέγεται δὲ καὶ τούτου τὸν νε-
κρὸν ἑτέρωθι ἀναφανῆναι, καὶ οὐ κατὰ στόμα ἐκβλη-
θῆναι τὸ ἱερόν. ἐς μὲν δὴ τὸν ἄνθρωπον λεγομένων καὶ

in cavernulam illam immittit: mox toto ipse cum corpore sequens genua in cavernam inserere nititur: ibi statim reliquum corpus veluti attractum genua sequitur, non aliter ac si maximus et velocissimus amnis vorticibus correptum hominem ex oculis subducat. Qui certe intra penetrale descenderint, futura non uno et eodem cognoscunt modo: ex visis alius, ex auditis alius id consequitur. Per easdem fauces patet *omnibus* reditus: pedes vero praeeunt. Neminem omnino ex iis, qui eo pervaserint, non reducem evasisse affirmant, uno excepto, qui de spiculatoribus Demetrii fuit: illum certe neque eorum quicquam sacrorum, quae fieri ad fanum illud religione sancitum est, fecisse: et non sciscitandi caussa, sed quod argentum et aurum se, *quod illic esset*, asportaturum sperarat, introisse aiunt. Eius itaque cadaver alibi visum aiunt, et non per sacrum hiatus illius ostium eiectum. De quo quidem homine quum multa

ἄλλων, εἴρηταί μοι τὰ ἀξιολογώτατα. τὸν δὲ ἀναβάντα παρὰ τοῦ Τροφωνίου παραλαβόντες αὖθις οἱ ἱερεῖς, καθίζουσιν ἐπὶ θρόνον Μνημοσύνης καλούμενον· κεῖται δὲ οὐ πόῤῥω τοῦ ἀδύτου· καθεσθέντα δὲ ἐνταῦθα, ἀνερωτῶσιν, ὁπόσα εἶδέ τε καὶ ἐπύθετο· μαθόντες δὲ ἐπιτρέπουσιν αὐτὸν ἤδη τοῖς προσήκουσιν· οἱ δὲ ἐς τὸ οἴκημα, ἔνθα καὶ πρότερον διῃτᾶτο παρά τε Τύχῃ καὶ Δαίμονι ἀγαθῷ, ἐς τοῦτο ἀράμενοι κομίζουσι, κάτοχόν τε ἔτι τῷ δείματι καὶ ἀγνῶτα ὁμοίως αὑτοῦ τε καὶ τῶν πέλας. ὕστερον μέντοι τά τε ἄλλα οὐδέν τι φρονήσει μεῖον ἢ πρότερον, καὶ γέλως ἐπάνεισίν οἱ. γράφω δὲ οὐκ ἀκοῇ, ἀλλὰ ἑτέρους τε ἰδὼν καὶ αὐτὸς τῷ Τροφωνίῳ χρησάμενος. τοὺς δὲ ἐς τοῦ Τροφωνίου κατελθόντας, ἀνάγκη σφᾶς, ὁπόσα ἤκουσεν ἕκαστος ἢ εἶδεν, ἀναθεῖναι γεγραμμένα ἐν πίνακι. Λείπεται δ' ἔτι καὶ τοῦ Ἀριστομένους ἐνταῦθα ἡ ἀσπίς· τὰ δὲ ἐς αὐτὴν ὁποῖα ἐγένετο, ἐδήλωσα ἐν τοῖς προτέροις τοῦ λόγου.

dicantur alia, ea ipse quae narratu duxi dignissima exposui. Consultorem a Trophonio reversum sacrificuli in solio statim collocant, quod Mnemosynes vocant: positum illud est non procul ab adyto. Ab eo percontantur, quaecunque vel visa, vel audita reportarit. Ea ubi accepere, suis illum reddunt. Hi sublatum hominem, in cellam Bonae Fortunae, et Boni Genii, in qua veniens primum commoratus fuerat, reducunt, *multo* illum quidem adhuc terrore attonitum, et suimet, atque omnium adsistentium oblitum. Resipiscit tamen paulo post; et pristina ei mens et risus redit. Scribo autem non solum audita, sed quae et aliis accidisse vidi, et egomet sum expertus, quum ad Trophonium consulendi causa ipse etiam venerim. Coguntur sane omnes, qui a Trophonio redeunt, quaecunque vel audierunt, vel viderunt, tabulae inscripta illic suspendere. Servatur illic Aristomenis scutum in hanc usque diem; de quo iam ante, quae dicenda fuerunt, *in alia* a me sunt *historiae parte* exposita.

CAPUT XL.

Unde Boeotiis oraculum Trophonii innotuerit, memoratur — de Daedali operibus — urbe Chaeronea; olim Arne dicta — binis tropaeis in regione Chaeronensium ac de Macedonibus tropaea non admittentibus — polyandrio Thebanorum prope urbem Chaeroneam — Chaeronensium cultu sceptri Agamemnonis, quod hastam vocant.

Τὸ δὲ μαντεῖον οἱ Βοιωτοὶ τοῦτο οὐ πεπυσμένοι πρότερον, ἐπ' αἰτίᾳ τοιᾷδε ἔγνωσαν. θεωροὺς ἀφ' ἑκάστης πόλεως ἄνδρας ἀποστέλλουσιν ἐς Δελφούς· οὐ γὰρ δή σφισιν ἔτος δεύτερον ὗεν ὁ θεός· τούτοις αἰτοῦσιν ἐπανόρθωμα τοῦ αὐχμοῦ προσέταξεν ἡ Πυθία, παρὰ
793 Τροφώνιον ἐς Λεβάδειαν ἐλθοῦσιν εὕρασθαι παρὰ ἐκείνου τὸ ἴαμα. ὡς δὲ ἐς τὴν Λεβάδειαν ἐλθόντες οὐκ ἐδύναντο εὑρεῖν τὸ μαντεῖον, ἐνταῦθα τῶν ἐξ Ἀκραιφνίου πόλεως Σάων (οὗτος δὲ ἦν καὶ ἡλικίᾳ τῶν θεωρῶν πρεσβύτατος) εἶδεν ἑσμὸν μελισσῶν ὅποι ποτ' ἂν ἀποτράπωνται καὶ αὐτοὺς ἕπεσθαι· αὐτίκα δὴ τὰς μελίσσας ἐς τοῦτο ἐσπετομένας ὁρᾷ τῆς γῆς, καὶ συνεισῆλθέ σφισιν ἐς τὸ μαντεῖον. τοῦτον τὸν Σάωνα καὶ τὴν ἱερουργίαν τὴν καθεστηκυῖαν, καὶ ὁπόσα περὶ τὸ χρηστή-

Cap. XL. Hoc oraculum quum antea prorsus ignoraretur, ex huiusmodi casu ad Boeotos eius pervenit notitia. Quum *unum et* alterum iam annum nullis terra imbribus irrigaretur, e singulis civitatibus Delphos missi sunt, qui opem implorarent. His siccitatis remedium exposcentibus, Pythius Apollo imperavit, ut Lebadean euntes a Trophonio mali auxilium quaererent. Lebadean itaque profecti, quum oraculum reperire non possent, Saon quidam Acraephniensis, collegarum natu maximus, quum apum examen conspexisset, quocunque illae divertissent sequi statuit. Ubi igitur eas ad specum advolantes vidit, et ipse subiens, oraculum *quod quaerebant, illud esse intellexit.* Saonem hunc *quum ea, quorum causa missus fuerat tum* sacrorum omnem ri-

ριον δρῶσιν ἄλλα, διδαχθῆναι παρὰ τοῦ Τροφωνίου φασί. (2) Δαιδάλου δὲ τῶν ἔργων δύο μὲν ταῦτά ἐστιν ἐν Βοιωτίᾳ, Ἡρακλῆς τε ἐν Θήβαις, καὶ παρὰ Λεβαδεῦσιν ὁ Τροφώνιος· τοσαῦτα δὲ ἕτερα ξόανα ἐν Κρήτῃ, Βριτόμαρτις ἐπ᾽ Ὀλοῦντι, καὶ Ἀθηνᾶ παρὰ Κνωσσίοις· παρὰ τούτοις δὲ καὶ ὁ τῆς Ἀριάδνης χορὸς, οὗ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι μνήμην ἐποιήσατο, ἐπειργασμένος ἐστὶν ἐπὶ λευκοῦ λίθου. καὶ Δηλίοις Ἀφροδίτης ἐστὶν οὐ μέγα ξόανον, λελυμασμένον τὴν δεξιὰν χεῖρα ὑπὸ τοῦ χρόνου· κάτεισι δὲ ἀντὶ ποδῶν ἐς τετράγωνον σχῆμα. πείθομαι τοῦτο Ἀριάδνην λαβεῖν παρὰ Δαιδάλου, καὶ ἡνίκα ἠκολούθησε τῷ Θησεῖ, τὸ ἄγαλμα ἐπεκομίζετο οἴκοθεν· ἀφαιρεθέντα δὲ αὐτῆς τὸν Θησέα οὕτω φασὶν οἱ Δήλιοι τὸ ξόανον τῆς θεοῦ ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ, ἵνα μὴ οἴκαδε ἐπαγόμενος ἐς ἀνάμνησιν τε Ἀριάδνης ἐφέλκηται, καὶ ἀεὶ νέας ἐπὶ τῷ ἔρωτι εὑρίσκηται τὰς συμφοράς. παρὰ δὲ ταῦτα οὐκ οἶδα ὑπόλοιπα ὄντα τῶν

tum, et quae inter consulendum fieri fas est, edoctum a Trophonio memorant. (2) Ex *omnibus* Daedali operibus apud Boeotos duo exstant, Hercules Thebis; apud Lebadenses Trophonius: totidem in Creta e ligno, Britomartis ad Oluntem, et apud Gnossios Minerva. Habent iidem et Ariadnae chorum, cuius in Iliade Homerus mentionem fecit, in candido lapide. Est et apud Delios Venus *eiusdem artificis opus*, non magnum sane signum e ligno, et exesa vetustate manu dextera: pedum loco in quadrangulam figuram desinit. Crediderim signum hoc a Daedalo Ariadnam accepisse, secumque illud abeuntem cum Theseo asportasse: Theseum certe Delii tradunt Ariadna ei adempta Apollini Delio dedicasse, ne scilicet sibi, si illud retinuisset, iam domum reverso, Ariadnae desiderium commoveret, atque ita ex ea recordatione novis amoris aculeis ureretur. Praeter haec, *quae enumeravi*, nulla (quod sciam) iam reliqua

Δαιδάλου· τοῖς γὰρ ἀνατεθεῖσιν ὑπὸ Ἀργείων ἐς τὸ Ἡραῖον, καὶ ἐς Γέλαν τὴν ἐν Σικελίᾳ κομισθεῖσιν ἐξ Ὀμφάκης, ἀφανισθῆναί σφισιν ὁ χρόνος καθέστηκεν αἴτιος. (3) Λεβαδέων δὲ ἔχονται Χαιρωνεῖς· ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ τούτοις Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον· θυγατέρα δὲ εἶναι λέγουσιν Αἰόλου τὴν Ἄρνην, ἀπὸ δὲ ταύτης κληθῆναι καὶ ἑτέραν ἐν Θεσσαλίᾳ πόλιν· τὸ δὲ νῦν τοῖς Χαιρωνεῦσιν ὄνομα γεγονέναι ἀπὸ Χαίρωνος, ὃν Ἀπόλλωνός φασιν εἶναι, μητέρα δὲ αὐτοῦ Θηρὼ τὴν Φύλαντος
794 εἶναι. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ τὰ ἔπη τὰς μεγάλας Ἠοίας ποιήσας·

Φύλας δ' ὤπυιεν κούρην κλειτοῦ Ἰολάου
Λειπεφίλην· ἣν δ' εἶδος Ὀλυμπιάδεσσιν ὁμοίη,
Ἱππότην δέ οἱ υἱὸν ἐνὶ μεγάροισιν ἔτικτεν,
Θηρώ τ' εὐειδῆ ἰκέλην φαέεσσι σελήνης.
Θηρὼ δ' Ἀπόλλωνος ἐν ἀγκοίνῃσι πεσοῦσα
Γείνατο Χαίρωνος κρατερὸν μένος ἱπποδάμοιο.

sunt Daedali opera. Nam quae in Iunonis dedicarunt Argivi, et quae in Sicilia ab Omphace Gelam deportata fuere, cuncta temporis abolevit diuturnitas. (3) Lebadensibus *vicini* proximi sunt Chaeronenses. Eorum urbs olim Arne est appellata: filium Aeoli Arnen fuisse dicunt, a qua urbs altera etiam in Thessalia *Arne* fuerit nuncupata. Hoc autem quod nunc habent nominis, contigisse eis a Chaerone, quem Apollinis fuisse filium arbitrantur, ex Thero Phylantis filia. Testatur hoc qui magnas fecit *Matutinas, quas* Eoeas *inscripsit, his versibus;*

Illustri Phylas iunxit sibi natam Iolao
Lipephilam, divas quae formae aequabat honore:
Hac illi natus praecelsa est editus aula;
Et Thero formosa, oculis aequanda Dianae.
Thero dein Phoebi sacro dignata cubili,
Chaeronem generavit equos clarum arte domandi.

Ὅμηρος δ' ἐπιστάμενος (ἐμοὶ δοκεῖν) Χαιρώνειάν τε ἤδη καὶ Λεβάδειαν καλουμένας, ὅμως τοῖς ἀρχαίοις ἐχρήσατο ὀνόμασιν ἐς αὐτὰς, καθότι καὶ Αἴγυπτον τὸν ποταμὸν εἶπεν, οὐ Νεῖλον. (4) Χαιρωνεῦσι δὲ δύο ἐστὶν ἐν τῇ χώρᾳ τρόπαια, ἃ Ῥωμαῖοι καὶ Σύλλας ἔστησαν, Τάξιλον καὶ στρατιὰν τὴν Μιθριδάτου κρατήσαντες. Φίλιππος δὲ οὐκ ἀνέθηκεν ὁ Ἀμύντου τρόπαιον, οὔτε ἐνταῦθα, οὔτε ὁπόσας μάχας ἄλλας βαρβάρους ἢ καὶ Ἕλληνας ἐνίκησεν· οὐ γάρ τι Μακεδόσιν ἱστάναι τρόπαια ἦν νενομισμένον. λέγεται δὲ ὑπὸ Μακεδόνων, Κάρανον βασιλεύοντα ἐν Μακεδονίᾳ κρατῆσαι μάχῃ Κισσέως, ὃς ἐδυνάστευεν ἐν χώρᾳ τῇ ὁμόρῳ· καὶ ὁ μὲν τρόπαιον ὁ Κάρανος κατὰ νόμους τοὺς Ἀργείων ἔστησεν ἐπὶ τῇ νίκῃ. ἐξελθόντα δέ φασιν ἐκ τοῦ Ὀλύμπου λέοντα ἀνατρέψαι τε τὸ τρόπαιον, καὶ ἀφανισθῆναι· συνεῖναι δὲ γνώμῃ, Κάρανον οὐκ εὖ βουλεύσασθαι, βαρβάροις τοῖς περιοικοῦσιν ἐς ἔχθραν ἐλθόντα ἀδιάλλακτον καταστῆναι· χρῆναι γὰρ μήτε ὑπὸ αὐτοῦ Καράνου, μήτε

Mea quidem sententia norat Homerus Chaeroneam et Lebadean appellari; sed maluit priscis uti earum urbium nominibus, sicuti et flumen Aegyptum potius quam Nilum dixit. (4) In Chaeronensium agro duo sunt trophaea: ea dux Romanorum Sylla erexit, Taxilo fuso Mithridatis copiarum duce. Amyntae quidem filius Philippus, neque ad Chaeroneam, neque uspiam vel de Barbaris, vel de Graecis a se victis ullum erexit trophaeum: neque fuit omnino patrius Macedonibus mos, victorias suas trophaeis ullis testatas relinquere. Est a Macedonibus ipsis traditum, Caranum regem suum victo in pugna Cisseo, qui finitimis imperabat, Argivorum ritu trophaeum constituisse. Erumpentem autem ex Olympo leonem ita illud subvertisse, ut prorsus fuerit abolitum. Intellexisse Caranum id sibi merito contigisse, quod eo monumento erecto, spem sibi reditus in gratiam finitimis praecidisset: reliquo dehinc tempore,

ὑπὸ τῶν ὕστερον βασιλευσόντων Μακεδονίας τρόπαιον ἵστασθαι, ἵν' ἐς εὔνοιάν ποτε τοὺς προσχώρους ὑπάξωνται. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος, οὐκ ἀναστήσας οὔτε ἐπὶ Δαρείῳ τρόπαια, οὔτε ἐπὶ ταῖς Ἰνδικαῖς νίκαις. (5) Προσιόντων δὲ τῇ πόλει, πολυάνδριον Θηβαίων ἐστὶν ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον ἀγῶνι ἀποθανόντων· οὐκ ἐπιγέγραπται μὲν δὴ ἐπίγραμμα, ἐπίσημα δὲ ἔπεστιν αὐτῷ λέων· φέροι δ' ἂν ἐς τῶν ἀνδρῶν μάλιστα τὸν θυμόν· ἐπίγραμμα δὲ ἄπεστιν, (ἐμοὶ δοκεῖν) ὅτι οὐκ ἐοικότα τῇ τόλμῃ σφίσι τὰ ἐκ τοῦ δαίμονος ἠκολούθησε. (6) Θεῶν δὲ μάλιστα Χαιρωνεῖς τιμῶσι τὸ σκῆπτρον, ὃ ποιῆσαι Διί φησιν Ὅμηρος Ἥφαιστον, παρὰ δὲ Διὸς λαβόντα Ἑρμῆν δοῦναι Πέλοπι, Πέλοπα δὲ Ἀτρεῖ καταλιπεῖν, τὸν δὲ Ἀτρέα Θυέστῃ, παρὰ Θυέστου δὲ ἔχειν Ἀγαμέμνονα· τοῦτο οὖν τὸ σκῆπτρον σέβουσι, δόρυ ὀνομάζοντες· καὶ εἶναι μέν τι θειότερον, οὐχ ἥκιστα δηλοῖ τὸ ἐς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιφανὲς ἐξ αὐτοῦ. φασὶ δὲ

neque Caranum, neque successorem quenquam trophaeum ullum excitasse; quod nempe sibi ad reditum in gratiam cum hostibus, loci aliquid reliqtum voluerunt. Satis certum fuit huius rei argumentum, quod Alexander neque de Dario, neque de Indicis victoriis trophaeum ullum erigendum curavit. (5) Proximo urbi loco est commune Thebanis sepulcrum, iis qui in acie contra Philippum stantes ceciderunt. Nulla est apposita inscriptio. Insigne tumuli leo est, ad eorum virorum animi magnitudinem significandam. Inscriptum (ut opinor) propterea nihil est, quod illorum hominum virtutem dii non fortunassent. (6) Deōrum omnium maxime colunt Chaeronenses sceptrum illud, quod Iovi fabricasse Vulcanum cecinit Homerus: a Iove acceptum Mercurium dedisse Pelopi, Pélopem Atreo reliquisse, Atreum Thyesti; a Thyeste *per manus traditum* tenuisse Agamemnonem. Hoc praecipue sceptrum venerantur, Hastam nominantes. Divinitatis ei nescio quid inesse declarat id, quod

ἐπὶ τοῖς ὅροις αὐτῶν καὶ Πανοπέων τῶν ἐν τῇ Φωκίδι εὑρεθῆναι· σὺν δὲ αὐτῷ καὶ χρυσὸν εὕρασθαι τοὺς Φωκεῖς· σφίσι δὲ ἀσμένοις ἀντὶ χρυσοῦ γενέσθαι τὸ σκῆπτρον. κομισθῆναι δὲ αὐτὸ ἐς τὴν Φωκίδα ὑπὸ Ἠλέκτρας τῆς Ἀγαμέμνονος πείθομαι. ναὸς δὲ οὐκ ἔστιν αὐτῷ δημοσίᾳ πεποιημένος· ἀλλὰ κατὰ ἔτος ἕκαστον ὁ ἱερώμενος ἐν οἰκήματι ἔχει τὸ σκῆπτρον· καὶ οἱ θυσίαι ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν θύονται, καὶ τράπεζα παράκειται παντοδαπῶν κρεῶν καὶ πεμμάτων πλήρης.

CAPUT XLI.

De Vulcani artis operibus — Eriphyles monili — praecipitio supra Chaeroneam, quod Petrachus appellatur.

Ὁπόσα δὲ εἶναι τῶν Ἡφαίστου ποιηταί τε ᾄδουσι καὶ τῶν ἀνθρώπων ἠκολούθησεν ἡ φήμη, τούτων, ὅτι μὴ τὸ Ἀγαμέμνονος σκῆπτρον, ἄλλο γε οὐδὲν ἀξιόχρεών ἐστιν ἐς πίστιν. Λύκιοι μέν γε ἐν Πατάροις ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος χαλκοῦν ἐπιδεικνύουσι κρατῆρα, ἀνάθημα εἶναι φάμενοι Τηλέφου, καὶ ἔργον Ἡφαίστου· καὶ 796

ex ipso ad homines illustris quidam splendor pervenit. In suo et Phocensium Panopeorum confinio illud repertum Chaeronenses dicunt; aurum etiam cum eo; sed facile a Phocensibus aurum retineri passos, modo ut ipsi sceptrum haberent. Ab Electra Agamemnonis filia in Phocidem exportatum putarim. Templum ei nullum est publice dedicatum; sed quotannis sacri eius curator in suis aedibus sceptrum statuit. Ei res divina quotidie fit, mensa apposita cuiusvis generis carnibus et bellariis referta.

Cap. XLI. Omnium vero Vulcani operum, quae et poëtarum carmina, et assentiens hominum fama celebravit, aliud sane nullum, quam sceptrum hoc, magna dignandum aestimatione, est fide hominum receptum. Lycii quidem Pataris in Apollinis, aeneum ostentant craterem, Telephi donum esse dictitantes, et Vulcani opus:

σφᾶς, ὥς γε εἰκὸς, λέληθε Θεόδωρον καὶ Ῥοῖκον Σαμίους εἶναι τοὺς διαχέαντας χαλκὸν πρώτους. Πατρεῖς δὲ οἱ Ἀχαιοὶ λόγῳ μὲν λέγουσιν, ὅτι Ἡφαίστου ποίημά ἐστιν ἡ λάρναξ, ἣν Εὐρύπυλος ἤνεγκεν ἐξ Ἰλίου, ἔργῳ δὲ οὐ παρέχουσιν αὐτὴν θεάσασθαι. (2) Ἔστι δὲ Ἀμαθοῦς ἐν Κύπρῳ πόλις· Ἀδώνιδος ἐν αὐτῇ καὶ Ἀφροδίτης ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον· ἀνακεῖσθαι δὲ ἐνταῦθά λέγουσιν ὅρμον, Ἁρμονίᾳ μὲν δοθέντα ἐξαρχῆς, καλούμενον δὲ Ἐριφύλης, ὅτι αὐτὴ δῶρον ἔλαβεν ἐπὶ τῷ ἀνδρί· ὃν ἀνέθεσαν μὲν οἱ παῖδες ἐς Δελφοὺς οἱ Φηγέως, τρόπον δὲ ὄντινα ἐκτήσαντο αὐτὸν, ἐδήλωσεν ἤδη μοι τὰ ἐς Ἀρκάδας ἔχοντα· ἐσυλήθη δὲ ὑπὸ τυράννων τῶν ἐν Φωκεῦσιν. οὐ μὴν παρὰ Ἀμαθουσίοις γε ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀδώνιδος (ἐμοὶ δοκεῖν). ἐστιν· ἐν Ἀμαθοῦντι μὲν γάρ ἐστι λίθων χλωρῶν, συνδέοντος χρυσοῦ σφᾶς, ὁ ὅρμος· τὸν δὲ τῇ Ἐριφύλῃ δοθέντα Ὅμηρός φησιν ἐν Ὀδυσσείᾳ πεποιῆσθαι χρυσοῦ, καὶ οὕτως ἔχει·

ignorant scilicet illi (ut par est) primos, qui aes fuderint, Theodorum et Rhoecum Samios fuisse. Patrenses in Achaeis Vulcani, verbo *duntaxat*, opus esse dicunt arcam eam, quam Eurypylus ab illo exportarit: re nullam in conspectu ponunt. (2) Est in Cypro urbs Amathus: in ea Adonidis et Veneris fanum vetustissimum; in quo positum tradunt monile Harmoniae ab initio datum; quod Eriphyles tamen vocatur, quod hoc illa dono accepto virum suum prodiderit. Id Phegei filii Delphis dedicarunt. Ad eos vero quemadmodum pervenerit, ubi de Arcadum rebus egimus, expositum est. Illud postea Phocensium tyranni templo spoliato abstulerunt. Neque *enim* est (sententia mea) apud Amathusios in Adonidis, quod Eriphyles fuit; quum hoc Amathusiorum monile sit e viridibus lapidibus, auro revinctum; Homerus vero illud quod Eriphylae donatum fuit, in Odyssea aureum dicat fuisse:

Ἡ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα.

οὐ μὴν οὐδὲ ἠγνόει τοὺς ὅρμους τοὺς ποικίλους· ἐν μέν γε τοῖς Εὐμαίου λόγοις πρὸς Ὀδυσσέα, πρὶν ἢ ἐκ Πύλου Τηλέμαχον ἀφικέσθαι σφισιν ἐπὶ τὴν αὐλὴν, ἐν τούτοις τοῖς λόγοις ἐστίν·

Ἤλυθ᾽ ἀνὴρ πολυΐδρις ἐμοῦ πρὸς δώματα πατρὸς,
Χρύσεον ὅρμον ἔχων, μετὰ δ᾽ ἠλέκτροισιν ἔερτο.

καὶ ἐν Πηνελόπης δώροις· ἄλλους τε γὰρ τῶν μνηστήρων δῶρα καὶ Εὐρύμαχον διδόντα Πηνελόπῃ πεποίηκεν·

Ὅρμον δ᾽ Εὐρύμαχος πολυδαίδαλον αὐτίκ᾽ ἔνεικε
Χρύσεον, ἠλέκτροισιν ἐερμένον, ἠέλιον ὥς.

Ἐριφύλην δὲ οὐ χρυσῷ καὶ λίθοις ποικίλον δέξασθαί φησιν ὅρμον. οὕτω τὸ εἰκὸς τῷ σκήπτρῳ πρόσεστιν, εἶναι μόνον ποίημα Ἡφαίστου.

(3) Ἔστι δὲ ὑπὲρ τὴν πόλιν κρημνὸς Πετραχὸς καλού- 797

Dura, viri sacro vitam quae vendidit auro:

quum non ignoraret tamen poëta variorum etiam monilium opificium. Quo enim loco cum Ulysse loquitur Eumaeus, priusquam e Pylo Telemachus veniens ad stabula divertisset, versus ibi eius huiusmodi sunt:

Namque mei sollers subiens vir tecta parentis,
Attulit electro fulgens auroque monile.

inter ea etiam dona, quae Penelope a procis accipit, ab Eurymacho *monile perbelle distinctum*, datum memorat:

Ornatum varie Eurymachus torquem attulit aureum,
Lucentem electro, Phoebi velut ignea lampas.

At Eriphylen, non distinctum auro et lapidibus monile, dicit accepisse. Eo fit, ut unicum hoc superesse sceptrum statui possit ex *omnibus* Vulcani operibus. (3) Supra Chaeroneae moenia, est praerupta montis crepido, qui Pe-

σφᾶς, ὥς γε εἰκός, λέληθε Θεόδωρον καὶ Ῥοῖκον Σαμίους εἶναι τοὺς διαχέαντας χαλκὸν πρώτους. Πατρεῖς δὲ οἱ Ἀχαιοὶ λόγῳ μὲν λέγουσιν, ὅτι Ἡφαίστου ποίημά ἐστιν ἡ λάρναξ, ἣν Εὐρύπυλος ἤνεγκεν ἐξ Ἰλίου, ἔργῳ δὲ οὐ παρέχουσιν αὐτὴν θεάσασθαι. (2) Ἔστι δὲ Ἀμαθοῦς ἐν Κύπρῳ πόλις· Ἀδώνιδος ἐν αὐτῇ καὶ Ἀφροδίτης ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον· ἀνακεῖσθαι δὲ ἐνταῦθα λέγουσιν ὅρμον, Ἁρμονίᾳ μὲν δοθέντα ἐξ ἀρχῆς, καλούμενον δὲ Ἐριφύλης, ὅτι αὐτὴ δῶρον ἔλαβεν ἐπὶ τῷ ἀνδρί· ὃν ἀνέθεσαν μὲν οἱ παῖδες ἐς Δελφοὺς οἱ Φηγέως, τρόπον δὲ ὅντινα ἐκτήσαντο αὐτόν, ἐδήλωσεν ἤδη μοι τὰ ἐς Ἀρκάδας ἔχοντα· ἐσυλήθη δὲ ὑπὸ τυράννων τῶν ἐν Φωκεῦσιν. οὐ μὴν παρὰ Ἀμαθουσίοις γε ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀδώνιδος (ἐμοὶ δοκεῖν) ἐστιν· ἐν Ἀμαθοῦντι μὲν γάρ ἐστι λίθων χλωρῶν, συνδέοντος χρυσοῦ σφᾶς, ὁ ὅρμος· τὸν δὲ τῇ Ἐριφύλῃ δοθέντα Ὅμηρός φησιν ἐν Ὀδυσσείᾳ πεποιῆσθαι χρυσοῦ, καὶ οὕτως ἔχει·

ignorant scilicet illi (ut par est) primos, qui aes fuderint, Theodorum et Rhoecum Samios fuisse. Patrenses in Achaeis Vulcani, verbo *duntaxat*, opus esse dicunt arcam eam, quam Eurypylus ab illo exportarit: re nullam in conspectu ponunt. (2) Est in Cypro urbs Amathus: in ea Adonidis et Veneris fanum vetustissimum; in quo positum tradunt monile Harmoniae ab initio datum; quod Eriphyles tamen vocatur, quod hoc illa dono accepto virum suum prodiderit. Id Phegei filii Delphis dedicarunt. Ad eos vero quemadmodum pervenerit, ubi de Arcadum rebus egimus, expositum est. Illud postea Phocensium tyranni templo spoliato abstulerunt. Neque *enim* est (sententia mea) apud Amathusios in Adonidis, quod Eriphyles fuit; quum hoc Amathusiorum monile sit e viridibus lapidibus, auro revinctum; Homerus vero illud quod Eriphylae donatum fuit, in Odyssea aureum dicat fuisse:

ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ

ΕΛΛΑΔΟΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΕΩΣ

ΦΩΚΙΚΑ.

μενος· Κρόνον δὲ ἐθέλουσιν ἐνταῦθα ἀπατηθῆναι δεξάμενον ἀντὶ Διὸς πέτρον παρὰ τῆς Ῥέας· καὶ ἄγαλμα Διὸς οὐ μέγα ἐστὶν ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους. ἐνταῦθα ἐν τῇ Χαιρωνείᾳ μύρα ἀπὸ ἀνθῶν ἕψουσι κρίνου καὶ ῥόδου καὶ ναρκίσσου καὶ ἴρεως· ταῦτα ἀλγηδόνων ἰάματα ἀνθρώποις γίνεται. τὸ δὲ ἐκ τῶν ῥόδων ποιούμενον, εἰ καὶ ἀγάλματα εἰργασμένα ξύλου χρίοις, ῥύεται καὶ ταῦτα σηπεδόνος. ἡ δὲ ἶρις φύεται μὲν ἐν ἕλεσι, μέγεθος δ' ἐστιν ἴση κρίνῳ, χροιὰν δὲ οὐ λευκή, καὶ ὀσμὴν ἀποδεῖ κρίνου.

trachus appellatur. Eo loco deceptum a Rhea Saturnum credi volunt oblato lapide pro Iove. In montis vertice non magnum est Iovis simulacrum. Unguenta e floribus coquendo conficiunt Chaeronenses, rosa, lilio, narcisso, gladiolo, *(quae est Graecis iris) praesens* contra hominum dolores remedium. Rosaceo quidem si lignea simulacra perunxeris, facile contra omnem materiae tabem defenderis. Nascitur iris palustribus locis, lilio par magnitudine, colore minime candida, odore minus quam lilium vehementi.

ΦΩΚΙΚΑ SEU LIB. X.

CAPUT I.

Phocidis nominis origo et situs — Phocensium res contra Thessalos gestae — Phocensium clades; et *Phocica desperatio* — Phocensium victoria de Thessalis — Phocensium alia victoria de Thessalis astutia parta — Phocensium a Persarum partibus defectio.

Γῆς δὲ τῆς Φωκίδος ὅσον μὲν περὶ Τιθορέαν καὶ Δελφούς ἐστιν αὐτῆς, ἐκ παλαιοτάτου φανερὰ τὸ ὄνομα τοῦτο εἰληφυῖά ἐστιν ἀπὸ ἀνδρὸς Κορινθίου Φώκου τοῦ Ὀρνυτίωνος. ἔτεσι δ' ὕστερον οὐ πολλοῖς ἐξενίκησε καὶ ἀπάσῃ γενέσθαι τῇ ἐφ' ἡμῶν καλουμένῃ Φωκίδι, Αἰγινητῶν ναυσὶν ἐς τὴν χώραν διαβάντων ὁμοῦ Φώκῳ τῷ Αἰακοῦ. τὰ μὲν δὴ ἀπαντικρὺ Πελοποννήσου καὶ τὰ ἐπὶ Βοιωτίας, καθήκουσιν ἐπὶ θάλασσαν οἱ Φωκεῖς, τῇ μὲν ἐς Κίῤῥαν, τὸ ἐπίνειον Δελφῶν, τῇ δὲ ἐπὶ Ἀντίκυραν 798

Cap. I. Phocidis partem eam, quae circa Tithoream et Delphos est, satis constat ab initio nomen a Phoco Ornytionis filio, homine Corinthio, sumsisse: non ita multis vero post annis, Aeginetis cum Phoco Aeaci filio classe in ea loca appulsis, ut regio, quanta nunc est, Phocis *a coloniae novo auctore perpetuo nomine* vocaretur, usus obtinuit. Enimvero Phocenses, qua Peloponnesum ex adverso prospectant, quaque Boeotiam contingunt, maritimi sunt, inter Cirrham Delphorum navale, et Anti-

πόλιν. τὰ δὲ πρὸς τοῦ Λαμιακοῦ κόλπου, Λοκροὶ σφᾶς παραθαλασσίους οἱ Ὑποκνημίδιοι κωλύουσιν εἶναι· οὗτοι γὰρ δή εἰσιν οἱ ταύτῃ τὴν Φωκίδα ὑπεροικοῦντες. Σκαρφεῖς μέντοι τὰ ἐπέκεινα Ἐλατείας· ὑπὲρ δὲ Ὑάμπολιν καὶ Ἄβας οἱ πόλιν τε Ὀποῦντα καὶ Ὀπουντίων ἐπίνειον νεμόμενοι Κῦνον. (2) Τὰ δὲ ἐπιφανέστατα Φωκεῦσίν ἐστιν ἐν κοινῷ ταῦτα. πολέμου γὰρ τοῦ πρὸς Ἰλίῳ μετεσχήκασι, καὶ Θεσσαλῶν ἐναντία ἐπολέμησαν πρότερον ἔτι ἢ ἐλάσαι τὸν Μῆδον ἐπὶ Ἕλληνας· ὅτε δὴ
799 καὶ ἐπεδείξαντο οἱ Φωκεῖς ἔργα ἐς μνήμην. κατὰ γὰρ τὴν Ὑάμπολιν, ᾗ τοὺς Θεσσαλοὺς προσεδέχοντο ἐμβαλεῖν σφισιν ἐς τὴν χώραν, ὑδρίας κεράμου πεποιημένας κατορύξαντες, καὶ ἐπ' αὐτὰς γῆν ἐπιφορήσαντες, ὑπέμενον τὴν ἵππον τῶν Θεσσαλῶν· οἱ δὲ, ἅτε οὐ προπεπυσμένοι τῶν Φωκέων τὴν τέχνην, ἐπελάσαντες τοὺς ἵππους λανθάνουσιν ἐπὶ τὰς ὑδρίας. ἐνταῦθα ἀπεχωλοῦντο μὲν οἱ ἵπποι, τῶν ποδῶν ἐσπιπτόντων σφίσιν ἐς τὰς ὑδρίας, ἐκτείνοντο δὲ καὶ ἀπέπιπτον οἱ ἄνδρες ἀπὸ τῶν

cyram urbem medii. Nam quo minus ad mare proxime accedant, ex ea parte, qua est sinus Maliacus, prohibent Locri Hypocnemidii: hi enim ex ea parte supra Phocidem habitant; Scarphenses quidem trans Elateam sedes habent, super Hyampolin autem et Abas incolunt ii, qui Opuntem et Opuntiorum navale Cynum tenent. (2) Quae Phocenses ad gloriam maxime illustria publicis opibus et consilio gesserunt, haec fere commemorari possunt. Primum ad bellum Troianum auxilia misere: deinde ante Persarum in Graeciam irruptionem cum Thessalis bellarunt; quo tempore insigne ad memoriam facinus ediderunt. Ad Hyampolim enim qua intra ipsorum fines invasurum Thessalorum equitatum exploratum habebant, urnas fictiles defodere, iisque terra superaggesta opertis, hostilis equitatus impetum sustinuerunt. Hostes, ut qui eas insidias non providerant, citatis equis excursione facta, incauti in eas urnas inciderunt. Ibi quum eo casu

ἵππων. ὡς δὲ οἱ Θεσσαλοὶ μείζονι ἢ τὰ πρότερα ἐς τοὺς Φωκέας χρώμενοι τῇ ὀργῇ συνελέχθησαν ἀπὸ τῶν πόλεων πασῶν, καὶ ἐς τὴν Φωκίδα ἐστρατεύοντο, ἐνταῦθα οἱ Φωκεῖς ἐν οὐ σμικρῷ ποιούμενοι δείματι τήν τε ἄλλην τῶν Θεσσαλῶν ἐς τὸν πόλεμον παρασκευὴν, καὶ οὐχ ἥκιστα τῆς ἵππου τὸ πλῆθος, καὶ ὁμοῦ τῷ ἀριθμῷ τὴν ἐς τοὺς ἀγῶνας τῶν τε ἵππων καὶ αὐτῶν μελέτην τῶν ἱππέων, ἀποστέλλουσιν ἐς Δελφοὺς αἰτοῦντες τὸν θεὸν ἐκφυγεῖν τὸν ἐπιόντα κίνδυνον· καὶ αὐτοῖς ἀφίκετο μάντευμα·

Συμβαλέω θνητόν τε καὶ ἀθάνατον μαχέσασθαι·
Νίκην δ' ἀμφοτέροις δώσω, θνητῷ δέ νυ μᾶλλον.

(3) Ταῦτα ὡς ἐπύθοντο οἱ Φωκεῖς, λογάδας τριακοσίους καὶ Γέλωνα ἐπ' αὐτοῖς ἄρχοντα ἀποστέλλουσιν ἐς τοὺς πολεμίους, ἄρτι ἀρχομένης νυκτὸς, προστάξαντές σφισι κατοπτεῦσαί τε τὰ τῶν Θεσσαλῶν, ὅντινα ἀφανέ-

fracti et debilitati fuissent equorum pedes, viri ex equis prolapsi passim caesi. Ea re vehementius quam ante multo ira Thessali inflammati ex omnibus civitatibus accitis auxiliis, *rursus* Phocenses cum *apparatissimo* exercitu adorti sunt. Magnus Phocensibus incessit terror, tum apparatum reliquum hostium, tum maxime equestres copias metuentibus, quod non ipso tantum numero, sed equorum et hominum in equestribus praeliis peritia atque exercitatione, facile excellebant Thessali. Mittunt itaque Delphos, qui de periculo propulsando oraculum consulant. Qui missi fuerant, tale retulerunt responsum:

Mortalem atque deum committam cernere ferro,
Vincet uterque horum, sed plus mortalis habebit.

(3) Hoc Phocenses accepto oraculo, delectos viros CCC duce Gelone in hostes mittunt: mandata vero illis dedere, ut noctis initio ex occulto quam maxime possent, quid Thessali molirentur speculatum irent; deinde in castra

στατον δύνανται τρόπον, καὶ αὖθις ἐς τὸ στράτευμα ἐπανήκειν κατὰ τῶν ὁδῶν τὴν μάλιστα ἄγνωστον, μηδὲ ἑκόντας μάχης ἄρχειν. οὗτοι ὑπὸ τῶν Θεσσαλῶν οἱ λογάδες ἀπώλοντο ἀθρόοι, καὶ αὐτοὶ καὶ ὁ ἡγούμενός σφισι Γέλων, συμπατούμενοί τε ὑπὸ τῶν ἵππων καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν φονευόμενοι. καὶ ἡ συμφορὰ σφῶν κατάπληξιν τοῖς ἐπὶ στρατοπέδου τῶν Φωκέων τηλικαύτην ἐνεποίησεν, ὥστε καὶ τὰς γυναῖκας καὶ παῖδας, καὶ ὅσα τῶν κτημάτων ἄγειν ἦν σφισιν ἢ φέρειν, ἔτι δὲ ἐσθῆτα καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον, καὶ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν ἐς ταὐτὸ συλλέξαντες, πυρὰν ὡς μεγίστην ἐποίησαν, καὶ ἐπ᾽ αὐτοῖς ἀριθμὸν τριάκοντα ἄνδρας ἀπολείπουσι. προσετέτακτο δὲ τοῖς ἀνδράσιν, εἰ ἡττᾶσθαι τοὺς Φωκέας συμβαίνοι τῇ μάχῃ, τότε δὴ προαποσφάξαι μὲν τὰς γυναῖκάς τε καὶ παῖδας, καὶ ὅση λεία, ἀναθέντας τε ταύτας καὶ τὰ χρήματα ἐπὶ τὴν πυρὰν, καὶ ἐνέντας πῦρ, αὕτως ἤδη διαφθαρῆναι καὶ αὐτοὺς, ἤτοι ὑπ᾽ ἀλλήλων, ἢ ἐς τὴν ἵππον τῶν Θεσσαλῶν ἐμπίπτοντας. ἀντὶ τού-

reverterentur, caeco maxime itinere: ac ut omnino ne manus voluntate sua consererent. Hi omnes ad unum cum ipso Gelone duce suo perierunt, partim equorum pedibus conculcati, partim ab hostibus occisi. Ingentem ea clades pavorem in castra pertulit; atque eo ventum est desperationis, ut conjuges, liberos, fortunas ceteras, quas agere quisque aut ferre posset; vestem, aurum, argentum, deorum signa, in unum coegerint. Ibi maximo exstructo rogo, viros XXX *duntaxat* reliquerunt: quibus imperarunt, si ita accidisset ut qui ad praelium exissent, hostibus succumberent, primo foeminas ac impuberes omnes iugularent: deinde quas congesserant opes, in rogum conicerent, atque in eas ignem immitterent: postremo et ipsi vel mutuis confoderent se vulneribus, vel ultro in *medium* hostium equitatum ruerent. Ex eo saeva omnia et immania consilia, Graecorum verbo Phocica desperatio appellari coepta. (4) His ita constitutis,

του μὲν ἅπαντα τὰ ἀνάλγητα βουλεύματα ἀπόνοια ὑπὸ
Ἑλλήνων ὀνομάζεται Φωκική. (4) Τότε δὲ οἱ Φωκεῖς
ἐποιοῦντο αὐτίκα ἐπὶ τοὺς Θεσσαλοὺς ἔξοδον· στρατη-
γοὶ δὲ ἦσάν σφισι Ῥοῖός τε Ἀμβρυσσεὺς, καὶ Ὑαμπο-
λίτης Δαϊφάνης· οὗτος μὲν δὴ ἐπὶ τῇ ἵππῳ, δυνάμεως
δὲ τῆς πεζῆς ἦρχεν ὁ Ἀμβρυσσεύς. ὁ δὲ χώραν ἐν τοῖς
ἄρχουσιν ἔχων τὴν μεγίστην μάντις ἦν Τελλίας ὁ Ἠλεῖος,
καὶ ἐς τὸν Τελλίαν τοῖς Φωκεῦσι τῆς σωτηρίας ἀπέκειντο
αἱ ἐλπίδες. ὡς δὲ ἐς χεῖρας συνήεσαν, ἐνταῦθα τοῖς Φω-
κεῦσιν ἐγίνετο ἐν ὀφθαλμοῖς τὰ ἐς τὰς γυναῖκας καὶ ἐς
τὰ τέκνα δόξαντα, τήν τε σωτηρίαν οὐκ ἐν βεβαίῳ σφί-
σιν ἑώρων σαλεύουσαν, καὶ τούτων ἕνεκα ἐς παντοῖα
ἀφικνοῦντο τολμήματα· προσγενομένου δὲ καὶ τοῦ ἐκ
θεῶν εὐμενοῦς, νίκην τῶν τότε ἀνείλοντο ἐπιφανεστάτην.
τό τε λόγιον τὸ γεγενημένον τοῖς Φωκεῦσι παρὰ τοῦ 801
Ἀπόλλωνος καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν ἐγνώσθη. τὸ γὰρ
σύνθημα κατὰ τὰ αὐτὰ ὑπὸ τῶν στρατηγούντων ἐδίδοτο
ἐν μάχαις, Θεσσαλοῖς μὲν Ἀθηνᾶς Ἰτωνίας, τοῖς δὲ ὁ

contra Thessalos statim copias educunt: duces fuere Rhoecus Ambryssensis, et Hyampolitanus Daiphanes: hic equitum, peditum ille agmen ducebat. Erat apud imperatores perhonorificus Eleo vati locus: Tellias hic fuit; in quo magnam salutis repositam spem Phocenses habuerunt. Ubi ad manus ventum est, *continuo* Phocensibus ante *ipsos prope oculos* fuerunt, quae de coniugibus et liberis statuerant: animo vero obversabatur, quam ancipiti *nutantis fortunae quasi quodam* salo, sua suspensa esset salus. Haec in causa fuerunt, ut alacres cuiusvis discriminis aleam subirent. Confirmati etiam sunt *maxime*, quod *ab extorum significatione* in certissimam spem venerunt, fore sibi propitios deos. Victoriam igitur adepti sunt omnium, quae *quibusvis* ante *populis* evenissent, maxime insignem. Ac tunc Apollinis *ambiguum illud* responsum omnibus Graecis innotuit. Tesserae namque a ducibus eaedem dabantur in conflictu, Thessalis qui-

ἐπώνυμος Φῶκος. ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ ἔργου καὶ ἀναθήματα οἱ Φωκεῖς ἀπέστειλαν ἐς Δελφοὺς, Ἀπόλλωνα καὶ Τελλίαν τὸν τότε μάντιν, καὶ ὅσοι μαχομένοις ἄλλοι σφίσιν ἐστρατήγησαν, σὺν δὲ αὐτοῖς καὶ ἥρωας τῶν ἐπιχωρίων· ἔργα δὲ αἱ εἰκόνες Ἀριστομέδοντός εἰσιν Ἀργείου. (5) Εὑρέθη δὲ καὶ ὕστερον τοῖς Φωκεῦσιν οὐκ ἀποδέον σοφίᾳ τῶν προτέρων. ὡς γὰρ δὴ τὰ στρατόπεδα ἀντεκάθητο περὶ τὴν ἐς τὴν Φωκίδα ἐσβολὴν, λογάδες Φωκέων πεντακόσιοι φυλάσσοντες πλήρη τὸν κύκλον τῆς σελήνης, ἐπιχειροῦσιν ἐν τῇ νυκτὶ τοῖς Θεσσαλοῖς, αὐτοί τε ἀληλιμμένοι γύψῳ καὶ ἐνδεδυκότες ὅπλα λευκὰ ὑπὸ τῆς γύψου. ἐνταῦθα ἐξεργασθῆναι φόνον τῶν Θεσσαλῶν λέγεται πλεῖστον, θειότερόν τι ἡγουμένων ἢ κατὰ ἔφοδον πολεμίων τὸ ἐν τῇ νυκτὶ συμβαῖνον. ὁ δὲ Ἠλεῖος ἦν Τελλίας, ὃς καὶ ταῦτα τοῖς Φωκεῦσιν ἐμηχανήσατο ἐς τοὺς Θεσσαλούς. (6) Ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν Εὐρώπην ὁ Περσῶν στρατὸς διέβη, λέγεται τοὺς Φωκέας φρονῆσαι μὲν ὑπὸ ἀνάγκης τὰ βασιλέως, αὐτομο-

dem Itonia Minerva, Phocensibus autem gentis auctor Phocus. Missa *gratulandi causa* Delphos dona Apollini, Dei ipsius signum, Telliae vatis, et ducum statuae, cumque iis gentilium heroum: Aristomedon eas Argivus fecit. (5) Neque vero post hoc factum callida Phocensibus consilia defuerunt. Constiterant aliquando in primo Phocidis aditu adversa castra. Ibi lecti homines e Phocensibus quingenti, observato eo tempore, quo suum luna orbem expleverat, Thessalos noctu adoriuntur, oblitis gypso corporibus, gypso item dealbatis armis. Ingentem memorant Thessalorum factam caedem, quod *ea specie territi*, immissa divinitus per noctem sibi visa, non hostium illud astu evenisse interpretabantur. Est hoc etiam ab Eleo Tellia in Thessalos excogitatum. (6) Iam vero quum in Europam Persae exercitum traiecissent, Phocenses fama fuit necessitate coactos in Xerxis parti-

λῆσαι δὲ ἐκ τῶν Μήδων, καὶ ἐς τὸ Ἑλληνικὸν παρὰ τὸ ἔργον τὸ Πλαταίασι παρατάξασθαι.

CAPUT II.

Phocensibus, mulcta ab Amphictyonibus irrogata, Philomelus, ut Delphici Apollinis templum occupent, suadet — Phocenses Delphici Apollinis templum spoliant, et per X annos cum Thebanis bellum gerunt ducibus Philomelo — Onomarcho — Phayllo — Phalaeco.

Χρόνῳ δὲ ὕστερον κατέλαβεν αὐτοὺς ζημιωθῆναι χρήμασιν ὑπὸ τῶν Ἀμφικτυόνων· οὐ δὲ ἔχω τοῦ λόγου τὸ ἀληθὲς ἐξευρεῖν, εἴτε ἀδικήσασιν ἐπεβλήθη σφίσιν, εἴτε Θεσσαλοὶ κατὰ τὸ ἐκ παλαιοῦ μῖσος γενέσθαι τὴν ζημίαν τοῖς Φωκεῦσιν ἦσαν οἱ πράξαντες. ἐχόντων δὲ ἀθύμως αὐτῶν πρὸς τῆς ζημίας τὸ μέγεθος, Φιλόμηλος 802
σφᾶς ὑπολαβὼν ὁ Θεοτίμου, Φωκέων οὐδενὸς ἀξιώματι ὕστερος, (πατρὶς δὲ αὐτῷ Λέδων τῶν ἐν Φωκεῦσιν ἦν πόλεων) οὗτος οὖν ὁ Φιλόμηλος τήν τε ἔκτισιν αὐτοῖς ἀδύνατον ἀπέφηνε τῶν χρημάτων, καὶ ἀνέπειθε τὸ ἱε-

bus fuisse: sed mox a Barbaris desciscentes, cum Graecis Plataeensi praelio in acie stetere.

Cap. II. Insequenti dehinc tempore multa est illis ab Amphictyonibus irrogata. Neque vero habeo satis veram eius rei causam compertam, nunquid noxam commeriti fuerint, an vero Thessali, ob veteres inimicitias, huius Phocensibus calamitatis infligendae auctores fuerint. Quum multae magnitudinem iniquissimo animo ferrent, exstitit Philomelus Theotimi filius, Phocensium nemini dignitate secundus: Ledon ei patria erat, urbs Phocica. Is pro concione docuit, longe graviorem esse, *quae a se peteretur*, pecuniae summam, quam ut eam pendere ullo pacto possent: censuit itaque Apollinis Delphici templum spoliandum. Quum et alia valde ad persua-

ρὸν καταλαβεῖν τὸ ἐν Δελφοῖς, λέγων καὶ ἄλλα ἐπαγωγά, καὶ ὡς τὰ Ἀθηναίων καὶ ἐκ Λακεδαίμονος ἐπιτήδεια ἐξαρχῆς ἐστιν αὐτοῖς, Θηβαίων δὲ, καὶ εἴ τις ἄλλος κατασταίη σφίσιν ἐς πόλεμον, περιέσεσθαι καὶ ἀρετῇ σφᾶς καὶ δαπάνῃ χρημάτων, ταῦτα τοῦ Φιλομήλου λέγοντος οὐκ ἐγίνετο ἀκούσια τῷ πλήθει, τῶν Φωκέων, εἴτε τὴν γνώμην σφίσι τοῦ θεοῦ βλάπτοντας, εἴτε καὶ αὐτοῖς πεφυκόσιν ἐπίπροσθεν εὐσεβείας τὰ κέρδη ποιεῖσθαι. (2) Τὴν δὲ τῶν Δελφῶν κατάληψιν ἐποιήσαντο οἱ Φωκεῖς Ἡρακλείδου μὲν πρυτανεύοντος ἐν Δελφοῖς, καὶ Ἀγαθοκλέους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, τετάρτῳ δὲ ἔτει πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, ἣν Πρῶρος ἐνίκα Κυρηναῖος στάδιον. καταλαβοῦσι δὲ αὐτοῖς τὸ ἱερὸν ξενικά τε αὐτίκα τὰ ἰσχυρότατα τῶν ἐν Ἕλλησιν ἠθροίσθη, καὶ οἱ Θηβαῖοί σφισιν ἐς πόλεμον ἐκ τοῦ φανεροῦ καθεστήκεσαν, διάφοροι καὶ τὰ πρότερα ὄντες. χρόνος μὲν δὴ ἐγένετο, ὃν ἐπολέμησαν, δέκα ἔτη συνεχῶς· καὶ ἐν τοσούτῳ πολέμου μήκει πολλάκις μὲν οἱ Φωκεῖς καὶ τὰ

dendum apposita afferret, et illud in primis, quod quum ab Atheniensibus et Lacedaemoniis iampridem sibi pacata essent omnia, facile Thebanos, et alios quoscunque, qui se armis lacessissent, tum virtute, tum pecuniae impendiis possent superare: Philomeli oratio multitudinis valde secunda voluntate est accepta, sive quod mentem deus a rectis consiliis avertisset, seu quod is populus suapte natura religioni solitus esset quaestum anteponere. (2) Delphos occupare aggressi sunt Phocenses, principatum Delphis Heraclide, Agathocle Athenis obtinente; Olympiadis quintae et centesimae, e qua stadii palmam meruit Prorus Cyrenaeus, anno quarto. Sacra pecunia potiti, statim ex omnibus Graeciae partibus, firmissimas mercenariorum militum cohortes conduxerunt. Thebani quidem aperte contra eos arma moverunt, nempe qui et ante offensiore in illos fuissent animo. Bellatum est continenter annos ipsos decem: quo temporis intervallo mo-

παρ' αὐτοῖς ξενικὰ ἐνίκησε, πολλάκις δὲ ἦν τὰ τῶν Θη-
βαίων ἐπικρατέστερα. γενομένης δὲ κατὰ Νέωνα πόλιν
συμβολῆς, ἐτράπησαν οἱ Φωκεῖς, καὶ ὁ Φιλόμηλος ῥίπτει
τε αὑτὸν ἐν τῇ φυγῇ κατὰ ὑψηλοῦ καὶ ἀποτόμου κρημνοῦ,
καὶ ἀφίησιν οὕτω τὴν ψυχήν. ἐτέτακτο δὲ καὶ ἄλλως
τοῖς Ἀμφικτύοσιν ἐς τοὺς συνόντας αὐτῇ δίκη. (3) Μετὰ
δὲ Φιλόμηλον τελευτήσαντα Ὀνομάρχῳ μὲν τὴν ἡγεμο-
νίαν διδόασιν οἱ Φωκεῖς. ἐς δὲ τῶν Θηβαίων τὴν συμ-
μαχίαν προσεχώρησε Φίλιππος ὁ Ἀμύντου· καὶ, ἐκρά-
τησε γὰρ Φίλιππος τῆς συμβολῆς, φεύγων δ' Ὀνόμαρ-
χος καὶ ἐπὶ θάλασσαν ἀφικόμενος, ἐνταῦθα ὑπὸ τῶν
στρατιωτῶν κατηκοντίσθη τῶν οἰκείων, ὡς τὴν ἧσσάν
σφισιν ὑπὸ ἀτολμίας συμβᾶσαν τῆς ἐκείνου καὶ ἐς τὸ
στρατηγεῖν ἀπειρίας· Ὀνομάρχῳ μὲν τέλος τοῦ βίου
τοιοῦτον ἐπήγαγεν ὁ δαίμων. (4) Στρατηγὸν δὲ αὐτο- 803
κράτορα εἵλοντο ἀδελφὸν τοῦ Ὀνομάρχου Φάϋλλον. πα-
ρεληλυθέναι τε δὴ ἄρτι ἐπὶ τῶν Φωκέων τὴν ἀρχὴν, καὶ
ὄψιν ὀνείρατος ἰδεῖν τοιάνδε· ἐν τοῖς ἀναθήμασι τοῦ

do Phocenses cum suis conductitiis, modo Thebani *initiis praeliis, variante (ita ut fit) Fortuna* victores discesserunt. Collatis demum apud Neonem urbem signis, Phocenses terga vertere: Philomelus in fuga ex arduo et praerupto saxo quum se praecipitem dedisset, exanimatus est. Idem necis genus, Amphictyonum decreto, erat iis omnibus, qui eum secuti fuerant, constitutum. (3) Philomeli imperium Onomarcho Phocenses detulerunt: cum Thebanis vero societatem coivit Philippus Amyntae filius: et sane eius belli gerendi imperio suscepto, hostes acie fudit. Onomarchus ad mare fugiens a suis militibus est iaculis confixus; ipsius ignavia, et imperandi inscitia, ea se clade affectos interpretantibus. Talem vitae finem divina veluti quaedam sors Onomarcho attulit. (4) Phocenses eius fratri Phayllo summa cum potestate imperium decreverunt. Ei vixdum ad imperandum aggresso, talis oblata est per somnium species.

ρὸν καταλαβεῖν τὸ ἐν Δελφοῖς, λέγων καὶ ἄλλα ἐπαγωγὰ, καὶ ὡς τὰ Ἀθηναίων καὶ ἐκ Λακεδαίμονος ἐπιτήδεια ἐξαρχῆς ἐστιν αὐτοῖς, Θηβαίων δὲ, καὶ εἴ τις ἄλλος καταστραίη σφίσιν ἐς πόλεμον, περιέσεσθαι καὶ ἀρετῇ σφᾶς καὶ δαπάνῃ χρημάτων, ταῦτα τοῦ Φιλομήλου λέγοντος οὐκ ἐγίνετο ἀκούσια τῷ πλήθει, τῶν Φωκέων, εἴτε τὴν γνώμην σφίσι τοῦ θεοῦ βλάπτοντος, εἴτε καὶ αὐτοῖς πεφυκόσιν ἐπίπροσθεν εὐσεβείας τὰ κέρδη ποιεῖσθαι. (2) Τὴν δὲ τῶν Δελφῶν κατάληψιν ἐποιήσαντο οἱ Φωκεῖς Ἡρακλείδου μὲν πρυτανεύοντος ἐν Δελφοῖς, καὶ Ἀγαθοκλέους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, τετάρτῳ δὲ ἔτει πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, ἣν Πρῶρος ἐνίκα Κυρηναῖος στάδιον. καταλαβοῦσι δὲ αὐτοῖς τὸ ἱερὸν ξενικά τε αὐτίκα τὰ ἰσχυρότατα τῶν ἐν Ἕλλησιν ἠθροίσθη, καὶ οἱ Θηβαῖοί σφισιν ἐς πόλεμον ἐκ τοῦ φανεροῦ καθεστήκεσαν, διάφοροι καὶ τὰ πρότερα ὄντες. χρόνος μὲν δὴ ἐγένετο, ὃν ἐπολέμησαν, δέκα ἔτη συνεχῶς· καὶ ἐν τοσούτῳ πολέμου μήκει πολλάκις μὲν οἱ Φωκεῖς καὶ τὰ

dendum apposita afferret, et illud in primis, quod quum ab Atheniensibus et Lacedaemoniis iampridem sibi pacata essent omnia, facile Thebanos, et alios quoscunque, qui se armis lacessissent, tum virtute, tum pecuniae impendiis possent superare: Philomeli oratio multitudinis valde secunda voluntate est accepta, sive quod mentem deus a rectis consiliis avertisset, seu quod is populus suapte natura religioni solitus esset quaestum anteponere. (2) Delphos occupare aggressi sunt Phocenses, principatum Delphis Heraclide, Agathocle Athenis obtinente; Olympiadis quintae et centesimae, e qua stadii palmam meruit Prorus Cyrenaeus, anno quarto. Sacra pecunia potiti, statim ex omnibus Graeciae partibus, firmissimas mercenariorum militum cohortes conduxerunt. Thebani quidem aperte contra eos arma moverunt, nempe qui et ante offensiore in illos fuissent animo. Bellatum est continenter annos ipsos decem: quo temporis intervallo mo-

CAPUT III.

Belli Phocici vel sacri finis — nomina urbium Phocicarum eversarum ac restitutarum — de aliis bellis, quibus Phocenses interfuerunt.

Δεκάτῳ δὲ ἔτει μετὰ τὴν τοῦ ἱεροῦ κατάληψιν ἐπέθη-
κεν ὁ Φίλιππος πέρας τῷ πολέμῳ, Φωκικῷ τε καὶ ἱερῷ
κληθέντι τῷ αὐτῷ, Θεοφίλου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος,
ὀγδόης δὲ Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς ἔτει πρώτῳ, ἣν
Πολυκλῆς ἐνίκα στάδιον Κυρηναῖος. (2) Καὶ ἐς ἔδα-
φος ἁλοῦσαι κατεβλήθησαν τῶν Φωκέων αἱ πόλεις·
ἀριθμὸς δὲ ἦν αὐτῶν, Λίλαια, καὶ Ὑάμπολις, καὶ
Ἀντίκυρα, καὶ Παραποτάμιοι, καὶ Πανοπεύς τε, καὶ
Δαυλίς. τούτων μὲν δὴ ὄνομα ἦν ἐκ παλαιοῦ, καὶ
οὐχ ἥκιστα ἐπῶν ἦν ἐκ τῶν Ὁμήρου. τὰς δὲ αὐτῶν ἡ
στρατιὰ καταπρήσασα ἡ μετὰ Ξέρξου γνωριμωτέρας ἐς 804
τὸ Ἑλληνικὸν ἐποίησεν, Ἔρωχον, καὶ Χαράδραν, καὶ
Ἀμφίκλειαν, καὶ Νέωνα, καὶ Τιθρώνιον, καὶ Δρυμαίαν.
αἱ δὲ ἄλλαι, πλήν γε δὴ Ἐλατείας, τὰ πρότερα οὐκ

Cap. III. Decimo anno post quam templum expoliatum est, bello huic, quod idem Phocicum et Sacrum appellarunt, finem Philippus imposuit, principatum apud Athenienses obtinente Theophilo, octavae et centesimae Olympiadis, qua de stadio Polycles Cyrenaeus victor renunciatus est, anno primo. (2) Phocensium quidem urbes expugnatae, et solo aequatae fuere, quae iam enumerabuntur Lilaea, Hyampolis, Anticyra, Parapotamii, Panopeus, Daulis. Harum nomina sunt a priscis iam tum temporibus, neque non ex Homeri plurimum versibus celebrata. Alias *obscuras ante*, Erochum, Charadran, Amphiclean, et Neonem, quum eas Xerxis exercitus concremasset, *sua calamitas* Graecia notiores reddidit. In quo etiam numero fuere Tethronium, et Drymaea. Nam ceterae, praeter Elatean, ante

ἐπιφανεῖς ἦσαν, Θρανὶς τε ἡ Φωκικὴ, καὶ Μεδεὼν ὁ Φωκικὸς, καὶ Ἐχεδάμεια, καὶ Ἄμβρυσος, καὶ Λέδων, καὶ Φλυγόνιον ἔτι καὶ Στεῤῥίς. τότε δὲ κατεσκάφησαν αἱ κατειλεγμέναι. καὶ ἐς κώμας, πλὴν Ἄβας, ᾠκίσθησαν αἱ ἄλλαι. Ἀβαίοις δὲ ἐκτὸς ἀσεβείας ὑπῆρχε καθεστηκέναι, καὶ οὔτε τοῦ ἱεροῦ τῆς καταλήψεως, οὔτε τοῦ πολέμου μετεσχήκεσαν. ἀφῃρέθησαν δὲ οἱ Φωκεῖς καὶ μετεῖναί σφισιν ἱεροῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς καὶ συνόδου τῆς ἐς τὸ Ἑλληνικὸν, καὶ τὰς ψήφους αὐτῶν Μακεδόσιν ἔδοσαν οἱ Ἀμφικτύονες. ἀνὰ χρόνον μέντοι τοῖς Φωκεῦσιν αἱ πόλεις ἀνῳκίσθησαν, καὶ ἐς τὰς πατρίδας κατήχθησαν ἐκ τῶν κωμῶν· πλὴν εἰ ἀνοικισθῆναί τινας ἐκώλυσεν ἀσθένειά τε ἡ ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἡ τῶν χρημάτων ἐν τῷ τότε ἔνδεια· Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Θηβαῖοι σφᾶς ἦσαν οἱ κατάγοντες, πρινὴ τὸ ἐν Χαιρωνείᾳ συμβῆναι πταῖσμα Ἕλλησι. (3) Καὶ ἀγῶνος τοῦ ἐν Χαιρωνείᾳ μετέσχον οἱ Φωκεῖς, καὶ ὕστερον περὶ Λαμίαν,

hunc Phocii belli exitum minime illustres fuerunt, Thracis scilicet, Phocica Medeon, Phocicus, Echedamia: *ad has* Ambrysus *adiicienda*, Ledon et Phlygonium; amplius etiam Sterrhis. Omnes quas percensuimus, deletae, et ad formam vicorum redactae, praeter Abas. Nam Abaei sacrilegii prorsus expertes fuerant, et non modo a templi direptione manus abstinuerant, sed ad belli etiam societate abhorruerant. Est autem Phocensibus et fani Delphici, et publici Graecorum conventus communione interdictum: ius vero suffragii, quod penes ipsos fuerat, ad Macedonas Amphictyones transtulerunt. *Non longo* interiecto deinde tempore, ex vicis in suas quique patrias restituti, urbes instaurarunt; praeter eas tamen, quae ob pristinam tenuitatem et praesentem pecuniae inopiam refici non potuerunt. Restitutionis eius duces et auctores Athenienses et Thebani fuerunt, antequam clade ad Chaeronean accepta, Graecorum vires accisae essent. (3) Steterunt in acie ad Chaeroneam ipsi

καὶ ἐν Κράνωνι ἐναντία Ἀντιπάτρου καὶ Μακεδόνων 805
ἐμαχέσαντο· Γαλάτας δὲ καὶ τὴν Κελτικὴν στρατιὰν προθυμότατα ἠμύναντο Ἑλλήνων, θεῷ τε τιμωροῦντες τῷ ἐν Δελφοῖς, καὶ ἐς ἀπολογίαν ἅμα (ἐμοὶ δοκεῖν) τῶν ἀρχαίων ἐγκλημάτων. τούτοις μὲν δὴ τοιαῦτα ὑπῆρχεν ἐς μνήμην.

CAPUT IV.

De Panopeum urbe — Thyadibus feminis — reliquiis luti, ex quo Prometheus homines confecit — de Tityo — urbe Daulide — memorandis Daulidis — regione Tronis dicta.

Στάδια δὲ ἐκ Χαιρωνείας εἴκοσιν ἐς Πανοπέας· ἔστι δὲ πόλις Φωκέων, εἴγε ὀνομάσαι τις πόλιν καὶ τούτους, οἷς γε οὐκ ἀρχεῖα, οὐ γυμνάσιόν ἐστιν· οὐ θέατρον, οὐκ ἀγορὰν ἔχουσιν, οὐχ ὕδωρ κατερχόμενον ἐς κρήνην· ἀλλὰ ἐν στέγαις κοίλαις κατὰ τὰς καλύβας μάλιστα τὰς ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἐνταῦθα οἰκοῦσιν ἐπὶ χαράδρᾳ. ὅμως δὲ ὅροι γε τῆς χώρας εἰσὶν αὐτοῖς ἐς τοὺς ὁμόρους, καὶ ἐς

etiam Phocenses: et postea ad Lamiam et Cranonem cum Antipatro Macedonum rege pugnarunt. Gallorum iidem exercitum omnium Graecorum acerrime persecuti sunt; simul ut Apollinis Delphici iniuriam ulciscerentur, simul vero ut veterem infamiam abolerent. Atque haec de rebus gestis Phocensium commemorari possunt.

Cap. IV. A Chaeronea stadium XX via Panopeum ducit. Urbs ea est Phocensium; si modo urbem eam appellare par fuerit, in qua cives non praetorium, non gymnasium, non theatrum, non forum ullum habent; non denique ullum perennis aquae conceptaculum. Concavas habitant casas, qualia sunt montana tuguria, ad profunde cavatum torrentis alveum: suis tamen limitibus a finitimis dividuntur; mittuntque *certos homines*,

τὸν σύλλογον συνέδρους καὶ οὗτοι πέμπουσι τὸν Φωκι-
κόν. καὶ γενέσθαι μὲν τῇ πόλει τὸ ὄνομα λέγουσιν ἀπὸ
τοῦ Ἐπειοῦ πατρός· αὐτοὶ δὲ οἱ Φωκεῖς Φλεγύαι τε
εἶναι τοὐξαρχῆς, καὶ ἐς τὴν γῆν διαφυγεῖν φασι τὴν
Φωκίδα ἐκ τῆς Ὀρχομενίας. Πανοπέων δὲ τὸν ἀρχαῖον
θεώμενοι περίβολον, ἑπτὰ εἶναι σταδίων μάλιστα εἰκά-
ζομεν· ὑπῄει τε ἐπῶν ἡμᾶς τῶν Ὁμήρου μνήμη, ὧν
ἐποίησεν ἐς Τιτυὸν, καλλίχορον τῶν Πανοπέων ὀνομά-
σας τὴν πόλιν· καὶ ὡς ἐν τῇ μάχῃ τῇ γε ἐπὶ τῷ Πα-
τρόκλου νεκρῷ, καὶ Σχεδίον τὸν Ἰφίτου βασιλεύοντα
Φωκέων, καὶ ἀποθανόντα ὑφ᾽ Ἕκτορος, κατοικεῖν εἶπεν
ἐν τῷ Πανοπεῖ. τοῦτο μὲν δὴ ἐφαίνετο ἡμῖν ἔχειν αἰ-
τίαν, φόβῳ τῶν Βοιωτῶν (κατὰ γὰρ τοῦτό ἐστιν ἐκ
τῆς Βοιωτίας ἡ ἐς τὴν Φωκίδα ἐσβολὴ ῥᾴστη) ἐνταῦθα
οἰκεῖν τὸν βασιλέα, ἅτε φρουρίῳ τῷ Πανοπεῖ χρώμε-
νον· τὸ ἕτερον δὲ οὐκ ἐδυνήθην συμβαλέσθαι πρότε-
806 ρον, ἐφ᾽ ὅτῳ καλλίχορον τὸν Πανοπέα εἴρηκε, πρινὴ
ἐδιδάχθην ὑπὸ τῶν παρ᾽ Ἀθηναίοις καλουμένων Θυιά-
δων. (2) Αἱ δὲ Θυιάδες γυναῖκες μέν εἰσιν Ἀττικαὶ,

qui sibi attributum sedendi locum in Phocensium conventu teneant. Nomen urbi ab Epei patre ductum aiunt, quum ab initio se Phlegyas fuisse dicant, et in Phocidem ex Orchomeniorum finibus profugos transisse. Veterem Panopei ambitum vidimus; quem stadium fuisse septem coniicimus. Subiit Homeri versuum recordatio, de Tityo; quibus Panopeum urbem *καλλίχορον* (*id est choris decoram*) nominat. At in dimicatione de Patrocli cadavere, Schedium Iphiti filium, Phocensium regem, qui ab Hectore occisus est, *idem Homerus* Panopei domicilium dicit habuisse. Huius quidem rei fuisse causam Boeotorum metum arbitror. Nam quum iis ex partibus Boeoticae genti valde esset pervia Phocis, Panopeo ille veluti pro arce utebatur. Alterum vero illud, quidnam ita Panopeum callichoron vocaverit, non potui coniectura consequi, priusquam a Thyadibus id didicerim. (2) Sunt vero

φοιτῶσαι δὲ ἐς τὸν Παρνασσὸν παρὰ ἔτος, αὗταί τε καὶ αἱ γυναῖκες Δελφῶν ἄγουσιν ὄργια Διονύσῳ· ταύταις ταῖς Θυιάσι κατὰ τὴν ἐξ Ἀθηνῶν ὁδὸν καὶ ἀλλαχοῦ χοροὺς ἱστάναι, καὶ παρὰ τοῖς Πανοπεῦσι καθέστηκε· καὶ ἡ ἐπίκλησις ἐς τὸν Πανοπέα Ὁμήρου ὑποσημαίνειν τῶν Θυιάδων δοκεῖ τὸν χορόν. (3) Πανοπεῦσι δέ ἐστιν ἐπὶ τῇ ὁδῷ πλίνθου τε ὠμῆς οἴκημα οὐ μέγα, καὶ ἐν αὐτῷ λίθου τοῦ Πεντέλησιν ἄγαλμα, ὃν Ἀσκληπιὸν, οἱ δὲ Προμηθέα εἶναί φασι· καὶ παρέχονταί γε τοῦ λόγου μαρτύρια. λίθοι κεῖνταί σφισιν ἐπὶ τῇ χαράδρᾳ, μέγεθος μὲν ἕκαστος, ὡς φόρτον ἀποχρῶντα ἁμάξης εἶναι, χρῶμα δέ ἐστι πηλοῦ σφισιν, οὐ γεώδους, ἀλλ' οἷος ἂν χαράδρας γένοιτο ἢ χειμάῤῥου ψαμμώδης· παρέχονται δὲ καὶ ὀσμὴν ἐγγύτατα χρωτὶ ἀνθρώπου· ταῦτα ἔτι λείπεσθαι τοῦ πηλοῦ λέγουσιν, ἐξ οὗ καὶ ἅπαν ὑπὸ τοῦ Προμηθέως τὸ γένος πλασθῆναι τῶν ἀνθρώπων. (4) Ἐνταῦθα ἐπὶ τῇ χαράδρᾳ Τιτυοῦ μνῆμά ἐστι· πε-

Thyades Atticae foeminae, quae in Parnassum quotannis venientes, una cum Delphicis mulieribus arcana Libero Patri agitant sacra. His inter vias, et alibi et apud Panopenses choros instituere solennis ritus est. Quare videtur Homerus, quum eo nomine Panopeum ornat, Thyadum chorum significare voluisse. (3) Est Panopensibus in ipsa via e crudo laterculo sacellum, et in eo signum e lapide Pentelico: quidam Aesculapium, alii Prometheum esse dicunt. Eius rei testimonia *haud dubia* se habere putant, quod ad praeruptas *proximi* torrentis ripas saxa iacent magnitudine nihilo minore, quam ut plaustrum onerare queant singula. Color illis non terreni luti, sed qualis in sabulo rivorum et torrentium cernitur. Odorem etiam humani prope corporis referunt: reliquias esse aiunt has luti illius, e quo *primum illum hominem, unde* universum hominum genus *exstitit*, Prometheus finxerit. (4) Ad eundem torrentis alveum est

ρίοδος μὲν τοῦ χώματος τρίτον μάλιστά που σταδίου. τὸ δὲ ἔπος ἐστὶν ἐν Ὀδυσσείᾳ·

Κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.

οὐκ ἐπὶ μεγέθει πεποιῆσθαι τοῦ Τιτυοῦ φασιν, ἀλλ' ἔνθα ὁ Τιτυὸς ἐτέθη, πλέθρα ἐννέα εἶναι τῷ χωρίῳ. Κλέων δὲ ἀνὴρ Μάγνης, οἳ τῷ Ἕρμῳ προσοικοῦσιν, ἔφασκεν ἐς τὰ παράδοξα ἀπίστους εἶναι τῶν ἀνθρώπων, οἷς ἂν μὴ παρὰ τὸν αὐτῶν γένηται βίον θεάμασιν ἐπιτυχεῖν λόγου μείζοσιν· αὐτὸς δὲ καὶ Τιτυὸν καὶ ἄλλους ἔφη πείθεσθαι γεγονέναι κατὰ τὴν φήμην· τυχεῖν γὰρ δὴ ὢν ἐν Γαδείροις, καὶ ἐκπλεῦσαι μὲν αὐτός τε καὶ τὸν ἄλλον πάντα ὄχλον ἐκ τῆς νήσου κατὰ τὸ Ἡρακλέους πρόσταγμα· ὡς δὲ αὖθις ἐπανήκειν ἐς τὰ Γά-
807 δειρα, ἄνδρα εὑρεῖν θαλάσσιον ἐκπεπτωκότα ἐς τὴν γῆν· τοῦτον πλέθρα μὲν πέντε μάλιστα ἐπέχειν, κεραυνωθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ καίεσθαι. οὗτος μὲν δὴ ταῦτα ἔλεγε. (5) Πανοπέως δὲ ὅσον στάδια ἑπτὰ ἀπέχει Δαυ-

Tityi sepulcrum: aggeris ambitus nihilo maior unius stadii triente. *De Tityo* versus in Odyssea est:

Porrectumque novem Tityon per iugera terrae.

Hunc versum non ad Tityi magnitudinem, sed ad illam, in qua situs est, aream pertinere existimant, quod novem ea iugerum sit. At Cleon Magnes (*ex iis Magnesiis*, qui Hermi sunt accolae) eos maxime homines rerum miraculis fidem habere non consuesse dicebat, quibus in tota vita non contigisset quicquam intueri, quod esset communi hominum opinione maius: se certe adduci posse ut crederet, et Tityum, et alios ea magnitudine, quam fama prodidit, fuisse. Venisse enim forte se aliquando Gades; et ab ea insula cum tota sui comitatus turba, quod id Hercules imperasset, enavigasse: mox iterum Gades reversum, marinum hominem in litus eiectum invenisse, nihilo breviorem iugerum quinque spatio, qui fulmine ictus conflagrarat. (5) Distat a Pano-

λις. οἱ δὲ ἐνταῦθα ἄνθρωποι πλῆθος μὲν εἰσιν οὐ πολλοὶ, μεγέθει δὲ καὶ ἀλκῇ καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι δοκιμώτατοι Φωκέων. τὸ δὲ ὄνομα τῇ πόλει τεθῆναι λέγουσιν ἀπὸ Δαυλίδος νύμφης· θυγατέρα δὲ εἶναι τοῦ Κηφισσοῦ τὴν Δαυλίδα. τοῖς δέ ἐστιν εἰρημένον, ὡς τὸ χωρίον, ἔνθα ἡ πόλις ᾠκίσθη, παρείχετο συνεχῆ δένδρα, καλεῖσθαι δὲ τὰ δασέα ὑπὸ τῶν πάλαι δαῦλα· ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ Αἰσχύλον τοῦ Γλαύκου τοῦ Ἀνθηδονίου γένεια ὑπήνην ὠνομακέναι δαῦλον. (6) Ἐνταῦθα ἐν τῇ Δαυλίδι παραθεῖναι τῷ Τηρεῖ τὸν παῖδα αἱ γυναῖκες λέγονται, καὶ ἀνθρώποις τῶν ἐπὶ τραπέζῃ μιασμάτων τοῦτο ἦρξεν. ὁ δὲ ἔποψ, ἐς ὃν ἔχει λόγος τὸν Τηρέα ἀλλαγῆναι, οὗτος ὄρνις μέγεθος μὲν ὀλίγον ἐστὶν ὑπὲρ ὄρτυγα, ἐπὶ τῇ κεφαλῇ δέ οἱ τὰ πτερὰ ἐς λόφου σχῆμα ἐξῆρται. θαυμάσαι δὲ ἄξιον, ὅτι ἐν τῇ γῇ ταύτῃ χελιδόνες οὔτε τίκτουσι, οὔτε ἐκλέπουσί γε τὰ ᾠά· οὐδ᾽ ἂν ἀρχὴν πρὸς οἰκήματος ὀρόφῳ νεοσσιὰν χελιδὼν ποιήσαιτο. λέγουσι δὲ οἱ Φωκεῖς, ὡς τῇ Φιλομήλᾳ καὶ

peo stadia plus minus VII Daulis. Oppidani in ea numero non multi sane sunt: proceritate vero et robore Phocensium hac ipsa etiam aetate longe praestantissimi. Nomen oppido a Daulide Nympha, Cephissi filia, impositum tradunt. Tradiderunt alii locum, in quo urbs munita est, condensum olim arboribus fuisse; a veteribus vero consepta sylvis loca Daulia appellata; et ex eo Aeschylum Glauci Anthedonii mentum Daulum dixisse. (6) In hac urbe Tereo filium epulandum apposuisse foeminae dicuntur; quod fuit pollutarum mensarum hominibus exordium. Upupa vero, in quam mutatum Tereum fama vulgavit, avis est paulo coturnice maior, surgentibus e vertice in cristae modum pinnulis. Dignum illud admiratione, quod intra huius terrae fines, hirundines neque pariunt, neque ex ovis pullos excludunt, nec omnino tectorum laquearibus ullos affigunt nidos. De Philomela vero Phocenses dicunt, etiam avem factam, Te-

ὄρνιθι οὔσῃ Τηρέως δεῖμα ἐφάνη, καὶ οὕτω πατρίδος ἀπέστη τῆς Τηρέως. Δαυλιεῦσι δὲ Ἀθηνᾶς ἱερὸν καὶ ἄγαλμά ἐστιν ἀρχαῖον· τὸ δὲ ξόανον τὸ ἔτι παλαιότερον λέγουσιν ἐπαγαγέσθαι Πρόκνην ἐξ Ἀθηνῶν. (7) Ἔστι δὲ τῆς Δαυλίας χώρα καλουμένη Τρωνίς· ἐνταῦθα ἡρῷον ἥρω Ἀρχηγέτου πεποίηται· τὸν δὲ ἥρω τοῦτον Ξάνθιππον οὐκ ἀφανῆ τὰ ἐς πόλεμον, οἱ δὲ Φῶκον εἶναι τὸν Ὀρνυτίωνος τοῦ Σισύφου φασίν. ἔχει δ' οὖν ἐπὶ ἡμέρᾳ τε πάσῃ τιμὰς, καὶ ἄγοντες ἱερεῖα οἱ Φωκεῖς, τὸ μὲν αἷμα δι' ὀπῆς ἐσχέουσιν ἐς τὸν τάφον, τὰ δὲ κρέα ταύτῃ σφίσιν ἀναλοῦν καθέστηκεν. ἔστι δὲ καὶ ἄνοδος διὰ
806 τῆς Δαυλίδος ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνασσοῦ, μακροτέρα τῆς ἐκ Δελφῶν, οὐ μέντοι καὶ κατὰ ταὐτὰ χαλεπή.

rei perculsam terrore, extra eius patriae fines evolasse. Est apud Daulienses Minervae fanum, in quo pervetus Deae signum. Quod vero e ligno est, *illo* adhuc vetustius, deportasse Procnen Athenis ferunt. (7) Dauliadis terrae pars est regiuncula Thronis; in qua est heroicum monumentum, heroi illi dicatum, a quo *gentis* primordia exstiterunt. Hunc sunt qui dicant Xanthippum, hominem bello clarum: alii Phocum Ornytionis filium, Sisyphi nepotem fuisse. Ei quotidianos habent honores; et hostiis mactatis, sanguinem per cavernulam in sepulcrum infundunt: viscera eodem in loco consumere patrium illis est. E Daulide ad Parnassi iuga ascenditur; via illa quidem longiore, minus tamen multo, quam ea est, quae Delphis eodem ducit, difficili.

CAPUT V.

Memoranda in via Delphos versus aedes Phocicum dicta — via Schiste dicta et Oedipi fata — de Delphis et oraculo Delphico — Phemonoë, prima Apollinis sacerdote, et Boeo poëtria — Apollinis Delphici V templis paulatim exstructis.

Ἐς δὲ τὴν ἐπὶ Δελφῶν εὐθεῖαν ἀναστρέψαντι ἐκ Δαυλίδος, καὶ ἰόντι ἐπὶ τὸ πρόσω, ἔστιν οἰκοδόμημα ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ, καλούμενον Φωκικὸν, ἐς ὃ ἀπὸ ἑκάστης πόλεως συνίασιν οἱ Φωκεῖς· μεγέθει μὲν μέγα τὸ οἴκημα, ἐντὸς δὲ αὐτοῦ κίονες κατὰ μῆκός εἰσιν ἑστηκότες· ἀναβασμοὶ δὲ ἀπὸ τῶν κιόνων ἀνήκουσιν ἐς ἑκάτερον τοῖχον, καὶ ἐπὶ τῶν ἀναβασμῶν τούτων οἱ συνιόντες τῶν Φωκέων καθέζονται. πρὸς δὲ τῷ πέρατι κίονες μὲν οὐκ εἰσὶν, οὐδὲ ἀναβασμοὶ, Διὸς δὲ ἄγαλμα καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἥρας· τὸ μὲν ἐν θρόνῳ τοῦ Διὸς, ἑκατέρωθεν δὲ ἡ μὲν κατὰ δεξιὰ, ἡ δὲ ἀριστερὰ παρεστῶσα Ἀθηνᾶ πεποίηται. (2) Προϊὼν αὐτόθεν ἐπὶ ὁδὸν ἀφίξῃ καλουμένην Σχιστήν· ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ ὁδῷ τὰ ἐς τὸν φόνον τοῦ πατρὸς Οἰδίποδι εἰργάσθη. ἔδει

Cap. V. Reversis ad eam viam, quae recta Delphos e Daulide fert, atque inde progressis, ad viae laevum aedificium est, quod Phocicum vocant. Eo e singulis Phocici nominis urbibus conveniunt, *qui ad consultandum missi fuerint.* Aedificii ingens est magnitudo; quam longe spatium interius patet, columnis tectum sustinentibus. Gradus a columnis ad utrumque parietem attolluntur: in illis gradibus sua est Phocensium conventui sessio. In extremo aedificio neque columnae, neque gradus ulli sunt: sed Iovis illic signum in solio, Iuno ad dexteram, ad laevam Minerva adsistit. (2) Hinc progressus, ad viam pervenias, quam Schisten (*hoc est scissam*) nuncupant: in ea patris caedem Oedipus patravit. Et sane Oedipi ipsius casuum Graeciae pars quae-

δὲ ἄρα παθημάτων τῶν Οἰδίποδος ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ὑπολειφθῆναι μνημόσυνα. τεχθέντος μέν γε διαπείραντες διὰ τῶν σφυρῶν κέντρα, ἐκτιθέασιν αὐτὸν ἐς τὴν Πλαταιΐδα, ὄρος τὸν Κιθαιρῶνα· Κόρινθος δὲ καὶ ἡ ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ χώρα τροφὸς τῷ Οἰδίποδι ἐγένετο· γῆ δὲ ἡ Φωκὶς καὶ ὁδὸς ἡ Σχιστὴ τοῦ πατρῴου φόνου τὸ μίασμα ὑπεδέξατο· Θηβαίοις δὲ καὶ ἐς πλέον γάμων τέ σφισι τῶν Οἰδίποδος, καὶ ἀδικιῶν τῶν Ἐτεοκλέους ἐστὶν ἡ φήμη. Οἰδίποδι μὲν ὁδὸς ἡ Σχιστὴ καὶ τόλμημα τὸ ἐπ' αὐτῇ κακῶν ἦρξε· καὶ τὰ τοῦ Λαΐου τε μνήματα καὶ οἰκέτου τοῦ ἑπομένου, ταῦτα ἔτι ἐν μεσαιτάτῳ τῆς τριόδου, καὶ ἐπ' αὐτῶν λίθοι λογάδες σεσωρευμένοι· Δαμασίστρατον δὲ ἄνδρα ἐν Πλαταιαῖς βασιλεύοντα ἐπιτυχεῖν τε κειμένοις τοῖς νεκροῖς, καὶ θάψαι φασὶν αὐτούς. (3) Ἡ δὲ λεωφόρος αὐτόθεν ἡ ἐς Δελφοὺς καὶ προσάντης γίνεται μᾶλλον καὶ ἀνδρὶ εὐζώνῳ χαλεπωτέρα. λέγεται δὲ πολλὰ μὲν καὶ διάφορα ἐς αὐτοὺς τοὺς Δελφούς, πλείω δὲ ἔτι ἐς τοῦ Ἀπόλλωνος τὸ μαντεῖον. φασὶ γὰρ δὴ τὰ ἀρχαιότατα Γῆς εἶ-

libet aliquod servat monumentum. Nam et recens natum, plantis pedum transfixis, in Cithaerone Plataeidis terrae monte exponi parentes iusserunt. Eum Corinthus, et quae ad Isthmum iacet regio, aluit. Phocidis trivium paternae caedis est scelere pollutum. Thebanis *incestarum* Oedipi nuptiarum et Eteoclis perfidiae perpetua fuit infamia sustinenda. Sed *omnino* Oedipo quod in trivio commisit facinus, omnium exstitit malorum initium. Laii certe, et servuli, qui eum sequebatur, sepulcra in medio exstant trivio, congestis in tumulum selectis lapidibus. Damasistratum Plataeis regnantem, in cadavera incidisse, eaque ad sepulturam sustulisse narrant. (3) Militaris hinc via, acclivis illa quidem, et vel expedito homini difficilior, Delphos ducit. De ipsis quidem Delphis multa ac diversa traduntur, atque in primis de oraculo Apollinis. Aiunt enim fuisse ab initio

ναι τὸ χρηστήριον, καὶ Δάφνην ἐπ' αὐτῷ τετάχθαι πρόμαντιν ὑπὸ τῆς Γῆς· εἶναι δὲ αὐτὴν τῶν περὶ τὸ ὄρος 809
νυμφῶν. ἔστι δὲ ἐν Ἕλλησι ποίησις, ὄνομα μὲν τοῖς ἔπεσίν ἐστιν Εὐμολπία, Μουσαίῳ δὲ τῷ Ἀντιοφήμου προςποιοῦσι τὰ ἔπη· πεποιημένον οὖν ἐστιν ἐν τούτοις, Ποσειδῶνος ἐν κοινῷ καὶ Γῆς εἶναι τὸ μαντεῖον, καὶ τὴν μὲν χρᾶν αὐτήν, Ποσειδῶνι δὲ ὑπηρέτην ἐς τὰ μαντεύματα εἶναι Πύρκωνα. καὶ οὕτως ἔχει τὰ ἔπη·

Αὐτίκα δὲ Χθονίη σφῶν δὴ πινυτόν φατε μῦθον,
Σὺν δέ τε Πύρκων ἀμφίπολος κλυτοῦ Ἐννοσιγαίου.

χρόνῳ δὲ ὕστερον, ὅσον τῇ Γῇ μετῆν, δοθῆναι Θέμιδι ὑπ' αὐτῆς λέγουσιν, Ἀπόλλωνα δὲ παρὰ Θέμιδος λαβεῖν δωρεάν· Ποσειδῶνι δὲ ἀντὶ τοῦ μαντείου Καλαυρίαν ἀντιδοῦναί φασιν αὐτὸν τὴν πρὸ Τροιζῆνος. ἤκουσα δὲ καί, ὡς ἄνδρες ποιμαίνοντες ἐπιτύχοιεν τῷ μαντείῳ, καὶ ἔνθεοί τε ἐγένοντο ὑπὸ τοῦ ἀτμοῦ, καὶ ἐμαντεύ-

Telluris eam oraculorum sedem; et ab *ipsa* Tellure Daphnen, quae praesideret, delectam: de Nymphis, quae montem incolerent, Daphnen unam fuisse. Poesin Graeci habent, quae Eumolpia appellantur: eius auctorem Musaeum perhibent, Antiophemi filium. In ea proditum est memoriae, commune telluri et Neptuno oraculum illud fuisse: ipsam quidem Tellurem ore suo responsa dedisse; Neptunum interpretem habuisse Pyrconem. *Ea de re* versus huiusmodi sunt:

Vestra statim, Tellus, canitis sapientia verba;
Praelustrisque simul Neptuni Pyrco minister.

Postea Tellurem dicunt suam oraculi partem Themidi dedisse; Themidem vero eam donasse Apollini: Apollinem a Neptuno alteram etiam partem accepisse, redonato ei pro isto oraculo Calaurea, quae ante Troezenem sita est insula. Audivi etiam qui dicerent, pastores quosdam dum pecus illac agerent, quum prope ad eum lo-

σαντο ἐξ Ἀπόλλωνος. (4) Μεγίστη δὲ καὶ παρὰ πλείστων ἐς Φημονόην δόξα ἐστὶν, ὡς πρόμαντις γένοιτο ἡ Φημονόη τοῦ θεοῦ πρώτη, καὶ πρώτη τὸ ἑξάμετρον ᾖσε. Βοιὼ δὲ ἐπιχωρία γυνὴ ποιήσασα ὕμνον Δελφοῖς ἔφη κατασκευάσασθαι τὸ μαντεῖον τῷ θεῷ τοὺς ἀφικομένους ἐξ Ὑπερβορέων τούς τε ἄλλους καὶ Ὠλῆνα· τοῦτον δὲ καὶ μαντεύσασθαι πρῶτον, καὶ ᾆσαι πρῶτον τὸ ἑξάμετρον· πεποίηκε δὲ ἡ Βοιὼ τοιάδε·

Ἔνθα τοι εὔμνηστον χρηστήριον ἐκτελέσαντο
Παῖδες Ὑπερβορέων Παγασὸς καὶ δῖος Ἀγυιεύς.

810 ἐπαριθμοῦσα δὲ καὶ ἄλλους τῶν Ὑπερβορέων, ἐπὶ τελευτῇ τοῦ ὕμνου τὸν Ὠλῆνα ὠνόμασεν·

Ὠλήν θ', ὃς γένετο πρῶτος Φοίβοιο προφάτας,
Πρῶτος δ' ἀρχαίων ἐπέων τεκτήνατ' ἀοιδάν.

οὐ μέντοι τά γε ἥκοντα ἐς μνήμην ἐς ἄλλον τινὰ, ἐς δὲ γυναικῶν μαντείαν ἀνήκει μόνων. (5) Ποιηθῆναι δὲ

cum, ubi oraculum est, accessissent, *repente* terrae halitu divinitus afflatos, Apollinis ipsius impulsu vaticinari coepisse. (4) Maxima vero fuit nominis celebritate Phemonoe; ut quae dei interpres prima fuerit, prima etiam senariis *longioribus* oracula decantarit. Boeo tamen indigena mulier Delphis hymno composito, advenas ab Hyperboreis profectos, oraculum Apollini dedicasse tradidit, tum alios, tum Olena, qui primus vaticinatus *eo in loco* fuerit, primusque senarios *longiores* repererit. Hi sunt, quos Boeo fecit versus:

Hic posuere tibi iuvenes penetralia Phoebe,
Olim ab Hyperboreis Pagasusque et dius Agyieus.

Enumeratis aliis Hyperboreis, in ipso hymni fine Olena nominavit;

Atque Olen, primus cecinit qui oracula Phoebi,
Et veterum primus modulari carmina coepit.

Communis tamen hominum opinio priscae memoriae auctoritatem secuta, solas agnoscit mulieres oraculorum inter-

τὸν ναὸν τῷ Ἀπόλλωνι τὸ ἀρχαιότατον δάφνης φασὶ, κομισθῆναι δὲ τοὺς κλάδους ἀπὸ τῆς δάφνης τῆς ἐν τοῖς Τέμπεσι· καλύβης δ' ἂν σχῆμα οὗτός γε ἂν εἴη παρεσχηματισμένος ὁ ναός. δεύτερα δὲ λέγουσιν οἱ Δελφοὶ γενέσθαι ὑπὸ μελισσῶν τὸν ναὸν, ἀπό τε τοῦ κηροῦ τῶν μελισσῶν καὶ ἐκ πτερῶν· πεμφθῆναι δὲ ἐς Ὑπερβορέους φασὶν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος. λέγεται δὲ καὶ ἕτερος λόγος, ὡς τὸν ναὸν κατεσκευάσατο ἀνὴρ Δελφὸς, ὄνομα δὲ αὐτῷ Πτερᾶν εἶναι· κατὰ τοῦτο οὖν γενέσθαι καὶ τῷ ναῷ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ οἰκοδομήσαντος· ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ Πτερᾶ καὶ πόλιν Κρητικὴν προσθήκῃ γράμματος Ἀπτεραίους φασὶν ὀνομάζεσθαι. τὸν γὰρ δὴ λόγον τὸν ἔχοντα ἐς τὴν ἐν τοῖς ὄρεσιν αὐξομένην πτέριν, ὡς ἐκ τῆς πόας ταύτης χλωρᾶς ἔτι διεπλέξαντο ναὸν, οὐδὲ ἀρχὴν προσίεμαι τὸν λόγον τοῦτον. τὰ δὲ ἐς τὸν τρίτον τῶν ναῶν, ὅτι ἐγένετο ἐκ χαλκοῦ, θαῦμα οὐδὲν, εἴ γε Ἀκρίσιος μὲν θάλαμον χαλκοῦν τῇ θυγατρὶ ἐποιήσατο, Λακεδαιμονίοις δὲ Ἀθηνᾶς ἱερὸν Χαλ-

pretes. (5) Antiquissimam dei aedem e lauro erectam tradunt: et lauri quidem ramos ex ea arbore decerptos, quae ad Tempe est. Fuit aedis eius forma quasi tugurium quoddam. Alteram aediculam narrant ab apibus e cera et pinnulis compactam, quam ad Hyperboreos Apollo miserit. Alius etiam est ea de re sermo: aedem fabricasse hominem Delphum, cui nomen fuerit Pteras; eamque ob rem templo quoque nomen ab opifice inditum fuisse. Ab eodem Ptera Creticam etiam civitatem, una litera addita Apteraeos appellatam. Quod vero ex ea herba, quae in montibus crescens, Pteris (*id est filix*) dicitur, adhuc viridi fuerit illud opus contextum, omnino ut credam non adducor. Nam tertium delubrum ex aere aedificatum fuisse, *quod fama prodidit*, mirum videri non debet, siquidem et filiae Acrisius thalamum ex aere fecit; et hac etiamnum aetate exstat apud Lacedaemonios Minervae fanum, cui *a materia* Chalcioeco

κιοῖχου καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι λείπεται. Ῥωμαίοις δὲ ἡ ἀγορὰ μεγέθους εἵνεκα καὶ κατασκευῆς τῆς ἄλλης θαῦμα οὖσα παρέχεται τὸν ὄροφον χαλκοῦν· οὕτω καὶ ναὸν τῷ Ἀπόλλωνι οὐκ ἂν ἄπο γε τοῦ εἰκότος εἴη γενέσθαι χαλκοῦν. τὰ μέντοι ἄλλα οὐκ ἔπειθέν ὁ λόγος, ἢ Ἡφαίστου τὸν ναὸν τέχνην εἶναι, ἢ τὰ ἐς τὰς ᾠδοὺς τὰς χρυσᾶς, ἃ δὴ Πίνδαρος ᾖσεν ἐπ' ἐκείνῳ τῷ ναῷ·

Χρύσειαι δ' ἐξ ὑπερῴου ἄειδον Κηληδόνες.

811 οὗτος μὲν δὴ ταῦτα ἐς μίμησιν (ἐμοὶ δοκεῖν) τῶν παρ' Ὁμήρῳ Σειρήνων ἐποίησεν. οὐ μὴν οὐδὲ τρόπον ὄντινα ἀφανισθῆναι συνέπεσε τῷ ναῷ, κατὰ ταὐτὰ εἰρημένα εὕρισκον· καὶ γὰρ ἐς χάσμα γῆς ἐκπεσεῖν αὐτὸν, καὶ ὑπὸ πυρὸς τακῆναι λέγουσι. τέταρτος δὲ ὑπὸ Τροφωνίου μὲν εἰργάσθη καὶ Ἀγαμήδους· λίθου δὲ αὐτὸν ποιηθῆναι μνημονεύουσι· κατεκαύθη δὲ Ἐρξικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, πρώτῳ δὲ τῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος ἔτει καὶ πεντηκοστῆς, ἣν Κροτωνιάτης ἐνίκα

cognomen est. Romae quoque forum tum magnitudine et ornatu reliquo spectantibus est admirationi, tum vero aeneo contegitur lacunari. Quare non omnino a vero alienum videri possit, aeneum fuisse Apollinis templum. Nam cetera iure fabulosa videantur, vel a Vulcano aedem illam exaedificatam, vel aureas in eo templo virgines cantasse, quod Pindarus *commentus est, quum* cecinit:

Aureae cantabant e laquearibus Flexanimae.

In quo plane Homerum videtur imitari voluisse, de Sirenibus fabulantem. Sed neque quo casu fanum abolitum fuerit, ab omnibus ad eundem modum rem expositam comperi. *Sunt qui* terrae hiatu haustum; *alii qui* igne colliquefactum dicant. Quartum sane templum Trophonius et Agamedes metati sunt; e lapide vero exstructum memorant. Conflagravit hoc principatum obtinente Athenis Erxiclide, octavae et quinquagesimae Olympiadis anno primo; qua palmam tulit Diognetus Croto-

Διόγνητος. τὸν δ' ἐφ' ἡμῶν τῷ θεῷ ναὸν ᾠκοδόμησαν μὲν ἀπὸ τῶν ἱερῶν οἱ Ἀμφικτύονες χρημάτων· ἀρχιτέκτων δέ τις Σπίνθαρος ἐγένετο αὐτοῦ Κορίνθιος.

CAPUT VI.

De vetustissimae urbis Delphorum conditore Parnasso — de urbis Lycoreae nomine varia narratio et de Delpho — cur Delphi Pytho appellati fuerint, varie narratur.

Πόλιν δὲ ἀρχαιοτάτην οἰκισθῆναί φασιν ἐνταῦθα ὑπὸ Παρνασσοῦ, Κλεοδώρας δὲ εἶναι νύμφης παῖδα αὐτόν· καί οἱ πατέρας, καθάπερ γε καὶ ἄλλοις τῶν καλουμένων ἡρώων, Ποσειδῶνά τε θεῶν καὶ Κλεόπομπον ἄνδρα ἐπονομάζουσι· καὶ ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ Παρνασσοῦ τῷ τε ὄρει τὸ ὄνομα τεθῆναι λέγουσι, καὶ [ἀπὸ τούτου] Παρνασσίαν ὀνομασθῆναι νάπην· τῶν πετομένων τε ὀρνίθων τὴν ἀπ' αὐτῶν μαντείαν γενέσθαι Παρνασσοῦ τὸ εὕρημα· ταύτην μὲν οὖν κατακλυσθῆναι τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν ὄμβρων τῶν κατὰ Δευκαλίωνα συμβάντων. (2) Τῶν δὲ ἀνθρώπων ὅσοι διαφυγεῖν τὸν χειμῶνα ἠδυνήθησαν, λύκων ὠρυγαῖς ἀπεσώθησαν ἐς τοῦ

niates. Quod hac aetate exstat, erexerunt de sacra pecunia Amphictyones. Eius operis architectus fuit Spintharus Corinthius.

Cap. VI. Vetustissimam sane urbem olim eodem in loco a Parnasso conditam tradunt: Cleodorae Nymphae hunc filium fuisse, cui, sicuti et ceteris heroibus, e diis patrem Neptunum, ex hominibus Cleopompum attribuunt: et ab eo tum montem Parnassum, tum vero saltum Parnassium nominatum. Ab eodem praeterea Parnasso inventam affirmant ex avium volatu futurorum praedictionem: urbem vero ab ipso conditam, imbribus deletam Deucalionis temporibus. (2) Ac tunc quidem, qui aquarum vi oppressi non fuere, luporum ululatum

Παρνασσοῦ τὰ ἄκρα ὑπὸ ἡγεμόσι τῆς πορείας τοῖς θηρίοις· πόλιν δὲ, ἣν ἔκτισαν, ἐκάλεσαν ἐπὶ τούτῳ Λυκώρειαν. λέγεται δὲ καὶ ἄλλος διάφορος λόγος τῷ πρότερον, Ἀπόλλωνι ἐκ νύμφης Κωρυκίας γενέσθαι Λύκωρον, καὶ ἀπὸ μὲν Λυκώρου πόλιν Λυκώρειαν, τὸ ἄντρον δὲ ὀνομασθῆναι τὸ Κωρύκιον ἀπὸ τῆς νύμφης. λέγεται δὲ καὶ τάδε· Κελαινὼ θυγατέρα Ὑάμῳ τῷ Λυκώρου γενέσθαι, Δελφὸν δὲ, ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα τῇ πόλει τὸ ἐφ' ἡμῶν ἐστι, Κελαινοῦς τε αὐτὸν τῆς Ὑάμου καὶ Ἀπόλλωνος εἶναι. οἱ δὲ Καστάλιόν τε ἄνδρα αὐτό-
812 χθονα καὶ θυγατέρα ἐθέλουσιν αὐτῷ γενέσθαι Θυίαν, καὶ ἱερᾶσθαί τε τὴν Θυίαν Διονύσῳ πρῶτον καὶ ὄργια ἀγαγεῖν τῷ θεῷ· ἀπὸ ταύτης δὲ καὶ ὕστερον, ὅσαι τῷ Διονύσῳ μαίνονται, Θυιάδας καλεῖσθαι σφᾶς ὑπὸ ἀνθρώπων· Ἀπόλλωνος δ' οὖν παῖδα καὶ Θυίας νομίζουσιν εἶναι Δελφόν. οἱ δὲ μητρὸς μὲν Μελαίνης φασὶν αὐτὸν, θυγατρὸς Κηφισσοῦ. (3) Χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ Πυθὼ τὴν πόλιν, οὐ Δελφοὺς μόνον ἐκάλεσαν

secuti, feris ducibus ad Parnassi iuga confugerunt: quare quam illic urbem munierunt, Lycoream vocarunt. Sed ab hoc etiam diversus vulgatus est sermo, Apollini ex Corycia Nympha genitum Lycorum; et ab eo Lycoream dictam; antrum vero Corycium de Nymphae nomine appellatum. Adiiciunt ad haec, Hyamo Lycori filio Celaeno filiam fuisse, e qua Delphum Apollo susceperit; unde nomen, quod etiamnum nostra aetate usurpatur, urbs acceperit. Alii Castalium tradunt hominem indigenam, filiam habuisse Thyian *nomine*, quae quum Liberi sacerdotio fungeretur, prima Libero Patri Orgia agitaverit: et ab ea, quae furore impulsae *sacra* Baccho *faciant*, ab hominibus Thyiadas nuncupari: Apollinis nempe filium, et Thyiae, Delphum fuisse autumant: sed alii matrem eius Melaenen perhibent Cephissi filiam. (3) Interiecto dein tempore urbem ipsam non solum Delphos, sed etiam Pytho nominarunt finitimi. Testantur

οἱ περιοικοῦντες· καθὰ καὶ Ὁμήρῳ πεποιημένα ἐν καταλόγῳ Φωκέων ἐστιν. οἱ μὲν δὴ γενεαλογεῖν τὰ πάντα ἐθέλοντες παῖδα εἶναι Δελφοῦ Πύθιν, καὶ ἀπὸ τοῦ βασιλεύσαντος γενέσθαι τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἥγηνται. λόγος δὲ, ὃς ἥκει τῶν ἀνθρώπων ἐς τοὺς πολλοὺς, τὸν ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοξευθέντα σήπεσθαί φησιν ἐνταῦθα, καὶ διὰ τοῦτο τὸ ὄνομα τῇ πόλει γενέσθαι Πυθώ· πύθεσθαι γὰρ δὴ τὰ σηπόμενα οἱ τότε ἔλεγον· καὶ τοῦδε ἕνεκα Ὅμηρος πεποίηκεν, ὡς ἡ τῶν Σειρήνων νῆσος ἀνάπλεως ὀστῶν εἴη, ὅτι οἱ τῆς ᾠδῆς αὐτῶν ἀκούοντες ἐπύθοντο ἄνθρωποι. τὸν δὲ ἀποθανόντα ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ποιηταὶ μὲν δράκοντα εἶναι, καὶ ἐπὶ τῷ μαντείῳ φύλακα ὑπὸ Γῆς ταχθῆναί φασι. λέγεται δὲ καὶ, ὡς Κρίου δυναστεύοντος ἀνδρὸς περὶ Εὔβοιαν παῖς γένοιτο ὑβριστής· καὶ ἐσύλησε μὲν τοῦ θεοῦ τὸ ἱερὸν, ἐσύλησε δὲ καὶ οἴκους ἀνδρῶν εὐδαιμόνων. ὡς δὲ ἐπεστράτευε καὶ δεύτερον, ἐνταῦθα οἱ Δελφοὶ τὸν Ἀπόλ-

id Homeri versus de Phocensium delectu. Sedenim qui subtilius *populorum* origines exquirunt, Delphi existimant filium fuisse Pythin; et ab eo, dum regnaret, urbi nomen impositum. Est insuper pervagato inter homines sermone vulgatum, ab Apolline sagittis confixum ibi computruisse, eaque de causa urbem Pytho appellatam fuisse; quia eius temporis homines, si qua putrescerent, ea dicebant πύθεσθαι. Neque Homerus aliam ob causam Sirenum insulam fuisse ossium plenam dixit, quam quod *in ea* putrescerent eorum cadavera, qui Sirenum cantilenis aures praebuissent. Qui ab Apolline occisus fuerit, draconem eum fuisse poetae scripsere, cui custodiam Tellus oraculi mandasset. Memoriae etiam proditum est, Crii cuiusdam potentis in Euboea hominis filium iniuriosum, *latrociniis viciniam illam totam quum vexaret*, Apollinis templum violasse, et simul diripere solitum locupletium domos. Quare quum iam iterum adfuturus cum infesta *latronum* manu *expectaretur*, Delphis de vi

Παρνασσοῦ τὰ ἄκρα ὑπὸ ἡγεμόσι τῆς πορείας τοῖς θη-
ρίοις· πόλιν δὲ, ἣν ἔκτισαν, ἐκάλεσαν ἐπὶ τούτῳ Λυ-
κώρειαν. λέγεται δὲ καὶ ἄλλος διάφορος λόγος τῷ πρό-
τερον, Ἀπόλλωνι ἐκ νύμφης Κωρυκίας γενέσθαι Λύκω-
ρον, καὶ ἀπὸ μὲν Λυκώρου πόλιν Λυκώρειαν, τὸ ἄντρον
δὲ ὀνομασθῆναι τὸ Κωρύκιον ἀπὸ τῆς νύμφης. λέγε-
ται δὲ καὶ τάδε· Κελαινὼ θυγατέρα Ὑάμῳ τῷ Λυκώ-
ρου γενέσθαι, Δελφὸν δὲ, ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα τῇ πόλει τὸ
ἐφ' ἡμῶν ἐστι, Κελαινοῦς τε αὐτὸν τῆς Ὑάμου καὶ
Ἀπόλλωνος εἶναι. οἱ δὲ Καστάλιόν τε ἄνδρα αὐτό-
812 χθονα καὶ θυγατέρα ἐθέλουσιν αὐτῷ γενέσθαι Θυίαν,
καὶ ἱεράσθαι τε τὴν Θυίαν Διονύσῳ πρῶτον καὶ ὄργια
ἀγαγεῖν τῷ θεῷ· ἀπὸ ταύτης δὲ καὶ ὕστερον, ὅσαι τῷ
Διονύσῳ μαίνονται, Θυιάδας καλεῖσθαι σφᾶς ὑπὸ ἀν-
θρώπων· Ἀπόλλωνος δ' οὖν παῖδα καὶ Θυίας νομί-
ζουσιν εἶναι Δελφόν. οἱ δὲ μητρὸς μὲν Μελαίνης φα-
σὶν αὐτὸν, θυγατρὸς Κηφισσοῦ. (3) Χρόνῳ δὲ ὕστε-
ρον καὶ Πυθὼ τὴν πόλιν, οὐ Δελφοὺς μόνον ἐκάλεσαν

secuti, feris ducibus ad Parnassi iuga confugerunt: quare quam illic urbem munierunt, Lycoream vocarunt. Sed ab hoc etiam diversus vulgatus est sermo, Apollini ex Corycia Nympha genitum Lycorum; et ab eo Lycoream dictam; antrum vero Corycium de Nymphae nomine appellatum. Adiiciunt ad haec, Hyamo Lycori filio Celaeno filiam fuisse, e qua Delphum Apollo susceperit; unde nomen, quod etiamnum nostra aetate usurpatur, urbs acceperit. Alii Castalium tradunt hominem indigenam, filiam habuisse Thyian *nomine*, quae quum Liberi sacerdotio fungeretur, prima Libero Patri Orgia agitaverit: et ab ea, quae furore impulsae *sacra* Baccho *faciant*, ab hominibus Thyiadas nuncupari: Apollinis nempe filium, et Thyiae, Delphum fuisse autumant: sed alii matrem eius Melaenen perhibent Cephissi filiam. (3) Interiecto dein tempore urbem ipsam non solum Delphos, sed etiam Pytho nominarunt finitimi. Testantur

ἄρα οὐδὲ τῆς Νέρωνος ἐς πάντα ὀλιγωρίας ἀπειράτως ἔξειν· ὃς τὸν Ἀπόλλωνα πεντακοσίας θεῶν ἀναμὶξ ἀφείλετο καὶ ἀνθρώπων εἰκόνας χαλκᾶς.

(2) Ἀρχαιότατον δὲ ἀγώνισμα γενέσθαι μνημονεύουσι, καὶ ἐφ' ᾧ πρῶτον ἆθλα ἔθεσαν, ᾆσαι ὕμνον ἐς τὸν θεόν· καὶ ᾖσε καὶ ἐνίκησεν ᾄδων Χρυσόθεμις ἐκ Κρήτης, οὗ δὴ ὁ πατὴρ λέγεται Καρμάνωρ καθῆραι Ἀπόλλωνα. Χρυσοθέμιδος ὕστερον Φιλάμμωνά τε ᾠδῇ μνημονεύουσι νικῆσαι, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ Θάμυριν τὸν Φιλάμμωνος. Ὀρφέα δὲ σεμνολογίᾳ τῇ ἐπὶ τελεταῖς καὶ ὑπὸ φρονήματος τοῦ ἄλλου, καὶ Μουσαῖον τῇ ἐς πάντα μιμήσει τοῦ Ὀρφέως, οὐκ ἐθελῆσαί φασιν αὐτοὺς ἐπὶ ἀγῶνι μουσικῆς ἐξετάζεσθαι. φασὶ δὲ Ἐλευθῆρα ἀνελέσθαι Πυθικὴν νίκην μέγα καὶ ἡδὺ φωνοῦντα, ἐπεὶ ᾄδειν γε αὐτὸν οὐχ αὑτοῦ τὴν ᾠδήν. λέγεται δὲ καὶ Ἡσίοδον ἀπελασθῆναι τοῦ ἀγωνίσματος, ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ ᾠδῇ δεδιδαγμένον. Ὅμηρος δὲ ἀφίκετο

ercitus *sacram pecuniam diripuerunt.* Non postremo Neronis impietatem *dei donaria* effugere potuerunt. Is enim quingentas aeneas partim deorum, partim vero hominum sustulit imagines. (2) *Quum coepti iam essent Pythici ludi celebrari*, antiquissimum fuisse *omnium* certamen memorant inter eos, qui praemio proposito hymnum in Apollinis honorem cecinissent: et primum quidem omnium psallentem vicisse Chrysothemin e Creta; cuius pater Carmanor Apollinem de caede purgasset. Post Chrysothemin Philammonem cantu vicisse memorant: post hunc Philammonis filium Thamyrin. Nam Orpheum mysteriorum scientia, et reliqua vitae dignitate elatum; tum etiam Musaeum, quod Orpheum sibi quem aemularetur proposuisset, negant in musicum illud certamen descendere voluisse. Tulisse narrant Eleutherem Pythicam palman vocis causa, quum alioqui cantilenam non suam decantasset. Hesiodum tradunt repulsam tulisse, quod carmina sua ad lyram canere non didicisset. Ho-

μὲν ἐς Δελφοὺς ἐρησόμενος, ὁπόσα καὶ ἐδεῖτο· ἔμελλε δὲ αὐτῷ καὶ κιθαρίζειν διδαχθέντι ἀχρεῖον τὸ μάθημα ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς συμφορᾶς γενήσεσθαι. (3) Τῆς δὲ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδόης, ἣν Γλαυκίας ὁ Κροτωνιάτης ἐνίκησε, ταύτης ἔτει τρίτῳ ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες κιθαρῳδίας μὲν, καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, προσέθεσαν δὲ καὶ αὐλῳδίας ἀγώνισμα, καὶ αὐλῶν· ἀνηγορεύθησαν δὲ νικῶντες Κεφαλήν τε ὁ Λάμπου κιθαρῳδίᾳ, καὶ αὐλῳδὸς Ἀρκὰς Ἐχέμβροτος, Σα-
814 κάδας δὲ Ἀργεῖος ἐπὶ τοῖς αὐλοῖς· ἀνείλετο δὲ ὁ Σακάδας οὗτος καὶ ἄλλας δύο τὰς ἐφεξῆς ταύτης Πυθιάδας, ἔθεσαν δὲ καὶ ἆθλα τότε ἀθληταῖς πρῶτον, τά τε ἐν Ὀλυμπίᾳ, πλὴν τεθρίππου, καὶ αὐτοὶ νομοθετήσαντες, δολίχου καὶ διαύλου παισὶν εἶναι δρόμον· δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο· καὶ αὐλῳδίαν τε κατέλυσαν, καταγνόντες οὐκ εἶναι τὸ ἄκουσμα εὔφημον· ἡ γὰρ αὐλῳδία μελέτη τε

merus Delphos quidem venit consulendi, quod opus fuit, causa: sed ei, etiam si fidibus didicisset, propter oculorum calamitatem nulli usui ars esse potuisset. (3) Quadragesimae demum et octavae Olympiadis, qua vicit Glaucias Crotoniata, anno tertio, certamina instituerunt Amphictyones; cantus ad citharam ut pridem; cantus item ad tibiam, ipsarum etiam *per se* tibiarum. Renunciati victores sunt de citharoedis, Cephalon Lampi filius: de auloedis, Echembrotus Arcas: de tibiis, Sacades Argivus. Idem vero postea Sacadas binis deinceps Pythicis ludis vicit. Eadem praeterea tunc quae in Olympia, athletis indicta sunt certamina, quadrigis tamen exceptis; lege item lata, ut *soli* pueri tum longiore, tum repetito cursu certarent. Altera iam Pythiade, submotis praemiis, coronarium *duntaxat* certamen ut esset statuerunt; auloedorum arte repudiata, quod *triste* nescio quid *auditu*, et minime laeti ominis tibiis congruebant. Te-

ἢν αὐλῶν τὰ σκυθρωπότατα, καὶ ἐλεγεῖα καὶ θρῆνοι προσᾳδόμενα τοῖς αὐλοῖς. μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τοῦ Ἐχεμβρότου τὸ ἀνάθημα, τρίπους χαλκοῦς ἀνατεθεὶς τῷ Ἡρακλεῖ τῷ ἐν Θήβαις· ἐπίγραμμα δὲ ὁ τρίπους εἶχεν·

Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκε τῷ Ἡρακλεῖ
Νικήσας τόδ' ἄγαλμ' Ἀμφικτυόνων ἐν ἀέθλοις,
Ἕλλησιν δ' ᾄδων μέλεα καὶ ἐλέγους.

κατὰ τοῦτο μὲν τῆς αὐλῳδίας ἐπαύσθη τὸ ἀγώνισμα. προσέθεσαν δὲ καὶ ἵππων δρόμον· ἀνηγορεύθη δὲ ἐπὶ τῷ ἅρματι Κλεισθένης ὁ Σικυῶνος τυραννήσας. ὀγδόῃ δὲ Πυθιάδι προσενομοθέτησαν κιθαριστὰς τοὺς ἐπὶ τῶν κρουμάτων τῶν ἀφώνων· καὶ Τεγεάτης ἐστεφανοῦτο Ἀγέλαος. τρίτῃ δὲ Πυθιάδι ἐπὶ ταῖς εἴκοσι προστιθέασιν ὁπλίτην δρόμον· καὶ ἐπ' αὐτῷ Τιμαίνετος ἐκ Φλιοῦντος ἀνείλετο τὴν δάφνην, Ὀλυμπιᾶσιν ὕστερον πέντε ἢ Δημάρατος Ἡραιεὺς ἐνίκησεν. ὀγδόῃ δὲ ἐπὶ τεσσαράκοντα Πυθιάδι καὶ συνωρίδος εἶναι κατεστήσαντο

stimonio mihi fuerit Echembroti donum; aeneus tripos Herculi Thebis dedicatus, cum huiusmodi inscriptione: ECHEMBROTUS ARCAS DEDICAVIT HOC SIMULACRUM HERCULI, QUUM PRAEMIUM LUDIS AMPHICTYONUM MERUISSET, DECANTATIS INTER GRAECOS MODULIS ET ELEGIS. Et haec sane fuit causa, quamobrem ad ludos auloedi amplius non admitterentur. Addiderunt deinde equorum cursum; et de quadrigis victor renunciatus est Clisthenes, is qui Sicyoniorum tyrannus fuit. Octava Pythiade addita haec lex est, ut assis fidibus canerent: coronam cepit Tegeates Agelaus. Vicesima demum tertia accessit *ad cetera ludicra* armatorum cursus; de quo lauream reportavit Timaenetus Phliasius, Olympiadibus quinque postea quam vicerat Demaratus Heraeensis. Octava post haec et quadragesima Pythiade bigis certari coeptum. Vicere Pho-

μὲν ἐς Δελφοὺς ἐρησόμενος, ὁπόσα καὶ ἐδεῖτο· ἔμελλε δὲ αὐτῷ καὶ κιθαρίζειν διδαχθέντι ἀχρεῖον τὸ μάθημα ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς συμφορᾶς γενήσεσθαι. (3) Τῆς δὲ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδόης, ἣν Γλαυκίας ὁ Κροτωνιάτης ἐνίκησε, ταύτης ἔτει τρίτῳ ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες κιθαρῳδίας μὲν, καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, προσέθεσαν δὲ καὶ αὐλῳδίας ἀγώνισμα, καὶ αὐλῶν· ἀνηγορεύθησαν δὲ νικῶντες Κεφαλήν τε ὁ Λάμπου κιθαρῳδίᾳ, καὶ αὐλῳδὸς Ἀρκὰς Ἐχέμβροτος, Σα-
814 κάδας δὲ Ἀργεῖος ἐπὶ τοῖς αὐλοῖς· ἀνείλετο δὲ ὁ Σακάδας οὗτος καὶ ἄλλας δύο τὰς ἐφεξῆς ταύτης Πυθιάδας, ἔθεσαν δὲ καὶ ἆθλα τότε ἀθληταῖς πρῶτον, τά τε ἐν Ὀλυμπίᾳ, πλὴν τεθρίππου, καὶ αὐτοὶ νομοθετήσαντες, δολίχου καὶ διαύλου παισὶν εἶναι δρόμον· δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο· καὶ αὐλῳδίαν τε κατέλυσαν, καταγνόντες οὐκ εἶναι τὸ ἄκουσμα εὔφημον· ἡ γὰρ αὐλῳδία μελέτη τε

therus Delphos quidem venit consulendi, quod opus fuit, caussa: sed ei, etiam si fidibus didicisset, propter oculorum calamitatem nulli usui ars esse potuisset. (3) Quadragesimae demum et octavae Olympiadis, qua vicit Glaucias Crotoniata, anno tertio, certamina instituerunt Amphictyones; cantus ad citharam ut pridem; cantus item ad tibiam, ipsarum etiam *per se* tibiarum. Renunciati victores sunt de citharoedis, Cephalon Lampi filius: de auloedis, Echembrotus Arcas: de tibiis, Sacades Argivus. Idem vero postea Sacadas binis deinceps Pythicis ludis vicit. Eadem praeterea tunc quae in Olympia, athletis indicta sunt certamina, quadrigis tamen exceptis; lege item lata, ut *soli* pueri tum longiore, tum repetito cursu certarent. Altera iam Pythiade, submotis praemiis, coronarium *duntaxat* certamen ut esset statuerunt; auloedorum arte repudiata, quod *triste* nescio quid *auditu*, et minime laeti ominis tibiis congruebant. Te-

CAPUT VIII.

De Amphictyonum consessus origine et denominatione — populis ab Amphictyone in commune consilium vocatis, et de Nicopolitanis ab Augusto adiectis — XXX Amphictyonibus, qui Pausaniae tempore fuerunt — memorandis urbis Delphorum, templo Minervae Pronoeae et Massaliotarum gente — fluvio Plisto et aqua Castaliae — sacro Apollinis septo.

Καταστήσασθαι δὲ συνέδριον ἐνταῦθα Ἑλλήνων, οἱ μὲν Ἀμφικτύονα τὸν Δευκαλίωνος νομίζουσι, καὶ ἀπὸ τούτου τοῖς συνελθοῦσιν ἐπίκλησιν Ἀμφικτύονας γενέσθαι. Ἀνδροτίων δὲ ἐν τῇ Ἀτθίδι ἔφη συγγραφῇ, ὡς τοεξαρχῆς ἀφίκοντο ἐς Δελφοὺς παρὰ τῶν προσοικούντων συνεδρεύσοντες· καὶ ὀνομασθῆναι μὲν Ἀμφικτίονας τοὺς συνελθόντας, ἐκνικῆσαι δὲ ἀνὰ χρόνον τὸ νῦν σφισιν ὄνομα. (2) Ὑπὸ μὲν δὴ Ἀμφικτύονος αὐτοῦ φασιν ἐς συνέδριον κοινὸν τοσάδε γένη τοῦ Ἑλληνικοῦ συναχθῆναι· Ἴωνας, Δόλοπας, Θεσσαλοὺς, Αἰνειᾶνας, Μάγνητας, Μαλιέας, Φθιώτας, Δωριεῖς, Φωκέας, Λοκροὺς τῇ Φωκίδι ὁμόρους ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Κνημῖδι. καταλαβόντων δὲ Φωκέων τὸ ἱερὸν, καὶ ὕστερον δεκάτῳ 816

Cap. VIII. Conventum hoc in loco Graecis constitutum ab Amphictyone *primum* Deucalionis filio, *satis constanti* hominum sententia traditur; et ab eo consessum illum Amphictyonas appellatos. Androtio vero in Attica historia scribit, in Delphicum consessum initio e circumvicinis convenisse consiliarios: eosque qui eo convenire solerent ἀμφικτίονας (circumvicinos) nominatos fuisse: postmodum vero id obtinuisse nomen quo nunc appellatur, Ἀμφικτύονες. (2) Ab ipso quidem Amphictyone in commune consilium vocatos tradunt hos Graeci nominis populos, Ionas, Dolopas, Thessalos, Aenianas, Magnetas, Maleenses, Phthiotas, Dorienses, Phocenses; et Locros Phocidi finitimos, Cnemidis montis accolas. Postea vero quam Phocenses templum diripuerunt, de-

ἔτει λαβόντος πέρας τοῦ πολέμου, μεταβολὴν καὶ τὰ Ἀμφικτυόνων ἔσχε. Μακεδόνες μὲν γὰρ τελεῖν ἐς Ἀμφικτύονας εὕραντο, Φωκέων δὲ τὸ ἔθνος καὶ ἐκ τοῦ Δωρικοῦ Λακεδαιμόνιοι μετασχόντες ἐπαύσαντο Ἀμφικτυονίας· οἱ μὲν τοῦ τολμήματος ἕνεκα οἱ Φωκεῖς, οἱ δὲ συμμαχίας εὕραντο οἱ Λακεδαιμόνιοι τῆς Φωκέων ζημίας. Βρέννου δὲ τῶν Γαλατῶν στρατὸν ἀγαγόντος ἐς Δελφοὺς, προθυμίαν ἐς τὸν πόλεμον οἱ Φωκεῖς πλείστην τοῦ Ἑλληνικοῦ παρέσχοντο· καὶ ἀπὸ τοῦ ἔργου τούτου μετασχεῖν Ἀμφικτυονίας αὖθις, καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἐγένετο ἀξίωμα αὐτοῖς ἀνασώσασθαι τὸ ἀρχαῖον. βασιλεὺς δὲ Αὔγουστος μετεῖναι καὶ Νικοπολίταις τοῖς πρὸς τῷ Ἀκτίῳ συνεδρίου τοῦ Ἀμφικτυόνων ἠθέλησε· Μάγνητας μὲν οὖν καὶ Μαλιεῖς, καὶ Αἰνιᾶνας, καὶ Φθιώτας Θεσσαλοῖς συντελεῖν· τὰς ψήφους δὲ, ὅσαι τούτων τε καὶ Δολόπων, (οὐ γὰρ ἔτι ἦν Δολόπων γένος) Νικοπολίτας φέρειν. (3) Οἱ δὲ Ἀμφικτύονες οἱ ἐπ' ἐμοῦ τριάκοντα ἀριθμῷ ἦσαν. ἐκ Νικοπόλεως μὲν καὶ

cennali, iam bello confecto, mutationem etiam sensit Amphictyonum curia: siquidem Macedones locum in ea sunt adepti: Phocensium vero natio, et ex Dorico nomine Lacedaemonii, sunt ordine moti: illi ob admissum sacrilegium; hi, quod opem Phocensibus tulissent, multa affecti. Verum quum Galli duce Brenno Delphos adorti fuissent, prae cunctis Graecis Phocenses strenue rem gessere: quare et Amphictyonatum, et pristinam omnem *veterem* dignitatem receperunt. Augustus deinde Imperator Nicopolitanis etiam, qui ad Actium sunt, locum esse inter Amphictyonas voluit: quum Magnetas, Maleenses, Aenianas, et Phthiotas, contribuere se Thessalis iussisset: suffragia vero quae illorum et Dolopum fuerant, (interierat enim iam Dolopum gens) ad Nicopolitanos transtulit. (3) Fuerunt aetate mea Amphictyones numero XXX. A Nicopoli, Macedonia et Thes-

Μακεδονίας τε καὶ Θεσσαλῶν, ἀπὸ ἑκάστων δύο ἀριθμῷ ἦσαν· ἐκ δὲ Βοιωτῶν (Θεσσαλίας γὰρ καὶ οὗτοι τὰ ἀρχαιότερα ᾤκησαν, καὶ Αἰολεῖς τηνικαῦτα ἐκαλοῦντο) καὶ ἐκ Φωκέων τε καὶ Δελφῶν, παρὰ τούτων δύο ἑκάστων· εἷς δ' ἐκ Δωρίδος τῆς ἀρχαίας· πέμπουσι δὲ καὶ Λοκροὶ, οἵ τε καλούμενοι Ὀζόλαι καὶ οἱ πέραν Εὐβοίας, ἕνα ἑκάτεροι· καὶ Εὐβοεὺς ἐστιν εἷς. Πελοποννησίων δὲ ἐξ Ἄργους καὶ Σικυῶνος καὶ Κορίνθου σὺν Μεγαρεῦσίν ἐστιν εἷς, καὶ εἷς Ἀθηναῖος. αἱ μὲν δὴ πόλεις Ἀθῆναι καὶ Δελφοὶ καὶ ἡ Νικόπολις, αὗται μὲν ἀποστέλλουσι συνεδρεύσοντας ἐς Ἀμφικτυονίαν πᾶσαν· ἀπὸ δὲ ἐθνῶν τῶν κατειλεγμένων ἑκάστῃ πόλει ἀνὰ μέρος ἐς Ἀμφικτύονας καὶ ἐν χρόνου περιόδῳ συντελεῖν ἐστιν.

(4) Ἐσελθόντι δὲ ἐς τὴν πόλιν, εἰσὶν ἐφεξῆς ναοί· καὶ ὁ μὲν πρῶτος αὐτῶν ἐρείπια ἦν· ὁ ἐπὶ τούτῳ δὲ κενὸς καὶ ἀγαλμάτων καὶ ἀνδριάντων· ὁ δὲ αὐτῶν τρίτος καὶ ὁ τέταρτος, ὁ μὲν τῶν ἐν Ῥώμῃ βασιλευσάντων εἶχεν οὐ πολλῶν τινων εἰκόνας, ὁ τέταρτος δὲ Ἀθηνᾶς καλεῖται Προνοίας. τῶν δὲ ἀγαλμάτων τὸ ἐν τῷ προ-

salis bini: ex Boeotis vero (nam et hi priscis temporibus Thessaliae partem tenuerunt, Aeolenses appellati) ex Phocensibus item et Delphis bini: unus ex vetere Dorica terra. Mittunt praeterea Locri, qui Ozolae appellantur, et *simul* qui e regione Euboeae sunt, unum utrique. Unus Euboeensis, et item unus Atheniensis accedit. Athenae quidem, Delphi, et Nicopolis, omnes obeunt Amphictyonum conventus. Nam ex *ceteris*, quos enumeravimus, populis, per vices et stato temporis intervallo singulae urbes in Amphictyonum consessum conveniunt. (4) In *primo* urbis ingressu continentes sunt sacrae aedes *quatuor*: earum una ruinosa est: vacua est altera signis et statuis: tertia Romanorum Imperatorum non sane multorum habet imagines: quarta sane Minervae vocatur Pronoeae. E signis quod est in primo tem-

ἔτει λαβόντος πέρας τοῦ πολέμου, μεταβολὴν καὶ τὰ Ἀμφικτυόνων ἔσχε. Μακεδόνες μὲν γὰρ τελεῖν ἐς Ἀμφικτύονας εὕραντο, Φωκέων δὲ τὸ ἔθνος καὶ ἐκ τοῦ Δωρικοῦ Λακεδαιμόνιοι μετασχόντες ἐπαύσαντο Ἀμφικτυονίας· οἱ μὲν τοῦ τολμήματος ἕνεκα οἱ Φωκεῖς, οἱ δὲ συμμαχίας εὕραντο οἱ Λακεδαιμόνιοι τῆς Φωκέων ζημίας. Βρέννου δὲ τῶν Γαλατῶν στρατὸν ἀγαγόντος ἐς Δελφοὺς, προθυμίαν ἐς τὸν πόλεμον οἱ Φωκεῖς πλείστην τοῦ Ἑλληνικοῦ παρέσχοντο· καὶ ἀπὸ τοῦ ἔργου τούτου μετασχεῖν Ἀμφικτυονίας αὖθις, καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἐγένετο ἀξίωμα αὐτοῖς ἀνασώσασθαι τὸ ἀρχαῖον. βασιλεὺς δὲ Αὔγουστος μετεῖναι καὶ Νικοπολίταις τοῖς πρὸς τῷ Ἀκτίῳ συνεδρίου τοῦ Ἀμφικτυόνων ἠθέλησε· Μάγνητας μὲν οὖν καὶ Μαλιεῖς, καὶ Αἰνιᾶνας, καὶ Φθιώτας Θεσσαλοῖς συντελεῖν· τὰς ψήφους δὲ, ὅσαι τούτων τε καὶ Δολόπων, (οὐ γὰρ ἔτι ἦν Δολόπων γένος) Νικοπολίτας φέρειν. (3) Οἱ δὲ Ἀμφικτύονες οἱ ἐπ' ἐμοῦ τριάκοντα ἀριθμῷ ἦσαν. ἐκ Νικοπόλεως μὲν καὶ

cennali iam bello confecto, mutationem etiam sensit Amphictyonum curia: siquidem Macedones locum in ea sunt adepti: Phocensium vero natio, et ex Dorico nomine Lacedaemonii, sunt ordine moti: illi ob admissum sacrilegium; hi, quod opem Phocensibus tulissent, multa affecti. Verum quum Galli duce Brenno Delphos adorti fuissent, prae cunctis Graecis Phocenses strenue rem gessere: quare et Amphictyonatum, et pristinam omnem *veterem* dignitatem receperunt. Augustus deinde Imperator Nicopolitanis etiam, qui ad Actium sunt, locum esse inter Amphictyonas voluit: quum Magnetas, Maleenses, Aenianas, et Phthiotas, contribuere se Thessalis iussisset: suffragia vero quae illorum et Dolopum fuerant, (interierat enim iam Dolopum gens) ad Nicopolitanos transtulit. (3) Fuerunt aetate mea Amphictyones numero XXX. A Nicopoli, Macedonia et Thes-

ὑποκαταβάντι οὐ πλέον (ἐμοὶ δοκεῖν) ἢ τρία στάδια, ποταμός ἐστιν ὀνομαζόμενος Πλειστός· οὗτος ὁ Πλειστὸς ἐπὶ Κίῤῥαν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν καὶ τὴν ταύτῃ κάτεισι θάλασσαν. ἐκ δὲ τοῦ γυμνασίου τὴν ἐς τὸ ἱερὸν ἀνιόντι, ἔστιν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ τὸ ὕδωρ τῆς Κασταλίας, καὶ πιεῖν ἡδύ. δοῦναι δὲ τὸ ὄνομα τῇ πηγῇ γυναῖκα λέγουσιν ἐπιχωρίαν, οἱ δὲ ἄνδρα Κастάλιον. Πανύασις δὲ ὁ Πολυάρχου πεποιηκὼς ἐς Ἡρακλέα ἔπη, θυγατέρα Ἀχελῴου τὴν Κασταλίαν φησὶν εἶναι· λέγει γὰρ περὶ τοῦ Ἡρακλέους,

> Παρνησσὸν νιφόεντα θοοῖς διὰ ποσσὶ περήσας
> Ἵκετο Κασταλίης Ἀχελωΐδος ἄμβροτον ὕδωρ.

ἤκουσα δὲ καὶ ἄλλο τοιόνδε· τὸ ὕδωρ τῇ Κασταλίᾳ ποταμοῦ δῶρον εἶναι τοῦ Κηφισσοῦ· τοῦτο ἐποίησε καὶ Ἀλκαῖος ἐν προοιμίῳ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα· βεβαιοῦνται δὲ οὐχ ἥκιστα οἱ Λιλαιεῖς, οἳ ἐς τοῦ Κηφισσοῦ

sio, ac nihilo ferme longius quam stadia III descendentibus, fluvius est Plistus nomine. Is ad Cirrham Delphorum navalem stationem, et proximum mare defluit. Rursus a gymnasio sursum ad fanum tendenti, ad viae dexteram Castaliae aqua praeterfluit, suavis illa quidem potu. Fonti nomen indigenam quandam mulierem dedisse ferunt: virum alii Castalium. Panyassis autem Polyarchi filius in iis versibus, quos in Herculem fecit, Acheloi filiam fuisse Castaliam perhibet. *Sic* enim de Hercule loquens scripsit:

> Parnassi ut celeri pede saxa nivalia liquit,
> Castaliae tetigit inges Acheloidos undas.

Audivi etiam, qui dicerent, aquam illam Castaliae dono datam a Cephisso amne. Hoc Alcaeus quoque versibus mandavit, in prolusione quadam suorum in Apollinem versuum; et confirmant Lilaeenses; qui quum in Cephissi fontem patria quaedam bellaria, et alia, quae sunt

νάφ, Μασσαλιωτῶν ἀνάθημα, ἔστι μεγέθει τοῦ ἔνδον
817 ἀγάλματος μεῖζον. οἱ δὲ Μασσαλιῶται Φωκαιέων εἰσὶν ἄποικοι τῶν ἐν Ἰωνίᾳ, μοῖρα καὶ αὐτοὶ τῶν ποτε Ἅρπαγον τὸν Μῆδον φυγόντων ἐκ Φωκαίας. γενόμενοι δὲ ναυσὶν ἐπικρατέστεροι Καρχηδονίων, τήν τε γῆν, ἣν ἔχουσιν, ἐκτήσαντο, καὶ ἐπὶ μέγα ἀφίκοντο εὐδαιμονίας. τῶν μὲν δὴ Μασσαλιωτῶν χαλκοῦν τὸ ἀνάθημά ἐστι. χρυσοῦ δὲ ἀσπίδα ὑπὸ Κροίσου τοῦ Λυδοῦ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Προνοίᾳ δοθεῖσαν, ἐλέγετο ὑπὸ τῶν Δελφῶν, ὡς Φιλόμηλος αὐτὴν ἐσύλησε. πρὸς δὲ τῷ ἱερῷ τῆς Προνοίας Φυλάκου τέμενός ἐστιν [ἡρῷον]· καὶ ὁ Φύλακος οὗτος ὑπὸ Δελφῶν ἔχει φήμην κατὰ τὴν ἐπιστρατείαν σφίσιν ἀμῦναι τὴν Περσῶν. ἐν δὲ τοῦ γυμνασίου τῷ ὑπαίθρῳ πεφυκέναι ποτὲ ἀγρίαν φασὶν ὗν, καὶ Ὀδυσσέα, ἡνίκα πρὸς τὸν Αὐτόλυκον ἀφίκετο, καὶ μετὰ τοῦ Αὐτολύκου τῶν παίδων ἐθήρευε, τότε αὐτὸν τὸ τραῦμα τὸ ὑπὲρ τοῦ γόνατος ἐνταῦθα σχεῖν ὑπὸ τοῦ συός. (5) Τραπομένῳ δὲ ἐς ἀριστερὰν ἀπὸ τοῦ γυμνασίου, καὶ

pli aditu, quodque maius est, quam id, quod intus est, Massiliensium donum fuit. Sunt hi Phocaensium (quae Ioniae gens fuit) colonia, eorum nempe hominum pars, qui ex Phocaea Harpagum Medum fugere. Hi namque quum navali pugna Carthaginenses vicissent, occupata ea quam nunc incolunt regione, ad magnas opes et luculentam fortunam sunt provecti. Et Massiliensium quidem aeneum est donum. Aureum vero scutum a Croeso Lydorum rege dedicatum, Minervae Pronoeae aiebant Delphi Philomelum eripuisse. Adiunctum est Pronoeae templo Phylaci sacellum heroicum. Hunc Phylacum inter Delphos fama proditum est, auxilium ipsis tulisse Persis irruentibus. In ea gymnasii parte, quae sub dio est, feram aliquando suem natam tradunt: eam Ulyssem ad Autolycum proficiscentem, una cum ipsius Autolyci filiis venatione persecutum; et ab ea sane vulnus supra genu accepisse. (5) Flectentibus ad laevam a gymna-

ὑποκαταβάντι οὐ πλέον (ἐμοὶ δοκεῖν) ἢ τρία στάδια, ποταμός ἐστιν ὀνομαζόμενος Πλειστός· οὗτος ὁ Πλειστὸς ἐπὶ Κίῤῥαν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν καὶ τὴν ταύτῃ κάτεισι θάλασσαν. ἐκ δὲ τοῦ γυμνασίου τὴν ἐς τὸ ἱερὸν ἀνιόντι, ἔστιν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ τὸ ὕδωρ τῆς Κασταλίας, καὶ πιεῖν ἡδύ. δοῦναι δὲ τὸ ὄνομα τῇ πηγῇ γυναῖκα λέγουσιν ἐπιχωρίαν, οἱ δὲ ἄνδρα Κастάλιον· Πανύασις δὲ ὁ Πολυάρχου πεποιηκὼς ἐς Ἡρακλέα ἔπη, θυγατέρα Ἀχελῴου τὴν Κασταλίαν φησὶν εἶναι· λέγει γὰρ περὶ τοῦ Ἡρακλέους,

> Παρνησσὸν νιφόεντα θοοῖς διὰ ποσσὶ περήσας
> Ἵκετο Κασταλίης Ἀχελωΐδος ἄμβροτον ὕδωρ.

ἤκουσα δὲ καὶ ἄλλο τοιόνδε· τὸ ὕδωρ τῇ Κασταλίᾳ ποταμοῦ δῶρον εἶναι τοῦ Κηφισσοῦ· τοῦτο ἐποίησε καὶ Ἀλκαῖος ἐν προοιμίῳ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα· βεβαιοῦνται δὲ οὐχ ἥκιστα οἱ Λιλαιεῖς, οἱ ἐς τοῦ Κηφισσοῦ

sio, ac nihilo ferme longius quam stadia III descendentibus, fluvius est Plistus nomine. Is ad Cirrham Delphorum navalem stationem, et proximum mare defluit. Rursus a gymnasio sursum ad fanum tendenti, ad viae dexteram Castaliae aqua praeterfluit, suavis illa quidem potu. Fonti nomen indigenam quandam mulierem dedisse ferunt: virum alii Castalium. Panyassis autem Polyarchi filius in iis versibus, quos in Herculem fecit, Acheloi filiam fuisse Castaliam perhibet. *Sic* enim de Hercule loquens scripsit:—

> Parnassi ut celeri pede saxa nivalia liquit,
> Castaliae tetigit iuges Acheloidos undas.

Audivi etiam, qui dicerent, aquam illam Castaliae dono datam a Cephisso amne. Hoc Alcaeus quoque versibus mandavit, in prolusione quadam suorum in Apollinem versuum: et confirmant Lilaeenses; qui quum in Cephissi fontem patria quaedam bellaria, et alia, quae sunt

τὴν πηγὴν πέμματα ἐπιχώρια καὶ ἄλλα, ὁπόσα νομίζουσιν, ἀφιᾶσιν ἔν τισιν εἰρημέναις ἡμέραις, καὶ αὖθις ἐν
818 τῇ Κασταλίᾳ φασὶν αὐτὰ ἀναφαίνεσθαι. Δελφὶς δὲ ἡ πόλις ἄναντες διὰ πάσης παρέχεται σχῆμα· κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ τῇ πόλει τῇ ἄλλῃ καὶ ὁ ἱερὸς περίβολος τοῦ Ἀπόλλωνος· οὗτος δὲ μεγέθει μέγας καὶ ἀνωτάτω τοῦ ἄστεώς ἐστι· τέτμηνται δὲ καὶ ἔξοδοι δι' αὐτοῦ συνεχεῖς.

CAPUT IX.

Donaria inprimis memoranda Delphis posita enumerantur — tauri aeneum signum et de eo narratio — Tegeatarum donaria — Lacedaemoniorum donaria — cladem Atheniensium ad Aegos potamos ducum proditione accidisse, oraculis firmatur — equi Durii signum aeneum ab Argivis dedicatum.

Ὁπόσα δὲ τῶν ἀναθημάτων εἶναί μοι λόγου μάλιστα ἐφαίνετο*, ποιησόμεθα αὐτῶν μνήμην. Ἀθλητὰς μὲν οὖν καὶ ὅσοι ἀγωνισταὶ μουσικῆς τῶν ἀνθρώπων τοῖς πλείοσιν ἐγένοντο μετὰ οὐδενὸς λογισμοῦ, οὐ πάνυ τι ἡγοῦμαι σπουδῆς ἀξίους· ἀθλητὰς δὲ, ὁπόσοι τι καὶ ὑπελείποντο ἐς δόξαν, ἐν λόγῳ σφᾶς ἐδήλωσα τῷ ἐς

more maiorum tradita, statis quibusdam diebus *quotannis* porriciant, eadem in Castalia rursus emergentia conspici dicunt. Urbs ipsa Delphis quavis ex parte in clivum resupinatur. Et eodem sane est quo oppidum situ sacrum Apollinis septum: spatio illud quidem peramplum in suprema urbis parte eminet: scindunt se illinc multifidi exitus.

Cap. IX. Ea certe donaria, quae memoria in primis digna visa mihi fuerunt, persequar. Nam athletas, et eos, qui in musices certamen descenderunt, non magnae apud plerosque aestimationis homines non dignos iudico qui accurato studio memorentur, iis vero athletis, qui illustria posteris gloriae monumenta relique-

Ἠλείους. Φαΰλλῳ δὲ Κροτωνιάτῃ (Ὀλυμπίασι μὲν οὐκ ἔστιν αὐτῷ νίκη· τὰς δὲ Πυθοῖ πεντάθλου δύο ἀνείλετο καὶ σταδίου τὴν τρίτην· ἐναυμάχησε δὲ καὶ ἐναντία τοῦ Μήδου ναῦν τε παρασκευασάμενος οἰκείαν, καὶ Κροτωνιατῶν ὁπόσοι ἐπεδήμουν τῇ Ἑλλάδι ἀνεβίβασεν) ἔστιν ἀνδριὰς ἐν Δελφοῖς. τὰ μὲν δὴ ἐς τὸν Κροτωνιάτην οὕτως εἶχεν. (2) Ἐσελθόντι δὲ ἐς τὸ τέμενος χαλκοῦς ταῦρος τέχνη μὲν Θεοπρόπου ἐστὶν Αἰγινήτου, Κορκυραίων δὲ ἀνάθημα. λέγεται δὲ, ὡς ταῦρος ἐν τῇ Κορκύρᾳ καταλιπὼν τὰς ἄλλας βοῦς καὶ ἀπὸ τῆς νομῆς κατερχόμενος ἐμυκᾶτο ἐπὶ θαλάσσῃ· γινομένου δὲ ἐπὶ ἡμέρᾳ πάσῃ τοῦ αὐτοῦ, κάτεισιν ἐπὶ θάλασσαν ὁ βουκόλος, καὶ εἶδεν ἰχθύων τῶν θύννων ἀτέκμαρτόν τι ἀριθμῷ πλῆθος. καὶ ὁ μὲν δῆλα τοῖς ἐν τῇ πόλει Κορκυραίοις ἐποίησεν· οἱ δὲ (ἐλεῖν γὰρ τοὺς θύννους προαιρούμενοι, τηνάλλως ταλαιπωρίαν εἶχον) θεωροὺς ἀποστέλλουσιν ἐς Δελφούς· καὶ οὕτω Ποσειδῶνί τε ἐκεῖ-

runt, in iis, quos de Eleis conscripsimus, commentariis locum suum dedimus. *In eum tamen numerum non venit* Phayllus Crotoniata, *quod* nulla *ei* contigit Olympica palma: Pythicis vero ludis de quinquertio duas, de stadio tertiam tulit. Idem navali praelio cum Persis conflixit, quum propriam sibi navem aedificasset, et in eam Crotoniatas omnes, qui *forte* in Graecia *tum* peregrinabantur, imposuisset. Ei Delphis statua posita fuit. Haec, quae de Crotoniata homine dicerem, habui. (2) Sacram ingressis aream taurus ex aere prae oculis est, Theopropi Aeginetae opus, Corcyraeorum donum. Proditum memoriae est, Corcyrae aliquando aliis bobus relictis, taurum e pastu abeuntem, contra pelagus mugitus edidisse: quumque idem singulis diebus faceret, bubulcum ad mare descendisse: conspexisse vero infinitum prope thunnorum numerum. Quod quum indicasset Corcyraeis, illi (quod thunnos capere conati, operam luserant) sciscitatum Delphos misere. *Ex*

νον θύουσι τὸν ταῦρον, καὶ αὐτίκα μετὰ τὴν θυσίαν αἱροῦσι τοὺς ἰχθῦς· καί σφισι τὸ ἀνάθημα ἐν Ὀλυμπίᾳ τε καὶ ἐν Δελφοῖς ἐστιν ἡ δεκάτη τῆς ἄγρας. (3)
819 Ἐφεξῆς δὲ Τεγεατῶν ἀναθήματα ἀπὸ Λακεδαιμονίων, Ἀπόλλων τέ ἐστι καὶ Νίκη, καὶ οἱ ἐπιχώριοι τῶν ἡρώων, Καλλιστώ τε ἡ Λυκάονος, καὶ Ἀρκὰς ὁ ἐπώνυμος τῆς γῆς, καὶ οἱ τοῦ Ἀρκάδος παῖδες, Ἔλατος, καὶ Ἀφείδας, καὶ Ἀζάν· ἐπὶ δὲ αὐτοῖς Τρίφυλος· τούτῳ δὲ ἦν οὐκ Ἐρατὼ Τριφύλῳ μήτηρ, ἀλλὰ Λαοδάμεια ἡ Ἀμύκλα τοῦ ἐν Λακεδαίμονι βασιλεύσαντος· ἀνάκειται δὲ καὶ Ἔρασος Τριφύλου παῖς. οἱ δὲ εἰργασμένοι τὰ ἀγάλματα, Παυσανίας ἐστὶν Ἀπολλωνιάτης, οὗτος μὲν τόν τε Ἀπόλλωνα καὶ Καλλιστώ, τὴν δὲ Νίκην καὶ τοῦ Ἀρκάδος εἰκόνα Σικυώνιος Δαίδαλος· Ἀντιφάνης δὲ Ἀργεῖος, καὶ Σαμόλας Ἀρκὰς, οὗτος μὲν τὸν Τρίφυλον καὶ Ἀζᾶνα, Ἔλατον δὲ καὶ Ἀφείδαντά τε καὶ Ἔρασον ὁ Ἀργεῖος. ταῦτα μὲν δὴ οἱ Τεγεᾶται ἔπεμψαν ἐς Δελφοὺς, Λακεδαιμονίους, ὅτε ἐπὶ σφᾶς ἐστρατεύσαντο, αἰχμαλώτους ἑλόντες. (4) Λακεδαιμονίων δὲ ἀπαντι-

Apollinis vero responso taurum Neptuno mactant, confectoque mox sacro pisces capiunt. Donum e decima praedae in Olympiam et Delphos mittunt. (3) Subinde sunt Tegeatarum de Lacedaemoniorum manubiis dona, Apollo, et Victoria, et indigenae heroes, Callisto Lycaonis filia; Arcas, a quo regioni nomen; et Arcadis filii Elatus, Aphidas, et Azan: cumque his Triphylus; cuius mater non Erato fuit, sed Laodamea Amyclae Lacedaemoniorum regis filia. Dedicarunt etiam Erasum Triphyli filium. Apollinem et Callisto, Pausanias Apolloniata: Victoriam, et Arcadis effigiem, Daedalus Sicyonius: Triphylum et Azana, Samolas Arcas: Elatum, Aphidantem, et Erasum, Antiphanes Argivus fecit. Haec Tegeatae *signa* Delphos misere, Lacedaemoniis bello captis, qui hostiliter eorum fines invaserant. (4) Sunt his e regione, quae Lacedaemonii Atheniensibus supera-

καὶ τούτων ἀναθήματά ἐστιν ἀπ' Ἀθηναίων Διόσκουροι, καὶ Ζεὺς, καὶ Ἀπόλλων τε καὶ Ἄρτεμις· ἐπὶ δὲ αὐτοῖς Ποσειδῶν τε καὶ Λύσανδρος ὁ Ἀριστοκρίτου στεφανούμενος ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος· Ἄβας τε, ὃς τῷ Λυσάνδρῳ τότε ἐμαντεύετο, καὶ Ἕρμων ὁ τὴν ναῦν τὴν Λυσάνδρου τὴν στρατηγίδα κυβερνῶν. τοῦτον μὲν δὴ τὸν Ἕρμωνα Θεόκοσμος ποιήσειν ἔμελλεν ὁ Μεγαρεὺς, ἅτε ὑπὸ τῶν Μεγαρέων ἐγγραφέντα ἐς τὴν πολιτείαν· οἱ δὲ Διόσκουροι Ἀντιφάνους εἰσὶν Ἀργείου, καὶ ὁ μάντις τέχνη Πίσωνος ἐκ Καλαυρείας τῆς Τροιζηνίων· Ἀθηνόδωρος δὲ καὶ Δαμέας, ὁ μὲν τὴν Ἄρτεμίν τε καὶ Ποσειδῶνα εἰργάσατο, ἔτι δὲ τὸν Λύσανδρον· Ἀθηνόδωρος δὲ τὸν Ἀπόλλωνα ἐποίησε καὶ τὸν Δία· οὗτοι δὲ Ἀρκάδες εἰσὶν ἐκ Κλείτορος. ἀνάκεινται δὲ καὶ ὄπισθεν τῶν κατειλεγμένων, ὅσοι συγκατειργάσαντο τῷ Λυσάνδρῳ τὰ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς, ἢ αὐτῶν Σπαρτιατῶν, ἢ ἀπὸ τῶν συμμαχησάντων· εἰσὶ δὲ οἵδε, Ἀρακὸς μὲν καὶ Ἐριάνθης, ὁ μὲν αὐτῶν ἐκ Λακεδαίμονος, ὁ δὲ Ἐριάνθης Βοιώτιος· * ὑπὲρ τοῦ Μίμαν- 820
τος, ἐντεῦθεν μὲν Ἀστυκράτης· Χῖοι δὲ Κηφισοκλῆς,

tis dedicarunt, Castores, Iupiter, Apollo, Diana; cumque his Neptunus, et Aristocriti filius Lysander, a Neptuno coronam accipiens: Abas praeterea, quo vate usus est Lysander: et qui fuit praetoriae navis gubernator Lysandro, Hermon. Hunc Hermonem Theocosmus Megarensis finxit, quum fuisset ille in Megarensium civitatem adscriptus. Castores Antiphanis Argivi opus fuere. Vatem fecit Pison e Calaurea Troezeniorum: Damias Dianam, Neptunum, et Lysandrum; Athenodorus Apollinem et Iovem: Arcades ambo ex Clitore fuerunt. Sunt a tergo iis, quos iam recensuimus, positi, qui ad Aegospotamos vel e Spartanis, vel e sociis Lysandro operam suam navarunt, Aracus et Erianthes; Lacedaemonius ille, hic Boeotius e Mimante: iam vero Astycrates, Cephisocles, Hermophantus, Hicesius, Chii: Timar-

καὶ Ἑρμόφαντός τε καὶ Ἰκέσιος· Τίμαρχος δὲ καὶ Διαγόρας Ῥόδιοι· Κνίδιος δὲ Θεόδαμος· ἐκ δὲ Ἐφέσου Κιμμέριος· καὶ Μιλήσιος Αἰαντίδης. τούτους μὲν δὴ ἐποίησε Τίσανδρος, τοὺς δὲ ἐφεξῆς Ἄλυπος Σικυώνιος, Θεόπομπον Μίδειον, καὶ Κλεομήδην Σάμιον, καὶ ἐξ Εὐβοίας Ἀριστοκλέα Καρύστιον, καὶ Αὐτόνομον Ἐρετριέα, καὶ Ἀριστόφαντον Κορίνθιον, καὶ Ἀπολλόδωρον Τροιζήνιον, καὶ ἐξ Ἐπιδαύρου Δίωνα τῆς ἐν τῇ Ἀργολίδι. ἐχόμενοι δὲ τούτων Ἀξιόνικός ἐστιν Ἀχαιὸς ἐκ Πελλήνης, ἐκ δὲ Ἑρμιόνος Θεάρης, καὶ Φωκεύς τε Πυρίας, καὶ Κόνων Μεγαρεὺς, καὶ Ἀγαμένης Σικυώνιος· ἐκ δὲ Ἀμβρακίας καὶ Κορίνθου τε καὶ Λευκάδος Τηλεκράτης, καὶ Πυθόδοτος Κορίνθιος, καὶ Ἀμβρακιώτης Εὐαντίδας· τελευτᾷ δὲ Ἐπικυρίδας καὶ Ἐτεόνικος οἱ Λακεδαιμόνιοι· Πατροκλέους δὲ καὶ Κανάχου φασὶν ἔργα. (5) Τὴν δὲ πληγὴν Ἀθηναῖοι τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς οὐ μετὰ τοῦ δικαίου συμβῆναί σφισιν ὁμολογοῦσι· προδοθῆναι γὰρ ἐπὶ χρήμασιν ὑπὸ τῶν στρατηγησάντων· Τυδέα δὲ εἶναι καὶ Ἀδείμαντον, οἳ τὰ

chus et Diagoras, Rhodii: Cnidius Theodamus, Ephesius Cimmerius, Milesius Aeantides. Hos *omnes* Tisander fecit. Qui deinceps nominabuntur, Alypus *fecit* Sicyonius, Theopompum Midensem, Cleomedem Samium: ex Euboea Aristoclem Carystium, Autonomum Eretriensem, Aristophantum Corinthium, Apollodorum Troezenium: ex Epidauro, quae in finibus Argivorum est Dionem. Adhaerent his Axionicus Achivus ex Pellene, ab Hermione Theares, Phocensis Pyrias, Conon Megarensis, Agimenes Sicyonius, Pythodotus Corinthius, Telecrates Leucadius, Euantidas Ambraciotes. Postremi sunt *omnium* Epicyridas et Eteonicus Lacedaemonii. Opera haec esse dicunt Patroclis et Canachi. (5) Cladem certe, qua affecti sunt ad Aegospotamos Athenienses, dictitant illatam sibi non iusto praelio, sed praetorum suorum proditione, *quos* pecunia *hostes corrupissent*: dona enim

δῶρα ἐδέξαντο παρὰ Λυσάνδρου· καὶ ἐς ἀπόδειξιν τοῦ λόγου Σιβύλλης παρέχονται τῶν χρησμῶν·

Καὶ τότ' Ἀθηναίοισι βαρύστονα κήδεα θήσει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, οὗπερ κράτος ἐστὶ μέγιστον.
Νηυσὶ φέρει πολέμοιο μάχην καὶ δηϊοτῆτα,
Ὀλλυμέναις δολεροῖσι τρόποις, κακότητι νομήων.

τὰ δὲ ἕτερα ἐκ Μουσαίου χρησμῶν μνημονεύουσι·

Καὶ γὰρ Ἀθηναίοισιν ἐπέρχεται ἄγριος ὄμβρος
Ἡγεμόνων κακότητι· παραιφασίη δέ τις ἔσται, 821
Ἧι γ' ἅλις ἡμύσουσι πόλιν, τίσουσι δὲ ποινήν.

ταῦτα μὲν δὴ ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. (6) Τὸν δὲ ὑπὲρ τῆς καλουμένης Θυρέας Λακεδαιμονίων ἀγῶνα καὶ Ἀργείων, Σιβύλλα μὲν καὶ τοῦτον προεθέσπισεν, ὡς συμβήσοιτο ἐξ ἴσου ταῖς πόλεσιν. Ἀργεῖοι δὲ ἀξιοῦντες ἐσχηκέναι πλέον ἐν τῷ ἔργῳ, χαλκοῦν ἵππον, τὸν Δούριον δῆθεν, ἀπέστειλαν ἐς Δελφούς· τὸ δὲ ἔργον Ἀντιφάνους ἐστὶν Ἀργείου.

a Lysandro Tydeum et Adimantum accepisse. Eius rei testimonium ex Sibyllinis carminibus afferunt:

Ac tum Cecropidis luctum gemitusque ciebit
Iupiter altitonans, rerum cui summa potestas.
Navibus infesti mittet certamina belli,
Quas dolus exitio dabit improbitasque regentum.

Alia etiam e Musaei oraculis memorant:

Et fera tempestas urgebit Cecrope cretos,
Fraude ducum: sed certa aderunt solatia victis.
Namque urbem hostilem evertent, poenasque reposcent.

(6) Et haec quidem hactenus *de pugna illa* dicta sint. Nam eius etiam praelii, quod super Thyrea inter Lacedaemonios et Argivos commissum est, ancipitem eventum fore eadem Sibylla praedixerat. Sed Argivi secum praeclarius quam cum hostibus actum rati, aeneum equum ad effigiem Durii Delphos miserunt, ab Antiphane Argivo fabricatum.

CAPUT X.

Signa ex decima Marathoniae pugnae dedicata — donaria Argivorum — Tarentinorum donaria et de urbe Tarento ex oraculo condita narratio — de Tarante.

Τῷ βάθρῳ δὲ τῷ ὑπὸ τὸν ἵππον τὸν Δούριον δὴ ἐπίγραμμα μέν ἐστιν, ἀπὸ δεκάτης τοῦ Μαραθωνίου ἔργου τεθῆναι τὰς εἰκόνας· εἰσὶ δὲ Ἀθηνᾶ τε καὶ Ἀπόλλων, καὶ ἀνὴρ τῶν στρατηγησάντων Μιλτιάδης· ἐκ δὲ τῶν ἡρώων καλουμένων Ἐρεχθεύς, καὶ Κέκροψ, καὶ Πανδίων, οὗτοι μὲν δὴ καὶ Λεώς τε, καὶ Ἀντίοχος ὁ ἐκ Μιδείας Ἡρακλεῖ γενόμενος τῆς Φύλαντος· ἔτι δὲ Αἰγεύς τε καὶ παίδων τῶν Θησέως Ἀκάμας· οὗτοι μὲν καὶ φυλαῖς Ἀθήνησιν ὀνόματα κατὰ μάντευμα ἔδοσαν τὸ ἐκ Δελφῶν. ὁ δὲ Μελάνθου Κόδρος, καὶ Θησεύς, καὶ Φυλεὺς οὗτοι δὲ οὐκέτι τῶν ἐπωνύμων εἰσί. τοὺς μὲν δὴ κατειλεγμένους Φειδίας ἐποίησε, καὶ ἀληθεῖ λόγῳ δεκάτη καὶ οὗτοι τῆς μάχης εἰσίν. Ἀντίγονον δὲ, καὶ τὸν παῖδα Δημήτριον, καὶ Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτιον χρόνῳ ὕστερον ἀπέστειλαν ἐς Δελφούς· τὸν

Cap. X. In eius basi inscriptio indicabat, *proxima* signa ex decima Marathoniae pugnae dedicata. Ea sunt Minerva et Apollo: et ex iis, qui imperium gesserunt, Miltiades: ex iis vero, qui heroum nomine celebrantur, Erechtheus, Cecrops, et Pandion: Celeus etiam, et Antiochus, quem suscepit Hercules ex Midea Phylantis filia: tum Aegeus, et de Thesei filiis Acamas. Hi enim Atheniensium tribubus ex Apollinis Delphici oraculo cognomina dedere. *In hoc numero* sunt Melanthi filius Codrus, Theseus, et Phyleus; quum ab his tamen non acceperint tribus nomina. Atque hos quidem, quos percensuimus, Phidias fecit, et omnino de *Marathoniae* pugnae decima sunt. Antigonum postea, et eius filium Demetrium, ac *simul* Ptolemaeum Aegyptium Delphos

μὲν Αἰγύπτιον καὶ εὐνοίᾳ τινὶ ἐς αὐτόν, τοὺς δὲ Μα-
κεδόνας τῷ ἐς αὐτοὺς δέει. (2) Πλησίον δὲ τοῦ ἵππου
καὶ ἄλλα ἀναθήματά ἐστιν Ἀργείων, οἱ ἡγεμόνες τῶν
ἐς Θήβας ὁμοῦ Πολυνείκει στρατευσάντων, Ἄδραστός
τε ὁ Ταλαοῦ, καὶ Τυδεὺς Οἰνέως· καὶ οἱ ἀπόγονοι
Προίτου, Καπανεὺς Ἱππόνου, καὶ Ἐτέοκλος ὁ Ἴφιος·
Πολυνείκης τε καὶ Ἱππομέδων ἀδελφῆς Ἀδράστου παῖς·
Ἀμφιαράου δὲ καὶ ἅρμα ἐγγὺς πεποίηται, καὶ ἐφεστη-
κὼς Βάτων ἐπὶ τῷ ἅρματι, ἡνίοχός τε τῶν ἵππων καὶ 822
τῷ Ἀμφιαράῳ καὶ ἄλλως προσήκων κατὰ οἰκειότητα·
τελευταῖος δὲ Ἀλιθέρσης ἐστὶν αὐτῶν. οὗτοι μὲν δὴ
Ὑπατοδώρου καὶ Ἀριστογείτονός εἰσιν ἔργα, καὶ ἐποίη-
σαν σφᾶς, ὡς αὐτοὶ Ἀργεῖοι λέγουσιν, ἀπὸ τῆς νίκης,
ἥντινα ἐν Οἰνόῃ τῇ Ἀργείᾳ αὐτοί τε καὶ Ἀθηναίων
ἐπίκουροι Λακεδαιμονίους ἐνίκησαν. ἀπὸ δὲ τοῦ αὐτοῦ
(ἐμοὶ δοκεῖν) ἔργου καὶ τοὺς Ἐπιγόνους ὑπὸ Ἑλλήνων
καλουμένους ἀνέθεσαν οἱ Ἀργεῖοι. κεῖνται γὰρ δὴ εἰ-
κόνες καὶ τούτων, Σθένελος καὶ Ἀλκμαίων, κατὰ ἡλι-

miserunt; hunc, benevolentia adducti; illos, metu. (2) Sunt non procul ab illo equo alia etiam donaria Argivorum, ii videlicet duces, qui Polynicis partes secuti, Thebas oppugnatum iere, Adrastus Talai, Tydeus Oenei filius: Proeti etiam nepotes, Capaneusque Hipponoi, et Eteoclus Iphis filius: Polynices item, et Hippomedon ex Adrasti sorore genitus. Positus est illic Amphiarai etiam currus: in eo Baton stat Amphiarai auriga, et eidem etiam generis necessitudine coniunctus. Eorum postremus est Alitherses. Opifices horum fuere Hypatodorus et Aristogiton. Dedicatos Argivi dicunt de *manubiis* eius victoriae, qua ipsi ad Oenoen Argolicae terrae urbem, Atheniensibus adiuvantibus, de Lacedaemoniis potiti sunt. Ex eadem (opinor) pecunia eos etiam dedicarunt Argivi, qui sunt a Graecis Epigoni (*id est posteri*) appellati. Eorum enim sunt ibi positae imagines, Sthenelus, et Alcmaeon aetatis causa, ut mihi quidem videtur, Am-

κίαν (ἐμοὶ δοκεῖν) πρὸ Ἀμφιλόχου τετιμημένος· ἐπὶ δὲ
αὐτοῖς Πρόμαχος, καὶ Θέρσανδρος, καὶ Αἰγιαλεύς τε,
καὶ Διομήδης· ἐν μέσῳ δὲ Διομήδους καὶ τοῦ Αἰγια-
λέως ἐστὶν Εὐρύαλος· ἀπαντικρὺ δὲ αὐτῶν ἀνδριάντες
τέ εἰσιν ἄλλοι· τούτους δὲ ἀνέθεσαν οἱ Ἀργεῖοι, τοῦ
οἰκισμοῦ τοῦ Μεσσηνίων Θηβαίοις καὶ Ἐπαμινώνδᾳ με-
τασχόντες. ἡρώων δέ εἰσιν αἱ εἰκόνες, Δαναὸς μὲν βα-
σιλέων ἰσχύσας ἐν τῷ Ἄργει μέγιστον· Ὑπερμνήστρα
δὲ, ἅτε καθαρὰ χεῖρας μόνη τῶν ἀδελφῶν· παρὰ δὲ
αὐτὴν καὶ [ὁ] Λυγκεὺς, καὶ ἅπαν τὸ ἐφεξῆς αὐτῶν γέ-
νος τὸ ἐς Ἡρακλέα τε καὶ ἔτι πρότερον καθῆκον ἐς
Περσέα. (3) Ταραντίνων δὲ οἱ ἵπποι οἱ χαλκοῖ καὶ
αἰχμάλωτοι γυναῖκες ἀπὸ Μεσσαπίων εἰσὶν, ὁμόρων τῇ
Ταραντίνων βαρβάρων, Ἀγελάδα δὲ ἔργα τοῦ Ἀργείου.
Τάραντα δὲ ἀπῴκισαν μὲν Λακεδαιμόνιοι· οἰκιστὴς δὲ
ἐγένετο Σπαρτιάτης Φάλανθος. στελλομένῳ δὲ ἐς ἀποι-
κίαν τῷ Φαλάνθῳ λόγιον ἦλθεν ἐκ Δελφῶν, ὑετοῦ αὐ-
823 τὸν αἰσθόμενον ὑπὸ αἴθρᾳ, τηνικαῦτα καὶ χώραν κτή-

philocho praepositus. His adiuncti Promachus, Thersander, Aegialeus, et Diomedes. Inter Diomedem et Aegialeum medius est Euryalus. Sunt ex adverso aliae statuae. Eas miserunt Argivi, quum in Messeniis restituendis Epaminondam Thebanorum ducem iuvissent. Heroum *ibi* sunt effigies: Danaus rex, cuius maximae fuerunt Argis opes: Hypermnestra, quod una ex eius filiarum numero manus puras habuisset: prope eam Lynceus, et omnes, qui ab Hercule, et eo altius repetitum a Perseo genus ducerent. (3) Iam Tarentinorum equi aenei, et captivae foeminae, dona sunt, quae Messapiis (Barbara gente, finitimis suis) victis miserunt: Ageladae sunt Argivi opera. Tarentum quidem coloniam Lacedaemonii deduxere, duce Phalantho Spartano. Huic coloniam deducturo Delphis oraculum redditum est, quum sub aethra pluviam animadvertisset, tunc se agri et urbis compotem fore. Sed quum neque per se, quid illud

σασθαι καὶ πόλιν. τὸ μὲν δὴ παραυτίκα οὔτε ἰδίᾳ τὸ μάντευμα ἐπισκεψάμενος, οὔτε πρὸς τῶν ἐξηγητῶν τινα ἀνακοινώσας, κατέσχε ταῖς ναυσὶν ἐς Ἰταλίαν. ὡς δὲ οἱ νικῶντι τοὺς βαρβάρους οὐκ ἐγίνετο οὔτε τινὰ ἑλεῖν τῶν πόλεων, οὔτε ἐπικρατῆσαι χώρας, ἐς ἀνάμνησιν ἀφικνεῖτο τοῦ χρησμοῦ, καὶ ἀδύνατα ἐνόμιζέν οἱ τὸν θεὸν χρῆσαι, μὴ γὰρ ἄν ποτε ἐν καθαρῷ καὶ αἰθρίῳ τῷ ἀέρι ὑσθῆναι. καὶ αὐτὸν ἡ γυνὴ ἀθύμως ἔχοντα (ἠκολουθήκει γὰρ οἴκοθεν) τά τε ἄλλα ἐφιλοφρονεῖτο, καὶ ἐς τὰ γόνατα ἐσθεμένη τὰ αὐτῆς τοῦ ἀνδρὸς τὴν κεφαλὴν, ἐξέλεγε τοὺς φθεῖρας· καί πως ὑπὸ εὐνοίας δακρῦσαι παρίσταται τῇ γυναικὶ, ὁρώσῃ τοῦ ἀνδρὸς ἐς οὐδὲν προχωροῦντα τὰ πράγματα· προσέχει δὲ ἀφειδέστερον τῶν δακρύων, καὶ (ἔβρεχε γὰρ τοῦ Φαλάνθου τὴν κεφαλὴν) συνίησί τε τῆς μαντείας (ὄνομα γὰρ δὴ ἦν Αἴθρα τῇ γυναικὶ) καὶ οὕτω τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ Τάραντα τῶν βαρβάρων εἷλε μεγίστην καὶ εὐδαιμονεστάτην τῶν ἐπὶ θαλάσσῃ πόλεων. (4) Τάραντα δὲ τὸν ἥρωα

responsum *innueret*, *satis* considerasset, neque omnino quenquam interpretum consuluisset, classe in Italiam applicuit. Ibi quum Barbaros vicisset, neque tamen vel urbe vel agro ullo potiri posset, oraculi *e re nata* ei in mentem venit, ac plane sibi, quod fieri nullo pacto posset, dei voce significatum suscipari coepit; quod scilicet nunquam eventurum esset, ut puro serenoque coelo (*quam aethran Graeci vocant*) plueret. Hunc uxor animum despondentem (consecuta enim domo fuerat) amanter multis modis solabatur: et eius aliquando caput genibus sustentans, dum pediculos legit, lacrymae prae mariti amore, ob adversos eius casus *et irritam spem* mulieri obortae. Quare effusius flens, viri caput perfudit. Tunc primum evolutae sunt oraculi ambages. Aethra enim uxori nomen erat. Ea itaque nocte, quae *diem illum* consecuta est, Tarentum hostium urbem maritimam maximam et opulentissimam cepit. (4) Taranta

Ποσειδῶνός φασι καὶ ἐπιχωρίας Νύμφης παῖδα εἶναι· ἀπὸ δὲ τοῦ ἥρωος τεθῆναι τὰ ὀνόματα τῇ πόλει τε καὶ τῷ ποταμῷ· καλεῖται γὰρ δὴ Τάρας κατὰ τὰ αὐτὰ τῇ πόλει καὶ ὁ ποταμός.

CAPUT XI.

De Sicyoniorum thesauro Delphis et Cnidiorum donariis — Siphniorum thesauro — de Liparaeis — Thebanorum, Atheniensium et Potidaeatarum thesauris — porticu ab Atheniensibus exstructa et aliis donariis.

Πλησίον δὲ τοῦ ἀναθήματος τοῦ Ταραντίνων Σικυωνίων ἐστὶ θησαυρός· χρήματα δὲ οὔτ' ἐνταῦθα ἴδοις ἄν, οὔτε ἐν ἄλλῳ τῶν θησαυρῶν. Κνίδιοι δὲ ἐκόμισαν ἀγάλματα ἐς Δελφοὺς, Τριόπαν οἰκιστὴν τῆς Κνίδου παρεστῶτα ἵππῳ, καὶ Λητὼ, καὶ Ἀπόλλωνά τε καὶ Ἄρτεμιν ἀφιέντας τῶν βελῶν ἐπὶ Τιτυόν· τὰ δὲ καὶ τετρωμένος ἐστὶν ἤδη τὸ σῶμα. ταῦτα ἕστηκε παρὰ τὸν Σικυωνίων θησαυρόν. (2) Ἐποιήθη δὲ καὶ ὑπὸ Σιφνίων ἐπὶ αἰτίᾳ τοιᾷδε θησαυρός. Σιφνίοις ἡ νῆσος χρυσοῦ μέταλλα ἤνεγκε, καὶ αὐτοὺς τῶν προσιόντων

quidem heroem Neptuni et indigenae Nymphae filium fuisse dicunt: ab eo vero nomen impositum et urbi et flumini. Eodem enim fluvius, quo urbs, nomine vocatur, Taras.

Cap. XI. Proximum est Tarentinorum dono, Sicyoniorum thesaurus. *Pecuniae id sacrae receptaculum est:* verum pecunia neque in eo, neque in thesauro alio *quoquam Delphici templi* ulla est. Gnidii etiam signa Delphos attulerunt, Triopan Gnidi conditorem, equo adstantem; Latonam, Apollinem, et Dianam sagittis Tityum petentes, saucio illum iam corpore. (2) Haec iuxta Sicyoniorum thesaurum sunt. A Siphniis etiam factus est thesaurus ob causam huiuscemodi. Siphnio-

ἐκέλευσεν ὁ θεὸς ἀποφέρειν δεκάτην ἐς Δελφούς· οἱ δὲ τὸν θησαυρὸν ᾠκοδομήσαντο, καὶ ἀπέφερον τὴν δεκάτην. ὡς δὲ ὑπὸ ἀπληστίας ἐξέλιπον τὴν φορὰν, ἐπι- 824
κλύσασα ἡ θάλασσα ἀφανῆ τὰ μέταλλά σφισιν ἐποίησεν. (3) Ἀνέθεσαν δὲ καὶ ἀνδριάντας Λιπαραῖοι, ναυμαχίᾳ κρατήσαντες Τυῤῥηνῶν. οἱ δὲ Λιπαραῖοι οὗτοι Κνιδίων μὲν ἦσαν ἄποικοι, τῆς δὲ ἀποικίας ἡγεμόνα γενέσθαι φασὶν ἄνδρα Κνίδιον· ὄνομα δὲ εἶναί οἱ Πένταθλον, Ἀντίοχος ὁ Ξενοφάνους Συρακούσιος ἐν τῇ Σικελιώτιδι συγγραφῇ φησι. λέγει δὲ καὶ, ὡς ἐπὶ Παχύνῳ τῇ ἄκρᾳ τῇ ἐν Σικελίᾳ κτίσαντες πόλιν, αὐτοὶ μὲν ἐκπίπτουσιν ὑπὸ Ἐλύμων καὶ Φοινίκων πολέμῳ πιεσθέντες· τὰς νήσους δὲ ἔσχον ἐρήμους ἔτι, ἢ ἀναστήσαντες τοὺς ἐνοικοῦντας, ἃς καὶ κατὰ τὰ ἔπη τὰ Ὁμήρεια Αἰόλου καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι ὀνομάζουσι. τούτων Λιπάραν μὲν, κτίσαντες πόλιν ἐνταῦθα, οἰκοῦσιν· Ἱέραν δὲ καὶ Στρογγύλην καὶ Διδύμας γεωργοῦσι, διαβαίνοντες ναυσὶν ἐς αὐτάς. ἐν δὲ τῇ Στρογγύλῃ καὶ πῦρ δῆλόν

rum insula aurifodinas habet; de quarum fructibus iussit Apollo sibi decimam offerri. Illi certe thesauro condito decimam obtulerunt: postea vero quam nimio pecuniae retinendae studio ab ea religione desciverunt, maris alluvie metalla prorsus abolita sunt. (3) Statuas etiam Liparaei, Tyrrhenis navali praelio victis, dedicarunt. Liparaei ipsi Gnidiorum colonia fuerunt, cuius ducem hominem Gnidium Pentathlum nomine fuisse, Antiochus Syracusanus Xenophanis filius in Siciliensi historia scriptum reliquit. Addit, Gnidios ex ea urbe, quam ad Pachynum Siciliae promontorium condiderant, ab Elymis et Phoenicibus bello pulsos, insulas desertas tenuisse, eiectis prioribus colonis, quae ex Homericis versibus nostra etiamnum aetate Aeoli nuncupantur. Earum unam, cui Lipare nomen, quum munissent, in ea domicilia statuerunt sua: Hieran, Strongylen, et Didymas ad arationes reservarunt, et in eas sane navibus *agri colendi*

ἔστιν ἀνιὸν ἐκ τῆς γῆς· καὶ ἐν Ἱερᾷ δὲ πῦρ τε αὐτόματον ἐπὶ ἄκρας ἀνακαίεται τῆς νήσου, καὶ ἐπὶ θαλάσσῃ λουτρά ἐστιν ἐπιτήδεια· δέξεταί σε ἠπίως τὸ ὕδωρ, ἐπεὶ ἄλλως γε χαλεπὸν ὑπὸ ζεστότητός ἐστιν ἐμβαίνεσθαι. (4) Οἱ δὲ θησαυροὶ Θηβαίων ἀπὸ ἔργου τῶν ἐς πόλεμον, καὶ Ἀθηναίων εἰσὶν ὡσαύτως· Κνιδίους δὲ οὐκ οἶδα, εἰ ἐπὶ νίκῃ τινί, ἢ ἐς ἐπίδειξιν εὐδαιμονίας ᾠκοδομήσαντο· ἐπεὶ Θηβαίοις γε ἀπὸ τοῦ ἔργου τοῦ ἐν Λεύκτροις, καὶ Ἀθηναίοις ἀπὸ τῶν ἐς Μαραθῶνα ἀποβάντων ὁμοῦ διὰ τάδε εἰσὶν οἱ θησαυροί. Κλεωναῖοι δὲ ἐπιέσθησαν μὲν κατὰ τὸ αὐτὸ Ἀθηναίοις ὑπὸ νόσου τῆς λοιμώδους· κατὰ δὲ μάντευμα
825 ἐκ Δελφῶν ἔθυσαν τράγον ἀνίσχοντι ἔτι τῷ ἡλίῳ, καὶ (εὕραντο γὰρ λύσιν τοῦ κακοῦ) τράγον χαλκοῦν ἀποπέμπουσι τῷ Ἀπόλλωνι. Ποτιδαιατῶν δὲ τῶν ἐν Θρᾴκῃ καὶ Συρακουσίων, τῶν μέν ἐστιν ὁ θησαυρὸς ἀπὸ τοῦ Ἀττικοῦ τοῦ μεγάλου πταίσματος· Ποτιδαιᾶται

causa transmittunt. In Strongyle haud dubie e terra ignis erumpit. In Hiera ignis e summo eius insulae promontorio sponte sua accensus evomitur. Proxime ad mare balneae salubrium aquarum sunt: et ibi lavantes aqua temperatior excipit: nam alibi prae fervore in eam descendentibus incommodior est. (4) *Sed ut ad templi donaria redeamus*, dedicarunt Thebani etiam et Athenienses ob rem in praeliis bene gestam, quos thesauros appellant. De Cnidiis non habeo dicere, victoriaene votum miserint, an vero suas opes ostentandi causa *thesaurum* aedificarint. Nam Thebani Leuctricae pugnae, Athenienses Marathoniae, thesauris dedicatis, memoriam exstare voluerunt. Cleonaei quum pestilentia nihil minus quam Athenienses laborassent, oraculi monitu Soli primum orienti caprum immolarunt; ac deinde lue sedata aeneum caprum Apollini miserunt. *Coniuncta* sunt Potidaeatarum, qui sunt in Thracia, et Syracusanorum dona: hi cladem Atheniensium insignem, illi pietatem

δὲ εὐσεβείας τῆς ἐς τὸν θεὸν ἐποίησαν. (5) Ὠικοδόμησαν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι στοὰν ἀπὸ χρημάτων, ἃ ἐν τῷ πολέμῳ σφίσιν ἐγένετο ἀπό τε Πελοποννησίων, καὶ ὅσοι Πελοποννησίοις ἦσαν τοῦ Ἑλληνικοῦ σύμμαχοι. ἀνάκειται δὲ καὶ πλοίων τὰ ἄκρα κοσμήματα καὶ ἀσπίδες χαλκαῖ· τὸ δὲ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἀριθμεῖ τὰς πόλεις, ἀφ' ὧν Ἀθηναῖοι τὰ ἀκροθίνια ἀπέστειλαν, τήν τε Ἠλείων καὶ Λακεδαιμονίων, Σικυῶνά τε καὶ Μέγαρα, καὶ Πελληνέας Ἀχαιῶν, Ἀμβρακίαν τε καὶ Λευκάδα, καὶ αὐτὴν Κόρινθον. γενέσθαι δὲ ἀπὸ τῶν ναυμαχιῶν τούτων καὶ θυσίαν Θησεῖ, καὶ τῷ Ποσειδῶνι ἐπὶ τῷ ὀνομαζομένῳ Ῥίῳ καί μοι φαίνεται. τὸ ἐπίγραμμα ἐς Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίχου ἐστὶ καὶ ἐς τοῦ Φορμίωνος τὰ ἔργα.

duntaxat in deum suam, thesauris collocandis testificati sunt. (5) Porticum etiam Athenienses de manubiis, quas tum Peloponnesiis, tum vero eorum sociis Graeci nominis eripuerant, dedicarunt. Affixa etiam *eodem in loco* sunt extrema navium ornamenta, et *simul* scuta aenea. Civitates enumerat inscriptio, de quibus manubiarum primitias misere Athenienses, Elin, Lacedaemonem, Sicyonem, Megara, Pellenenses Achaeorum, Ambraciam, Leucadem, Corinthum ipsam. De navalibus hisce proeliis mihi quoque videtur sacrificatum esse et Theseo et Neptuno in Rhio quod dicitur. Eadem inscriptio (uti mihi videtur) Phormionem Asopichi filium, et eius res gestas ornat.

CAPUT XII.

De Herophile Sibylla einsque carminibus et oraculis — Marpesso urbe — continuatur de Herophile narratio — de Sibylla Cumana, Demo dicta — Hebraeorum femina fatidica, Sabbe, et Phaënni ac Peleadibus fatidicis — viris fatidicis.

Πέτρα δέ ἐστιν ἀνίσχουσα ὑπὲρ τῆς γῆς· ἐπὶ ταύτῃ Δελφοὶ στᾶσάν φασιν ᾆσαι τοὺς χρησμοὺς ὄνομα Ἡροφίλην, Σίβυλλαν δὲ ἐπίκλησιν τὴν πρότερον γενομένην ταύτην ταῖς μάλιστα ὁμοίως οὖσαν ἀρχαίαν εὕρισκον, ἣν θυγατέρα Ἕλληνες Διὸς καὶ Λαμίας τῆς Ποσειδῶνός φασιν εἶναι, καὶ χρησμούς τε αὐτὴν γυναικῶν πρώτην ᾆσαι, καὶ ὑπὸ τῶν Λιβύων Σίβυλλαν λέγουσιν ὀνομασθῆναι. ἡ δὲ Ἡροφίλη νεωτέρα μὲν ἐκείνης, φαί-
826 νεται δὲ ὅμως πρὸ τοῦ πολέμου γεγυνυῖα καὶ αὕτη τοῦ Τρωϊκοῦ· καὶ Ἑλένην τε προεδήλωσεν ἐν τοῖς χρησμοῖς ὡς ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης τραφήσοιτο ἐν Σπάρτῃ, καὶ ὡς Ἴλιον ἁλώσεται δι' αὐτὴν ὑπὸ Ἑλλήνων. Δήλιοι δὲ καὶ ὕμνου μέμνηνται τῆς γυναικὸς ἐς Ἀπόλλωνα. καλεῖ δὲ οὐκ Ἡροφίλην μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἄρτεμιν ἐν τοῖς ἔπεσιν αὑτήν, καὶ Ἀπόλλωνος γυνὴ

Cap. XII. Saxum illic eminet, in quo narrant Delphi stetisse et oracula cecinisse Herophilen priorem cognomine Sibyllam. Hanc vetustissimam fuisse comperi, quam Graeci e Iove et Lamia Neptuni filia natam ferunt, primamque omnium mulierum oracula cecinisse et ab Afris Libyssam nominatam fuisse. Herophilen vero alteram illa recentiorem constat tamen et ipsam ante Troianum bellum viguisse. Praedixit enim, ad Asiae et Europae perniciem Spartae Helenam educatum iri; propter quam futurum esset, ut Ilium everteretur a Graecis. Eius foeminae hymnorum in Apollinem Delii mentionem faciunt: ipsa vero se non Herophilen solum, sed Dianam etiam suis versibus vocat. Est ubi uxorem se, et ubi vel sororem, vel filiam Apollinis esse dicit;

γαμετὴ, τοτὲ δὲ ἀδελφὴ, καὶ αὖθις θυγάτηρ φησὶν εἶναι· ταῦτα μὲν δὴ μαινομένη τε καὶ ἐκ τοῦ θεοῦ κάτοχος πεποίηκεν. ἑτέρωθι δὲ εἶπε τῶν χρησμῶν, ὡς μητρὸς μὲν ἀθανάτης εἴη μιᾶς τῶν ἐν Ἴδῃ Νυμφῶν, πατρὸς δὲ ἀνθρώπου· καὶ οὕτω λέγει τὰ ἔπη·

Εἰμὶ δ' ἐγὼ γεγαυῖα μέσον θνητοῦ τε θεᾶς τε,
Νύμφης δ' ἀθανάτης, πατρὸς δ' αὖ κητοφάγοιο,
Μητρόθεν Ἰδογενὴς, πατρὶς δέ μοί ἐστιν ἐρυθρὴ
Μάρπησσος, μητρὸς ἱερὴ, ποταμὸς δ' Ἀϊδωνεύς.

(2) Ἦν δὲ ἔτι καὶ ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ πόλεως Μαρπήσσου τὰ ἐρείπια, καὶ ἐν αὐτοῖς οἰκήτορες ὡς ἑξήκοντα ἄνθρωποι· ὑπέρυθρος δὲ πᾶσα περὶ τὴν Μάρπησσον γῆ, καὶ δεινῶς ἐστιν αὐχμώδης· ὥστε καὶ τῷ Ἀϊδωνεῖ ποταμῷ καταδύεσθαί τε ἐς τὴν χώραν, καὶ ἀνασχόντι τὸ αὐτὸ αὖθις πάσχειν, τέλος δὲ καὶ ἀφανίζεσθαι κατὰ τῆς γῆς, αἴτιον (ἐμοὶ δοκεῖν) ἐστιν, ὅτι λεπτή τε κατὰ 827 τοῦτο καὶ σηραγγώδης ἐστὶν ἡ Ἴδη. ἀπέχει δὲ Ἀλεξαν-

sed haec scilicet furens, et divino afflatu perculsa. Alibi vero immortali matre, (Idaearum scilicet nympharum una) patre homine se natam dixit, hisce versibus:

Inter utrumque sequor medium divusque hominesque;
Nympha immortali sata, cetophago genitore.
Ida meae matri patria est, mihi patria rubra
Marpessus, matri quae sacra, amnisque Aidoneus.

(2) Extant autem adhuc in Ida Phrygiae Marpessi urbis vestigia, quo loco sunt inquilini circiter LX. Tota est circa Marpessum terra subrufla, et mire torrida. Quocirca quod Aidoneus amnis modo se subter terram abdat, modo rursus emergat, ac *eiusmodi saepius* repetitis vicibus postremo penitus occultetur, ad Idae montis naturam arbitror referendum, quod *rarum* est, *ac* pertenue solum, et multis euniculis cavernosum. Abest ab Alexandrea, quae est in Troade, Marpessus stadia ferme

δρείας τῆς ἐν τῇ Τρωάδι τεσσαράκοντα ἡ Μάρπησσος καὶ διακόσια στάδια. (3) Τὴν δὲ Ἡροφίλην οἱ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ταύτην νεωκόρον τε τοῦ Ἀπόλλωνος γενέσθαι τοῦ Σμινθέως, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνείρατι τῷ Ἑκάβης χρῆσαί φασιν αὐτὴν, ἃ δὴ καὶ ἐπιτελεσθέντα ἴσμεν. αὕτη ἡ Σίβυλλα ᾤκησε μὲν τὸ πολὺ τοῦ βίου ἐν Σάμῳ, ἀφίκετο δὲ καὶ ἐς Κλάρον τὴν Κολοφωνίων, καὶ ἐς Δῆλόν τε καὶ ἐς Δελφούς· ὁπότε δὲ ἀφίκοιτο, ἐπὶ ταύτης ἱσταμένη τῆς πέτρας ᾖδε. τὸ μέντοι χρεὼν αὐτὴν ἐπέλαβεν ἐν τῇ Τρωάδι· καί οἱ τὸ μνῆμα ἐν τῷ ἄλσει τοῦ Σμινθέως ἐστὶ, καὶ ἐλεγεῖον ἐπὶ στήλης,

Ἅδ' ἐγὼ ἁ Φοίβοιο σαφηγορίς εἰμι Σίβυλλα,
  Τῷδ' ὑπὸ λαϊνέῳ σάματι πυθομένα,
Παρθένος αὐδάεσσα τοπρὶν, νῦν δ' αἰὲν ἄναυδος,
  Μοίρᾳ ὑπὸ στιβαρῇ τήνδε λαχοῦσα πέδην.
Ἀλλὰ πέλας Νύμφαισι καὶ Ἑρμῇ τῷδ' ὑπόκειμαι,
  Μοῖραν ἔχουσ' Ἑκάτῳ τῆς τότ' ἀνακτορίης.

ducenta et quadraginta. (3) Et Herophilen quidem, qui Alexandreae degunt, Apollinis aiunt Sminthei fuisse aedituam: Hecubae vero somnium interpretatam, ita, ut rei, qui vulgo notissimus est, eventum divinarit. Magnam vitae partem egit haec Sibylla Sami; sed Claron etiam, quae Colophoniorum urbs est, venit: eadem Delon et Delphos: ac Delphis quidem de quo diximus saxo vaticinia edebat sua. Mors ei in Troade contigit: eius est sepulcrum in Sminthei luco, incisis columnae elegis:

Illa ego sum Phoebi interpres non vana Sibylla,
  Hic quae marmoreo contineor tumulo:
Vocalis quondam, aeternum nunc muta puella,
  Heu nimis hac fati compede pressa gravi.
Mercurio tamen et Nymphis sociata quiesco,
  Phoebo quod fuerim grata, ferens precium.

ὁ μὲν δὴ παρὰ τὸ μνῆμα ἕστηκεν Ἑρμῆς λίθου τετράγωνον σχῆμα· ἐξ ἀριστερᾶς δὲ ὕδωρ τε κατερχόμενον ἐς κρήνην, καὶ τῶν Νυμφῶν ἐστι τὰ ἀγάλματα. (4) Ἐρυθραῖοι δὲ (ἀμφισβητοῦσι γὰρ τῆς Ἡροφίλης προθυμότατα Ἑλλήνων) Κώρυκόν τε καλούμενον ὄρος, καὶ ἐν τῷ ὄρει σπήλαιον ἀποφαίνουσι, τεχθῆναι τὴν Ἡροφίλην ἐν αὐτῷ λέγοντες, Θεοδώρου δὲ ἐπιχωρίου ποιμένος καὶ Νύμφης παῖδα εἶναι· Ἰδαίαν δὲ ἐπίκλησιν γενέσθαι τῇ Νύμφῃ, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, τῶν δὲ χωρίων τὰ δασέα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἴδας τότε ὀνομάζεσθαι. τὰ δὲ ἔπος τὸ ἐς τὴν Μάρπησσον, καὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἀϊδωνέα, τοῦτο οἱ Ἐρυθραῖοι τὸ ἔπος ἀφαιροῦσιν ἀπὸ τῶν χρησμῶν. τὴν δὲ ἐπὶ ταύτῃ χρησμοὺς κατὰ ταὐτὰ εἰποῦσαν, ἐκ Κύμης τῆς ἐν Ὀπικοῖς εἶναι, 828
καλεῖσθαι δὲ αὐτὴν Δημώ, συνέγραψεν Ὑπέροχος ἀνὴρ Κυμαῖος. χρησμῶν δὲ οἱ Κυμαῖοι τῆς γυναικὸς ταύτης οὐδένα εἶχον ἐπιδείξασθαι, λίθου δὲ ὑδρίαν ἐν Ἀπόλλωνος ἱερῷ δεικνύουσιν οὐ μεγάλην, τῆς Σιβύλλης ἐνταῦθα

Iuxta sepulcrum erectus est Mercurius e lapide figura quadrangula. Ad laevam aqua in conceptaculum delabitur, ubi Nympharum signa sunt. (4) Erythraei (de Herophile enim hi acerrime Graecorum omnium certant) Corycum montem et in eo antrum ostendunt, in quo natam Herophilen dicunt. Parentes eius fuisse Theodorum pastorem indigenam, et Nympham, cui fuerit cognomen Idaeae. Cognominis non esse aliam rationem, quam quod condensa arboribus loca Idas tunc homines appellarint. Versum quidem de Marpesso, deque Aidoneo flumine, eximunt Erythraei ex Herophiles carmine. Eam vero quae post hunc similiter oracula edidit, Cumanam ex Opicis fuisse ac Demo nominatam, Hyperochus vir Cumanus scripsit. Eius tamen foeminae praedictionem omnino nullam Cumani, quam cuiquam ostenderent, habuerunt: ostendunt tantum urnulam in Apollinis lapideam, huic urnae postea inscriptum

κεῖσθαι φάμενοι τὰ ὀστᾶ· ἐπεγράφη δὲ καὶ ὕστερον τῆς Δημοῦς. (5) Παρὰ Ἑβραίοις τοῖς ὑπὲρ τῆς Παλαιστίνης γυνὴ χρησμολόγος, ὄνομα δὲ αὐτῇ Σάββη· Βηρώσου δὲ εἶναι πατρὸς, καὶ Ἐρυμάνθης μητρός φασι Σάββην· οἱ δὲ αὐτὴν Βαβυλωνίαν, ἕτεροι δὲ Σίβυλλαν καλοῦσιν Αἰγυπτίαν. Φαεννὶς δὲ θυγάτηρ βασιλεύσαντος ἀνδρὸς ἐν Χάοσι, καὶ αἱ Πέλειαι παρὰ Δωδωναίοις ἐμαντεύσαντο μὲν ἐκ θεοῦ καὶ αὗται, Σίβυλλαι δὲ ὑπὸ ἀνθρώπων οὐκ ἐκλήθησαν. τῆς μὲν δὴ πυθέσθαι τὴν ἡλικίαν καὶ ἐπιλέξασθαι ἔστι τοὺς χρησμούς Ἀντιόχου γὰρ μετὰ τὸ ἁλῶναι Δημήτριον αὐτίκα ἐς τὴν ἀρχὴν καθισταμένου γέγονε Φαεννίς. τὰς Πελειάδας δὲ Φημονόης τε ἔτι προτέρας γενέσθαι λέγουσι, καὶ ᾆσαι γυναικῶν πρώτας τάδε τὰ ἔπη·

Ζεὺς ἦν, Ζεύς ἐστι, Ζεὺς ἔσσεται, ὦ μεγάλε Ζεῦ·
Γᾶ καρποὺς ἀνίει, διὸ κλῄζετε ματέρα γαῖαν.

est nomen Demo. (5) In fatidicarum foeminarum numerum conscripserunt Hebraei, qui supra Palaestinam sunt, *gentilem suam*, Sabbam nomine; quam Beroso patre, matre Erymanthe genitam tradunt. Hanc alii Babyloniam, Aegyptiam alii Sibyllam vocant. Phaennis vero, hominis in Chaonibus regnantis filia, et Peleae apud Dodonaeos, (*quas columbas fuisse fabulati sunt*) divinarunt illae quidem, Sibyllae tamen non fuerunt ab hominibus vocitatae. Phaennidis certe neque aetatem inquirere, neque vaticinia colligere est difficile: iisdem enim temporibus exstitit, quibus regnum Antiochus capto Demetrio occupavit. Peleades vero Phemonoe fuisse dicunt aetate superiores, et mulierum omnium primas versus illos decantasse:

Iupiter est, fuit, atque erit: o bone Iupiter alme!
Quae tribuit fruges, tellurem dicite matrem.

(6) Χρησμολόγους δὲ ἄνδρας Κύπριόν τε Εὔκλοον, καὶ Ἀθηναῖον Μουσαῖον τὸν Ἀντιοφήμου, καὶ Λύκον τὸν Πανδίονος, τούτους τε γενέσθαι καὶ ἐκ Βοιωτίας Βάκιν φασὶ κατάσχετον ἄνδρα ἐκ Νυμφῶν· τούτων πλὴν Λύκου τῶν ἄλλων ἐπελεξάμην τοὺς χρησμούς. τοσαῦται μὲν ἄχρι ἐμοῦ λέγονται γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἐκ θεοῦ μαντεύσασθαι· ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τῷ πολλῷ καὶ αὖθις γένοιτο ἂν ἕτερα τοιαῦτα.

CAPUT XIII.

Donaria Delphis posita porro enumerantur, — de bisontum, Paeonicorum taurorum, venatione — de Andriorum, Phocensium, Pharsaliorum, Macedonum, Corinthiorum, Thebanorum et Phliasiorum donariis. — Mantinensium donarium et de Herculis cum Apolline pugna de Tripode narratio — de Graecorum ob pugnam Plataeënsem et Tarantinorum donario.

Βίσωνος δὲ ταύρου τῶν Παιονικῶν χαλκοῦ πεποιημένην κεφαλὴν Δροπίων Λέοντος ἔπεμψεν ἐς Δελφοὺς βασιλεὺς Παιόνων. (2) Οὗτοι οἱ βίσωνες χαλεπώτατοι θηρίων εἰσὶν ἀλίσκεσθαι ζῶντες, καὶ δίκτυα οὐκ ἂν 829

(6) Inter viros autem vates numerantur Euclus Cyprius, Atheniensis Musaeus Antiophemi filius, Lycus Pandionis, et ex Boeotia Bacis; quem Nympharum instinctu divinasse credunt. Horum omnium vaticinia, praeterquam Lyci, perlegi. Et haec quidem de foeminis et viris, quibus ad hunc usque diem divinandi scientia divinitus contigit, memoriae prodita sunt. Insequentibus dehinc seculis credi facile potest alios eiusmodi homines, qui futura praedicant, non defuturos.

Cap. XIII. **Bisontis vero Paeonici tauri caput ex aere fabricatum Dropion Deontis filius, Paeoniorum rex, Delphos misit. (2) Bisontes belluarum omnium vivi difficillime capiuntur: nullae enim sunt adeo validae pla-**

οὕτω γένοιτο ἰσχυρὰ τῇ ἐμβολῇ. θηρεύονται δὲ οὗτοι τρόπῳ τοιῷδε· ἐπειδὰν χωρίον οἱ ἀγρεύοντες πρηνὲς εὕρωσι καθῆκον ἐς κοιλότητα, πρῶτα μὲν φράγματι ἰσχυρῷ πέριξ ὠχυρώσαντο· δεύτερον δὲ τὸ κάταντες καὶ τὸ [περὶ τῷ] πέρατι ὁμαλὸν αὐτοῦ νεοδάρτοις βύρσαις κατεστόρεσαν· ἢν δὲ ἀποροῦντες τύχωσι βυρσῶν, τότε καὶ τὰ αὖα τῶν δερμάτων ὑπὸ ἐλαίου σφίσιν ὀλισθηρὰ ποιεῖται. τὸ δὲ ἐντεῦθεν οἱ μάλιστα ἱππεύειν ἀγαθοὶ συνελαύνουσιν ἐς τὸ εἰρημένον χωρίον τοὺς βίσωνας· οἱ δὲ εὐθὺς ἐν ταῖς πρώταις τῶν βυρσῶν ὀλισθόντες, κατὰ τοῦ πρανοῦς κυλίνδονται, ἕως κατενεχθῶσιν ἐς τὸ ὁμαλόν· ἐρριμμένοι δὲ ἐνταῦθα ἠμέληνται καταρχάς· τετάρτῃ δὲ ἢ πέμπτῃ μάλιστα ἡμέρᾳ τῶν μὲν ἤδη τοῦ θυμοῦ τὰ πολὺ ὁ λιμὸς ἀφαιρεῖ καὶ ἡ ταλαιπωρία. οἱ δέ σφισιν, οἷς τέχνη τιθασσεύειν, προσφέρουσιν ἔτι κειμένοις πίτυος τῆς ἡμέρου καρπὸν, προεκλέψαντες ἐκ τῶν ἐλαχίστων ἐλύτρων· ἑτέρας δὲ οὐκ ἂν τροφῆς τοπαραυτίκα ἅψαιτο τὰ θηρία· τέλος δὲ διαλαβόντες δεσμοῖς ἄγουσι. καὶ τοὺς μὲν τρόπον αἰ-

gae, quae irruentis ferae impetum sustineant. Eius venatio ita comparatur. Supinum deligunt locum, et in convallem declivem: eum praevalido septo undique muniunt: clivum deinde et proximam clivo planitiem recentibus *boum* coriis insternunt: recentium, si non suppeditarit copia, arida aspersione olei lubricant. Ibi in equis exercitatissimi homines bisontes intra illum ambitum cogunt; qui per uncta coria delapsi in praeceps, ad *imam* usque planitiem devolvuntur, illic ad quartum aut quintum ad summum diem neglecti relinquuntur: eorum iam plurimam ferociae partem fames et fatigatio abstulit. Sunt qui ad eos mansuefaciendos artem adhibeant, et iacentibus adhuc pineae nucis nucleos interioribus exemptos testulis apponant: alium enim cibum nullum bellua tunc appeteret: postremo vinculis districtos abigunt. Et ad hunc bisontes modum capiuntur. (3) Ex

ρουσι τὸν εἰρημένον. (3) Τοῦ βίσωνος δὲ τῆς κεφαλῆς καταντικρὺ τῆς χαλκῆς ἀνδριάς ἐστι θώρακά τε ἐνδεδυκὼς καὶ χλαμύδα ἐπὶ τῷ θώρακι· Ἀνδρίων δὲ ἀνάθημα οἱ Δελφοὶ λέγουσιν Ἀνδρέα εἶναι τὸν οἰκιστήν. τό τε ἄγαλμα τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀθηνᾶς τε καὶ Ἀρτέμιδος Φωκέων ἀναθήματά ἐστιν ἀπὸ Θεσσαλῶν ὁμόρων τε, πλὴν ὅσον οἱ Λοκροὶ σφᾶς οἱ Ὑποκνημίδιοι διείργουσι, καὶ ἀεὶ πολεμίων ὄντων. ἀνέθεσαν δὲ καὶ οἱ ἐν Φαρσάλῳ Θεσσαλοὶ, καὶ Μακεδόνων οἱ ὑπὸ τῇ Πιερίᾳ πόλιν Δῖον οἰκοῦντες, Κυρηναῖοί τε τοῦ Ἑλληνικοῦ τοῦ ἐν Λιβύῃ, οὗτοι μὲν τὸ ἅρμα, καὶ ἐπὶ τῷ ἅρματι ἄγαλμα Ἄμμωνος, Μακεδόνες δὲ οἱ ἐν Δίῳ τὸν Ἀπόλλωνα, ὃς εἰλημμένος ἐστὶ τῆς ἐλάφου, Φαρσάλιοι δὲ Ἀχιλλέα τε ἐπὶ ἵππῳ, καὶ Πάτροκλος συμπαραθεῖ οἱ τῷ ἵππῳ. Κορίνθιοι δὲ οἱ Δωριεῖς ᾠκοδόμησαν θησαυρὸν καὶ οὗτοι· καὶ ὁ χρυσὸς ὁ ἐκ Λυδῶν ἀνέκειτο ἐνταῦθα. τὸ δὲ ἄγαλμα τοῦ Ἡρακλέους ἀνάθημά ἐστι Θηβαίων, ὅτε Φωκεῦσιν ἐπολέμησαν τὸν ἱερὸν καλούμε- 830
νον πόλεμον. εἰσὶ καὶ εἰκόνες χαλκαῖ Φωκέων ἀναθέν-

adverso bisontis capiti aeneo, statua est loricam induta, et supra loricam chlamydem: positam aiunt Delphi ab Andriis, Andreo suae gentis auctori. Apollinis, Minervae, et Dianae signa, Phocensium dona sunt, de victis Thessalis sempiternis hostibus suis, et finitimis illis quidem, praeterquam ex ea parte, qua a Phocide dirimuntur, Locris Hypocnemidiis interiectis. Dedicarunt etiam Thessali, qui ad Pharsalum sunt, et Macedones, qui sub Pieria Dion urbem incolunt: tum vero Cyrenaei Graeci nominis in Libya: currum hi, et in curru Ammonem: Dianae vero Apollinem cervam prensantem: Pharsalii Achillem equo insidentem. Iam vero et Corinthii, qui in Doriensibus censentur, thesaurum aedificarunt, et in eo aurum a Lydis acceptum reposuerunt. Herculis signum, donum est Thebanorum, de bello quod cum Phocensibus gestum, Sacrum appellarunt. Sunt et aeneae

των, ἡνίκα δευτέρᾳ συμβολῇ τὸ ἱππικὸν ἐτρέψαντο τὸ ἐκ Θεσσαλίας. Φλιάσιοι δὲ ἐκόμισαν ἐς Δελφοὺς Δία τε χαλκοῦν, καὶ ὁμοῦ τῷ Διῒ ἄγαλμα Αἰγίνης. (4) Ἐκ δὲ Μαντινείας τῆς Ἀρκάδων Ἀπόλλων χαλκοῦς ἐστιν ἀνάθημα· οὗτος οὐ πόῤῥω τοῦ Κορινθίων ἐστὶ θησαυροῦ. Ἡρακλῆς δὲ καὶ Ἀπόλλων ἔχονται τοῦ τρίποδος, καὶ ἐς μάχην περὶ αὐτοῦ καθίστανται· Λητὼ μὲν δὴ καὶ Ἄρτεμις Ἀπόλλωνα, Ἀθηνᾶ δὲ Ἡρακλέα ἐπέχουσι τοῦ θυμοῦ· Φωκέων καὶ τοῦτό ἐστιν ἀνάθημα, ὅτε σφίσιν ἐπὶ τοὺς Θεσσαλοὺς Τελλίας ἡγήσατο ὁ Ἠλεῖος. τὰ μὲν δὴ ἄλλα ἀγάλματα Δίυλλός τε ἐν κοινῷ καὶ Ἀμυκλαῖος, τὴν δὲ Ἀθηνᾶν καὶ Ἄρτεμιν Χίονίς ἐστιν εἰργασμένος· Κορινθίους δὲ εἶναί φασιν αὐτούς. λέγεται δὲ ὑπὸ Δελφῶν, Ἡρακλεῖ τῷ Ἀμφιτρύωνος ἐλθόντι ἐπὶ τὸ χρηστήριον, τὴν πρόμαντιν Ξενόκλειαν οὐκ ἐθελῆσαί οἱ χρᾶν διὰ τοῦ Ἰφίτου τὸν φόνον· τὸν δὲ ἀράμενον τὸν τρίποδα ἐκ τοῦ ναοῦ φέρειν ἔξω, εἰπεῖν τε δὴ τὴν πρόμαντιν·

effigies, quas iidem posuerunt Phocenses, fuso altero congressu Thessalorum equitatu. Delphos Phliasii comportarunt aeneum Iovem, et cum Iove Aeginae simulacrum. (4) Ex arcadum Mantinea Apollo aeneus est, non procul a Corinthiorum thesauro. Hercules et Apollo tripodem prensitant, ac de eo *iam prope* sunt pugnam commissuri: sed Latona et Diana Apollinis, Minerva Herculis iram leniunt. Hoc ipsum etiam fuit Phocensium donum. Eo *dedicarunt* tempore, quo ipsos contra Thessalos Tellias Eleus duxit. Signa cetera Diyllus et Amyclaeus communi opera fecerunt; Minervam et Dianam Chionis elaboravit. Fuisse hos opifices dicunt Corinthios. Tradunt Delphi venienti ad oraculum Herculi Amphitruonis filio, Xenocleam dei interpretem responsum dare recusasse, quod caede Iphiti erat pollutus. Ibi sublatum e templo tripodem Herculem foras asportasse: ipsam vero interpretem *ex tempore* dixisse:

Ἄλλος ἄρ' Ἡρακλέης Τιρύνθιος, οὐχὶ Κανωβεύς.

πρότερον γὰρ ἔτι ὁ Αἰγύπτιος Ἡρακλῆς ἀφίκετο ἐς Δελφούς. τότε δὲ ὁ Ἀμφιτρύωνος τόν τε τρίποδα ἀποδίδωσι τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ παρὰ τῆς Ξενοκλείας, ὁπόσα ἐδεῖτο, ἐδιδάχθη. παραδεξάμενοι δὲ οἱ ποιηταὶ τὸν λόγον, μάχην Ἡρακλέους πρὸς Ἀπόλλωνα ὑπὲρ τρίποδος ᾄδουσιν. (5) Ἐν κοινῷ δὲ ἔθεσαν ἀπὸ ἔργου τοῦ Πλαταίασιν οἱ Ἕλληνες χρυσοῦν τρίποδα δράκοντι ἐπικείμενον χαλκῷ. ὅσον μὲν δὴ χαλκὸς ἦν τοῦ ἀναθήματος, σῶον καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι ἦν· οὐ μέντοι κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τὸν χρυσὸν οἱ Φωκέων ὑπελείποντο ἡγεμόνες. Ταραντῖνοι δὲ καὶ ἄλλην δεκάτην ἐς Δελφοὺς ἀπὸ βαρβάρων Πευκετίων ἀπέστειλαν· τέχνη μὲν τὰ ἀναθήματα Ὀνατᾶ τοῦ Αἰγινήτου, καὶ Καλύνθου τέ ἐστι τοῦ συνεργοῦ, εἰκόνες δὲ καὶ πεζῶν καὶ ἱππέων· βασιλεὺς Ἰαπύγων Ὦπις ἥκων τοῖς Πευκετίοις σύμμαχος· οὗτος μὲν δὴ εἴκασται τεθνεῶτι ἐν τῇ μάχῃ· οἱ δὲ αὐτῷ κειμένῳ ἐφεστηκότες ὁ ἥρως Τάρας ἐστὶ καὶ Φάλανθος ὁ ἐκ Λα- 831
κεδαίμονος, καὶ οὐ πόρρω τοῦ Φαλάνθου δελφίς· πρὶν

Heracles alius Tirynthius, haudque Canobeus.

Nam et ante Aegyptius Hercules Delphos venerat. Sed Amphitruonis filius reddito tunc Apollini tripode quicquid voluit, a Xenoclea didicit. Hinc poëtae sumto argumento, fabulae mandarunt Herculis cum Apolline de tripode pugnam. (5) Commune fuit Graecorum de Plataeensi praelio donum, aureus tripos, sustinente aeneo dracone. Sed aes adhuc manet ex eo donario integrum; auri quod fuit, Phocensium duces amoverunt. Tarentini etiam aliam de Peucetiis (Barbara natione) *a se victis* decimam Delphos miserunt. Signa elaborarunt Onatas Aegineta, et Calynthus. Equestres et pedestres sunt imagines; Opis rex Iapygum, Peucetiis auxilium ferens; atque hic quidem in pugna interempto persimilis; qui vero iacenti adstant, Taras heros est, et Phalanthus La-

γὰρ δὴ εἰς Ἰταλίαν ἀφικέσθαι, καὶ ναυαγίᾳ τε ἐν τῷ πελάγει τῷ Κρισσαίῳ τὸν Φάλανθον χρήσασθαι, καὶ ὑπὸ δελφῖνος ἐκκομισθῆναί φασιν ἐς τὴν γῆν.

CAPUT XIV.

Bipennes Delphis dedicatae — de Cycno et Tenne narratio — de Graecorum, qui contra Persas pugnarunt, donariis ac de Themistoclis donariis a Pythia repudiatis — Delphorum donario — Phrynes signo.

Οἱ δὲ πελέκεις Περικλύτου τοῦ Εὐθυμάχου Τενεδίου ἀνδρὸς ἐπὶ λόγῳ ἀνάθημά εἰσιν ἀρχαίῳ. (2) Κύκνον παῖδα εἶναι Ποσειδῶνος, καὶ βασιλεύειν φασὶν ἐν Κολώναις. αἱ δὲ ᾤκοῦντο ἐν τῇ γῇ τῇ Τρωάδι αἱ Κολῶναι κατὰ νῆσον κείμεναι Λεύκοφρυν. ἔχοντες δὲ θυγατέρα ὄνομα Ἡμιθέαν τοῦ Κύκνου, καὶ υἱὸν καλούμενον Τέννην ἐκ Προκλείας, ἣ Κλυτίου μὲν ἦν θυγάτηρ, ἀδελφὴ δὲ Καλήτορος, ὃν Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἀποθανεῖν φησιν ὑπὸ Αἴαντος, ὅτε ὑπὸ τὴν Πρωτεσιλάου ναῦν ἔφερεν ὁ Καλήτωρ τὸ πῦρ· ταύτης οὖν προαποθανούσης, ἡ ἐπεισελθοῦσα Φιλονόμη ἡ Τραγάσου (διή-

cedaemonius, et ab eo non longe delphinus. Ante enim quam in Italiam perveniret, navi in Crissaeo mari fracta, ad litus delphino evectum Phalanthum tradunt.

Cap. XIV. At Bipennes Periclyti Euthymachi filii, Tenedii hominis, donum. Vetus fabula dedicationi occasionem praebuit. (2) Cycnum aiunt Neptuni fuisse filium: regnasse eum Colonis: oppidum hoc in Troade fuit, ad Leucophryn insulam. Filiam is habuit Hemitheam, et Tennen filium ex Proclea Clytii filia, Caletoris *illius germana* sorore, quem ab Aiace in Iliade interfectum memorat Homerus, quum faces in Protesilai navem immitteret. Proclea mortua, alteram Cycnus uxorem duxit Philonomen, Craugasi filiam. Ea quum

μαρτε γὰρ ἐρασθεῖσα τοῦ Τέννου) ψεύδεται πρὸς τὸν ἄνδρα, ὡς αὐτὴ μὲν οὐκ ἐθέλουσα, τὸν δὲ αὐτῇ Τέννην συγγενέσθαι θελήσαντα· καὶ ὁ Κύκνος πείθεται τῇ ἀπάτῃ, καὶ ἐς λάρνακα ἐνθέμενος ὁμοῦ τῇ ἀδελφῇ Τέννην, ἐς θάλασσαν σφᾶς ἀφίησι. σώζονταί τε δὴ πρὸς τὴν νῆσον οἱ παῖδες τὴν Λεύκοφρυν, καὶ ὄνομα ἡ νῆσος τὸ νῦν ἔσχεν ἀπὸ τοῦ Τέννου. Κύκνος δὲ (οὐ γὰρ τὸν πάντα ἔμελλε χρόνον ἀγνοήσειν ἀπατώμενος) ἔπλει παρὰ τὸν υἱὸν, ἄγνοιάν τε ὁμολογήσων τὴν αὐτοῦ καὶ παραιτησόμενος τὸ ἁμάρτημα· προσορμισαμένου δὲ τῇ νήσῳ, καὶ ἐξάψαντος ἀπὸ τῆς νεὼς πρός τινα ἢ πέτραν ἢ δένδρον τοὺς κάλως, Τέννης πελέκει σφᾶς ἀπέκοψεν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ. ἐπὶ τούτῳ μὲν ἐς τοὺς ἀρνουμένους στερεῶς. λέγεσθαι καθέστηκεν, ὡς ὁ δεῖνα ὅστις δὴ Τενεδίῳ πελέκει τόδε τὶ ἀποκόψειε. Τέννην μὲν ὑπὸ Ἀχιλλέως ἀποθανεῖν ἀμύνοντα τῇ αἰκείᾳ φασὶν Ἕλληνες. Τενέδιοι δὲ ἀνὰ χρόνον ὑπὸ ἀσθενείας

in privigni incidisset amorem, repulsam aegre ferens, Tennen ficta calumnia apud virum criminata est suum, quod ille invitam et repugnantem constuprare conatus esset. Mendacio captus Cycnus, iuvenem cum sorore in arcam inclusos, in mare abiicit. Incolumes illi in insulam exponuntur; cui quum ante Leucophrys nomen fuisset, de Tennae postea nomine *Tenedos* fuit appellata. Sed fraude aliquando detecta, ad filium Cycnus navigavit, quo se illi purgaret, et eius, quod per credulitatem temere commisisset, facti veniam posceret. Quum itaque ad insulam appulisset, et ad saxum sive arboris truncum navem religasset, Tennes ira impulsus, bipenni retinacula abscidit. Ex eo in *proverbii* consuetudinem venit, ut, quicquid quivis praefracte negarit, id tenedia bipenni praecidisse dicatur. Tennen ipsum ab Achille, dum *praedas ex insula agentibus* Graecis occurrit, occisum autumant. Tenedii insequentibus dein seculis ob

προσεχώρησαν τοῖς Ἀλεξάνδρειαν ἐν τῇ ἠπείρῳ τῇ Τρῳάδι
ἔχουσιν. (3) Ἕλληνες δὲ οἱ ἐναντία τοῦ βασιλέως πο-
832 λεμήσαντες ἀνέθεσαν μὲν Δία ἐς Ὀλυμπίαν χαλκοῦν,
ἀνέθεσαν δὲ καὶ ἐς Δελφοὺς Ἀπόλλωνα ἀπὸ ἔργων τῶν
ἐν ταῖς ναυσὶν ἐπί τε Ἀρτεμισίῳ καὶ ἐν Σαλαμῖνι. λέ-
γεται δὲ καὶ, ὡς Θεμιστοκλῆς ἀφίκοιτο ἐς Δελφοὺς λα-
φύρων τῶν Μηδικῶν κομίζων τῷ Ἀπόλλωνι. ἐρωτή-
σαντα δὲ ὑπὲρ τῶν ἀναθημάτων, εἰ ἐντὸς ἀναθήσει
τοῦ ναοῦ, ἐκέλευε αὐτὸν ἡ Πυθία τὸ παράπαν ἀποφέ-
ρειν ἐκ τοῦ ἱεροῦ. καὶ ἔχει οὕτω τὰ ἐς τοῦτο τοῦ
χρησμοῦ·

Μή μοι Περσῆος σκύλων περικαλλέα κόσμον
Νηῷ ἐγκαταθῇς· οἶκον δ' ἀπόπεμπε τάχιστα.

θαῦμα οὖν ἐποιούμεθα, εἰ ἀπηξίωσεν ἐκείνου μόνου μὴ προσέσθαι τὰ ἀπὸ τῶν Μήδων. καὶ οἱ μὲν ἀπῶσαι ἂν τὸν θεὸν καὶ ἅπαντα ὁμοίως ἡγοῦντο, ὅσα ἀπὸ τοῦ Πέρσου, εἰ, ὥσπερ ὁ Θεμιστοκλῆς, καὶ οἱ ἄλλοι, πρό-

virium imbecillitatem se Alexandrinis, qui in Troade continenti sunt, contribuerunt. (3) Iam Graeci qui contra *Persarum* regem bellarunt, Iovem in Olympia aeneum, Apollinem Delphis, *vota*, de victoria ad Artemisium et Salaminem dedicarunt. Aiunt etiam Themistoclem Delphos profectum, Apollini Medorum exuvias attulisse: percontantem vero nunquid intra templum ea dona locaret, iussisse Pythiam, ut eas omnino extra fani limen auferret. Versus, quibus illa responsum dedit, hi sunt:

In templo pulchras nostra ne figite Persei
Exuvias, subita sed vestras mittite in aedes.

Cum admiratione certe causa quaeri potest, cur ab uno Themistocle oblata dona de Medis, accepta deus non habuerit. Sunt enimvero, qui Persica omnia spolia itidem repudiaturum fuisse credant, si antequam dedicarentur,

τερον ἢ ἀναθεῖναι σφᾶς, ἐπήροντο τὸν Ἀπόλλωνα· οἱ δὲ εἰδότα τὸν θεὸν, ὅτι ἱκέτης τοῦ Πέρσου γενήσοιτο ὁ Θεμιστοκλῆς, ἐπὶ τούτῳ τὰ δῶρα ἔφρασαν οὐκ ἐθελῆσαι λαβεῖν, ἵνα μὴ ἀναθέντι τὸ ἔχθος ἄπαυστον ποιήσῃ ἀπὸ τοῦ Μήδου. στρατείαν δὲ τὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἀπὸ τοῦ βαρβάρου ἔστιν εὑρεῖν προρρηθεῖσαν μὲν ἐν τοῖς Βάκιδος χρησμοῖς· πρότερον δὲ ἔτι Εὔκλῳ τὰ ἐς αὐτὴν πεποιημένα ἐστί. (4) Δελφῶν δὲ ἀνάθημά ἐστιν αὐτῶν πλησίον τοῦ βωμοῦ τοῦ μεγάλου, λύκος χαλκοῦς. λέγουσι δὲ τῶν τοῦ θεοῦ χρημάτων συλήσαντα ἄνθρωπον, τὸν μὲν ὁμοῦ τῷ χρυσίῳ κατακρύψαντα ἔχειν αὐτὸν, ἔνθα τοῦ Παρνασσοῦ μάλιστα ἦν συνεχὲς ὑπὸ ἀγρίων δένδρων· λύκον δὲ ἐπιθέσθαι οἱ καθεύδοντι, καὶ ἀποθανεῖν τε ὑπὸ τοῦ λύκου τὸν ἄνθρωπον· καὶ ὡς ἐς τὴν πόλιν ὁσημέραι φοιτῶν ὠρύετο ὁ λύκος, ἐπεὶ δὲ οὐκ ἄνευ θεοῦ παραγίνεσθαί σφισιν ὑπελάμβανον, οὕτως ἐπακολουθοῦσι τῷ θηρίῳ, καὶ ἀνευρίσκουσί τε τὸ ἱερὸν χρυσίον, καὶ ἀνέθεσαν λύκον τῷ θεῷ χαλ- 833

nunquid sibi ea vellet offerri, quaesitum esset. Non desunt, qui dicant, Apollinem, quum praesciret supplicem ad Persas iturum Themistoclem, idcirco sibi exuvias illas dedicari prohibuisse, ne religiosis monumentis testatum odium, fidem deprecationi abrogaret. Hanc Barbarorum in Graeciam irruptionem praedictam Bacidis oraculis invenias. Ante etiam ab Euclo ea de re carmina edita sunt. (4) Delphorum est ipsorum, prope aram maximam, donum lupus aeneus. Hominem quendam aiunt se cum sacra pecunia, quam compilasset, abdidisse in ea Parnassi parte, quae maxime esset sylvestribus arboribus condensa: lupum vero in dormientem impetu facto, illum occidisse; ac deinde quotidie cum ululatu solitum intra urbem penetrare. Id quum non nisi divinitus fieri existimare homines coepissent, feram secuti, aurum sacrilegio ereptum repererunt et *ad rei*

κοῦν. (5) Φρύνης δὲ εἰκόνα ἐπίχρυσον Πραξιτέλης μὲν εἰργάσατο ἐραστὴς καὶ οὗτος· ἀνάθημα δὲ αὐτῆς Φρύνης ἐστὶν ἡ εἰκών.

CAPUT XV.

Varia donaria Delphis dedicata porro enumerantur — oraculum, quod Phaënnis de Gallorum expeditione protulit — Atheniensium donarium — Cyrenaeorum donarium, et de Batto loquelam recuperante.

Τὰ δὲ ἐφεξῆς ταύτῃ, τὰ μὲν ἀγάλματα τοῦ Ἀπόλλωνος, Ἐπιδαύριοι τὸ ἕτερον οἱ ἐν τῇ Ἀργολίδι ἀπὸ Μήδων, τὸ δὲ αὐτῶν Μεγαρεῖς ἀνέθεσαν, Ἀθηναίους μάχῃ πρὸς Νισαίᾳ κρατήσαντες. Πλαταιέων δὲ βοῦς ἐστιν, ἡνίκα ἐν τῇ σφετέρᾳ καὶ οὗτοι Μαρδόνιον τὸν Γωβρύου μετὰ Ἑλλήνων ἠμύναντο ἄλλων. καὶ αὖθις δύο Ἀπόλλωνος, τὸ μὲν Ἡρακλεωτῶν πρὸς τῷ Εὐξείνῳ, τὸ δὲ Ἀμφικτυόνων ἐστίν, ὅτε Φωκεῦσιν ἐπεργαζομένοις τοῦ θεοῦ τὴν χώραν ἐπέβαλλον χρημάτων ζημίαν. ὁ δὲ Ἀπόλλων οὗτος καλεῖται μὲν ὑπὸ Δελφῶν Σιτάλκας, μέ-

memoriam lupum ex aere dedicarunt. (5) Phrynes inauratam effigiem elaboravit Praxiteles, unus et ipse de mulieris amatoribus: ipsamet dedicavit.

Cap. XV. Quae huic adiuncta sunt Apollinis signa, alterum Epidaurii, qui sunt in Argivorum finibus, de Medorum manubiis, alterum Megarenses, victis ad Nissaean Atheniensibus, posuerunt. Bacula a Plataeensibus dedicata, eius *est* temporis *monumentum*, quo intra suos fines ii, cum aliis Graecis Mardonium Gobryae filium ulti sunt. Sunt *alia* rursus duo Apollinis *signa*; Heracleotarum alterum, qui ad Euxinum pontum sunt: Amphictyonum alterum, de multa, quam Phocensibus irrogarunt, ob id, quod Sacrum solum coluissent. Est apud Delphos huic Apollini cognomen Sitalcas, magni-

γεϑος δὲ πέντε πηχῶν καὶ τριάκοντά ἐστι. στρατηγοὶ δὲ οἱ πολλοὶ, καὶ Ἀρτέμιδος, τὸ δὲ Ἀϑηνᾶς, δύο τε Ἀπόλλωνος ἀγάλματά ἐστιν Αἰτωλῶν, ἡνίκα σφίσιν ἐξειργάσϑη τὰ ἐς Γαλάτας. (2) Στρατιὰν δὲ τὴν Κελτῶν, ὡς ἐκ τῆς Εὐρώπης διαβήσοιτο ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπ' ὀλέϑρῳ τῶν πόλεων, Φαεννὶς προεδήλωσεν ἐν τοῖς χρησμοῖς γενεᾷ πρότερον, ἢ ἐπράχϑη τὸ ἔργον:

Δὴ τότ' ἀμειψάμενος στεινὸν πόρον Ἑλλησπόντου
Αὐλήσει Γαλατῶν ὀλοὸς στρατὸς, οἵ ῥ' ἀϑεμίστως
Ἀσίδα πορϑήσουσι· ϑεὸς δ' ἔτι κύντερα ϑήσει
Πάγχυ μάλ', οἳ ναίουσι παρ' ἠϊόνεσσι ϑαλάσσης
Εἰς ὀλίγον· τάχα γάρ σφιν ἀοσσητῆρα Κρονίων
Ὁρμήσει, ταύροιο διοτρεφέος φίλον υἱὸν,
Ὃς πᾶσιν Γαλάτῃσιν ὀλέϑριον ἦμαρ ἐφήσει.

παῖδα δὲ εἶπε ταύρου τὸν ἐν Περγάμῳ βασιλεύσαντα Ἄτταλον· τὸν δὲ αὐτὸν τοῦτον καὶ ταυρόκερων προσείρηκε χρηστήριον. ἱππικοῦ δὲ ἡγεμόνας ἀναβεβηκό-

tudine quinque et triginta cubitorum. Sunt illic duces multi: Dianae praeterea, et Minervae, duoque Apollinis signa, ab Aetolis dedicata, de Gallis in pugna superatis. (2) Gallorum quidem exercitum ex Europa in Asiam ad urbium perniciem transmissurum, praedixit in oraculis suis Phaënnis aetate una antequam res gereretur:

Hostilis Gallorum acies tunc milite multo
Littora complebit: transmissis fluctibus Helles
Vastabit populans Asiam. Sed dii graviora
Intentant illis, pelagi prope caerula sedes
Qui posuere suas. Sed enim his quoque Iupiter ipse
Auxilio clari mittet tauri generosam
Progeniem; tristi quae sternet funere Gallos.

Tauri filium dixit Attalum Pergami regem, quem ipsum Tauricornem etiam idem Apollo nominavit. Equitatus duces equis insidentes fusis equestribus Atheniensium co-

τας ἐπὶ ἵππους. Φεραῖοι παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἔστησαν τρεψάμενοι τὴν Ἀττικὴν ἵππον. (3) Τὸν δὲ φοίνικα
834 ἀνέθεσαν Ἀθηναῖοι τὸν χαλκοῦν, καὶ αὐτὸν καὶ Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐπίχρυσον ἐπὶ τῷ φοίνικι, ἀπὸ ἔργων, ὧν ἐπ' Εὐρυμέδοντι ἐν ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ τὸ μὲν πεζῇ, τὸ δὲ ναυσὶν ἐν τῷ ποταμῷ κατώρθωσαν. τούτου τοῦ ἀγάλματος ἐνιαχοῦ τὸν ἐπ' αὐτῷ χρυσὸν ἐθεώμην λελυμασμένον. ἐγὼ μὲν δὴ τὸ ἔγκλημα ἐς κακούργους τε ἦγον καὶ φῶρας ἀνθρώπους· Κλειτόδημος δὲ, ὁπόσοι τὰ Ἀθηναίων ἐπιχώρια ἔγραψαν, ὁ ἀρχαιότατος, οὗτος ἐν τῷ λόγῳ φησὶ τῷ Ἀττικῷ, ὅτε Ἀθηναῖοι παρεσκευάζοντο ἐπὶ Σικελίαν τὸν στόλον, ὡς ἔθνος τι ἄπειρον κοράκων κατῆρε τότε ἐς Δελφοὺς, καὶ περιέκοπτόν τε τοῦ ἀγάλματος τούτου, καὶ ἀπέῤῥησσον τοῖς ῥάμφεσιν ἀπ' αὐτοῦ τὸν χρυσόν· λέγει δὲ καὶ, ὡς τὸ δόρυ, καὶ τὰς γλαῦκας, καὶ ὅσος καρπὸς ἐπὶ τῷ φοίνικι ἐπεποίητο ἐς μίμησιν τῆς ὀπώρας, κατακλάσαιεν καὶ ταῦτα οἱ κόρακες. Ἀθηναίοις μὲν δὴ καὶ ἄλλα σημεῖα μὴ ἐκπλεῦ-

piis; Apollini statuerunt Pheraei. (3) At palmam aeneam dicarunt Athenienses cum Minervae signo inaurato; duplicis victoriae monumentum, qua uno eodemque die potiti sunt ad Eurymedontem, pedestri acie, et navali pugna prospere in ipso flumine commissa. A multis eius signi partibus quum aurum revulsum vidissem, culpam ego in homines improbos et sacrilegos conferebam priusquam ex Atticarum rerum commentario, quem scripsit Clitodemus, eorum qui literis res Atticas mandarunt vetustissimus auctor, cognovissem, comparata ab Atheniensibus classe ad Siciliensem expeditionem, magnum corvorum numerum Delphos convolasse, irruentesque in illud signum, aurum rostris avellisse. Additum est ibidem, hastam, noctuas, et caryotas, quae in palma illa ad palmularum similitudinem *ex auro* factae fuerant, eosdem illos corvos abrupisse. Sed et alia prodigia idem commemorat Clitodemus, quae ab ea naviga-

σαι σφᾶς ἀπαγορεύοντα ἐς Σικελίαν διηγήσατο ὁ Κλειτόδημος. (4) Κυρηναῖοι δὲ ἀνέθεσαν ἐν Δελφοῖς Βάττον ἐπὶ ἅρματι, ὃς ἐς Λιβύην ἤγαγε σφᾶς ναυσὶν ἐκ Θήρας· ἡνίοχος μὲν τοῦ ἅρματός ἐστι Κυρήνη, ἐπὶ δὲ τῷ ἅρματι Βάττος τε καὶ Λιβύη στεφανοῦσά ἐστιν αὐτόν· ἐποίησε δὲ Ἀμφίων Ἀκέστορος Κνώσσιος. ἐπεὶ δὲ ᾤκισε Βάττος τὴν Κυρήνην, λέγεται καὶ τῆς φωνῆς γενέσθαι οἱ τοιόνδε ἴαμα. ἐπιὼν τῶν Κυρηναίων τὴν χώραν, ἐν τοῖς ἐσχάτοις αὐτῆς, ἐρήμοις ἔτι οὖσι, θεᾶται λέοντα, καὶ αὐτὸν τὸ δεῖμα τὸ ἐκ τῆς θέας βοῆσαι σαφὲς καὶ μέγα ἠνάγκασεν. οὐ πόῤῥω δὲ τοῦ Βάττου καὶ ἄλλον ἔστησαν οἱ Ἀμφικτύονες Ἀπόλλωνα ἀπὸ τοῦ ἀδικήματος τοῦ εἰς τὸν θεὸν τῶν Φωκέων.

tione suscipienda Athenienses deterrere debuerant. (4) Cyrenaei Delphis Batti statuam posuerunt in curru, quod is ex insula Thera eos in Africam classe deduxisset in coloniam. Auriga currus est *eius mater* Cyrene. In curru Libye Nympha Batto coronam imponit. Opus fecit Amphion Acestoris filius Gnossius. Deducta iam Cyrene colonia, Battus vocis huiusmodi medelam reperit. Dum Cyrenaei in extrema Africae deserta excurrunt, leonem conspexit: re improvisa territus, magnum et clarum necessitate cogente sustulit clamorem. Non longe a Batti statua Apollinem alium Amphictyones dedicarunt de mulcta, quam Phocensibus ob noxam in deum commissam irrogarunt.

CAPUT XVI.

Reliquiae donariorum regum Lydiae, Alyattis crater — de umbilico Delphico orbis terrarum medio et Lacedaemoniorum atque Aetolorum donariis — Elyriorum aliorumque — Liparaeorum donariis — primo omnium donario Delphico.

Τῶν δὲ ἀναθημάτων, ἃ οἱ βασιλεῖς ἀπέστειλαν οἱ Λυδῶν, οὐδὲν ἔτι ἦν αὐτῶν εἰ μὴ σιδηροῦν μόνον τὸ ὑπόθημα τοῦ Ἀλυάττου κρατῆρος. τοῦτο Γλαύκου μέν ἐστιν ἔργον τοῦ Χίου, σιδήρου κόλλησιν ἀνδρὸς εὑρόντος· ἔλασμα δὲ ἕκαστον τοῦ ὑποθήματος ἐλάσματι ἄλλῳ προσεχὲς οὐ περόναις ἐστὶν ἢ κέντροις, μόνη δὲ ἡ κόλλα συνέχει τε, καὶ ἔστιν αὕτη τῷ σιδήρῳ δεσμός· σχῆμα δὲ τοῦ ὑποθήματος κατὰ πύργον μάλιστα ἐς μείουρον ἀνιόντα ἀπὸ εὐρυτέρου τοῦ κάτω· ἑκάστη δὲ πλευρὰ τοῦ ὑποθήματος οὐ διὰ πάσης πέφρακται, ἀλλά εἰσιν αἱ πλάγιαι τοῦ σιδήρου ζῶναι, ὥσπερ ἐν κλίμακι οἱ ἀναβασμοί· τὰ δὲ ἐλάσματα τοῦ σιδήρου τὰ ὀρθὰ ἀνέστραπται κατὰ τὰ ἄκρα ἐς τὸ ἐκτός· καὶ ἕδρα τοῦτο ἦν τῷ κρατῆρι. (2) Τὸν δὲ ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὀμφαλὸν, λίθου πεποιημένον λευκοῦ, τοῦτο εἶναι τὸ ἐν

Cap. XVI. Ex *tam multis*, quae *Apollini* miserunt Lydorum reges, donis, reliquum iam nullum est, praeter ferream Halyattis craterae basin. Eam fecit Glaucus Chius, qui primus ferri artem ferruminandi excogitavit. Illius certe basis iuncturae singulae nullis aut fibulis, aut clavis, sed solo coagmentatae sunt ferrumine. Basis forma est eadem prope qua turris; ima parte latior, in obtusum fastigium surgens. Latus quodlibet non continenti ferro clauditur, sed transversis incingitur e ferro zonulis: *eae* perinde *sunt* ac in scalis gradus. Ducti e ferro scapi, qui recta in altum assurgunt, summa sui parte sunt extrorsum resupinati. Atque haec fuit illius craterae sedes. (2) Iam qui a Delphis Umbilicus vocatur, e candido marmore, esse eum aiunt medium terrae univer-

μέσῳ γῆς πάσης αὐτοὶ λέγουσιν οἱ Δελφοὶ, καὶ ἐν ᾠδῇ τινι Πίνδαρος ὁμολογοῦντά σφισιν ἐποίησε. Λακεδαιμονίων δὲ ἀνάθημά ἐστιν ἐνταῦθα, Καλάμιδος δὲ ἔργον, Ἑρμιόνη ἡ Μενελάου θυγάτηρ, καὶ συνοικήσασα Ὀρέστῃ τῷ Ἀγαμέμνονος, καὶ ἔτι πρότερον Νεοπτολέμῳ τῷ Ἀχιλλέως. Εὐρύδαμον δὲ στρατηγόν τε Αἰτωλῶν, καὶ στρατοῦ τοῦ Γαλατῶν ἐναντία ἡγησάμενον, ἀνέθεσαν οἱ Αἰτωλοί. (3) *Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Κρητικοῖς ὄρεσι καὶ κατ' ἐμὲ ἔτι Ἔλυρος πόλις· οὗτοι οὖν αἶγα χαλκῆν ἀπέστειλαν ἐς Δελφούς· δίδωσι δὲ νηπίοις ἡ αἲξ Φυλακίδι καὶ Φυλάνδρῳ γάλα. παῖδας δὲ αὐτοὺς οἱ Ἐλύριοί φασιν Ἀπόλλωνός τε εἶναι καὶ Ἀκακαλλίδος νύμφης· συγγενέσθαι δὲ τῇ Ἀκακαλλίδι Ἀπόλλωνα ἐν πόλει Τάῤῥᾳ, καὶ οἴκῳ Καρμάνορος. Καρύστιοι δὲ οἱ Εὐβοεῖς βοῦν καὶ οὗτοι χαλκοῦν παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἔστησαν ἀπὸ ἔργου τοῦ Μηδικοῦ. βοῦς δὲ οἱ Καρύστιοι καὶ οἱ Πλαταιεῖς τὰ ἀναθήματα ἐποιήσαντο, ὅτι (ἐμοὶ δοκεῖν) ἀπωσάμενοι τὸν βάρβαρον, τήν τε ἄλλην βεβαίως ἐκτήσαντο εὐδαιμονίαν, καὶ ἀροῦν ἐλευθέρᾳ τῇ γῇ·*

sae *punctum.* Congruunt cum hac opinione, quae in quodam carmine cecinit Pindarus. Lacedaemoniorum illic dona sunt, Hermione Menelai filia, quae fuit cum Oreste Agamemnonis, quum prius tamen nupta fuisset Neoptolemo Achillis filio: eam Calamis fecit. Eurydamo statuam, quod eo duce contra Gallorum exercitum pugnarunt, Aetoli posuerunt. (3) Exstat adhuc in Cretae montibus urbs Elyros. Ea civitas capellam aeneam Apollini *donum* misit. Lac praebere videtur infantibus Phylacidi et Philandro. Liberos fuisse eos Elyrii dicunt Apollinis et Nymphae Acacallidis. Cum ea congressum Apollinem in urbe Tarrha, et Carmanoris domo. Carystii ex Euboea bovem et ipsi aeneum Apollini statuerunt de Persica victoria. Boves quidem et Carystii et Plataeenses idcirco dedicarunt, quod (uti ego opinor) Barbaris e Graecia expulsis, et alias fortunas incolumes

στρατηγῶν δὲ εἰκόνας, καὶ Ἀπόλλωνά τε καὶ Ἄρτεμιν τὸ ἔθνος τὸ Αἰτωλικὸν ἀπέστειλαν καταστρεψάμενοι τοὺς ὁμόρους σφίσιν Ἀκαρνᾶνας. (4) Παραλογώτατον δὲ ἐπυνθανόμην ὑπάρξαν Λιπαραίοις ἐς Τυρσηνούς. τοὺς γὰρ δὴ Λιπαραίους ἐναντία ναυμαχῆσαι τῶν Τυρσηνῶν
836 ναυσὶν ὡς ἐλαχίσταις ἐκέλευσεν ἡ Πυθία. πέντε οὖν ἀνάγονται τριήρεσιν ἐπὶ τοὺς Τυρσηνούς· οἱ δὲ (ἀπηξίουν γὰρ μὴ ἀποδεῖν Λιπαραίων τὰ ναυτικὰ) ἀντανάγονταί σφισιν ἴσαις ναυσί. ταύτας οὖν αἱροῦσιν οἱ Λιπαραῖοι, καὶ ἄλλας πέντε ὑστέρας σφίσιν ἀνταναχθείσας, καὶ τρίτην νεῶν πεντάδα, καὶ ὡσαύτως τετάρτην ἐχειρώσαντο. ἀνέθεσαν οὖν ἐς Δελφοὺς ταῖς ἁλούσαις ναυσὶν ἀριθμὸν ἴσα Ἀπόλλωνος ἀγάλματα. Ἐχεκρατίδης δὲ ἀνὴρ Λαρισσαῖος τὸν Ἀπόλλωνα ἀνέθηκε τὸν μικρὸν, καὶ ἁπάντων πρῶτον τεθῆναι τῶν ἀναθημάτων τοῦτό φασιν οἱ Δελφοί.

habuerunt, et libero solo terram arare potuerunt. Ducum effigies, et *cum iis* Apollinem et Dianam, Aetolorum gens, Acarnanibus finitimis suis debellatis, dedicarunt. (4) Incredibile prope dictu est, quod Liparaeis narrant evenisse. Oraculo iussos cum Tyrrhenis paucissimarum navium classe confligere, triremes contra eos quinque deduxisse. Illos, quum se Liparaeis haudquaquam inferiores navalibus rebus fore confiderent, pari navium numero congressos. Sed quum quinque eorum triremes Liparaei cepissent, mox Tyrrhenos totidem iterum, ac tertio, et postremo quarto eduxisse: omnes vero eas classes a Liparaeis captas. In huius rei memoriam Apollinis signa pari numero superatis a se *iam toties* navibus, dicarunt. Echecratides homo Larissaeus Apollinem parvum dedicavit; hunc Delphi dicunt *antiquissimum* esse, *ac sane* primum donariorum omnium.

CAPUT XVII.

Donarium Sardorum — de insula Sardinia, eiusque denominatione et incolis — de Aristaeo — urbibus in Sardinia conditis — insula Cyrno seu Corsica — insulae Sardiniae natura, coelo et animalibus — de risu Sardonio.

Βαρβάρων δὲ τῶν πρὸς τῆς ἑσπέρας οἱ ἔχοντες Σαρδὼ, εἰκόνα οὗτοι χαλκῆν τοῦ ἐπωνύμου σφίσιν ἀπέστειλαν. (2) Ἡ δὲ Σαρδὼ μέγεθος μὲν καὶ εὐδαιμονίαν ἐστὶν ὅμοια ταῖς μάλιστα ἐπαινουμέναις· ὄνομα δὲ αὐτῇ τὸ ἀρχαῖον ὅ τι μὲν ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἐγένετο, οὐκ οἶδα· Ἑλλήνων δὲ οἱ κατ' ἐμπορίαν ἐσπλέοντες Ἰχνοῦσαν ἐκάλεσαν, ὅτι τὸ σχῆμα τῇ νήσῳ κατ' ἴχνος μάλιστά ἐστιν ἀνθρώπου. μῆκός δὲ [ἐπ'] αὐτῆς εἴκοσι στάδιοι καὶ ἑκατόν εἰσι καὶ χίλιοι· εὖρος δὲ ἐς εἴκοσί τε καὶ τετρακοσίους πεντήκοντα. πρῶτοι δὲ διαβῆναι λέγονται ναυσὶν ἐς τὴν νῆσον Λίβυες· ἡγεμὼν δὲ τοῖς Λίβυσιν ἦν Σάρδος ὁ Μακήριδος, Ἡρακλέους δὲ ἐπονομασθέντος ὑπὸ Αἰγυπτίων τε καὶ Λιβύων. Μακήριδι μὲν δὴ αὐτῷ τὰ ἐπιφανέστατα ὁδὸς ἐγένετο ἡ ἐς Δελφούς· Σάρδῳ δὲ ἡγεμονία τε ὑπῆρξε τῶν Λιβύων ἡ

Cap. XVII. Barbari, qui ad Occidentem Sardiniam insulam incolunt, statuam eius, a quo ipsi nomen acceperunt, ex aere Delphos miserunt. (2) Est ipsa Sardinia magnitudine et felicitate cum iis, quae maxime celebrantur, insulis comparanda. Nomen eius priscis temporibus quodnam fuerit patria lingua, compertum non habeo. Qui illuc e Graecis commercii causa adnavigarunt, Ichnussam (quod formam habeat humani vestigii) insulam vocarunt. Longitudo eius perhibetur stadium MCXX: latitudo CCCCLXX. Primi in eam transmigrasse navibus Libyes dicuntur, duce Sardo Maceridis filio; cui apud Aegyptios et Libyas Herculis cognomen fuit. Eius patri Maceridi nihil illustrius ad memoriam contigit, quam quod venit aliquando Delphos. Sardus

ἐς τὴν Ἰχνοῦσαν, καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Σάρδου τούτου μετέβαλεν ἡ νῆσος. οὐ μέντοι τούς γε αὐτόχθονας ἐξέβαλεν ὁ τῶν Λιβύων στόλος· σύνοικοι δὲ ὑπ' αὐτῶν οἱ ἐπελθόντες ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ ὑπὸ εὐνοίας ἐδέχθησαν. καὶ πόλεις μὲν οὔτε οἱ Λίβυες, οὔτε τὸ γένος τὸ ἐγχώριον ἠπίσταντο ποιήσασθαι· σποράδες δὲ ἐν καλύβαις τε καὶ σπηλαίοις, ὡς ἕκαστοι τύχοιεν, ᾤκησαν. (3) Ἔτεσι δὲ ὕστερον μετὰ τοὺς Λίβυας ἀφίκοντο ἐκ τῆς Ἑλλάδος
837 ἐς τὴν νῆσον οἱ μετὰ Ἀρισταίου. παῖδα δὲ λέγουσιν Ἀρισταῖον Ἀπόλλωνός τε εἶναι καὶ Κυρήνης· ἐπὶ δὲ τοῦ Ἀκταίωνος περισσῶς ἀλγήσαντα τῇ συμφορᾷ, καὶ Βοιωτίᾳ τε καὶ πάσῃ τῇ Ἑλλάδι κατὰ ταὐτὰ ἀχθόμενον, οὕτως ἐς τὴν Σαρδὼ μετοικῆσαί φασιν αὐτόν. οἱ δὲ καὶ Δαίδαλον ἀποδρᾶναι τηνικαῦτα Ἰνύκου διὰ τὴν ἐπιστρατείαν τὴν Κρητῶν, καὶ ἀποικίας ἐς τὴν Σαρδὼ μετασχεῖν τῷ Ἀρισταίῳ νομίζουσιν. ἔχοι δ' ἂν λόγον οὐδένα, Αὐτονόῃ τῇ Κάδμου συνοικήσαντι τῷ Ἀρισταίῳ

coloniam Libyum Ichnussam deducendam suscepit: quare priore nomine obsoleto, est de Sardi nomine insula appellata. Non tamen indigenas eiecit ea Libyum manus; sed in domiciliorum societatem recepti ab indigenis sunt novi inquilini; atque id necessitate magis quam benevolentiae gratia. Urbes certe non plus Libyes tunc, quam in ipsa insula genitus populus, norant condere; dispersi in tuguriis et speluncis, ut sua cuiusque sors tulerat, ita habitabat. (3) Aliquot annis post Libyas e Graecia in insulam eam venerunt, qui Aristaei ductum et auspicia secuti fuerant. Apollinis et Cyrenes Nymphae fuisse filium Aristaeum tradunt: eum ob Actaeonis casum acri confectum dolore, ac Boeotiae iam et Graeciae toti infensum, in Sardiniam migrasse. Sunt qui putent eodem tempore Daedalum, Cretensium arma metuentem, aufugisse; ac domicilii coloniaeque in Sardiniam deducendae consortem Aristaeo fuisse. Probari vero nulla ratione possit, Aristaeo, quicum nupta erat Cadmi filia

Δαίδαλον ἢ ἀποικίας ἢ ἄλλου τινὸς μετεσχηκέναι· ὃς ἡλικίαν κατὰ Οἰδίποδα ἦν βασιλεύοντα ἐν Θήβαις. πόλιν δ᾽ οὖν οἰκίζουσιν οὐδεμίαν οὐδ᾽ οὗτοι, ὅτι ἀριθμῷ τε καὶ ἰσχύϊ ἐλάσσονες (ἐμοὶ δοκεῖν) ἢ κατὰ πόλεων ἦσαν οἰκισμόν. (4) Μετὰ δὲ Ἀρισταῖον Ἴβηρες ἐς τὴν Σαρδὼ διαβαίνουσιν ὑπὸ ἡγεμόνι τοῦ στόλου Νώρακι, καὶ ᾠκίσθη Νώρα πόλις ὑπὸ αὐτῶν· ταύτην πρώτην γενέσθαι πόλιν μνημονεύουσιν ἐν τῇ νήσῳ· παῖδα δὲ Ἐρυθείας τε τῆς Γηρυόνου καὶ Ἑρμοῦ λέγουσιν εἶναι τὸν Νώρακα. τετάρτη δὲ μοῖρα Ἰολάου Θεσπιέων τε καὶ ἐκ τῆς Ἀττικῆς στρατιὰ κατῆρεν ἐς Σαρδώ· καὶ Ὀλβίαν μὲν πόλιν οἰκίζουσιν, ἰδίᾳ δὲ Ἀγρυλὴν οἱ Ἀθηναῖοι διασώζοντες τῶν δήμων τῶν οἴκοι τινὸς τὸ ὄνομα· ἢ καὶ αὐτὸς τοῦ στόλου μετεῖχεν ὁ Γρύλλος. ἔστι δ᾽ οὖν καὶ κατ᾽ ἐμὲ ἔτι χωρία τε Ἰολάϊα ἐν τῇ Σαρδοῖ, καὶ Ἰόλαος παρὰ τῶν οἰκητόρων ἔχει τιμάς. Ἰλίου δὲ ἁλισκομένης, ἄλλοι τε ἐκφεύγουσι τῶν Τρώων, καὶ οἱ ἀπο-

Autonoe, Daedalum, qui eadem fuit aetate, qua Thebis regnavit Oedipus, potuisse vel coloniae, vel alius cuiusquam rei participem esse. Verum neque haec manus oppidum nullum munivit, quod erat numero et viribus minor, quam quantum sat esset ad novam civitatem constituendam. (4) Post Aristaeum Iberi in Sardiniam *ex Hispania* transmiserunt duce Norace, a quo novam urbem Noram vocarunt. Et hanc primam omnium, quae in ea insula fuerint, urbem norunt. Filium Noracem fuisse dicunt Mercurii, et Erythea Geryonis filia. Quarta inquilinorum cohors, Iolao duce in Sardiniam contendit, e Thespiensibus et Attica terra. Hi Olbiam urbem condunt, seorsim vero Athenienses Ogryllen, vel translatitio ab aliqua de Atticis curiis nomine; vel quod unus de classis ducibus Gryllus fuerit. Hac ipsa etiam aetate in Sardinia vici manent, qui Iolai nuncupantur, et ab incolis honores Iolao habentur. Post Ilium eversum, ex Troianis et alii profugerunt, et ii, qui cum Aenea in-

σωθέντες μετὰ Αἰνείου· τούτων μοῖρα ἀπενεχθεῖσα
ὑπὸ ἀνέμων ἐς Σαρδὼ, ἀνεμίχθησαν τοῖς προενοικοῦσιν
Ἕλλησι· καταστῆναι δὲ ἐς μάχην τῷ Ἑλληνικῷ καὶ
τοῖς Τρωσὶν ἐκώλυσε τοὺς βαρβάρους· παρασκευῇ τε
838 γὰρ ἴσοι τῇ ἁπάσῃ τὰ ἐς πόλεμον ἦσαν, καὶ ὁ Θόρσος
ποταμὸς διὰ μέσου σφίσι ῥέων τῆς χώρας ἐπίσης καὶ
ἀμφοτέροις διαβαίνειν παρεῖχε δέος. ὕστερον μέντοι πολλοῖς ἔτεσιν οἱ Λίβυες ἐπεραιώθησάν τε αὖθις ἐς τὴν νῆσον στόλῳ μείζονι, καὶ ἦρξαν ἐς τὸ Ἑλληνικὸν πολέμου. τὸ μὲν δὴ Ἑλληνικὸν ἐς ἅπαν ἐπέλαβε φθαρῆναι, ἢ ὀλίγον ἐγένετο ἐξ αὐτοῦ τὸ ὑπολειφθέν. οἵ τε Τρῶες ἐς τῆς νήσου τὰ ὑψηλὰ ἀναφεύγουσι· καταλαβόντες δὲ ὄρη δύσβατα ὑπὸ σκολόπων τε καὶ κρημνῶν, Ἰλιεῖς μὲν ὄνομα καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι ἔχουσι· Λίβυσι μέντοι τὰς μορφὰς καὶ τῶν ὅπλων τὴν σκευὴν καὶ ἐς τὴν πᾶσαν δίαιταν ἐοίκασιν. (5) Ἔστι δὲ νῆσος οὐ πολὺ ἀπέχουσα τῆς Σαρδοῦς, Κύρνος ὑπὸ Ἑλλήνων, ὑπὸ δὲ Λιβύων τῶν ἐνοικούντων καλουμένη Κορσική. ἐκ ταύτης μοῖρα

columes evaserunt. Horum pars una acti tempestatibus in Sardiniam, Graecis, qui ante illic consederant, permisti sunt. Quo minus vero cum Graecis et Troianis Barbari bello confligerent, id primum vetuit, quod belli apparatu neutra pars alteri cedebat: deinde Thorsus fluvius, qui mediam praeterfluit insulam, utramque aciem transmittere metuentem coercebat. Multis post annis Libyes maiore classe in Sardiniam appulsi, Graecosque bello adorti, omnes ad internecionem exciderunt, vel certe quam paucissimos reliquos fecere. Nam Troiani quum in montanam insulae regionem confugissent, montesque praeacutis vallis et pendulis rupibus impervios occupassent, Iliensium ibi nomen adhuc retinent; facie illi quidem, armatura, totaque victus ratione Afris persimiles. (5) Abest non longe a Sardinia insula, Corsica ab inquilinis e Libya, a Graecis Cyrnos nominata. Ex hoc non parva utique manus seditione pulsi in Sardiniam

οὐκ ἐλαχίστῃ στάσει πιεσθεῖσα ἀφίκετο ἐς τὴν Σαρδὼ, καὶ ᾤκησαν τῆς χώρας ἀποτεμόμενοι τῆς ἐν τοῖς ὄρεσιν· ὑπὸ μέντοι τῶν ἐν τῇ Σαρδοῖ τῷ ὀνόματι ὀνομάζονται τῷ οἴκοθεν Κορσοί. Καρχηδόνιοι δὲ, ὅτε ναυτικῷ μάλιστα ἴσχυσαν, κατεστρέψαντο μὲν καὶ ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ Σαρδοῖ, πλὴν τῶν Ἰλιέων τε καὶ Κορσῶν, (τούτοις δὲ μὴ ἐς δουλείαν ὑπαχθῆναι τὸ ἐχυρὸν ἤρκεσε τῶν ὀρῶν) ᾤκισαν δὲ ἐν τῇ νήσῳ καὶ αὐτοὶ πόλιν οἱ Καρχηδόνιοι, Κάρναλίν τε καὶ Σύλλους, τοῦ δὲ ἐπικουρικοῦ τῶν Καρχηδονίων Λίβυες ἢ Ἴβηρες ἐς ἀμφισβήτησιν λαφύρων ἀφικόμενοι, καὶ, ὡς εἶχον ὀργῆς, ἀποστάντες ἐσῳκίσαντο ἐς τὰ ὑψηλὰ καὶ οὗτοι τῆς νήσου· Βαλαροὶ τὸ ὄνομά ἐστιν αὐτοῖς κατὰ γλῶσσαν τὴν Κυρνίων· Βαλαροὺς γὰρ τοὺς φυγάδας καλοῦσιν οἱ Κύρνιοι. γένη μὲν τοσαῦτα τὴν Σαρδὼ καὶ ἐσῳκισμένα οὕτω νέμεται. (6) Τῆς δὲ νήσου τὰ πρὸς τῆς ἄρκτου καὶ ἠπείρου τῆς κατὰ Ἰταλίαν, ἔστιν ὄρη δύσβατα τὰ πέρατα συνάπτοντα ἀλλήλοις· καὶ ἦν παραπλέῃς, ναυσί τε ὅρμους παρέχεται

transiere, montibusque occupatis oppida sibi muniere: a Sardis certe patrio ipsorum nomine Corsi appellantur. Carthaginenses quum essent maritimis rebus praepollentes, omnes e Sardinia, praeter Ilienses et Corsos, eiecerunt: nam illos quominus potuerint in potestatem redigere, praerupti et muniti montes obstiterunt. Munierunt in ea insula Poeni *urbes duas*, Carnalin, et Syllos. Quum vero Carthaginiensium socii, sive Libyes sive Iberi, orta de spoliis controversia, ira in Poenos exarsissent, facta secessione et ipsi domicilia in excelsis insulae iugis sibi posuere: eos patria lingua sua Balaros Corsi appellarunt, quod eodem nomine exules vocant. Atque hae quidem gentes, et in eas quas diximus divisi urbes, Sardiniam incolunt. (6) Eius ora, quae est ad Aquilonem et Italiae littora conversa, in montes consurgit invios, quorum extremitates aliae alias contingunt: adnavigantes vero opportunis accipit stationibus.

κατὰ τοῦτο ἡ νῆσος, πνεύματά τε ἄτακτα καὶ ἰσχυρὰ
ἄκραι τῶν ὀρῶν καταπέμπουσιν ἐς τὴν θάλασσαν. ἔστι
839 δὲ καὶ ἄλλα διὰ μέσης αὐτῆς ὄρη χθαμαλώτερα. ὁ δὲ
ἀὴρ ὁ ἐνταῦθα θολερός τε ὡς ἐπίπαν ἐστὶ καὶ νοσώδης·
αἴτιοι δὲ οἵ τε ἅλες οἱ πηγνύμενοι, καὶ ὁ νότος βαρὺς
καὶ βίαιος ἐγκείμενος· οἱ ἄνεμοί τε οἱ ἀπὸ τῆς ἄρκτου
διὰ τὸ ὑψηλὸν τῶν ὀρῶν τῶν πρὸς τῆς Ἰταλίας κωλύονται, πνέοντες θέρους ὥρᾳ, τόν τε ἀέρα τὸν ταύτῃ καὶ τὴν γῆν ἀναψύχειν. οἳ δὲ τὴν Κύρνον σταδίους φασὶν οὐ πλέονας ἀπὸ τῆς Σαρδοῦς ἢ ὀκτὼ τῇ θαλάσσῃ διείργεσθαι, ὀρεινήν τε οὖσαν καὶ ἐς ὕψος διὰ πάσης ἀνήκουσαν, τὸν Ζέφυρον οὖν καὶ Βορέαν ὑπὸ τῆς Κύρνου κωλύεσθαι νομίζουσι, μὴ καὶ ἄχρι τῆς Σαρδοῦς ἐξικνεῖσθαι. ὄφεις δὲ οὔτε οἱ ἐπὶ συμφορᾷ τῇ ἀνθρώπων, οὔτε ὅσον ἀνώλεθρον αὐτῶν, οὐδὲ οἱ λύκοι τρέφεσθαι πεφύκασιν. οἱ δὲ κριοὶ μέγεθος μὲν τοὺς ἑτέρωθι οὐχ ὑπερβάλλουσιν, εἶδος δέ ἐστιν αὐτοῖς, ὁποῖον ἐν πλαστικῇ τις ἂν τῇ Αἰγιναίᾳ ποιήσειεν ἀγρίου κριοῦ· τὰ μέντοι ἀμφὶ τὸ στῆθος δασύτερά ἐστιν αὐτοῖς, ἢ ὡς

E proximis montium iugis praevalidi et incerti ventorum flatus in mare irruunt. Sunt et alii interius montes multo ascensu faciliores: sed inter eos plerumque turbidus et pestilens intercluditur aër. In causa est sal qui ibi cogitur, et praegravis ac violenter incumbens Auster. Obstant praeterea praealti montes, quo minus a Septentrionibus flantes venti, coeli et terrae vaporem aestate anni tempestivo frigore leniant. Existimant alii Corsicam insulam, quae a Sardinia non amplius quam octo stadia lato mari dividitur, excelsis se undique montibus attollentem, Favonio et Aquiloni obtendi, quo minus eorum in Sardiniam flatus pervadant. Serpentes certe neque hominum generi infensi, neque veneni expertes, aut lupi uspiam in ea insula gignuntur. Arietes quidem magnitudine nihilo aliis praestant, tali propemodum specie, qua in Aeginaeis officinis sylvestrem fingunt arietem: pe-

πρὸς Αἰγιναίαν τέχνην εἰκάσαι· κέρατα δὲ οὐ διεστηκότα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ἀλλὰ ἐς εὐθὺ παρὰ τὰ ὦτα ἔχουσιν ἐληλιγμένα· ὠκύτητι δὲ ἅπαντα τὰ θηρία ὑπερῆρκασι. (7) Πλὴν δὲ βοτάνης μιᾶς καθαρεύει καὶ ἀπὸ φαρμάκων ἡ νῆσος, ἃ ἐργάζεται θάνατον· ἡ πόα δὲ ἡ ὀλέθριος σελίνῳ μέν ἐστιν ἐμφερὴς, τοῖς φαγοῦσι δὲ γελῶσιν ἐπιγίνεσθαι τὴν τελευτὴν λέγουσιν. ἐπὶ τούτῳ δὲ Ὅμηρός τε καὶ οἱ ἔπειτα ἄνθρωποι τὸν ἐπὶ οὐδενὶ ὑγιεῖ Σαρδόνιον γέλωτα ὀνομάζουσι. φύεται δε μάλιστα ἡ πόα περὶ τὰς πηγάς· οὐ μέντοι μεταδίδωσί γε καὶ τῷ ὕδατι τοῦ ἰοῦ. τὸν μὲν δή γε τῆς Σαρδοῦς λόγον ἐπεισηγαγόμεθα ἐς τὴν Φωκίδα συγγραφὴν, ὅτι οὐχ ἥκιστα καὶ ἐς ταύτην οἱ Ἕλληνες τὴν νῆσον ἀνηκόως εἶχον.

ctore tantum hispidiore sunt quam ut cum Aeginaeis operibus comparari queant: cornua in capite gerunt non recto statu divaricata, sed protinus secundum aures in gyrum retorta: velocitate feras omnes anteeunt. (7) Eadem insula est venenorum omnium et lethalium stirpem expers. Una est herba perniciosa, apio persimilis: qui eam comederint, ridentes emoriuntur. Ex eo Homerus *primum* alii deinde post eum, Sardonium eum dixerunt risum, qui in re minime commoda et mente parum sana ederetur. Gignitur circa fontes maxime, nec tamen cum ipsis aquis veneni naturam communicat. Ac de Sardinia quidem sermonem huic de Phocensium rebus commentario inseruimus, quod perexigua adhuc ad Graecos eius insulae notitia pervenerit.

CAPUT XVIII.

Calliae Atheniensis et Achaeorum donarium — urbis Phanae obsidio et expugnatio. — Rhodiorum et Ambraciotarum — Orneatarum — Tisagorae donarium e ferro elaboratum — Elatensium et Massaliotarum donaria — Aetoliae signum, Aetolorum et Gorgiae Leontini donarium.

840 Τὸν δὲ ἵππον, ὃς ἐφεξῆς τῇ εἰκόνι ἐστὶ τοῦ Σάρδου, Ἀθηναῖος Καλλίας Λυσιμαχίδου πατρὸς ἀναθεῖναί φησιν ἰδίᾳ, περιποιησάμενος ἀπὸ τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου χρήματα. (2) Ἀχαιοὶ δὲ ἀνέθεσαν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα πόλιν τῶν ἐν Αἰτωλίᾳ παραστησάμενοι πολιορκίᾳ· τῇ πόλει δὲ, ἣν εἷλον, Φανὰ τοὔνομα ἦν. γενέσθαι δὲ χρόνον φασὶν οὐκ ὀλίγον τῇ πολιορκίᾳ· καὶ ὡς ἀδυνάτως εἶχον ἑλεῖν τὴν πόλιν, θεωροὺς ἀποστέλλουσιν ἐς Δελφοὺς, καὶ αὐτοῖς ἀφίκετο μάντευμα·

Γῆς Πέλοπος ναέται καὶ Ἀχαιΐδος, ὁππότε Πυθὼ
Ἤλθετε πευσόμενοι, ὥς κε πτολίεθρον ἕλητε,
Ἀλλ' ἄγε δὴ φράζεσθε, λάχος πόσον, ἦμαρ ἕκαστον,
Λαῶν πινόντων, ῥύεται πόλιν, ἣ δὲ πέπωκεν.
Οὕτω γάρ κεν ἕλοιτε Φανὰν πυργήρεα κώμην.

Cap. XVIII. Equus deinde Sardi statuae proximus est; quem Callias Atheniensis Lysimachidae filius, se dedicasse testatur de pecunia privata, quam de Persico bello fuerat adeptus. (2) Achaei Minervae signum posuerunt, Aetoliae urbe per obsidionem expugnata, cui nomen Phana. Quum[1] autem obsidionis tempus duceretur, neque ulla urbis capiendae ratio iniri posset, qui missi fuerant Apollinem sciscitatum, *huiusmodi* responsum acceperunt:

Qui Pelopis terras, quique arva tenetis Achivum,
Pytho venistis scitatum, qua ratione
Urbs obsessa iugum accipiat. Curae vobis sit
Observare, bibant quantum, qui moenia servant.
Sicque Phana imperium vestrum turrita subibit.

οὐ συνιέντες οὖν, ὁποῖόν τι ἤθελεν ὁ χρησμὸς λέγειν, οἱ μὲν οἴκαδε ἀποπλεῖν ἐβουλεύοντο διαλύσαντες τὴν πολιορκίαν, οἱ δὲ ἐντὸς τοῦ τείχους [οἱ δὲ ἄλλῃ] ἐν οὐδενὶ λόγῳ σφᾶς ἐποιοῦντο· καὶ γυνὴ πρόεισιν ἐκ τοῦ τείχους ὕδωρ ἐκ τῆς ὑπὸ τῷ τείχει λαβεῖν πίδακος. ἐπιδραμόντες δὲ ἐκ τοῦ στρατεύματος αἰχμάλωτόν τε τὴν γυναῖκα αἱροῦσι, καὶ διδάσκονται παρ' αὐτῆς οἱ Ἀχαιοὶ, ὅτι τὸ ὀλίγον τὸ ἐκ τῆς πίδακος ὕδωρ, ὁπότε ἐφ' ἑκάστης λάβοιεν τῆς νυκτὸς, διεμετροῦντο αὐτὸ, καὶ ἄλλο ἦν τοῖς ἔνδον ἄλεξημα οὐδὲν ἐς δίψαν. οὕτω δὴ συγχέαντες οἱ Ἀχαιοὶ τὴν πηγὴν τὸ πόλισμα αἱροῦσι. (3) Ῥόδιοι δὲ οἱ ἐν Λίνδῳ παρὰ ταύτην τὴν Ἀθηνᾶν τὸ ἄγαλμα ἔστησαν τοῦ Ἀπόλλωνος. ἀνέθεσαν δὲ καὶ Ἀμβρακιῶται χαλκοῦν ὄνον, νυκτομαχίᾳ Μολοσσοὺς νικήσαντες. λόχον μέν σφισιν ἐν νυκτὶ οἱ Μολοσσοὶ παρεσκεύασαν· ὄνον δὲ, ὃς ἐλαυνόμενος ἐκ τοῦ ἀγροῦ 841
τότε ἔτυχεν, ὄνου θήλειαν διώκοντος σὺν ὕβρει τε τῇ ἄλλῃ καὶ τραχύτητι τοῦ φθέγματος, ὡσαύτως δὲ καὶ

Hoc oraculum quidnam sibi vellet quum non intelligerent, soluta obsidione domum retro navigare decreverant. Hostem plane contemnebant, qui obsidebantur: quare mulier quaedam ad proximum fontem aquatum e portis egressa fuerat. Eam militum globus excursione facta captivam in castra pertrahunt. Docentur ab eo Achaei oppidanos noctu ex eo fonte aquam haustam suis dividere; neque eos ad sitim levandam, aliud quicquam praesidii habere. Conturbato itaque fonte oppidum Achaei capiunt. (3) Rhodii Lindi incolae prope hanc Minervam Apollinis signum statuerunt. Dedicarunt etiam Ambraciotae aeneum asinum, victis nocturna pugna Molossis. Nam quum in illos noctu insidias disposuissent Molossi, asinus, qui forte ex agro in oppidum agebatur, asellam insectans cum multa lascivia, vehementem ruditum sustulit. Ipse etiam agaso per tenebras, obscura et incondita voce inclamabat. Iniecit ea res tantam Mo-

τοῦ ἀνδρὸς, ὃς τὸν ὄνον ἤλαυνε, βοῶντος ἀσαφῆ τε καὶ ἄκοσμα,' οὕτως οἵ τε ἐκ τῆς ἐνέδρας τῶν Μολοσσῶν ἐξανίστανται ταραχθέντες, καὶ οἱ Ἀμβρακιῶται φωράσαντες τὰ ἐπί σφισι βεβουλευμένα ἐπιχειροῦσιν ἐν τῇ νυκτὶ, καὶ ἐκράτησαν μάχῃ τῶν Μολοσσῶν. (4) Ὀρνεᾶται δὲ οἱ ἐν τῇ Ἀργολίδι, πολέμῳ σφᾶς Σικυωνίων πιεζόντων, τῷ Ἀπόλλωνι εὔξαντο, εἰ ἀπώσαιτο ἐκ τῆς πατρίδος τῶν Σικυωνίων τὸν στρατὸν, πομπήν τε ἐν Δελφοῖς αὐτῷ στελεῖν ἀσημέραι, καὶ ἱερεῖα θύσειν οἷα δὴ καὶ ὅσα ἀριθμόν. νικῶσί τε δὴ μάχῃ τοὺς Σικυωνίους, καὶ ὥς σφισιν ἐφ' ἡμέρας πάσης ἀποδιδοῦσι τὰ κατὰ τὴν εὐχὴν δαπάνη τε ἦν μεγάλη, καὶ μείζων ἔτι τοῦ ἀναλώματος ἡ ταλαιπωρία, οὕτω δὴ σόφισμα εὑρίσκουσιν ἀναθεῖναι τῷ θεῷ θυσίαν τε καὶ πομπὴν, χαλκᾶ ποιήματα. (5) Ἔστιν ἐνταῦθα καὶ ἄθλων τῶν Ἡρακλέους τὸ ἐς τὴν ὕδραν, ἀνάθημά τε ὁμοῦ Τισαγόρου καὶ τέχνη, σιδήρου καὶ ἡ ὕδρα καὶ ὁ Ἡρακλῆς. σιδήρου δὲ ἐργασίαν τὴν ἐπὶ ἀγάλμασι χαλεπωτάτην καὶ πό-

lossis trepidationem, ut statim insidiarum locum deseruerint. Eos Ambraciotae detecta fraude noctu invadentes praelio superant. (4) Orneatae, qui sunt in Argolica terra, quum Sicyoniorum bello premerentur, votum Apollini nuncuparunt, si hostibus repulsis patriam periculo liberare potuissent, quotidianam se illi pompam Delphis exsequuturos et hostias generis numerique haud scio cuius et quanti immolaturos. Verum quum Sicyoniis praelio victis voti rei facti essent, pompam quotidie ex voto mittentibus, non tam impensa gravis, quam laboris et molestiae continuatio visa est. Venit igitur in mentem satis deo factum iri, si et sacrificii et pompae simulacra Apollini dedicassent. Aenea sunt itaque votum testantia illic opera. (5) Exin Herculis contra hydram aerumna, Tisagorae donum pariter et opificium. E ferro tam Hercules est quam hydra. Facere sane e ferro signa res longe difficillima, et laboris plurimi. Sed

νου συμβέβηκεν εἶναι πλείστου· θαύματος μὲν δὴ καὶ
τοῦ Τισαγόρου τὸ ἔργον, ὅστις δὴ ὁ Τισαγόρας. θαύ-
ματος δὲ οὐκ ἐλαχίστου καὶ ἐν Περγάμῳ λεοντός τε καὶ
ὑὸς ἀγρίου κεφαλαὶ, σιδήρου καὶ αὗται· Διονύσῳ τε
ἀναθήματα σφᾶς ἐποιήσαντο. (6) Φωκέων δὲ οἱ ἔχον-
τες Ἐλάτειαν (ἀντέσχον γὰρ τῇ Κασσάνδρου πολιορκίᾳ,
Ὀλυμπιοδώρου σφίσιν ἐξ Ἀθηνῶν ἀμύνοντος) λέοντα
τῷ Ἀπόλλωνι χαλκοῦν ἀποπέμπουσιν ἐς Δελφούς. ὁ δὲ
Ἀπόλλων ὁ ἐγγυτάτω τοῦ λέοντος Μασσαλιωτῶν ἐστιν
ἀπὸ τῆς πρὸς Καρχηδονίους ἀπαρχὴ ναυμαχίας. (7) Πε-
ποίηται δὲ ὑπὸ Αἰτωλῶν τρόπαιόν τε καὶ γυναικὸς ἄγαλ-
μα ὡπλισμένης, ἡ Αἰτωλία δῆθεν· ταῦτα ἀνέθεσαν 842
ἐπιθέντες οἱ Αἰτωλοὶ Γαλάταις δίκην ὠμότητος ἐς Καλ-
λιέας. ἐπίχρυσος δὲ εἰκὼν, ἀνάθημα Γοργίου τοῦ ἐκ
Λεοντίνων, αὐτὸς Γοργίας ἐστὶν [εἰκών].

ipsum Tisagorae artificium, quicunque ille fuerit Tisagoras, iure dignum admiratione videatur. Spectantur siquidem etiam cum admiratione Pergami, leonis et apri capita, et ipsa ferrea, Libero Patri consecrata. (6) Ex Phocensibus, qui Elatean incolunt, obsidione, qua a Cassandro urgebantur, liberati, Athenis misso ad opem ferendam Olympiodoro, Delphico Apollini leonem aeneum miserunt. Qui vero leoni proximus est Apollo, Massiliensium decima est, de Carthaginiensibus navali praelio superatis. (7) Dedicarunt Aetoli trophaeum, et armatae mulieris (Aetolia scilicet ea est) simulacrum: atque haec de pecunia Gallis imperata ob crudelitatem, qua sunt Callienses persecuti. Inaurata statua, Gorgiae Leontini donum est: ipsa nempe Gorgiae effigies.

CAPUT XIX.

Scyllis urinandi arte insignis signum, Amphictyonum donarium, et Cyanes signum a Nerone ablatum — narratio Lesbia de Baccho Cephallene — signa in pinnacutis fastigatis templi Delphici — Gallorum expeditiones — Gallorum Brenno duce in Graeciam irruptio uberius exponitur — numerus exercitus Gallorum et equitatus singularis ratio, cum Persarum Immortalibus comparata.

Παρὰ δὲ τὸν Γοργίαν ἀνάθημά ἐστιν Ἀμφικτυόνων, Σκιωναῖος Σκύλλις, ὃς καταδῦναι καὶ ἐς τὰ βαθύτατα θαλάσσης πάσης ἔχει φήμην· ἐδιδάξατο δὲ Κύναν τὴν θυγατέρα δύεσθαι. οὗτοι περὶ τὸ ὄρος τὸ Πήλιον ἐπιπεσόντος ναυτικῷ τῷ Ξέρξου βιαίου χειμῶνος προσεξειργάσαντό σφισιν ἀπώλειαν, τάς τε ἀγκύρας καὶ εἰ δή τι ἄλλο ἔρυμα ταῖς τριήρεσιν ἦν, ὑφέλκοντες. ἀντὶ τούτου μὲν οἱ Ἀμφικτύονες καὶ αὐτὸν Σκύλλιν καὶ τὴν παῖδα ἀνέθεσαν. ἐν δὲ τοῖς ἀνδριάσιν, ὁπόσους Νέρων ἔλαβεν ἐκ Δελφῶν, ἐν τούτοις τὸν ἀριθμὸν καὶ τῆς Κυάνης ἀπεπλήρωσεν ἡ εἰκών. καταδύονται δὲ ἐς θάλασσαν γένους τοῦ θήλεως αἱ καθαρῶς ἔτι παρθένοι. (2) Τὸ ἀπὸ τούτου δὲ ἔρχομαι διηγησόμενος λόγον Λέ-

Cap. XIX. Ei adhaeret Amphictyonum donum Scionaeus Scyllis, homo urinandi peritia clarus. Is eandem artem, natandi scilicet subter altissimas cujusvis maris aquas, Cyanam filiam edocuerat. Ambo itaque quum circa Pelion vehemens tempestas Xerxis classem oppressisset, ancoris et aliis (si qua forte fuerant infra aquas) navium retinaculis abscissis, perniciem triremibus apportarunt. Eius *in Graecos universos* meriti memoriam, patri et filiae statuis positis, extare Amphictyones voluerunt. Sed ad cetera ornamenta, quae Delphis erepta in urbem Nero asportavit, Cyanae quoque statua accessit. Dicuntur infra mare se demergere foeminae quae sunt adhuc pura virginitate. (2) Locus admonet, ut

σβιον. ἁλιεῦσιν ἐν Μηθύμνῃ τὰ δίκτυα ἀνείλκυσεν ἐκ θαλάσσης πρόσωπον, ἐλαίας ξύλου πεποιημένον· τοῦτο ἰδέαν παρείχετο φέρουσαν μέντοι ἐς τὸ θεῖον, ξένην δὲ καὶ ἐπὶ θεοῖς Ἑλληνικοῖς οὐ καθεστῶσαν. εἴροντο οὖν οἱ Μεθυμναῖοι τὴν Πυθίαν, ὅτου θεῶν ἢ καὶ ἡρώων ἐστὶν ἡ εἰκών· ἡ δὲ αὐτοὺς σέβεσθαι Διόνυσον Κεφαλλῆνα ἐκέλευσεν. ἐπὶ τούτῳ οἱ Μεθυμναῖοι ξόανον μὲν τὸ ἐκ τῆς θαλάσσης παρὰ σφίσιν ἔχοντες, καὶ θυσίαις καὶ εὐχαῖς τιμῶσι, χαλκοῦν δὲ ἀποπέμπουσιν ἐς Δελφούς.

(3) Τὰ δὲ ἐν τοῖς ἀετοῖς, ἔστιν Ἄρτεμις, καὶ Λη-
τώ, καὶ Ἀπόλλων, καὶ Μοῦσαι, δύσις τε Ἡλίου, καὶ
Διόνυσός τε καὶ αἱ γυναῖκες αἱ Θυιάδες· τὰ μὲν δὴ
πρῶτα αὐτῶν Ἀθηναῖος Πραξίας μαθητὴς Καλάμιδός
ἐστιν ἐργασάμενος· χρόνου δέ, ὡς ὁ ναὸς ἐποιεῖτο, ἐγ-
γιγνομένου, Πραξίαν μὲν ἔμελλεν ἀπάξειν τὸ χρεών, τὰ 843
δὲ ὑπολειπόμενα τοῦ ἐν τοῖς ἀετοῖς κόσμου ἐποίησεν
Ἀνδροσθένης, γένος μὲν καὶ οὗτος Ἀθηναῖος, μαθη-
τὴς δὲ Εὐκάδμου. ὅπλα δὲ ἐπὶ τῶν ἐπιστυλίων χρυσᾶ;

Lesbi vulgatam narratiunculam exponam. Methymnaei aliquando piscatores retibus e mari extraxerunt ex oleae ligno fabricatum caput, divina illud quidem facie, sed peregrina, atque omnino diversa quam Graecorum dii esse consueverint. Consulentibus Methymnaeis, cuius ea vel deorum vel heroum imago esset, responsum est, Bacchum Cephallenem venerarentur. Eductam igitur e mari ligneam effigiem Methymnaei sibi retinuerunt, sacrisque faciundis et votis nuncupandis coluerunt: *pro ea* vero Delphos aeneam misere. (3) In ipsis *fastigium sustinentibus* aquilis sunt, Diana, Latona, Apollo, Musae, Sol occidens, Liber Pater, foeminae quae Thyiades dicuntur. Horum *omnium signorum* ora elaboravit Atheniensis Praxias Calamidis discipulus. Nam quum templo nondum expolito mors Praxian oppressisset, reliqua aquilarum ornamenta absolvit Androsthenes, et ipse patria Atheniensis, Eucadmi discipulus. Affixa sunt columna-

Ἀθηναῖοι μὲν τὰς ἀσπίδας ἀπὸ τοῦ ἔργου τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἀνέθεσαν, Αἰτωλοὶ δὲ τά τε ὄπισθε καὶ τὰ ἐν ἀριστερᾷ Γαλατῶν δὴ ὅπλα· σχῆμα δὲ αὐτῶν ἐστιν ἐγγυτάτω τῶν Περσικῶν γέῤῥων.

(4) Γαλατῶν δὲ τῆς ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπιστρατείας ἔχει μέν τινα μνήμην καὶ ἡ ἐς τὸ βουλευτήριον ἡμῖν τὸ Ἀττικὸν συγγραφή· προάγειν δὲ ἐς τὸ σαφέστερον τὰ ἐς αὐτοὺς ἠθέλησα ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Δελφοὺς, ὅτι ἔργων τῶν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους τὰ μάλιστα Ἕλλησιν ἐνταῦθα ἦν. ὑπερόριον μὲν οἱ Κελτοὶ στρατείαν πρώτην ὑπὸ ἡγεμόνι ἐποιήσαντο Καμβαύλῃ· προελθόντες δὲ ἄχρι τῆς Θρᾴκης, τὸ πρόσω τῆς πορείας οὐκ ἀπεθάρσησαν, καταγνόντες αὐτῶν, ὅτι ὀλίγοι τε ἦσαν, καὶ οὐκ ἀξιόμαχοι κατ' ἀριθμὸν Ἕλλησιν. ἐπεὶ δὲ καὶ δεύτερον ἐπιφέρειν ἐδόκει ὅπλα ἐπὶ τὴν ἄλλων, ἐνῆγον δὲ μάλιστα οἱ ὁμοῦ Καμβαύλῃ ἐκστρατεύσαντες, ἅτε λῃστειῶν τε ἤδη γεγευμένοι καὶ ἁρπαγῆς καὶ κερδῶν ἐς ἔρωτα

rum capitulis aurea arma. Ex iis dedicarunt Athenienses scuta, de victoria ad Marathonem: Aetoli quae in tergo, quaeque ad laevam sunt, Gallorum spolia. Scuta iis eadem prope forma sunt, qua Persarum gerrha. (4) Gallorum in Graeciam irruptionis nonnulla mentio nobis fit eo etiam loco, quo de Atheniensium curia agimus. Latius autem et planius in hoc, qui de rebus Delphicis conscriptus est commentario, rem totam explicandam putavi, quod in hac maxime parte Graeci virtutis contra Barbaros egregia documenta dederunt. Expeditionem primam Galli extra suos fines Cambaule duce susceperunt. Hi ad Thraciam usque progressi, ulterius proficisci non sunt ausi quod plane intelligebant, minores esse quas eduxerant copias, quam ut numero Graecorum populis pares esse possent. Quum itaque exteris nationibus iterum bellum inferre decrevissent, iis incitantibus quos ante Cambaulen secutos lucri cupiditas, et gustatae

ἥκοντες, πολὺς μὲν δὴ πεζὸς, οὐκ ἐλάχιστοι δὲ ἠθροίσθησαν καὶ ἐς τὸ ἱππικόν, ἐς μοίρας οὖν τρεῖς ἔνεμον οἱ ἡγεμόνες τὸν στρατὸν, καὶ ἄλλος ἐξ αὐτῶν ἐπὶ ἄλλην ἐτέτακτο ἰέναι χώραν. ἐπὶ μὲν οὖν Θρᾷκας καὶ τὸ ἔθνος τὸ Τριβαλλῶν ἔμελλε Κερέθριος ἡγήσεσθαι· τοῖς δὲ ἐς Παιονίαν ἰοῦσι Βρέννος ἦσαν καὶ Ἀκιχώριος ἄρχοντες· Βόλγιος δὲ ἐπὶ Μακεδόνας τε καὶ Ἰλλυριοὺς ἤλασε, καὶ ἐς ἀγῶνα πρὸς Πτολεμαῖον κατέστη, τότε ἔχοντα τὴν Μακεδόνων βασιλείαν. Πτολεμαῖος δὲ ἦν οὗτος, ὃς Σέλευκον ἐδολοφόνησε τὸν Ἀντιόχου, καταπεφευγὼς ὅμως ἱκέτης ὡς αὐτὸν, καὶ εἶχεν ἐπίκλησιν Κεραυνὸς διὰ τὸ ἄγαν τολμηρόν. καὶ ὁ μὲν αὐτός τε ὁ Πτολεμαῖος ἀπέθανεν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τῶν Μακεδόνων ἐγένετο οὐκ ἐλαχίστη φθορά. προελθεῖν δὲ ὡς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα οὐδὲ τότε ἐθάρρησαν οἱ Κελτοὶ, καὶ ὁ δεύ- 844
τερος οὕτω στόλος ἐπανῆλθεν ἐς τὴν οἰκείαν. (5) Ἔνθα δὴ ὁ Βρέννος πολὺς μὲν ἐν συλλόγοις τοῖς κοινοῖς, πολὺς δὲ καθ' ἕκαστον ἦν τῶν ἐν τέλει Γαλατῶν, ἐπὶ τὴν

praedae amor ac rapiendi licentia impellebat, ingens peditum manus, neque multo equitum minor in unum convenerunt. Tripartito vero agmine duces *in Graeciam* moverunt; ac sua cuique *parti* provincia attributa. In Thracas et Triballorum gentem copiae ducendae Cerethrio traditae sunt. In Pannoniam contendentibus Brennus et Acichorius praefuerunt. In Macedonas et Illyrios agmen duxit Bolgius. Is cum Ptolemaeo Macedonum rege signa contulit. Hic nempe ille fuit Ptolemaeus, qui Seleucum Antiochi filium, ad quem ante supplex confugerat, dolo tamen occidit; cognomento Fulmen appellatus, ob immodicam audaciam. Ipse certe in eo praelio Ptolemaeus cecidit, et cum eo non minima Macedonici roboris pars deleta. Sed quum neque tunc Galli ausi essent ad Graecos armis lacessendos longius progredi, *brevi* intra fines suos rediere. (5) Non desinebat Brennus modo publice universos conventus, modo vero Gal-

Ἑλλάδα ἐπαίρων στρατεύεσθαι, ἀσθένειάν τε Ἑλλήνων τὴν ἐν τῷ παρόντι διηγούμενος, καὶ ὡς χρήματα πολλὰ μὲν ἐν τῷ κοινῷ, πλείονα δὲ ἐν ἱεροῖς, τά τε ἀναθήματα καὶ ἄργυρος καὶ χρυσός ἐστιν ἐπίσημος· ἀνέπεισέ τε δὴ τοὺς Γαλάτας ἐλαύνειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ αὑτῷ συνάρχοντας ἄλλους τε προσείλετο τῶν ἐν τέλει, καὶ τὸν Ἀκιχώριον. (6) Ὁ δὲ ἀθροισθεὶς στρατὸς, πεζοὶ μὲν μυριάδες ἐγένοντο πεντεκαίδεκα προσόντων σφίσι δισχιλίων· οἱ δὲ ἱππεύοντες τετρακόσιοι καὶ δισμύριοι. τοσοῦτοι μὲν ἦσαν τῶν ἱππέων τὸ ἀεὶ ἐνεργόν· ἀριθμὸς δὲ αὐτῶν ὁ ἀληθὴς διακόσιοί τε καὶ χίλιοι καὶ ἓξ μυριάδες· δύο γὰρ οἰκέται περὶ ἕκαστον τῶν ἱππευόντων ἦσαν ἀγαθοὶ καὶ αὐτοὶ τὰ ἱππικὰ, καὶ ἵππους ὁμοίως ἔχοντες. Γαλατῶν δὲ τοῖς ἱππεύουσιν ἀγῶνος συνεστηκότος, ὑπομένοντες τῆς τάξεως ὄπισθεν οἰκέται τοσάδε σφίσιν ἐγένοντο χρήσιμοι· τῷ γὰρ ἱππεῖ συμβὰν ἢ τῷ ἵππῳ πεσεῖν, τῷ μὲν ἵππον παρεῖχεν ἀναβῆναι τῷ ἀνδρὶ, τελευτήσαντος δὲ τοῦ ἀνδρὸς, ὁ δοῦλος

lorum principes ad *novam* in Graecos expeditionem sollicitare, quum et longe esse illos quam ante virtute inferiores diceret; et tam publicae *singularum civitatum* pecuniae magnitudinem, quam donaria templorum, ac elaborati argenti et auri vim commemoraret, perpulit eadem repetita saepius oratione, ut *novas* ad invadendam Graeciam copias mitterent, Collegas ex Gallorum primoribus tum alios, tum vero Acichorium sibi cooptavit. (6) Nomina in hanc *iam tertiam* expeditionem dederunt peditum centum et quinquaginta duo millia; equites vicies mille et quadringenti. Atque haec quidem equitum manus tota ad pugnam idonea. Nam verior numerus fuere supra sexaginta equitum millia, amplius mille et CC. Nam singulos equites famuli sequebantur duo, in equis et ipsi et equestrium artium *maxime* gnari. Ii praeliantibus dominis in extrema acie consistentes, ei erant usui, ut si forte equus esset amissus, statim suum submitte-

ἀντὶ τοῦ δεσπότου τὸν ἵππον ἀνέβαινεν· εἰ δὲ ἀμφο-
τέρους ἐπιλάβοι τὸ χρεὼν, ἐνταῦθα ἕτοιμος ἦν ἱππεύς.
λαμβανόντων δὲ τραύματα, ὁ μὲν ὑπεξῆγε τῶν δούλων
ἐς τὸ στρατόπεδον τὸν τραυματίαν, ὁ δὲ καθίστατο ἐς
τὴν τάξιν ἀντὶ τοῦ ἀπελθόντος. ταῦτα (ἐμοὶ δοκεῖν)
ἐνομίσθη τοῖς Γαλάταις ἐς μίμησιν τοῦ ἐν Πέρσαις ἀρι-
θμοῦ τῶν μυρίων, οἳ ἐκαλοῦντο Ἀθάνατοι. διαφορὰ
δὲ ἦν, ὅτι κατελέγοντο ἀντὶ τῶν ἀποθνησκόντων ὑπὸ
μὲν Περσῶν τῆς μάχης ὕστερον, Γαλάταις δὲ ὑπὸ αὐ-
τὴν τοῦ ἔργου τὴν ἀκμὴν ὁ ἀριθμὸς ἀπεπληροῦτο τῶν 845
ἱππέων. τοῦτο ὠνόμαζον τὸ σύνταγμα Τριμαρκισίαν τῇ
ἐπιχωρίῳ φωνῇ· καὶ ἵππον τὸ ὄνομα ἴστω τις Μάρκαν
ὄντα ὑπὸ τῶν Κελτῶν. παρασκευῇ μὲν τοσαύτῃ καὶ
μετὰ διανοίας τοιαύτης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ὁ Βρέννος
ἤλαυνε.

rent: si vir concidisset, servus in eius locum succederet: quod si utrumque belli impetus evertisset, iam praesto erat tertius, qui pro demortuis locum teneret. Iam vero si vulnera primarius ille accepisset, e secundariis alter ex acie illum subducebat, alter vero saucii vicem obibat. Haec (ut mea fert opinio) apud Gallos ad imitationem Persarum militia fuit instituta. Nam et illi selectos habebant milites decies mille, quos immortales vocabant. Tantum interest, quod a Persis post pugnam in occisorum locum alii sufficiebantur: a Galatis vero in ipso proelii fervore equitum numerus supplebatur. Atque hanc quidem equestris pugnae institutionem voce patria Trimarcisiam nominant: equum enim Marcam appellant. Hoc apparatu, et ea *quam ante diximus* fretus confidentia Brennus, in Graeciam exercitum duxit.

CAPUT XX.

Graeci ad Gallos propulsandos consilia capiunt et coëunt — de Graecorum exercitu contra Persas ad Thermopylas congregato — exercitu Graecorum contra Gallos collecto — Gallorum pars Sperchium fluvium nando superat.

Τοῖς δέ γε Ἕλλησι κατεπεπτώκει μὲν ἐς ἅπαν τὰ φρονήματα, τὸ δὲ ἰσχυρὸν τοῦ δείματος προῆγεν ἐς ἀνάγκην τῇ Ἑλλάδι ἀμύνειν. ἑώρων δὲ τὸν ἐν τῷ παρόντι ἀγῶνα οὐχ ὑπὲρ ἐλευθερίας γενησόμενον, καθὰ ἐπὶ τοῦ Μήδου ποτὲ, οὐδὲ δοῦσιν ὕδωρ καὶ γῆν τὰ ἀπὸ τούτου σφίσιν ἄδειαν φέροντα· ἀλλὰ τά τε ἐς Μακεδόνας καὶ Θρᾷκας καὶ Παίονας τὰ ἐπὶ τῆς προτέρας καταδρομῆς τῶν Γαλατῶν ἔτι σφίσιν ἔκειτο ἐν μνήμῃ, καὶ τὰ ἐν τῷ παρόντι τὰ ἐς Θεσσαλοὺς παρανομήματα ἀπηγγέλλετο. ὡς οὖν ἀπολωλέναι δέον ἢ ἐπικρατεστέρους εἶναι, κατ' ἄνδρα τε ἰδίᾳ καὶ αἱ πόλεις διέκειντο ἐν κοινῷ. (2) Πάρεστι δὲ, ὅστις ἐθέλοι, καὶ ἀνταριθμῆσαι τούς τε ἐπὶ βασιλέα Ξέρξην ἐς Πύλας, καὶ τοὺς τότε ἐναντία Γα-

Cap. XX. Graeci etsi prorsus animis conciderant; imminentis tamen periculi terror facile in eam sententiam universos adduxit, ut laboranti patriae opem ferre sibi necessarium esse ducerent. Perspicue videbant non iam de libertate (ut olim cum Persis) decertandum: neque enim si aquam et terram hostibus dedidissent, reliquae incolumitati et securitati propterea consuli posse sperabant. Recens erat earum memoria calamitatum, quibus priore excursione Barbari Macedonas, Thracas, et Paeonas afflixerant. Quam iniuriose Thessalos paulo ante tractassent, ex certis nunciis cognoverant. (2) Fuit igitur tam privatim singulis hominibus, quam publice civitatibus *una et* communis *omnibus* sententia, aut funditus pereundum, aut bello hostem superandum. Potest *non difficillime*, qui velit, enumerando peraequi, quum eas Graecorum civitates, quae ad Thermopylas Xerxi

λατῶν ἀθροισθέντας. ἐπὶ μέν γε τὸν Μῆδον ἀφίκοντο
τοσοίδε Ἑλλήνων· Λακεδαιμόνιοι οἱ μετὰ Λεωνίδου
τριακοσίων οὐ πλέονες· Τεγεᾶται πεντακόσιοι, καὶ ἐκ
Μαντινείας ἴσοι· παρὰ Ὀρχομενίων Ἀρκάδων εἴκοσί τε
καὶ ἑκατὸν, ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων χίλιοι τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ
πόλεων· ὀγδοήκοντα δὲ ἐκ Μυκηνῶν, καὶ ἐκ Φλιοῦν-
τος διακόσιοι· διπλάσιοι δὲ τούτων Κορίνθιοι· πα-
ρεγένοντο δὲ καὶ Βοιωτῶν ἑπτακόσιοι ἐκ Θεσπείας καὶ
Θηβῶν τετρακόσιοι· χίλιοι δὲ Φωκέων ἐφύλασσον μὲν
τὴν ἀτραπὸν ἐν τῇ Οἴτῃ· προσέστω δὲ τῷ παντὶ Ἑλ- 846
ληνικῷ καὶ ὁ ἀριθμὸς ὁ τούτων. Λοκροὺς δὲ τοὺς ὑπὸ
τῷ ὄρει τῇ Κνημῖδι Ἡρόδοτος μὲν οὐχ ὑπήγαγεν ἐς
ἀριθμὸν, ἀλλ' ἀφῖχθαι σφᾶς ἀπὸ πασῶν ἔφη τῶν πό-
λεων. τεκμήρασθαι δὲ ἀριθμὸν καὶ τούτων ἔστιν ἐγ-
γύτατα τοῦ ἀληθοῦς· ἐς Μαραθῶνα γὰρ Ἀθηναῖοι σὺν
ἡλικίᾳ τε τῇ ἀχρείῳ καὶ δούλοις ἐννεακισχιλίων ἀφίκοντο
οὐ πλείους· τὸ οὖν μάχιμον Λοκρῶν τὸ ἐς Θερμοπύ-

restituerunt, tum vero quae contra Gallos arma cepere. Adversus Persas quidem hi Graecorum populi, cumque hoc militum numero prodiere. Lacedaemonii Leonidem secuti, haud plures quam CCC fuere: Tegeatae D, totidem e Mantinea. Ab Orchomeniis ex Arcadia missi CXX: ex aliis Arcadiae civitatibus mille: e Mycenis LXXX: e Phliunte CC. Hunc numerum duplicarunt Corinthii. Iam vero praesto fuere ex Boeotia DCC: e Thespia et Thebis CCCC. Oetae quidem tramitem custodiebant Phocensium M: si horum etiam ratio in hoc Graecorum recensione sit habenda. Nam Locros, qui sub Cnemide monte sunt, *certo* numero Herodotus non comprehendit: venisse tantum eos ex omnibus civitatibus scripsit. Horum tamen proxime ad verum quam magnus numerus fuerit, facile possis coniicere. Athenienses enim ad Marathonem hosti occurrerunt, non maiore numero, quam novem millibus hominum; in quo et inutilis ad pugnam aetas, et servi censebantur. Quare exi-

λας ἐλθὸν οὐκ ἂν ὑπέρ γε ἑξακισχιλίους ἦν ἀριθμόν· οὕτω γένοιτο ἂν ὁ σύμπας στρατὸς διακόσιοι καὶ χίλιοι καὶ μύριοι. φαίνονται δὲ οὐδὲ οὗτοι τὸν χρόνον πάντα ἐπὶ τῇ φρουρᾷ τῶν Πυλῶν καταμείναντες· πλὴν γὰρ Λακεδαιμονίων τε αὐτῶν καὶ Θεσπιέων καὶ Μυκηναίων, προαπέλειπον τὸ πέρας τῆς μάχης οἱ λοιποί. (3) Ἐπὶ δὲ τοὺς ἀπὸ Ὠκεανοῦ βαρβάρους τοσοίδε ἐς Θερμοπύλας ἀφίκοντο Ἕλληνες· ὁπλῖται μύριοι, καὶ ἵππος πεντακοσία παρὰ Βοιωτῶν. ἐβοιωτάρχουν δὲ Κηφισσόδοτος, καὶ Θεαρίδας, καὶ Διογένης, καὶ Λύσανδρος. ἐκ δὲ Φωκέων ἱππεῖς πεντακόσιοι, καὶ ἐς τρισχιλίους ὁ ἀριθμὸς τῶν πεζῶν· στρατηγοὶ δὲ Φωκέων Κριτόβουλός τε ἦν καὶ Ἀντίοχος. Λοκροὺς δὲ τοὺς ἐπὶ Ἀταλάντῃ τῇ νήσῳ Μειδίας ἦγεν· ἀριθμὸς δὲ αὐτῶν ἑπτακόσιοι, καὶ ἱππικόν σφισιν οὐ προσῆν. παρὰ δὲ Μεγαρέων ἀφίκοντο ὁπλῖται τετρακόσιοι· τούτων ἦγε τὸ ἱππικὸν Μεγαρεύς. Αἰτωλῶν δὲ πλείστη τε ἐγένετο στρατιὰ, καὶ ἐς πᾶσαν

stimandum relinquitur, militarem Locrorum manum, quae ad Thermopylas venit, sex millibus hominum nihilo pleniorum fuisse. Fuerit itaque universus ille exercitus hominum undecim millium et ducentorum. Satis vero constat non perstitisse omnes, qui Thermopylas praesidio occupaverant. Praeter Lacedaemonios enim, Thespienses et Mycenaeos, reliqui non expectato pugnae eventu recessere. (3) At contra Barbaros qui ab *ultimis* Oceani *finibus* in Graeciam irruperant, ad Thermopylas praesidium ex his Graeciae populis missum. Ex Boeotia peditum gravis armaturae decem millia, equites D. His duces quatuor praeerant, Boeotarchi appellati, Cephissodotus, Thearidas, Diogenes, et Lysander. A Phocensibus missi equites D, pedites ter mille: duces fuere Critobulus et Antiochus. Locros, qui sunt ad insulam Atalantem, Midias duxit, pedites DCC: equestres hi copias nullas habuere. A Megarensibus adfuere gravis armaturae pedites CCCC. Equitatum Megareus duxit. Ae-

μάχης ἰδέαν· ἡ μὲν ἵππος, οὐ λέγουσιν, ὁπόση· ψιλοὶ δὲ ἐννενήκοντα, καὶ ἑπτακισχιλίων ἀριθμὸν ἦσαν οἱ ὁπλιτεύοντες· Αἰτωλοὺς δὲ ἦγον Πολύαρχός καὶ Πολύφρων τε καὶ Λακράτης. Ἀθηναίων δὲ στρατηγὸς μὲν Κάλλιππος ἦν ὁ Μοιροκλέους, καθὰ ἐδήλωσα καὶ ἐν τοῖς προτέροις τοῦ λόγου· δύναμις δὲ τριήρεις τε πλώϊμοι πᾶσαι, πεντακόσιοι δὲ ἐς τὸ ἱππικὸν, χίλιοι δὲ ἐτάσσοντο ἐν τοῖς πεζοῖς· καὶ ἡγεμονίαν οὗτοι κατ' ἀξίωμα εἶχον τὸ ἀρχαῖον. βασιλέων δὲ ξενικὰ, πεντακόσιοί τε ἐκ Μακεδονίας, καὶ ἐκ τῆς Ἀσίας ἴσοι σφισιν ἀφίκοντο 847
ἀριθμόν· ἄρχοντες δὲ τῶν μὲν παρ' Ἀντιγόνου πεμφθέντων Ἀριστόδημος ἦν Μακεδὼν, τῶν δὲ παρὰ Ἀντιόχου τε καὶ ἐκ τῆς Ἀσίας Τελέσαρχος τῶν ἐπὶ Ὀρόντῃ Σύρων. (4) Τοῖς δὲ ἐς Θερμοπύλας ἀθροισθεῖσιν Ἑλλήνων, ὡς ἐπύθοντο περί τε Μαγνησίαν καὶ γῆν τὴν

tolorum agmen quum numero praestitit, tum vero fuit ad omne pugnae genus instructissimum. Quae fuerint equestres eorum copiae, non est proditum: sed gravis armaturae fuere haud minus peditum septem millia: expediti vero milites nonaginta. His imperarunt Polyarchus, Polyphron, et Lacrates. Atheniensium imperator fuit Callippus Moeroclis filius; quod est a me superius etiam expositum. Copiae ipsorum fuere, primum triremes, omnes quae deduci potuerunt: equites deinde quingenti: pedites in acie steterunt mille. Atque Atheniensibus quidem ob veterem dignitatem est imperium *omnium consentienti voluntate* decretum. Misere reges conductitium militem: quingenti ex Macedonia, totidem ex Asia venere. *Fuit universa huius delectus summa, peditum viginti tria millia, centum et nonaginta: equitum plus minus tria millia.* Ab Antigono rege Aristodemus Macedo, ab Antiocho ex Asia missis auxiliis Telesarchus praefuit: e Syria is fuit, quae ad Orontem flumen est. (4) His in unum ad Thermopylas copiis congregatis, ubi cognitum est Gallorum exercitum intra Ma-

Φθιῶτιν ὄντα ἤδη τῶν Γαλατῶν τὸν στρατὸν, ἔδοξεν ἤδη ψιλούς τε ἐς χιλίους καὶ ἐς τὴν ἵππον ἀπολέξαντας, ἀποστεῖλαι σφᾶς ἐπὶ τὸν Σπερχειὸν, ἵνα μηδὲ τὸν ποταμὸν διαβῆναι τοῖς βαρβάροις ἄνευ ἀγῶνός τε καὶ κινδύνων ἐγγένηται. οἱ δὲ ἐλθόντες τὰς γεφύρας τε καταλύουσι, καὶ αὐτοὶ παρὰ τὴν ὄχθην ἐστρατοπεδεύσαντο. ἦν δὲ οὐδὲ ὁ Βρέννος οὔτε πάντα ἀσύνετος, οὔτε ἀπείρως ἔχειν, ὡς ἂν τις βάρβαρος, σοφίσματα ἐς πολεμίους ἐξευρεῖν. εὐθὺς οὖν τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ οὐ, καθότι ἦν τὰ ἀρχαῖα τοῦ ποταμοῦ ζεύγματα, ἀλλὰ ἐς τὸ κάτω, ὡς μή τις τοῖς Ἕλλησι διαβαινόντων γένοιτο αἴσθησις, καὶ ᾗ μάλιστα ὁ Σπερχειὸς διεχεῖτο ἐς πλέον τοῦ πεδίου, καὶ ἕλος τε ἐποίει καὶ λίμνην ἀντὶ βιαίου καὶ στενοῦ ῥεύματος, κατὰ τοῦτο ὁ Βρέννος ὅσον μυρίους τῶν Γαλατῶν ἀποστέλλει, ὁπόσοι τε νήχειν ἠπίσταντο ἐξ αὐτῶν, καὶ ὅστις τῷ μήκει τοῦ σώματος ἐτύγχανεν ὢν ὑπὲρ τοὺς πολλούς· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλως οἱ Κελτοὶ μα-

[illegible]

gnesiae et Phthiotidis terrae fines castra iam habere, mitti placuit expeditorum globum hominum mille, et cum his optimam equitatus partem, ad Sperchium amnem; quo difficilem et periculosam Barbaris traiectionem ostentato certamine redderent. Hi quum eo pervenissent, pontes, *quos Galli fecerant*, solverunt: solutis pontibus ipsi quoque ad fluminis ripam castra posuere. Erat Brennus haudquaquam incallidus aut rudis: quin, ut Barbarus homo, satis acutus et experiens ad eas artes, quibus hostem falleret, excogitandas. Ea igitur, quae consecuta est nocte, relicto vetere pontium transitu, ad inferiores amnis partes militum decem millia, natandi peritissimum quemque, et corporis statura (ut sunt Galli prae ceteris hominibus eximia corporum proceritate) eminentissimum misit. Quid ageretur, hostes, *qui longius aberant*, animadvertere non potuerunt: et inferior amnis per campos late stagnans, non *ut superiore alveo* rapidus et altus devolvitur, sed in paludem se ac stagnum

κρῷ πάντας ὑπερηρκότες μήκει τοὺς ἀνθρώπους. οὗτοι μὲν οὖν διαβαίνουσιν ἐν τῇ νυκτὶ διανηχόμενοι ὧδε τὸ λιμνῶδες τοῦ ποταμοῦ· καὶ τὰ ὅπλα, τοὺς ἐπιχωρίους θυρεοὺς, ἐποιεῖτο ἕκαστος ἀντὶ σχεδίας· οἱ δὲ αὐτῶν μήκιστοι διελθεῖν ἐμβαδὸν τὸ ὕδωρ ἐδυνήθησαν. οἱ δὲ Ἕλληνες οἱ ἐπὶ τῷ Σπερχειῷ, (πυνθάνονται γὰρ, ὅτι κατὰ τὸ ἕλος διέβη μοῖρα τῶν βαρβάρων) αὐτίκα ἐς τὸ στράτευμα ἀναχωροῦσι.

CAPUT XXI.

Brennus totum Gallorum exercitum ponte Sperchium iuncto traiicit et Heracleënsium agros depopulatur — Brennus ulterius progreditur, cum Graecis proelium committit et fugatur — de Cydia inter Athenienses virtute insigni — Gallis nulla occisorum humandorum cura.

Βρέννος δὲ τοῖς περὶ τὸν Μαλιακὸν κόλπον οἰκοῦσι ζευγνύναι τὸν Σπερχειὸν ἐπέτασσεν· οἱ δὲ ἤνυον τὸ ἔργον σπουδῇ, τῷ τε ἐκείνου δέει, καὶ ἀπελθεῖν ἐκ τῆς χώρας σφισιν ἐπιθυμοῦντες τοὺς βαρβάρους, μηδὲ ἐπιπλέον κακουργεῖν μένοντας. ὁ δὲ ὡς κατὰ τὰς γεφύρας 848 διεβίβασε τὴν στρατιὰν, ἐχώρει πρὸς τὴν Ἡράκλειαν·

diffundit. Ea igitur ex parte per paludes manus illa noctu tranavit; eorum partim scutis patriis (qui thyrei nominantur) pro ratibus utentes; partim pedibus vada (quae fuit corporum proceritas) transmeantes. At Graeci, qui ad Sperchium constiterant, re statim cognita, ad exercitum, *qui ad Thermopylas erat*, retrocesserunt.

Cap. XXI. Brennus *populis* Maliaci sinus accolis imperavit, ut *ponte* Sperchium iungerent: qui sane summa celeritate opus perfecerunt, tum quod illum vehementer metuebant, tum vero quod Barbares discedere e suis finibus quamprimum cupiebant; ne, si longiora haberent stativa, indies detrimentis maioribus afficerentur.

καὶ διήρπασαν μὲν τὰ ἐκ τῆς χώρας οἱ Γαλάται, καὶ ἀνθρώπους τοὺς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν ἐγκαταληφθέντας ἐφόνευσαν· τὴν πόλιν δὲ οὐχ εἷλον. ἔτει γὰρ πρότερον τούτων οἱ Αἰτωλοὶ συντελεῖν τοὺς Ἡρακλεώτας ἠνάγκασαν ἐς τὸ Αἰτωλικόν· τότε οὖν ἠμύνοντο ὡς περὶ πόλεως οὐδέν τι Ἡρακλεώταις μᾶλλον ἢ καὶ αὐτοῖς προςηκούσης. ἦν δὲ καὶ τῷ Βρέννῳ τὰ μὲν Ἡρακλεωτῶν ἐλάσσονος φροντίδος, ἀγώνισμα δὲ ἐποιεῖτο ἐξελάσαι τε ἐκ τῶν στενῶν τοὺς ἀντικαθημένους, καὶ παρελθεῖν ἐς τὴν ἐντὸς Θερμοπυλῶν Ἑλλάδα. (2) Προελθὼν οὖν ἀπὸ τῆς Ἡρακλείας, (ἐπυνθάνετο γὰρ παρὰ αὐτομόλων τοὺς συνειλεγμένους ἐς Πύλας ἀπὸ ἑκάστης πόλεως) ὑπερεφρόνει τε τοῦ Ἑλληνικοῦ, καὶ ἦρχεν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν μάχης ἅμα ἀνίσχοντι τῷ ἡλίῳ, οὔτε Ἕλληνα ἔχων μάντιν, οὔτε ἱεροῖς ἐπιχωρίοις χρώμενος· εἰ δή ἐστί γε μαντεία Κελτική. ἐνταῦθα οἱ Ἕλληνες ἐν σιγῇ τε ἐπήεσαν καὶ ἐν κόσμῳ· καὶ ὡς ἀφίκοντο ἐς χεῖρας, οὔτε

Fluvio per pontes transmisso, ad Heraclean accedentes, agrum quidem depopulati sunt, et deprehensos in agris homines occidere. Urbem certe non ceperunt, quod superiore proximo anno Aetoli Heracleotas, ut secum facerent, coegerant: opem igitur tunc illis tanquam suae ditionis hominibus impigre tulerunt. Sed et Brennus minus omnino de Heracleotis *in suam potestatem redigendis* laborabat: verum eo totis viribus annitebatur ut praesidio ex angustiis deiecto et Thermopylis superatis in Graeciam interiorem penetraret. (2) Heraclean igitur praetergressus, quum de perfugis quibusdam cognovisset, quae copiae ex singularum civitatum delectibus in unum convenissent, contempsit plane Graecorum apparatum, ac postero die sub ipsum solis ortum pugnam statuit committere; nullis ille quidem, vel cuiuspiam Graeci aruspicis usus consilio, vel dis ullis per sacra patrio ritu susceptis consultis; si tamen ulla est Gallis res futuras divinitus praesentiendi ars. Graeci cum silentio, et ae-

σφίσιν οἱ πεζοὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς τάξεως ἐξέθεον, ὥστε τὴν φάλαγγα ἐπιταράσσειν τὴν οἰκείαν· καὶ οἱ ψιλοὶ μένοντες κατὰ χώραν, τά τε ἀκόντια ἔπεμπον καὶ ὅσα ἀπὸ τόξων ἢ σφενδονῶν. τὰ δὲ ἱππικὰ ἀμφοτέροις ἀχρεῖα ἐγένετο, ἅτε οὐ στενοῦ μόνον χωρίου τοῦ κατὰ τὰς Πύλας ὄντος, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ αὐτοφυοῦς πέτρας λείου, καὶ διὰ τῶν ῥευμάτων τὸ συνεχὲς τὰ πλέονα καὶ ὀλισθηροῦ. τοῖς δὲ Γαλάταις τὰ μὲν τῆς σκευῆς ἀσθενέστερα ἦν· θυρεοὺς γὰρ τοὺς ἐπιχωρίους εἶχον, καὶ ἄλλο σφίσιν οὐκ ἦν ὅπλον σκέπη σώματος· πλέον δὲ ἔτι ἐμπειρίᾳ τῇ ἐς τὰ πολεμικὰ ἀπέδεον. οἱ δὲ ἐν ὀργῇ τε ἐπὶ τοὺς ἐναντίους καὶ θυμῷ μετὰ οὐδενὸς λογισμοῦ, καθάπερ τὰ θηρία, ἐχώρουν· καὶ οὔτε πελέκεσι διαιρου- 849
μένους ἢ ὑπὸ μαχαιρῶν ἡ ἀπόνοια τοὺς ἔτι ἐμπνέοντας ἐπέλιπεν, οὔτε ὅσοι βέλεσι καὶ ἀκοντίοις διεπείροντο, ὑφήρουν τοῦ θυμοῦ, μέχρις οὗ παρέμενεν ἡ ψυχή· οἱ

quabili ac temperato gressu, in pugnam processerunt. Ubi ad manus ventum est, *gravis armaturae* peditatus tam longe ab acie excurrit, ut suam ipsi phalangem *laxatis ordinibus* turbaverint: levis armatura ordinem conservavit, et hostem *eminus* iaculis, sagittis et fundis lacessivit. Equitatus in utroque exercitu prorsus nulli fuit usui; neque id solum propter montis (quae porta appellatur) angustias, sed quod etiam in lubrico saxo quum loci ipsius natura, tum vero ob aquarum interfluentium crebritatem, equorum vestigia haerere non poterant. Erat Gallis armatura infirmior: nam praeter suos illos thyreos, nullo armorum genere corpora munierant: et, quod caput fuit, rei militaris scientia multo erant hoste inferiores: furore tantum, et animi impetu oppressa ratione, ritu ferarum in hostes ruebant. Neque vero aut bipennibus divisos, aut gladiis concisos, sua illa efferatae mentis concitatio, dum animam agerent, deficiebat; aut sagittis et missilibus confixi, quandiu vitae reliquiae superessent, saevire desinebant. Fuerunt qui e suis ipso-

δὲ καὶ ἐκ τῶν τραυμάτων τὰ δόρατα, οἷς ἐβέβληντο, ἀνασπῶντες ἠφίεσάν τε ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἐχρῶντο ἐκ χειρός. ἐν τούτῳ δὲ οἱ ἐπὶ τῶν τριήρων Ἀθηναῖοι μόγις μὲν καὶ οὐκ ἄνευ κινδύνου παραπλεύσαντες δὲ ὅμως διὰ τῆς ἰλύος, ἐπεὶ πλεῖστον ἐπέχει τῆς θαλάσσης, καὶ τὰς ναῦς ὅτι ἐγγύτατα τῶν βαρβάρων σχόντες βέλεσί τε παντοίοις ἐς τὰ πλάγια καὶ τοξεύμασιν ἐς αὐτοὺς ἐχρῶντο. καμνόντων δὲ λόγου μειζόνως τῶν Κελτῶν, καὶ ἅτε ἐν στενοχωρίᾳ μικρὰ μὲν δρώντων, διπλάσια δὲ καὶ τετραπλάσια πασχόντων, ἀναχωρεῖν ἐς τὸ στρατόπεδον ἐσήμαινόν σφισιν οἱ ἡγεμόνες. οἱ δὲ ἀτάκτως καὶ σὺν οὐδενὶ ἀναστρέφοντες κόσμῳ, πολλοὶ μὲν συνεπατήθησάν ὑπὸ ἀλλήλων, πολλοὶ δὲ ἐς τὸ τέλμα ἐμπεσόντες ἠφανίσθησαν κατὰ τοῦ πηλοῦ, καὶ ἀπώλεια οὐκ ἐλάσσων ἀναχωροῦσιν αὐτοῖς, ἢ ἐν τοῦ ἀγῶνος συνέβη τῇ ἀκμῇ. (3) Τοὺς μὲν δὴ Ἕλληνας τὸ Ἀττικὸν ὑπερεβάλλετο ἀρετῇ τὴν ἡμέραν ταύτην· αὐτῶν δὲ Ἀθη-

rum vulneribus evulsa spicula in Graecos retorserint, vel cominus impresserint. Interea Atheniensium classis vix, neque omnino sine periculo, per paludis coenum, quo late etiam procul a litore maris pars ea obducitur, quamproxime ad Barbaros appropinquans, latera *et frontem* hostilis agminis omni iaculorum genere et sagittis feriebat. Laborantibus igitur vehementer Gallis, quippe qui in illis angustiis Graecis parum omnino obessent, multis vero ipsi partibus maioribus afficerentur incommodis, duces receptui cani iusserunt. Temere illi, et undique conturbatis ordinibus, quum in castra se recipere conarentur, *in ipsa fugae trepidatione* multi sunt a se invicem conculcati: multi etiam in paludem collapsi, caeca sunt limi voragine absorpti. Quare non minore retrocedentes clade affecti sunt, quam quantam ante in ipso praelii discrimine plagam accepissent. (3) Atheniensium in primis eo die virtus enituit: ipsis vero Atheniensibus

ναίων Κυδίας μάλιστα ἐγένετο ἀγαθὸς, νέος τε ἡλικίαν καὶ τότε ἐς ἀγῶνα ἐλθὼν πολέμου πρῶτον. ἀποθανόντος δὲ ὑπὸ τῶν Γαλατῶν, τὴν ἀσπίδα οἱ προσήκοντες ἀνέθεσαν τῷ Ἐλευθερίῳ Διΐ, καὶ ἦν τὸ ἐπίγραμμα·

Ἦ μάλα δὴ ποθέουσα νέαν ἔτι Κυδίου ἥβην
Ἀσπὶς ἀριζήλου φωτὸς, ἄγαλμα Διΐ,
Ἇς διὰ δὴ πρώτας λαιὸν ποτε πῆχυν ἔτεινεν,
Εὖτ' ἐπὶ τὸν Γαλάταν ἤκμασε θοῦρος Ἄρης.

τοῦτο μὲν δὴ ἐπεγέγραπτο, πρὶν ἢ τοὺς ὁμοῦ Σύλλᾳ καὶ ἄλλα τῶν Ἀθήνησι, καὶ τὰς ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς καθελεῖν ἀσπίδας. (4) Τότε δὲ ἐν ταῖς Θερμοπύλαις οἱ μὲν Ἕλληνες μετὰ τὴν μάχην τούς τε αὐτῶν ἔθαπτον, καὶ ἐσκύλευον τοὺς βαρβάρους. οἱ Γα- 850
λάται δὲ οὔτε ὑπὲρ ἀναιρέσεως τῶν νεκρῶν ἐπεκηρυκεύοντο, ἐποιοῦντό τε ἐπίσης, γῆς σφᾶς τυχεῖν ἢ θηρία τε αὐτῶν ἐμφορηθῆναι, καὶ ὅσον τεθνεῶσι πολέμιόν

antecelluit Cydias; qui peradolescens ac plane tiro, prima eo bello militiae rudimenta posuerat. Eius a Gallis occisi, cum hac inscriptione propinqui scutum Iovi Liberatori dicarunt:

Cydiae adhuc iuvenis florem desiderat iste,
Quem clypeum sacrum conspicis esse Iovi:
Huic cubitum inseruit flammato corde sinistrum
Quum premeret Mavors armipotens Galatas.

Mansit ea inscriptio usquedum Syllae milites et alia Atheniensium *insignia*, et scuta e Liberatoris Iovis porticu sustulerunt. (4) Tum vero Graeci post pugnam ad Thermopylas commissam suorum cadavera sepulturae mandarunt, et hostibus spolia detraxerunt. At Barbari nullas omnino per caduceatorem, quantisper suos ad sepulturam tollerent, inducias poposcerunt; ac plane ostenderunt, se nihil interesse putare, humone tegerentur, an vero a feris et volucribus, iis quae solent infestae

ἐστιν ὀρνίθων. ὀλιγώρως δὲ αὐτοὺς ἐς τῶν ἀπογινομένων ἔχειν τὰς ταφὰς, δύο (ἐμοὶ δοκεῖν) τὰ ἀναπείθοντα ἦν, πολεμίους τε ἄνδρας ἐκπλῆξαι, καὶ ὅτι ἐστὶ τεθνεώτων οὐδὲ ἔθος οἶκτος αὐτοῖς. ἀπέθανον δὲ παρὰ τὴν μάχην τεσσαράκοντα μὲν τοῦ Ἑλληνικοῦ, τοὺς δὲ τῶν βαρβάρων οὐχ οἷόν τε ἦν ἀκριβῶς ἐξευρεῖν· πολὺ γὰρ καὶ τὸ ἀφανισθὲν κατὰ τῆς ἰλύος ἐγένετο ἐξ αὐτῶν.

CAPUT XXII.

Galli Oetam ascendere conati superantur — Brennus Aetoliam invadit, et illius duces in Callienses atrocissima edunt facinora — Aetoli contra Gallos arma parant — Aetoli Gallos caedunt — quae Graecia ad Thermopylas propter Gallos acciderunt, enarrantur.

Ἑβδόμῃ δὲ ὕστερον μετὰ τὴν μάχην λόχος τῶν Γαλατῶν ἀνελθεῖν ἐς τὴν Οἴτην ἐπεχείρησε κατὰ Ἡράκλειαν. ἀτραπὸς δὲ στενὴ καὶ ἀνάντης μετὰ τὰ ἐρείπια ἀνήκει τὰ Τραχῖνος· ἦν δὲ καὶ ἱερὸν Ἀθηνᾶς τότε ὑπὲρ τῆς Τραχινίδος, καὶ ἀναθήματα ἐν αὐτῷ. ἔς τε αὐτὴν Οἴ-

ad cadavera advolare, dilaniarentur. Ac duplex (opinor) causa est, quamobrem nulla illis cura sit, eos qui in pugna ceciderint sepeliendi: una, quod maiorem ex hac *de immanitate sua* opinione iniici hostibus terrorem existimant: altera, quod non est omnino ipsis cum ceteris communis, in eos, qui e vita excesserint, miseratio. Desiderati sunt ex omni Graecorum numero XL. At qui caesi sunt ex Barbaris, accurate recenseri non potuerunt, quum nuspiam apparuissent, quos palus absumserat; atque is quidem magnus fuit hominum numerus.

Cap. XXII. Septimo a pugna die, *reliquae* Gallorum cohortes, secundum Heraclean Oetam ascendere conatae sunt: verum perangusto et hac in parte tramite iter erat faciendum, supra quem Trachinis ruinae fuere: et ultra Trachiniae terrae fines erat Minervae templum,

τὴν ἀναβήσεσθαι κατὰ τὴν ἀτραπὸν ἤλπιζον, καὶ ἅμα προσέσεσθαί σφισιν ἐν παρέργῳ τὰ ἐκ τοῦ ἱεροῦ. τὴν δὲ φρουρὰν οἱ ἔχοντες ἡγουμένου Τελεσάρχου νικῶσι μὲν τοὺς βαρβάρους τῇ μάχῃ, αὐτὸς δὲ ἔπεσεν ὁ Τελέσαρχος, ἀνὴρ, εἴπερ τις καὶ ἄλλος, πρόθυμος ἐς τὰ Ἑλλήνων. (2) Οἱ μὲν δὴ ἡγεμόνες τῶν βαρβάρων οἱ ἄλλοι κατεπεπλήγεσαν τὸ Ἑλληνικὸν, καὶ ἠπόρουν ἅμα ὑπὲρ τῶν μελλόντων, ἐς οὐδὲν σφίσι πλέον προχωροῦντα ὁρῶντες τὰ ἐν χερσί. τῷ δὲ Βρέννῳ λογισμὸς παρίστατο, ὡς, εἰ ἀναγκάσει τοὺς Αἰτωλοὺς οἴκαδε ἐς τὴν Αἰτωλίαν ἀναχωρῆσαι, ῥᾴων ἤδη γενήσοιτο ὁ πόλεμος αὐτῷ πρὸς τὸ Ἑλληνικόν. ἀπολέξας οὖν τῆς στρατιᾶς μυριάδας τῆς πεζῆς τέσσαρας, καὶ ὅσον ὀκτακοσίους ἱππέας, Ὀρεστόριόν τε αὐτοῖς καὶ Κόμβουτιν ἐφίστησιν ἄρχοντας· οἳ ὀπίσω κατὰ τοῦ Σπερχείου τὰς γεφύρας, καὶ 851
αὖθις διὰ Θεσσαλίας ὁδεύσαντες ἐμβάλλουσιν ἐς τὴν Αἰτωλίαν· καὶ τὰ ἐς Καλλιέας Κόμβουτις οἱ ἐργασάμε-

in quo donaria *multa*. Ac certe per arctissimum illum callem sperarunt tamen se Oetae iugum Galli occupaturos; et simul sibi, dum aliud agerent, templi diripiendi potestatem fore. Sed quum illis praesidium, quod in aditu montis collocatum fuerat, Telesarcho duce occurrisset, *altero praelio* Barbari victi sunt: Telesarchus quidem ipse dimicans cecidit, vir, ut qui maxime, in Graecorum causa acer. (2) Hic quum ceteros iam Gallorum duces hostium virtus exterruisset et de futuris rebus animos desponderent, nempe quibus prima quaeque adversa evenissent: Brenno in mentem venit, facilem sibi fore belli conficiendi rationem, modo Aetolos cogere posset, ut domum redirent. Delectis itaque e toto exercitu peditibus quadragies mille, equitibus octingentis, iis Orestorium et Computin praeficit: quibus mandat, ut per Sperchii pontes, in Thessaliam primum adeant, atque illine in Aetoliam invadant. Fuerunt duo hi, *quos nominavi*, qui in Callienses dira, et omnium quae unquam

νοι καὶ Ὀρεστόριος ἦσαν, ἀνοσιώτατά τε, ὧν ἀκοῇ ἐπιστάμεθα, καὶ οὐδὲν τοῖς ἀνθρώπων τολμήμασιν ὅμοια. γένος μέν γε πᾶν ἐξέκοψαν τὸ ἄρσεν, καὶ ὁμοίως γέροντάς τε καὶ τὰ νήπια ἐπὶ τῶν μητέρων τοῖς μαστοῖς ἐφόνευον· τούτων δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ γάλακτος πιότερα ἀποκτείναντες, ἔπινόν τε οἱ Γαλάται τοῦ αἵματος, καὶ ἥπτοντο τῶν σαρκῶν. γυναῖκες δὲ καὶ ὅσα ἐν ὥρᾳ τῶν παρθένων, ὅσαι μὲν φρονήματός τι αὐτῶν εἶχον, ἑαυτὰς ἔφθησαν, ὡς ἡλίσκετο ἡ πόλις, διειργασμέναι· τὰς δὲ ἔτι περιούσας ἐς ἰδέαν ὕβρεως πᾶσαν μετὰ ἀνάγκης ἦγον ἰσχυρᾶς, ἅτε ἴσον μὲν ἐλέου, ἴσον δὲ τὰς φύσεις καὶ ἔρωτος ἀπέχοντες· καὶ ὅσαι μὲν τῶν γυναικῶν ταῖς μαχαίραις τῶν Γαλατῶν ἐπετύγχανον, αὐτοχειρίᾳ τὰς ψυχὰς ἠφίεσαν· ταῖς δὲ οὐ μετὰ πολὺ ὑπάρξειν τὸ χρεὼν ἔμελλεν ἥ τε ἀσιτία καὶ ἡ ἀϋπνία, ἀστόργων βαρβάρων ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις ὑβριζόντων· οἱ δὲ καὶ ἀφιείσαις τὰς ψυχάς, οἱ δὲ καὶ ἤδη νεκραῖς συνεγίνοντο ὅμως. (3) Αἰτωλοὶ δὲ πεπυσμένοι τε παρὰ ἀγγέλων

ad aures nostras pervenerint, atrocissima edidere facinora; et quae omnino ausos unquam homines fuisse, veri neutiquam simile videri possit. Quicquid marium fuit, ad internecionem exciderunt: senes et parvulos ab ipsis matrum uberibus abreptos immaniter trucidarunt. Horum, si qui erant lactis alimonia melius curati, sanguinem hauserunt, et ipsis etiam carnibus in cibum sunt abusi. Mulieres, et nubiles puellae, urbe expugnata, quae fuerunt elatioris animi, sua sibi manu mortem consciverunt: quae superstites fuere, eas barbari ad omne insolentiae genus adegerunt, quippe quorum animus tam misericordiae quam amoris esset expers. Et earum sane multae Gallorum enses nactae, in eos ultro incubuerunt. Aliae non ita multo post immaniter Barbaris in eas vicissim irruentibus, inedia et vigilia mortem oppetiere: quibus neque spiritum exhalantibus, neque iam exanimis, quo minus libidinem explerent suam, illi parcebant. (3)

ἦσαν, ὁποῖαι σφᾶς κατειλήφεσαν συμφοραὶ, καὶ αὐτίκα, ὡς τάχους εἶχον, ἀναστήσαντες ἀπὸ τῶν Θερμοπυλῶν τὴν δύναμιν, ἠπείγοντο ἐς τὴν Αἰτωλίαν, τά τε παθήματα τῶν Καλλιέων ἐν ὀργῇ ποιούμενοι, καὶ πλέον ἔτι τὰς οὐχ ἑαλωκυίας πω διασώσασθαι πόλεις προθυμούμενοι. ἐξεστρατεύοντο δὲ καὶ οἴκοθεν ἀπὸ τῶν πόλεων πασῶν οἱ ἐν ἡλικίᾳ· ἀναμεμιγμένοι δ' ἦσαν ὑπὸ ἀνάγκης τε καὶ φρονήματος καὶ οἱ γεγηρακότες· συνεστρατεύοντο δέ σφισι καὶ αἱ γυναῖκες ἑκουσίως, πλέον ἐς τοὺς Γαλάτας καὶ τῶν ἀνδρῶν τῷ θυμῷ χρώμεναι. (4) Ὡς δὲ οἱ βάρβαροι συλήσαντες τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἱερὰ, καὶ ἐνέντες πῦρ ἐς τὸ Κάλλιον, ἐκομίζοντο τὴν αὐτὴν, ἐνταῦθα Πατρεῖς μὲν ἐπικουροῦντες Αἰτωλοῖς Ἀχαιῶν μόνοι, προσέκειντο ἐξεναντίας τοῖς βαρβάροις, ἅτε ὁπλιτεύειν δεδιδαγμένοι· καὶ ὑπὸ πλήθους τε τῶν Γαλατῶν, καὶ τῆς ἐς τὰ ἔργα ἀπονοίας μάλιστα ἐταλαι- 852
πώρησαν. οἱ δὲ Αἰτωλοὶ καὶ αἱ γυναῖκες αἱ Αἰτωλαὶ

Aetoli audita ex certis nunciis domestica clade, quam celerrime potuerunt cum suis copiis a Thermopylis in Aetoliam contenderunt: tum ob Calliensium exitium vehementi ira incensi; tum vero maxime consulendum rati earum urbium saluti, ad quas nondum hostilis furor pervasisset. Confluxit undique in castra ex oppidis omnis militaris aetas; et ei etiam permisti senes, tum necessitate tum pristina virtute impulsi. Foeminae certe ipsae maiore quam viri in Gallos ira incensae, ultro arma cepere. (4) Iam Barbari domibus et sacris aedibus direptis ac spoliatis, Callioque, immissis ignibus exusto, *praeda onusti*, eadem via ad suos redibant; quum soli Patrenses ex omnibus Achaeis, Aetolis opem ferentes, cum gravi armatura, qua omnium scientissime utebantur, illis occurrere. Sed quum ob ingentem hostium numerum, iam debilitatis animis prope affligerentur, Aetoli, neque minus foeminae quam viri, via *utrinque* armatorum ordinibus obsessa, iaculis Gallos figebant; quos pe-

παρὰ πᾶσαν τεταγμένοι τὴν ὁδὸν, ἐσηκόντιζόν τε ἐς τοὺς βαρβάρους, καὶ οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τοὺς ἐπιχωρίους ἐχόντων θυρεοὺς, ὀλίγα αὐτῶν ἡμάρτανον· διώκοντάς τε ἀπέφευγον οὐ χαλεπῶς, καὶ ἀναστρέφουσιν ἀπὸ τῆς διώξεως ἐπέκειντο αὖθις σπουδῇ. Καλλιεῦσι δὲ καίπερ δεινὰ οὕτω παθοῦσιν, ὡς μηδὲ τὰ ὑπὸ Ὁμήρου πεποιημένα ἔς τε Λαιστρυγόνα καὶ ἐς Κύκλωπα ἐκτὸς εἶναι δοκεῖν ἀληθείας, ὅμως κατὰ τὴν ἀξίαν ἐγίνετο ἡ ὑπὲρ αὐτῶν δίκη· ἀπὸ γὰρ τεσσάρων μυριάδων προσόντων σφίσι καὶ ὀκτακοσίων ἐλάσσονες ἡμίσεων ἐς τὸ στρατόπεδον οἱ βάρβαροι τὸ πρὸς Θερμοπύλαις ἀπεσώθησαν. (5) Περὶ δὲ τοὺς Ἕλληνας ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τοὺς ἐν Θερμοπύλαις συνέβαινεν ἄλλα τοιαῦτα. ἀτραπός ἐστι διὰ τοῦ ὄρους τῆς Οἴτης, μία μὲν ἡ ὑπὲρ Τραχῖνος, ἀπότομός τε τὰ πλείω καὶ ὄρθιος δεινῶς· ἑτέρα δὲ ἡ διὰ τῆς Αἰνιάνων ὁδεῦσαι στρατῷ ῥᾴων, δι' ἧς καὶ Ὑδάρνης ποτὲ Μῆδος κατὰ νώτου τοῖς περὶ Λεωνίδην ἐπέθετο Ἕλλησι. κατὰ ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπηγγέλλοντο

tere, thyreis tantum suis protectos, non erat difficile: atque insequentes quidem Gallos quamfacillime effugiebant: eosdem simulac insequi desiissent, missilibus urgebant. Effectum certe est, ut Callienses calamitatum suarum, quae tantae fuerunt, ut quae ab Homero de Laestrygonibus et Cyclopibus dicta sunt, fabulosa videri iam non possint, vindicem tamen non magnopere desiderare debuerint. Siquidem ex eo Gallorum numero, qui fuit (*uti ante diximus*) hominum quadraginta millia et octingenti, vix dimidia pars ad Thermopylas in castra se sua recepit. (5) Reliquae interea Graecorum res apud ipsas Thermopylas ad hunc modum gestae sunt. Tramites per Oetam montem duo fuere: unus supra Trachinem, praeruptus et arduus valde; per Aenianas alter *multo*, vel cum exercitu iter facientibus, facilior. Hic nempe ille fuit, quo usus Medus Hydarnes, Graecorum praesidium, cui Leonides praeerat, a tergo circumvenit. Per hanc

ἄξειν Βρέννον οἱ Ἡρακλεῶται καὶ οἱ Αἰνιᾶνες, οὐ κακονοίᾳ τῇ ἐς τὸ Ἑλληνικὸν, τοὺς δὲ Κελτοὺς ἐκ τῆς χώρας σφίσιν ἀπελθεῖν, μηδὲ ἐγκαθημένους φθεῖραι περὶ πολλοῦ ποιούμενοι· καί μοι φαίνεται Πίνδαρος ἀληθῆ καὶ ἐν τῷδε εἰπεῖν, ὃς πάντα τινὰ ὑπὸ κακῶν οἰκείων ἔφη πιέζεσθαι, ἐπὶ δὲ ἀλλοτρίοις κήδεσιν ἀπήμαντον εἶναι. τότε δὲ ἡ τῶν Αἰνιάνων καὶ ἡ τῶν Ἡρακλεωτῶν ὑπόσχεσις ἐπήγειρε τὸν Βρέννον· καὶ Ἀκιχώριον μὲν κατέλιπεν ἐπὶ τῇ στρατιᾷ, προειπὼν, ἐπειδὰν περιλάβωσιν αὐτοὶ τὸ Ἑλληνικὸν, τηνικαῦτα καὶ ἐκείνοις ἐφόδου καιρὸν εἶναι· ἀπολέξας δὲ αὐτὸς μυριάδας τοῦ στρατοῦ τέσσαρας, ἐποιεῖτο τὴν ὁδὸν διὰ τῆς ἀτραποῦ· καί 853
πως ἐπ' ἐκείνης συνέβαινε τῆς ἡμέρας, τήν τε ὁμίχλην κατὰ τοῦ ὄρους καταχεῖσθαι πολλὴν, καὶ ἀμαυρὸν ἀπ' αὐτῆς εἶναι τὸν ἥλιον, ὥστε τῶν Φωκέων τοῖς ἔχουσιν ἐπὶ τῇ ἀτραπῷ τὴν φρουρὰν οὐ πρότερον ἐπιόντες οἱ βάρβαροι παρέσχοντο αἴσθησιν, πρινὴ πλησίον ἐγεγόνε-

viam Heracleotae et Aenianes pollicebantur se Brennum ducturos, non quod in Graecos animo essent infenso, sed quo bene secum actum iri putarent, si e finibus suis Barbari discessissent, priusquam omnia pessum darent. Quare verissime (ut mihi quidem videtur) Pindarus, quum *vehementer* suis quemque malis affici dixit, calamitatis vero alienae sensum haud utiquam gravem percipere. Tunc itaque excitatus Aenianum et Heracleotarum *monitu ac* promissis Brennus, Acichorium in castris reliquit, docens tempestivum ei fore in hostes invadere, ubi a tergo a se oppressos certior esset factus. Ipse cum delecta e toto exercitu manu hominum quadraginta millium, per tramitis monstratum sibi diverticulum, *ut Graecos a tergo adoriretur*, contendit. Forte ita accidit, ut mons *totus* ea die densa nebula obduceretur. Quo factum, ut ea caligine sole obscurato, Phocenses, qui eas angustiarum fauces cum praesidio obtinebant, non ante Gallos adesse animadvertere potuerint, quam se prope

σαν. ἐνταῦθα δὲ οἱ μὲν μάχης ἧρχον, οἱ δὲ ἠμύνοντο ἐῤῥωμένως; τέλος δὲ ἐβιάσθησαν, καὶ ἀναχωροῦσιν ἀπὸ τῆς ἀτραποῦ· καταδραμόντες μέντοι παρὰ τοὺς συμμάχους, καὶ ἀπαγγείλαντες τὰ παρόντα ἔφθησαν, πρινὴ ἀκριβῆ καὶ πανταχόθεν τελέαν γενέσθαι τοῦ Ἑλληνικοῦ τὴν κύκλωσιν. ἔνθα δὴ οἱ ἐπὶ τῶν τριήρων Ἀθηναῖοι φθάνουσιν ὑπεξαγαγόντες ἐκ τῶν Θερμοπυλῶν τὸ Ἑλληνικόν· καὶ οἱ μὲν κατὰ τὰς πατρίδας ἕκαστοι τὰς αὑτῶν ἐσκεδάσθησαν.

CAPUT XXIII.

Brennus Delphos recta contendit — Graecorum copiae, quae ad hostem a Delphis propulsandum convenerunt, recensentur — prodigia, quae in Gallos exstiterunt, memorantur — proelium committitur, in quo Brennus vulneratur — Galli Panico terrore turbantur et a Phocensibus omni commeatu privantur — numerus Gallorum, qui varia ratione ibi perierunt — Athenienses cum Boeotis Gallos insectantur et caedunt — Brennus ultro mortem oppetit, et reliquae Gallorum copiae prorsus delentur — de tempore Gallorum cladis.

Ὁ δὲ Βρέννος οὐδένα ἔτι ἐπισχὼν χρόνον, πρινὴ τοὺς ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου τοῦ σὺν τῷ Ἀκιχωρίῳ παραγενέ-

circumventos senserunt. In ea trepidatione pugnam alii inire, alii strenue hostis impetum sustinere: postremo loco pulsi, ab angustiis illis retrocedere coacti sunt. Cum festinatione itaque et cursu ad socios reversi, antequam ex omni parte Graeci prorsus circumvallarentur, qui foret rerum status nunciarunt. Athenienses re cognita, exercitum Graecorum e Thermopylarum castris in triremes receptum, periculo eximere maturarunt. Atque illi sane omnes in suam quisque patriam dilapsi sunt.

Cap. XXIII. At Brennus ne tantisper quidem commoratus, dum Acichorius cum sua manu e castris adve-

σθαι, τὴν ὁδὸν ἐποιεῖτο ἐπὶ τοὺς Δελφούς. οἱ δὲ καταφεύγουσιν ὑπὸ δείματος ἐπὶ τὸ χρηστήριον· καὶ ὁ θεὸς σφᾶς οὐκ εἴα φοβεῖσθαι, φυλάξειν δὲ αὐτὸς ἐπηγγέλλετο τὰ ἑαυτοῦ. (2) Οἱ δὲ ἀφικόμενοι τιμωρεῖν τῷ θεῷ, τοσοίδε ἐγένοντο Ἑλλήνων· Φωκεῖς μὲν ἀπὸ τῶν πόλεων πασῶν, ἐκ δὲ Ἀμφίσσης ὁπλῖται τετρακόσιοι· παρὰ δὲ Αἰτωλῶν ὀλίγοι μέν τινες αὐτίκα, ὅτε ἐπύθοντο ἐς τὸ πρόσω χωροῦντας τοὺς βαρβάρους· διακοσίους δὲ καὶ χιλίους Φιλόμηλος ἤγαγεν ὕστερον. τὸ δὲ μάλιστα ἐν ἀκμῇ τῶν Αἰτωλῶν ἐτράπετο ἐπὶ τὴν μετὰ τοῦ Ἀκιχωρίου στρατιάν· καὶ μάχης μὲν οὐκ ἦρχεν, ὁδευόντων δὲ ἐπέκειντο ἀεὶ τοῖς ἐσχάτοις, ἁρπάζοντές τε τὰ τῶν σκευαγωγούντων, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἄνδρας φονεύοντες· καὶ ἡ πορεία κατὰ ταύτην μάλιστα ἐγίνετό σφισι βραδεῖα τὴν αἰτίαν. κατέλειπε δὲ καὶ περὶ τὴν Ἡράκλειαν ὁ Ἀκιχώριος μοῖραν, οἳ ἔμελλον φρουρήσειν τὰ 854 ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου χρήματα. (3) Βρέννῳ δὲ καὶ τῇ στρατιᾷ τῶν θ' Ἑλλήνων οἱ ἐς Δελφοὺς ἀθροισθέντες

nisset, *recta* Delphos contendit. Oppidanos prae metu ad oraculum confugientes, bono animo esse, ac nihil formidare iussit deus; se sua defensurum pollicitus. (2) Qui pro aris *et focis* pugnaturi arma cepere, hi fuerunt Graecorum populi: Phocenses ex omnibus undecunque civitatibus: ab Amphissa gravis armaturae pedites CCCC. Ab Aetolis pauci quidam ad primum de Barbarorum progressione nuncium, *accurrerunt:* mille deinde et ducentos duxit Philomelus. Aetoli earum, quas habuerunt, copiarum robur, in Acichorii agmen converterunt: neque tamen acie dimicarunt, sed iter facientium tergum lacessebant; quum impedimenta diripientes, tum homines ipsos qui clitellaria iumenta agebant, trucidantes: quam ob causam fuit Barbaris iter illud tanto tardius. Relicta vero est ab Acichorio pars copiarum apud Heraclean, quae pecuniam in castris repositam asservaret. (3) Adversus Brennum, qui Delphos convenerant Graeci in acie

ἀντετάξαντο, καὶ τοῖς βαρβάροις ἀντεσήμαινε τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ ταχύ τε καὶ ὧν ἴσμεν φανερώτατα. ἥ τε γὰρ γῆ πᾶσα, ὅσην ἐπεῖχεν ἡ τῶν Γαλατῶν στρατιὰ, βιαίως καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἐσείετο τῆς ἡμέρας, βρονταί τε καὶ κεραυνοὶ συνεχεῖς ἐγίνοντο· καὶ οἱ μὲν ἐξέπληττόν τε τοὺς Κελτοὺς, καὶ δέχεσθαι τοῖς ὠσὶ τὰ παραγγελλόμενα ἐκώλυον· τὰ δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἐς ὅντινα κατασκήψαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πλησίον καὶ αὐτοὺς ὁμοίως καὶ τὰ ὅπλα ἐξῆπτε. τά τε τῶν ἡρώων τηνικαῦτά σφισιν ἐφάνη φάσματα, [ὁ] Ὑπέροχος καὶ [ὁ] Λαόδοκος τε καὶ Πύῤῥος· οἱ δὲ καὶ τέταρτον Φύλακον ἐπιχώριον Δελφοῖς ἀπαριθμοῦσιν ἥρωα. ἀπέθανον δὲ καὶ αὐτῶν παρὰ τὸ ἔργον τῶν Φωκέων ἄλλοι τε ἀριθμὸν πολλοὶ, καὶ Ἀλεξίμαχος, ὃς ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ μάλιστα Ἑλλήνων ἡλικίας τῷ ἀκμάζοντι, καὶ ἰσχύϊ σώματος, καὶ τῷ ἐῤῥωμένῳ τοῦ θυμοῦ κατεχρήσατο ἐς τῶν βαρβάρων τὸν φόνον· Φωκεῖς δὲ εἰκόνα τοῦ Ἀλεξιμάχου ποιησά-

stetere. Prodigia vero repentina, et omnium quae unquam audierimus evidentissima in Barbaros divinitus extitere. Primum enim terra, quantum soli Gallorum acies occupaverat, ingenti motu ad multas horas contremuit: crebra deinde tonitrua et fulmina Gallos non solum *acriter* exterruerunt sed ad exaudienda quae dabantur a ducibus signa hebetato aurium sensu prope attonitos reddiderunt. Neque vero singuli tantum homines coelestibus ignibus corripiebantur; sed loco etiam proximi quique, cum ipsis armis conflagrabant. Visae praeterea in eos consurgere heroum species, Hyperochus, Laodocus, et Pyrrhus; quibus Phylacum civem suum Delphi quartum adnumerant. Conciderunt tamen in praelio e Phocensibus et alii complures, et Aleximachus, qui in ea pugna, quum animi egregiam quandam alacritatem ad florentis aetatis vigorem et corporis robur adiunxisset, magnas ediderat hostium strages. Eius effigiem Phocenses ad viventis imaginem expressam Delphos ad Apollinem mi-

μενοι ἀπέστειλαν τῷ Ἀπόλλωνι ἐς Δελφούς· τοιούτοις μὲν οἱ βάρβαροι παρὰ πᾶσαν τὴν ἡμέραν παθήμασί τε καὶ ἐκπλήξεσι συνείχοντο· τὰ δὲ ἐν τῇ νυκτὶ πολλῷ σφᾶς ἔμελλεν ἀλγεινότερα ἐπιλήψεσθαι· ῥῖγός τε γὰρ ἰσχυρὸν καὶ νιφετὸς ἦν ὁμοῦ τῷ ῥίγει· πέτραι τε ἀπολισθάνουσαι τοῦ Παρνασσοῦ μεγάλαι καὶ κρημνοὶ καταῤῥηγνύμενοι σκοπὸν τοὺς βαρβάρους εἶχον, καὶ αὐτοῖς οὐ κατὰ ἕνα ἢ δύο, ἀλλὰ κατὰ τριάκοντα καὶ ἔτι πλείοσιν, ὡς ἕκαστοι ἐν τῷ αὐτῷ φρουροῦντες ἢ καὶ ἀναπαυόμενοι τύχοιεν, ἀθρόοις ἡ ἀπώλεια ἐγένετο ὑπὸ τῆς ἐμβολῆς τῶν κρημνῶν. (4) Ἅμα δὲ τῷ ἡλίῳ ἀνίσχοντι οἱ Ἕλληνες ἐπῄεσάν σφισιν ἐκ τῶν Δελφῶν· οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ἐπὶ στράτευμα εὐθεῖαν, οἱ Φωκεῖς δὲ, ἅτε καὶ μᾶλλον ἔχοντες τῶν χωρίων ἐμπείρως, κατέβησάν τε διὰ τῆς χιόνος, κατὰ τὰ ἀπότομα τοῦ Παρνασ- 855
σοῦ, καὶ ἔλαθον κατὰ νώτου γενόμενοι τοῖς Κελτοῖς, ἠκόντιζόν τε ἐς αὐτοὺς καὶ ἐτόξευον, σὺν οὐδενὶ ἀπὸ τῶν βαρβάρων δείματι. οἱ δὲ ἀρχομένης μὲν τῆς μά-

sere. Atque huiusmodi quidem interdiu Galli terroribus et cladibus perculsi, *ea quae diem illum consecuta est* nocte, funestioribus perculsi fuerunt casibus. Acerrimum frigus eos cum nive *plurima* vehementer afflixit. Saxa praeterea ingentia, et montis crepidines, *sponte* e Parnasso avulsae, in Barbaros, quasi *unicum illud esset quod peteretur* signum propositum, corruerunt. Neque vero aut singuli aut bini opprimebantur; sed triceni, et eo plures, uti forte simul, aut ad certi loci praesidium constitissent, aut una quiescerent, ab ingruentibus rupibus collidebantur. (4) Ac prima quidem luce Graeci Delphis erumpentes, ceteri recta in ipsam hostilis exercitus frontem impetum fecerunt: Phocenses vero locorum notitia freti, per medias nives, ex arduis et praeruptis Parnassi anfractibus descendentes, ac de improviso Gallos a tergo adorti, missilibus illos et sagittis impune figebant. Inito praelio omnes, et praecipue praetoria Brenni

χης, καὶ μάλιστα οἱ περὶ τὸν Βρέννον, (οὗτοι δὲ μήκιστοί τε ἦσαν καὶ ἀλκιμώτατοι τῶν Γαλατῶν) τότε μὲν ὑπὸ προθυμίας ἔτι ἀντεῖχον βαλλόμενοί τε πανταχόθεν, καὶ οὐχ ἧσσον ὑπὸ τοῦ ῥίγους, μάλιστα οἱ τραυματίαι, ταλαιπωροῦντες. ὡς δὲ καὶ ὁ Βρέννος ἔλαβε τραύματα, ἐκεῖνον μὲν λιποψυχήσαντα ἐκκομίζουσιν ἐκ τῆς μάχης· οἱ δὲ βάρβαροι, πανταχόθεν σφίσιν ἐγκειμένων τῶν Ἑλλήνων, ὑπέφευγόν τε ἄκοντες, καὶ ἑαυτῶν τοὺς ἀδυνάτους διὰ τραύματα ἕπεσθαι καὶ ἀῤῥωστίαν φονεύουσιν· καὶ οἱ μὲν ἐστρατοπεδεύσαντο, ἔνθα νὺξ κατελάμβανεν ἀναχωροῦντας. (5) Ἐν δὲ τῇ νυκτὶ φόβος σφίσιν ἐμπίπτει Πανικός· τὰ γὰρ ἀπὸ αἰτίας οὐδεμιᾶς δείματα ἐκ τούτου φασὶ γίνεσθαι. ἐνέπεσε μὲν ἐς τὸ στράτευμα ἡ ταραχὴ περὶ βαθεῖαν τὴν ἑσπέραν, καὶ ὀλίγοι τοκατἀρχὰς ἐγένοντο οἱ παραχθέντες ἐκ τοῦ νοῦ· ἐδόξαζόν τε οὗτοι, κτύπου τε ἐπελαυνομένων ἵππων καὶ ἐφόδου πολεμίων αἰσθάνεσθαι· μετὰ δὲ οὐ πολὺ καὶ ἐς ἅπαν-

cohors, ut erant eminentibus corporibus, et omnium fortissimi, praesenti animo restiterunt. Ii enim etsi undique iaculis petebantur, nec minus ex frigore sentiebant molestiae, ii maxime qui vulnera acceperant; non tamen prius loco sunt deturbati, quam Brennum aliquot acceptis vulneribus, iam prope animam agentem, extra aciem extulerunt. Tum Barbari *universi*, urgentibus ab omni parte Graecis, fugam *malo suo* coacti fecerunt: ac eos quidem, qui vel ob vulnera, vel aliquam corporis imbecillitatem sequi non possent, occidere. Fugientes castra habuerunt, quo loco nox eos primum oppressit. (5) Ea nocte Panicus illis incessit terror. Quibus enim nulla subest causa trepidationibus, eas Panos numine immitti autumant. Coeptum est hoc pavoris genere agmen exagitari intempesta iam nocte: et pauci sane ab initio eo mentis errore conturbati, ut audire sibi viderentur sonitum pulsati equorum pedibus soli, ac iam prope cernere insultantes hostes. Non ita multo post ad omnes

τας διέδρα ἡ ἄγνοια. ἀναλαβόντες οὖν τὰ ὅπλα καὶ
διαστάντες ἔκτεινόν τε ἀλλήλους, καὶ ἀνὰ μέρος ἐκτεί-
νοντο, οὔτε γλώσσης τῆς ἐπιχωρίου συνιέντες, οὔτε τὰς
ἀλλήλων μορφὰς, οὐδὲ τῶν θυρεῶν καθορῶντες τὰ σχή-
ματα· ἀλλὰ ἀμφοτέραις ταῖς τάξεσιν ὁμοίως ὑπὸ τῆς
ἐν τῷ παρόντι ἀγνοίας οἵ τε ἄνδρες οἱ ἀνθεστηκότες εἶ-
ναί σφισιν Ἕλληνες καὶ αὐτοὶ καὶ τὰ ὅπλα ἐφαίνοντο,
καὶ Ἑλλάδα ἀφιέναι τὴν φωνήν· ἥ τε ἐκ τοῦ θεοῦ
μανία πλεῖστον ἐξειργάσατο ὑπ' ἀλλήλων τοῖς Γαλάταις
τοῦ φόνου. τῶν δὲ Φωκέων ὅσοι κατελείποντο κατὰ 865
τοὺς ἀγροὺς φυλακῆς βοσκημάτων εἵνεκα, πρῶτοί τε
ᾔσθοντο, καὶ ἀπαγγέλλουσι τοῖς Ἕλλησι τὰ ἐν τῇ νυκτὶ
κατασχόντα τοὺς βαρβάρους, ἀναθαρσήσαντές δὲ οἱ Φω-
κεῖς προθυμότερον ἔτι ἐνέκειντο τοῖς Κελτοῖς, διὰ φυλα-
κῆς τε πλέονος τὰς ἐπαύλεις ἐποιοῦντο, καὶ τὰ ἐς βίου
χρείαν οὐ περιεώρων σφᾶς ἐκ τῆς χώρας ἀμαχεὶ λαμβά-
νοντας· ἐγεγόνει τε αὐτίκα τοῖς Γαλάταις διὰ παντὸς

eadem pervasit insania. Arreptis igitur armis, et inter se facto agminis dissidio, vicissim et occidebant alii alios, et occidebantur; quum neque *per tenebras et amentiam illam*, patriam linguam intelligerent, neque vultus inter se, nec scutorum signa possent agnoscere: sed contrariis ordinibus utrinque per caeci illius erroris vecordiam, Graeci esse, qui contra pugnarent, viderentur, et Graeca esse arma putarent, quin et Graecam esse vocem crederent, quam homines mitterent. Furorque hic divinitus immissus effecit, ut maxima Barbarorum multitudo mutuis vulneribus caderet. Primi hanc rem animadvertere, qui e Phocensibus in agris relicti fuerant ad pecoris custodiam. Ii igitur, quae Barbaris per noctem accidissent, Graecis annunciarunt. Excitati eo nuncio Phocenses, alacrius multo in hostes irruerunt. Greges praeterea accuratiore multo custodia servarunt; ac ne commeatus ex agris sine pugna sumi possent, providerunt. Quo factum, ut mox ingenti tum frumenti, tum cibariorum omnium

τοῦ στρατοῦ καὶ σίτου, καὶ ὅσα ἐς τροφὴν ἄλλα, ἔνδεια ἰσχυρά. (6) Πλῆθος δὲ τὸ ἐν τῇ Φωκίδι αὐτῶν ἀναλωθὲν, ὀλίγῳ μὲν ἑξακισχιλίων ἐλάσσονες οἱ ἐν ταῖς μάχαις· οἱ δὲ ἐν τῇ χειμερίῳ διαφθαρέντες νυκτὶ, καὶ ὕστερον ἐν τῷ Πανικῷ δείματι, ἐγένοντο ὑπὲρ τοὺς μυρίους· τοσοῦτοι δὲ ἄλλοι καὶ ὑπὸ τοῦ λιμοῦ. (7) Ἀθηναίων δὲ ἄνδρες ἐπισκεψόμενοι μὲν ἀφίκοντο ἐς Δελφούς· τότε δὲ ἐπανήκοντες τά τε ἄλλα ἤγγελλον, ὁποῖα συμβεβήκει τοῖς βαρβάροις, καὶ τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ κατειληφότα. οἱ δὲ αὐτίκα ἐξεστρατεύοντο, καὶ ὡς τὴν Βοιωτίαν διώδευον, οἱ Βοιωτοὶ σφισιν ἀνεμίχθησαν· οὕτω δὴ ἀμφότεροι τοῖς βαρβάροις ἐπακολουθοῦντες, ἐλόχων τε καὶ ἔκτεινον τοὺς αἰεὶ ἐσχάτους. τοῖς δὲ φεύγουσιν ὁμοῦ τῷ Βρέννῳ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀκιχώριον ἐν τῇ προτέρᾳ νυκτὶ ἀνεμίχθησαν· βραδεῖαν γὰρ τὴν πορείαν ἐποίησάν σφισιν οἱ Αἰτωλοὶ, τοῖς τε ἀκοντίοις ἐς αὐτοὺς ἀφειδέστερον, καὶ ὅτῳ τύχοιεν καὶ ἄλλῳ χρώμενοι· ὥστε ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ πρὸς τῇ Ἡρακλείᾳ

penuria, universus Gallorum exercitus vehementer laborarit. (6) Fuere eorum, qui in Phocide praeliantes perierunt, non multo pauciores quam sex hominum millia: nocturno gelu, et postea Panico terrore confecti amplius decem millia: non minor numerus fame consumti. (7) Qui ex Atheniensibus Delphos speculatum missi sunt, et alia, quae Gallis evenerant, et quibus a Deo cladibus affecti essent, ad suos reversi nunciarunt. Hi vero statim copias eduxerunt, et dum per Boeotiam iter faciunt, se Boeoti illis adiunxerunt: utrique vero Barbaros insectantes, passim ex insidiis extremos interficiebant. Brenni agmen Acichorii copiae superiore tantum nocte assecutae fuerant: siquidem Aetolis incessentibus quum iaculis, tum fortuitorum quovis missilium genere, lentius iter fecerant. Quare ad ea castra, quae ad Heraclean metati fuerant, non magna omnino ipsorum manus

μοῖρα οὐ πολλὴ διέφυγεν ἐξ αὐτῶν. (8) Τῷ δὲ Βρέν-
νῳ κατὰ μὲν τὰ τραύματα ἐλείπετο ἔτι σωτηρίας ἐλπίς·
τῶν δὲ πολιτῶν φόβῳ φασὶν αὐτὸν, καὶ τῇ αἰδοῖ πλέον,
ἅτε τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι κακῶν αἴτιον, ἑκουσίως ἀφεῖναι
τὴν ψυχὴν, ἀκράτου πίνοντα τοῦ οἴνου. καὶ τὸ ἀπὸ
τούτου δὲ οἱ βάρβαροι μέχρι μὲν τοῦ Σπερχειοῦ χαλε-
πῶς ἐκομίσθησαν, τῶν Αἰτωλῶν βιαίως σφίσιν ἐγκειμέ-
νων· ὡς δὲ ἀφίκοντο ἐπὶ τὸν Σπερχειὸν, οἱ ἐντεῦθεν
ὑποκαθήμενοι Θεσσαλοὶ καὶ οἱ Μαλιεῖς ἐνεφορήθησαν
οὕτω σφῶν, ὡς μηδένα οἴκαδε ἀποσωθῆναι. (9) Ἐγέ- 857
νετο δὲ τῶν Κελτῶν στρατεία τε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ
ἡ ἀπώλεια, Ἀναξικράτους Ἀθήνῃσιν ἄρχοντος, δευτέρῳ
δὲ ἔτει τῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν,
ἣν Λάδας Αἰγιεὺς ἐνίκα στάδιον· τῷ δὲ ἔτει τῷ ἐφε-
ξῆς Δημοκλέους Ἀθήνῃσιν ἄρχοντος, οἱ δὲ αὖθις ἐς τὴν
Ἀσίαν διαβαίνουσιν οἱ Κελτοί. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω γε-
νόμενα ἴστω τις.

effugit. (8) Brenno certe vulnera reliquam fecerant aliquam vitae spem: metu tamen, vel pudore potius, quod auctor ipse civibus suis fuisset suscipiendae in Graeciam tam calamitosae expeditionis, ultro aiunt hausto mero *post accepta vulnera* mortem oppetiisse. Eo mortuo vix, et periculoso maxime itinere, Aetolis acriter urgentibus, Barbari ad Sperchion retrocessere. Ibi eos ex insidiis Thessali et Malienses adorti, ita sunt hostium caede satiati, ut *ex tanto hominum numero* ne unus quidem salvus domum redierit. (9) Gallorum haec in Graeciam irruptio pariter et strages facta est summum Athenis magistratum gerente Anaxicrate, anno altero Olympiadis centesimae et vicesimae quintae, qua de stadio vicit Ladas Aegiensis. Insequenti vero anno, Democle Athenis eundem honorem gerente, rursus in Asiam Galli transmisere. Atque haec ad historiae fidem exposita hactenus fuerint.

CAPUT XXIV.

Memoranda in templi Delphici vestibulo, VII Sapientum Graeciae nomina et sententiae templo inscriptae — Homeri signum cum inscriptione — de Homeri et Clymenes sepulcro et Homeri matre — memoranda in templo Delphico, Iovis Moeragetae et Apollinis Moeragetae signum, Pindari sella e ferro fabricata — memoranda extra templum Delphicum, Neoptolemi sepulcrum, lapis Saturni, fons Cassotis.

Ἐν δὲ τῷ προνάῳ τῷ ἐν Δελφοῖς γεγραμμένα ἐστὶν ὠφελήματα ἀνθρώποις ἐς βίον· ἐγράφη δὲ ὑπὸ ἀνδρῶν, οὓς γενέσθαι σοφοὺς λέγουσιν Ἕλληνες. οὗτοι δὲ ἦσαν ἐκ μὲν Ἰωνίας Θαλῆς τε Μιλήσιος, καὶ Πριηνεὺς Βίας· Αἰολέων δὲ τῶν ἐν Λέσβῳ Πιττακὸς Μιτυληναῖος· ἐκ Δωριέων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ Κλεόβουλος Λίνδιος, καὶ Ἀθηναῖός τε Σόλων, καὶ Σπαρτιάτης Χίλων· τὸν δὲ ἕβδομον Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἀντὶ Περιάνδρου τοῦ Κυψέλου Μύσωνα κατείλοχε τὸν Χηνέα· κώμη δὲ ἐν τῇ Οἴτῃ τῷ ὄρει ᾠκοῦντο αἱ Χῆναι. οὗτοι οὖν οἱ ἄνδρες ἀφικόμενοι ἐς Δελφοὺς ἀνέθεσαν τῷ Ἀπόλλωνι τὰ ᾀδόμενα, Γνῶθι σαυτὸν, καὶ, Μηδὲν ἄγαν. οὗτοι μὲν δὴ ἐνταῦθα ἔγραψαν τὰ εἰρημένα. (2) Θεάσαιο δ᾽ ἂν καὶ

Cap. XXIV. Pro Delphici templi foribus leguntur perutilia vitae hominum documenta, ab iis hominibus conscripta, quos Graeci sapientes *et habuerunt*, *et* appellarunt. Fuerunt illi, ex Ionia quidem, Thales Milesius, et Prienensis Bias: ex Aeolica vero natione, e Lesbo insula, Pittacus Mitylenaeus: ex iis, qui in Asia sunt Doriensibus, Cleobulus Lindius: Atheniensis praeterea Solon, et Spartanus Chilon: septimum Plato Aristonis filius, pro Periandro *Corinthio* Cypseli filio, enumerat Chenensem Mysonem. Incolebatur *olim* in Oeta monte vicus Chenae. Hi sane Delphos profecti, celebratas illas hominum sermone sententias Apollini dedicarunt: Cognosce te ipsum: nequid nimis. Haec inquam illi scripta eo in loco reliquerunt. (2) Videas ibidem

εἰκόνα Ὁμήρου χαλκῆν ἐπὶ στήλῃ, καὶ ἐπιλέξει τὸ μάντευμα, ὅ γενέσθαι τῷ Ὁμήρῳ λέγουσιν·

Ὄλβιε καὶ δύσδαιμον, (ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι)
Πατρίδα δίζηαι· μητρὶς δέ τοι, οὐ πατρίς ἐστιν.
Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρίς, ἥ σε θανόντα
Δέξεται· ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι.

(3) Δεικνύουσι δὲ οἱ Ἰῆται καὶ Ὁμήρου μνῆμα ἐν τῇ 858 νήσῳ, καὶ ἑτέρωθι Κλυμένης, τὴν Κλυμένην μητέρα εἶναι τοῦ Ὁμήρου λέγοντες. Κύπριοι δὲ, (οἰκειοῦνται γὰρ δὴ καὶ οὗτοι Ὅμηρον) Θεμιστώ τε αὐτῷ μητέρα εἶναι τῶν τινα ἐπιχωρίων γυναικῶν λέγουσι, καὶ ὑπὸ Εὔκλου προθεσπισθῆναι τὰ ἐς τὴν γένεσιν τὴν Ὁμήρου φασὶν ἐν τοῖσδε·

Καὶ τότ' ἐν εἰναλίῃ Κύπρῳ μέγας ἔσσετ' ἀοιδὸς,
Ὅν τε Θεμιστὼ τέξει ἐπ' ἀγροῦ δῖα γυναικῶν,
Νόσφι πολυκτεάνοιο πολύκλειτον Σαλαμῖνος.

et aeream columnae superimpositam Homeri statuam. In eadem columna leges illud *Apollinis* responsum, quod ipsi poëtae *de patria sua sciscitanti* editum memorant:

Felix atque miser, (nam sors te ad utrumque creavit.)
De patria quaeris; tibi matria, non patria illa est.
Insula Ios matris patria est, quae colliget ossa
Exanguis: sed enim puerorum aenigma caveto.

(3) Monstrant Ietae in insula Homeri sepulcrum, et seorsum Clymenes, Homeri Clymenen matrem fuisse dictitantes. Cyprii vero (nam et hi sibi Homerum vindicant) Themisto indigenam foeminam Homeri fuisse matrem dicunt: Euclum vero de ipsius ortu hisce versibus fuisse vaticinatum:

Fluctisona in Cypro tunc vatem dia Themisto
Altiloquum Salaminem extra generabit in agris.
Posthabita hic Cypro longe provectus in altum

Κύπρον δὲ προλιπὼν, διερός θ' ὑπὸ κύμασιν ἀρθεὶς,
Ἑλλάδος εὐρυχόρου μοῦνος κακὰ πρῶτος ἀείσας,
Ἔσσεται ἀθάνατος, καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.

ταῦτα ἡμεῖς ἀκούσαντές τε καὶ ἐπιλεξάμενοι τοὺς χρησμοὺς, ἰδίᾳ δὲ οὐδένα αὐτῶν λόγον, οὔτε ἐς πατρίδα, οὔτε περὶ ἡλικίας Ὁμήρου γράφομεν. (4) Ἐν δὲ τῷ ναῷ πεποίηται μὲν Ποσειδῶνος βωμὸς, ὅτι τὸ μαντεῖον τὸ ἀρχαιότατον κτῆμα ἦν καὶ Ποσειδῶνος. ἕστηκε δὲ καὶ ἀγάλματα Μοιρῶν δύο· ἀντὶ δὲ αὐτῶν τῆς τρίτης Ζεύς τε Μοιραγέτης, καὶ Ἀπόλλων σφίσι παρέστηκε Μοιραγέτης. θεάσαιο δὲ ἐνταῦθα καὶ ἑστίαν, ἐφ' ᾗ Νεοπτόλεμον τὸν Ἀχιλλέως ὁ ἱερεὺς ἀπέκτεινε τοῦ Ἀπόλλωνος. τὰ δὲ ἐς τοῦ Νεοπτολέμου τὴν τελευτήν ἐστιν ἡμῖν ἑτέρωθι εἰρημένα. ἀνάκειται δὲ οὐ πόῤῥω τῆς ἑστίας θρόνος Πινδάρου· σιδήρου μέν ἐστιν ὁ θρόνος· ἐπὶ δὲ αὐτῷ φασιν, ὁπότε ἀφίκοιτο ἐς Δελφοὺς, καθέζεσθαί τε τὸν Πίνδαρον καὶ ᾄδειν, ὁπόσα τῶν ᾀσμάτων ἐς Ἀπόλλωνά ἐστιν. ἐς δὲ τοῦ ναοῦ τὸ ἐσωτάτω

Helladicae primus mala terrae carmine dicet:
Expers mortis erit seniique in secula cuncta.

Haec nos ab aliis audita et in oraculis lecta scribimus, privatim autem nihil nec de patria nec de aetate Homeri prodimus. (4) Intra templum dicata fuit Neptuno ara. Erat enim iam tum ab initio id oraculum propria Neptuno sedes. Exstant et Parcarum duarum simulacra: tertiae locum Iupiter Moeragetes, et item Moeragetes Apollo (*id est Parcarum duces*) tenent. Ostenditur ibidem focus ille, in quo Achillis filium Neoptolemum Apollinis sacerdos occidit: qua de re *multa* alio loco exposuimus. Non procul hinc Pindari sella sita est, e ferro fabricata: in ea Pindarum quoties Delphos venisset, sedere, et cantica omnia, quae fecit in Apollinis honorem, decantare solitum tradunt. In templi recessu intimo,

παρίασί τε ἐς αὐτὸ ὀλίγοι, καὶ χρυσοῦν Ἀπόλλωνος ἕτερον ἄγαλμα ἀνάκειται.

(5) Ἐξελθόντι δὲ τοῦ ναοῦ, καὶ τραπέντι ἐς ἀριστερὰν, περίβολός ἐστι, καὶ Νεοπτολέμου τοῦ Ἀχιλλέως 859
ἐν αὐτῷ τάφος· καί οἱ κατὰ ἔτος ἐναγίζουσιν οἱ Δελφοί. ἐπαναβάντι δὲ ἀπὸ τοῦ μνήματος λίθος ἐστὶν οὐ μέγας· τούτου καὶ ἔλαιον ὁσημέραι καταχέουσι, καὶ κατὰ ἑορτὴν ἑκάστην ἔρια ἐπιτιθέασι τὰ ἀργά· ἔστι δὲ καὶ δόξα ἐς αὐτὸν, δοθῆναι Κρόνῳ τὸν λίθον ἀντὶ τοῦ παιδὸς, καὶ ὡς αὖθις ἤμεσεν αὐτὸν ὁ Κρόνος. ἰοῦσι δὲ ὡς ἐπὶ τὸν νεὼν αὖθις μετὰ τοῦ λίθου τὴν θέαν, ἔστιν ἡ Κασσωτὶς καλουμένη πηγή· τεῖχος δὲ οὐ μέγα ἐπ᾽ αὐτῇ, καὶ ἡ ἄνοδος διὰ τοῦ τείχους ἐστὶν ἐπὶ τὴν πηγήν. ταύτης τῆς Κασσωτίδος δύεσθαί τε κατὰ τῆς γῆς λέγουσι τὸ ὕδωρ, καὶ ἐν τῷ ἀδύτῳ τοῦ θεοῦ τὰς γυναῖκας μαντικὰς ποιεῖν· τὴν δὲ τῇ κρήνῃ δεδωκυῖαν τὸ ὄνομα τῶν περὶ τὸν Παρνασσὸν Νυμφῶν φασιν εἶναι.

quo paucis *admodum* est aditus, alterum positum est aureum Apollinis signum. (5) E templo egressis, et ad laevam conversis, circumsepta quaedam est area, in qua Neoptolemi Achillis filii sepulcrum; cui parentant quotannis Delphi. Ab eo monumento quum rursum ascendere inceperis, lapidem videas modice magnum. Hunc quotidie perfundunt oleo, singulisque festis lanam in eo ponunt nondum tractatam. De eo lapide percrebuit opinio, illum ipsum esse, quem pro puero appositum ac devoratum, Saturnus per vomitum eiecerit. Ubi lapidem spectaveris, si pedem retuleris quasi ad fanum rediturus, fontem videas, cui nomen Cassotis. Murus ei obiectus est, non utique magnus: per murum ad fontem ascenditur: huius Cassotidis aquas terram subire dicunt, et in adyto Apollinis mulieres efficere fatidicas: eam vero quae fonti nomen dedit, unam esse de Parnassidum nympharum numero.

CAPUT XXV.

Lesche Delphorum, Polygnoti picturis exornata — dextrae partis picturae, quae Troiam captam et Graecorum classem domum solventem exhibet, descriptio.

Ὑπὲρ δὲ τὴν Κασσωτίδα ἐστὶν οἴκημα γραφὰς ἔχον τῶν Πολυγνώτου, ἀναθήματα μὲν Κνιδίων· καλεῖται δὲ ὑπὸ Δελφῶν Λέσχη, ὅτι ἐνταῦθα συνιόντες τὸ ἀρχαῖον τά τε σπουδαιότερα διελέγοντο, καὶ ὁπόσα μυθώδη. τοιαῦτ' εἶναι πολλὰ ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα, Ὅμηρος ἐν Μελανθοῦς λοιδορίᾳ πρὸς Ὀδυσσέα ἐδήλωσεν·

Οὐδ' ἐθέλεις εὕδειν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθὼν,
Ἠέ που ἐς λέσχην, ἀλλ' ἐνθάδε πόλλ' ἀγορεύεις.

(2) Ἐς τοῦτο οὖν ἐσελθόντι τὸ οἴκημα τὸ μὲν σύμπαν τὸ ἐν δεξιᾷ τῆς γραφῆς Ἴλιός τέ ἐστιν ἑαλωκυῖα καὶ ἀπόπλους ὁ Ἑλλήνων. Μενελάῳ δὲ τὰ ἐς τὴν ἀναγωγὴν εὐτρεπίζουσι, καὶ ναῦς τε γεγραμμένη, καὶ ἄνδρες ἐν τοῖσι ναύταις καὶ ἀναμὶξ παῖδες· ἐν μέσσῃ δέ ἐστι

Cap. XXV. Supra Cassotidem aedificium quoddam est: in eo picturae aliquot Polygnoti, quas Gnidii dedicarunt: locum Delphi Leschen vocant, (*quasi confabulationem, aut stationem dicas*) quod eo convenientes priscis olim temporibus, seria et ioca inter se conferebant. Talia fuisse multa in omni Graecia *conciliabula* Homerus docuit, quo loco Melanthus in Ulyssem convicium exponit:

Non somnum ut capias aeraria tecta fabrorum
Non Leschen celebras, sed multa hic rancida garris.

(2) Ubi in hoc aedificium introieris, pictam videas in dextero templi pariete Ilii eversionem, et Graecorum classem domum solventem. Menelao ibi sunt, qui omnia ad reditum adornant. Navis item picta, et inter Nautas permisti viris pueri. In media navi cernitur

17.



18.



τῇ νηῒ ὁ κυβερνήτης Φρόντις κοντοὺς διέχων. Ὅμηρος δὲ Νέστορα ἐποίησεν ἄλλα τε διαλεγόμενον πρὸς Τηλέμαχον, καὶ περὶ τοῦ Φρόντιδος, ὡς πατρὸς μὲν Ὀνήτορος, Μενελάου δὲ ἦν κυβερνήτης, δοκιμώτατος δὲ ἐς τὴν τέχνην, καὶ ὡς Σούνιον ἤδη τὸ ἐν τῇ Ἀττικῇ παρα- 860
πλέοντα ἐπέλαβεν αὐτὸν τὸ χρεών· καὶ τέως ὁμοῦ Νέστορι ὁ Μενέλαος πλέων, τότε κατὰ αἰτίαν ἀπελείφθη ταύτην, ἵνα μνήματος καὶ ὅσα ἐπὶ νεκροῖς ἄλλα ἀξιώσειε τὸν Φρόντιν, οὗτός τε οὖν ἐν τοῦ Πολυγνώτου τῇ γραφῇ, καὶ ὑπ᾽ αὐτὸν Ἰθαιμένης τέ τις κομίζων ἐσθῆτα, καὶ Ἐχοίαξ διὰ τῆς ἀποβάθρας κατιών ἐστιν, ὑδρίαν ἔχων χαλκῆν. καταλύουσι δὲ καὶ τοῦ Μενελάου τὴν σκηνὴν οὐ πόῤῥω τῆς νεὼς οὖσαν Πολίτης, καὶ Στρόφιός τε καὶ Ἄλφιος· καὶ ἄλλην διαλύων σκηνήν ἐστιν Ἀμφίαλος· ὑπὸ δὲ τοῦ Ἀμφιάλου τοῖς ποσὶ κάθηται παῖς· ἐπίγραμμα δὲ οὐκ ἔστι τῷ παιδὶ, γένεια δὲ μόνῳ τῷ Φρόντιδι. καὶ μόνου τούτου τὸ ὄνομα ἐκ τῆς ἐς Ὀδυσσέα ποιήσεως ἔμαθε· τῶν δὲ ἄλλων (ἐμοὶ

Phrontis gubernator contos disponens. Nestorem Homerus et alia Telemacho dicentem fecit, et nonnulla de Phrontide, Onetoris scilicet filium fuisse, Menelai gubernatorem, artis suae peritissimum: quodque is e vita decesserit, quum Sunium Atticae terrae promontorium iam praetervecti essent: et sane Menelaum secum una illuc usque navigasse refert Nestor: eo vero in loco commoratum, tum tumulum Phrontidi exstruendum curat, et alia pro viri dignitate iusta facit. Spectatur ille quidem in Polygnoti opere. Paulo infra ipsum, Ithaemenes nescio quis vestimentum portans; et Echoeax per nauticum pontem cum urna aenea descendens. Tollunt Menelai tabernaculum, quod fuerat non longe a navi collocatum, Polites, Strophius, et Alphius: et aliud tabernaculum refigit Amphialus. Sub Amphiali pedibus sedet puer: eius nomen nulla indicat inscriptio. Barbarus unus ex omnibus Phrontis est: et huius unius ex Homeri de Ulysse

δοκεῖν) τὰ ὀνόματα συνέθηκεν αὐτὸς ὁ Πολύγνωτος. Βρισηῒς δὲ ἑστῶσα, καὶ Διομήδη τε ὑπὲρ αὐτῆς, καὶ Ἶφις πρὸ ἀμφοτέρων, ἐοίκασιν ἀνασκοπουμέναις τὸ Ἑλένης εἶδος. κάθηται δὲ αὐτή τε ἡ Ἑλένη καὶ Εὐρυβάτης πλησίον· τὸν Ὀδυσσέως εἶναι κήρυκα εἰκάζομεν· οὐ μὴν εἶχεν ἤδη γένεια. θεράπαινα δὲ Ἠλέκτρα καὶ Πανθαλὶς, ἡ μὲν τῇ Ἑλένῃ παρέστηκεν, ἡ δὲ ὑποδεῖ τὴν δέσποιναν ἡ Ἠλέκτρα. διάφορα δὲ καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα Ὅμηρος ἔθετο ἐν Ἰλιάδι, ἧ καὶ Ἑλένην καὶ ἰούσας ὁμοῦ τῇ Ἑλένῃ τὰς δούλας ἐπὶ τὸ τεῖχος πεποίηκε. (3) Κάθηται δὲ ὑπὲρ τὴν Ἑλένην πορφυροῦν ἀνὴρ ἀμπεχόμενος ἱμάτιον, καὶ ἐς τὰ μάλιστα κατηφής· Ἕλενον εἶναι τεκμήραιο ἂν τὸν Πριάμου, καὶ πρὶν ἢ καὶ τὸ ἐπίγραμμα ἐπιλέξασθαι. πλησίον δὲ τοῦ Ἑλένου Μέγης ἐστί· τέτρωται δὲ τὸν βραχίονα ὁ Μέγης, καθὰ δὴ καὶ Λέσχεως ὁ Αἰσχυλήνου Πυῤῥαῖος ἐν Ἰλίου πέρσιδι ἐποίησε· τρωθῆναι δὲ ὑπὸ τὴν μάχην τοῦτον ἣν ἐν τῇ νυκτὶ ἐμαχέσαντο οἱ Τρῶες, ὑπὸ Ἀδμήτου

carminibus nomen sumsit: nam cetera (ut opinor) nomina ipse sibi Polygnotus finxit. Stat Briseis, Diomedes supra ipsam, et apud eos Iphis, Helenae formam admirantibus simillimi. Sedet ipsa Helena, et prope eam Eurybates. Ulyssis esse hunc praeconem coniicimus: est tamen adhuc imberbis. Ancillae ibidem sunt duae; e quibus Panthalis Helenae adsistit, Electra herae calceum subligat. Diversa ab his nomina sunt, quae Homerus in Iliade usurpat, quo loco Helenam, et cum ea ancillas ad muros euntes facit. (3) Sedet supra Helenam vir purpureo velatus amiculo, moestus ut qui maxime: Helenum esse, Priami filium, facile intelligas, vel priusquam inscriptionem legas. Prope Helenum Meges est, brachio saucio; quod iis versibus mandavit Lescheus Pyrrhaeus, Aeschyleni filius, quod de Ilii populatione fecit: et vulneratum quidem ab Admeto Argivo in ea pugna, quam Troiani *postrema excidii sui* nocte commiserunt.

φησὶ τοῦ Ἀργείου, γέγραπται καὶ Λυκομήδης παρὰ 861
τὸν Μέγητα ὁ Κρέοντος, ἔχων τραῦμα ἐπὶ τῷ καρπῷ· Λέσχεως οὕτω φησὶν αὐτὸν ὑπὸ Ἀγήνορος τρωθῆναι. δῆλα οὖν, ὡς ἄλλως γε οὐκ ἂν ὁ Πολύγνωτος ἔγραψεν οὕτω τὰ ἕλκη σφίσιν, εἰ μὴ ἐπελέξατο τὴν ποίησιν τοῦ Λέσχεω. προσεπέθηκε μέντοι καὶ σφυροῦ τῷ Λυκομήδει, καὶ τρίτον τραῦμα ἐν τῇ κεφαλῇ. τέτρωται δὲ καὶ Εὐρύαλος ὁ Μηκιστέως κεφαλήν τε καὶ ἐπὶ τῇ χειρὶ τὸν καρπόν. οὗτοι μὲν δὴ ἀνωτέρω τῆς Ἑλένης εἰσὶν ἐν τῇ γραφῇ· ἐφεξῆς δὲ τῇ Ἑλένῃ μήτηρ τε ἡ Θησέως ἐν χρῷ κεκαρμένη, καὶ παίδων τῶν Θησέως Δημοφῶν ἐστι φροντίζων, ὅσα γε ἀπὸ τοῦ σχήματος, εἰ ἀνασώσασθαί οἱ τὴν Αἴθραν ἐνέσται. Ἀργεῖοι δὲ καὶ ἐκ τῆς Σίνιδος θυγατρὸς γενέσθαι Θησεῖ Μελάνιππον λέγουσι, καὶ ὡς ἀνέλοιτο ὁ Μελάνιππος δρόμου νίκην, ὅτε οἱ Ἐπίγονοι καλούμενοι Νέμεα δεύτεροι οὗτοι ἔθεσαν μετὰ Ἄδραστον. Λέσχεως δὲ ἐς τὴν Αἴθραν ἐποίησεν, ἡνίκα

Pictus est proxime ad Megetem Lycomedes Creontis filius, et ipse saucius in eo articulo, quo cum lacerto manus iungitur, *καρπὸν Graeci vocant:* ea enim in parte vulneratum scripsit Lescheus ab Agenore: quod ut pingeret non fuisse Polygnoto in mentem venturum facile credi potest, ni Leschei poesin legisset. Sed alia etiam *duo* vulnera accepit Lycomedes, quae penicillo expressit Polygnotus: in talo unum, in capite alterum. Euryalus etiam Mecistei filius, vulneribus affectus est *duobus*, in capite, et manus iunctura. Sunt hi *omnes* in ea pictura supra Helenam collocati. Adiuncti Helenae sunt, Aethra Thesei mater, detonso ad cutem capillo; et Thesei filius Demophon, meditans (quantum oris figura ostendit) num qua ratione queat aviam paternam in libertatem asserere. Argivi Theseo e Symidis filia Menalippum genitum ferunt, qui de cursu palmam tulerit, quo tempore ii, qui Epigoni (*id est posteri*) sunt appellati, Nemeorum ludicra, edita primum ab Adrasto, retulerunt.

ἡλίσκετο Ἴλιον, ὑπεξελθοῦσαν ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτὴν ἀφικέσθαι τὸ Ἑλλήνων, καὶ ὑπὸ τῶν παίδων γνωρισθῆναι τῶν Θησέως, καὶ ὡς παρ' Ἀγαμέμνονος αἰτῆσαι Δημοφῶν αὐτήν· ὁ δὲ ἐκείνῳ μὲν ἐθέλειν χαρίζεσθαι, ποιήσειν δὲ οὐ πρότερον ἔφη, πρὶν Ἑλένην πεῖσαι· ἀποστείλαντι δὲ αὐτῷ κήρυκα ἔδωκεν Ἑλένη τὴν χάριν. ἔοικεν οὖν ὁ Εὐρυβάτης ὁ ἐν τῇ γραφῇ ἀφῖχθαί τε ὡς τὴν Ἑλένην τῆς Αἴθρας εἵνεκα, καὶ τὰ ἐντεταλμένα ὑπὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἀπαγγέλλειν. (4) Γυναῖκες δὲ αἱ Τρῳάδες αἰχμαλώτοις τε ἤδη καὶ ὀδυρομέναις ἐοίκασι· γέγραπται μὲν Ἀνδρομάχη, καὶ ὁ παῖς οἱ προσέστηκεν ἑλόμενος τοῦ μαστοῦ. τούτῳ Λέσχεως ῥιφθέντι ἀπὸ τοῦ πύργου συμβῆναι λέγει τὴν τελευτήν, οὐ μὴν ὑπὸ δόγματός γε Ἑλλήνων, ἀλλ' ἰδίᾳ Νεοπτόλεμον αὐτόχειρα ἐθελῆσαι γενέσθαι. γέγραπται δὲ Μηδεσικάστη, θυγατέρων μὲν Πριάμου καὶ αὕτη τῶν νόθων· ἐξῳκίσθαι δὲ ἐς Πήδαιον πόλιν φησὶν αὐτὴν
862 Ὅμηρος, Ἰμβρίῳ Μέντορος παιδὶ ἀνδρὶ συνοικοῦσαν. ἡ

Lescheus carminibus prodidit suis, Ilio capto elapsam *e medio tumultu* Aethran in Graecorum castra venisse: ibi a Thesei filiis agnitam esse, Demophontemque eam ab Agamemnone repetisse: et illum quidem quum gratificari Demophonti maxime vellet, non prius tamen se id facturum dixisse, quam Helenae idem placere intellexisset. Misso igitur caduceatore, facile Helenam exorasse. Videtur igitur in ea pictura Eurybates ad Helenam Aethrae causa, ut quae mandata fuerant perferret, venisse. (4) Troianae ibidem mulieres, captivarum et lugentium habitu agnoscuntur. Andromache primum; cui filius adstat mammam prensans. Hunc e turri deiectum periisse scribit Lescheus: non tamen Graecorum decreto in eum saevitum, sed privato Neoptolemi odio, qui sibi eius necem depoposcerat. Picta praeterea est Medesicaste: una haec Priami filiarum, non illa quidem ex legitimo toro genita; nupta fuit Pedaei (urbs ea est, ut inquit Home-

μὲν δὴ Ἀνδρομάχη καὶ ἡ Μηδεσικάστη καλύμματά εἰσιν ἐπικείμεναι· Πολυξένη δὲ κατὰ τὰ ειθισμένα παρθένοις ἀναπέπλεκται τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας. ἀποθανεῖν δὲ αὐτὴν ἐπὶ τῷ Ἀχιλλέως μνήματι, ποιηταί τε ᾄδουσι, καὶ γραφὰς ἔν τε Ἀθήναις καὶ Περγάμῳ τῇ ὑπὲρ Καΐκου θεασάμενος οἶδα ἐχούσας ἐς τῆς Πολυξένης τὰ παθήματα. ἔγραψε δὲ καὶ Νέστορα τῇ κεφαλῇ τε ἐπικείμενον πῖλον καὶ ἐν τῇ χειρὶ δόρυ ἔχοντα· καὶ ἵππος κονίεσθαι μέλλοντος παρέχεται σχῆμα. ἄχρι μὲν δὴ τοῦ ἵππου αἰγιαλός τε, καὶ ἐν αὐτῷ ψηφῖδες ὑποφαίνονται, τὸ δὲ ἐντεῦθεν οὐκέτι ἔοικεν εἶναι θάλασσα.

CAPUT XXVI.

Picturae dextrae partis Lesches Delphicae descriptio continuatur — loricae antiquae descriptio.

Τῶν δὲ γυναικῶν τῶν μεταξὺ τῆς τε Αἴθρας καὶ Νέστορός εἰσιν ἄνωθεν τούτων αἰχμάλωτοι καὶ αὗται, Κλυμένη τε καὶ Κρέουσα, καὶ Ἀριστομάχη, καὶ Ξενοδίκη.

rus) cum Imbrio Mentoris filio. Andromache et Medesicaste velato sunt capite: Polyxena virginum more collecto in nodum crine: mactatam illam fuisse ad Achillis tumulum, et poëtae decantarunt, et tabulae testantur, quas tum Athenis, tum Pergami (quae urbs supra Caicum est) mihi ipsi contigit intueri: sunt vero in illis expressi Polyxenae casus. Pinxit eodem in loco Polygnotus etiam Nestorem, pileo velatum, hastam tenentem. Equus prope in pulvere volutare parantis speciem praebet. Vsque ad equum expressa est littoris facies, in eoque cernuntur calculi. Quae deinceps area sequitur, nullam amplius maris formam praefert.

Cap. XXVI. Supra eas foeminas, quae mediae sunt inter Aethram et Nestorem, aliae captivae cernuntur, Clymene, Creusa, Aristomache, et Xenodice. Clymenen

Κλυμένην μὲν οὖν Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι κατηρίθμηκεν ἐν ταῖς αἰχμαλώτοις, ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀριστομάχην ἣν ἐποίησαν ἐν Νόστοις θυγατέρα μὲν Πριάμου, Κριτολάου δὲ γυναῖκα εἶναι τοῦ Ἱκετάονος· Ξενοδίκης δὲ μνημονεύσαντα οὐκ οἶδα οὔτε ποιητὴν, οὔτε ὅσοι λόγων συνθέται. ἐπὶ δὲ τῇ Κρεούσῃ λέγουσιν, ὡς ἡ θεῶν μήτηρ καὶ Ἀφροδίτη δουλείας ἄπο Ἑλλήνων αὐτὴν ἐῤῥύσαντο· εἶναι γὰρ δὴ καὶ Αἰνείου τὴν Κρέουσαν γυναῖκα. Λέσχεως δὲ καὶ ἔπη τὰ Κύπρια διδόασιν Εὐρυδίκην γυναῖκα Αἰνείᾳ. γεγραμμέναι δὲ ἐπὶ κλίνης ὑπὲρ ταύτας Δηϊνόμη τε καὶ Μητιόχη, καὶ Πεῖσίς ἐστι καὶ Κλεοδίκη· τούτων ἐν Ἰλιάδι καλουμένῃ μικρᾷ μόνης ἐστὶ τὸ ὄνομα τῆς Δηϊνόμης· τῶν δ' ἄλλων (ἐμοὶ δοκεῖν) συνέθηκε τὰ ὀνόματα ὁ Πολύγνωτος. γέγραπται δὲ καὶ Ἐπειὸς γυμνὸς καταβάλλων ἐς ἔδαφος τῶν Τρώων τὸ τεῖχος· ἀνέχει δὲ ὑπὲρ αὐτῶν κεφαλὴ τοῦ ἵππου μόνη τοῦ δουρείου. Πολυποίτης δὲ ὁ Πειρίθου, δεδεμένος τὴν κεφαλὴν ταινίᾳ, καὶ παρ' αὐτὸν Ἀκάμας ἐστὶν

Stesichorus iis, quae fecit de Ilii excidio carminibus, inter captivas numerat. Aristomachen Priami fuisse filiam Ennus poëta scripsit, Critolao nuptam Icetaonis filio. Xenodices qui mentionem fecerit, neque carminis, neque solutae orationis auctorem ullum comperi. De Creusa memoriae proditum est, a Deûm matre et Venere Graecis ereptam, et in libertatem vindicatam: fuisse vero eam Aeneae uxorem. Lescheus tamen, et qui Cypria carmina scripsit, Aeneae uxorem Eurydicen nominant. Supra has, in lectulo *decumbentes* pictae sunt Deinome, Metioche, Pisis, et Cleodice. Harum unius mentio Deinomes fit in eo opere, quae Parva inscribitur Ilias: ceteris (uti ego sentio) Polygnotus ipse nomina imposuit. Pinxit vero etiam Epeum, Troiae muros aequantem solo: prominet inter ruinas caput solum equi Duratei. Adest et Polypoetes Pirithoi filius, vitta praecincto capite. Adsistit Acamas Thesei filius, caput cristata galea tegente.

ὁ Θησέως, ἐπικείμενος τῇ κεφαλῇ κράνος· λόφος δὲ
ἐπὶ τῷ κράνει πεποίηται· καὶ Ὀδυσσεύς τέ ἐστι, καὶ
ἐνδέδυκε θώρακα Ὀδυσσεύς. Αἴας δὲ ὁ Ὀϊλέως ἔχων
ἀσπίδα βωμῷ προσέστηκεν, ὀμνύμενος ὑπὲρ τοῦ ἐς Κασ- 863
σάνδραν τολμήματος· ἡ δὲ κάθηταί τε ἡ Κασσάνδρα
χαμαί, καὶ τὸ ἄγαλμα ἔχει τῆς Ἀθηνᾶς, εἴγε δὴ ἀνέ-
τρεψεν ἐκ βάθρων τὸ ξόανον, ὅτε ἀπὸ τῆς ἱκεσίας αὐ-
τὴν ὁ Αἴας ἀφεῖλκε· γεγραμμένοι δὲ καὶ οἱ παῖδές εἰ-
σιν οἱ Ἀτρέως, ἐπικείμενοι καὶ οὗτοι κράνη· Μενελάῳ
δὲ ἀσπίδα ἔχοντι, δράκων ἐπὶ τῇ ἀσπίδι ἐστὶν εἰργασμέ-
νος, τοῦ ἐν Αὐλίδι φανέντος ἐπὶ τοῖς ἱερείοις τέρατος
εἵνεκα· ἐπὶ τούτοις τὸν Αἴαντα ἐξορκοῦσι. Κατευθὺ
δὲ τοῦ ἵππου τοῦ παρὰ τῷ Νέστορι Νεοπτόλεμος ἀπε-
κτονώς ἐστιν Ἔλασσον, ὅστις δὴ ὁ Ἔλασσος· οὗτος
μὲν δὴ ὀλίγον ἐμπνέοντι ἔτι εἴκασται. Ἀστύνοον δέ, οὗ
δὴ ἐποιήσατο καὶ Λέσχεως μνήμην, πεπτωκότα ἐς γόνυ
ὁ Νεοπτόλεμος ξίφει παίει. Νεοπτόλεμον δὲ μόνον τοῦ
Ἑλληνικοῦ φονεύοντα ἔτι τοὺς Τρῶας ἐποίησεν ὁ Πο-
λύγνωτος, ὅτι ὑπὲρ τοῦ Νεοπτολέμου τὸν τάφον ἡ γρα-

Adest et Ulysses lorica indutus. Aiax Oilei cum scuto ad aram accedit iusiurandum concepturus, priusquam Cassandrae vim afferat. Sedet ipsa Cassandra humi, Palladium complexa; quod ipsum e suis sedibus virgo avellit, quum supplicem ab ara Aiax abstraxit. Picti etiam sunt Atrei filii, et ipsi cum galeis: Menelaus scutum tenet. In eo expressius draco, is nempe, qui Aulide inter sacra *repens*, pro ostento fuit. Aiaci iusiurandum hi deferunt. Ex adverso illi equo, prope Nestorem Neoptolemus conspicitur Elassum occidens: quisquis ille Elassus fuerit, iam prope expiranti similis est. Astynoum etiam, cuius Lescheus meminit, in genu collapsum ense Neoptolemus ferit. Ac solum quidem ex *omnibus* Graecis Neoptolemum fecit Polygnotus, nondum desinentem Troianos caedere: quod totum eius picturae argumentum Neoptolemi maxime tumulo convenire voluit.

φὴ πᾶσα ἔμελλεν αὐτῷ γενήσεσθαι. τοῦ δὲ Ἀχιλλέως τῷ παιδὶ Ὅμηρος μὲν Νεοπτόλεμον ὄνομα ἐν ἁπάσῃ οἱ τίθεται τῇ ποιήσει· τὰ δὲ Κύπρια ἔπη φησίν, ὑπὸ Λυκομήδους μὲν Πύῤῥον, Νεοπτόλεμον δὲ ὄνομα ὑπὸ Φοίνικος αὐτῷ τεθῆναι, ὅτι Ἀχιλλεὺς ἡλικίᾳ ἔτι νέος πολεμεῖν ἤρξατο. (2) Γέγραπται δὲ βωμός τε καὶ ὑπὸ δείματος παῖς μικρὸς ἐχόμενος τοῦ βωμοῦ· κεῖται δὲ καὶ θώραξ ἐπὶ τῷ βωμῷ χαλκοῦς. Κατὰ δὴ ἐμὲ σπάνιον τῶν θωράκων τὸ σχῆμα ἦν τούτων, τὸ δὲ ἀρχαῖον ἐφόρουν αὐτούς· δύο ἦν χαλκᾶ ποιήματα, τὸ μὲν στέρνῳ καὶ τοῖς ἀμφὶ τὴν γαστέρα ἁρμόζον, τὸ δὲ ὡς νώτου σκέπην εἶναι· γύαλα ἐκαλοῦντο· τὸ μὲν ἔμπροσθεν, τὸ δὲ ὄπισθεν· ἔπειτα περόναι συνῆπτον πρὸς ἄλληλα. ἀσφάλειαν δὲ ἀποχρῶσαν ἐδόκει παρέχεσθαι καὶ ἀσπίδος χωρίς· ἐπὶ τούτῳ καὶ Ὅμηρος Φόρκυνα τὸν Φρύγα οὐκ ἔχοντα ἀσπίδα ἐποίησεν, ὅτι αὐτῷ γυαλοθώραξ ἦν. ἐγὼ δὲ γραφῇ μεμιμημένον τοῦτον ἐθεα-
864 σάμην ὑπὸ τοῦ Πολυγνώτου· καὶ ἐν Ἀρτέμιδος τῆς

Achillis quidem filium ubique Homerus Neoptolemum nominat: et Cypria carmina testantur, a Lycomede Pyrrhum, a Phoenice *deinde* nomen ei Neoptolemum impositum; ex ea scilicet re, quod Achilles admodum iuvenis ad bellum venerit. (2) Ad haec ara picta est, et parvulus puer prae metu aram prensans. Super ara posita est lorica aenea, forma plane his temporibus inusitata: sed tali utebantur prisci *illi heroes.* Duae sunt aeneae laminae, altera pectori et toti ventris regioni aptata, altera tergo muniendo facta; γύαλα vocabant prisci; anticam et posticam partem tum fibulae constringebant inter se. Satis id firmum esse *corporis* munimentum videbatur, etiam sine clypeo. Ob eam rem Homerus Phorcynem Phrygem sine clypeo pugnantem fecit, quod gyalothorace *id est, habili utrinque lorica)* uteretur. Ego eius loricae imaginem in Polygnoti opere conspexi. Et in Dianae Ephesiae, Calliphon Samius Patroclo foemi-

Ἐφεσίας Καλλιφῶν ὁ Σάμιος Πατρόκλῳ τοῦ θώρακος τὰ γύαλα ἁρμοζούσας ἔγραψε γυναῖκας. (3) *Τοῦ βωμοῦ δὲ ἐπέκεινα Λαοδίκην ἔγραψεν ἑστῶσαν. ταύτην οὔτε ὑπὸ ποιητοῦ κατειλεγμένην ἐν ταῖς αἰχμαλώτοις ταῖς Τρωϊάσιν εὕρισκον, οὔτε ἄλλως ἐφαίνετο ἔχειν μοι τὸ εἰκὸς ἢ ἀφεθῆναι τὴν Λαοδίκην ὑπὸ Ἑλλήνων. Ὅμηρος μέν γε ἐδήλωσεν ἐν Ἰλιάδι Μενελάου καὶ Ὀδυσσέως ξενίαν παρὰ Ἀντήνορι, καὶ ὡς Ἑλικάονι ἡ Λαοδίκη συνοικοίη τῷ Ἀντήνορος· Λέσχεως δὲ τετρωμένον τὸν Ἑλικάονα ἐν τῇ νυκτομαχίᾳ γνωρισθῆναί τε ὑπὸ Ὀδυσσέως καὶ ἐξαχθῆναι ζῶντα ἐκ τῆς μάχης φησίν. ἕποιτο ἂν οὖν τῇ Μενελάου καὶ Ὀδυσσέως κηδεμονίᾳ περὶ οἶκον τὸν Ἀντήνορος, μηδὲ ἐς τοῦ Ἑλικάονος τὴν γυναῖκα ἔργον δυσμενὲς ὑπὸ Ἀγαμέμνονος καὶ Μενελάου γενέσθαι. Εὐφορίων δὲ ἀνὴρ Χαλκιδεὺς σὺν οὐδενὶ εἰκότι τὰ ἐς τὴν Λαοδίκην ἐποίησεν. ἐφεξῆς δὲ τῇ Λαοδίκῃ ὑποστάτης τε λίθου καὶ λουτήριόν ἐστιν ἐπὶ τῷ ὑποστάτῃ χαλκοῦν· Μέδουσα δὲ κατέχουσα ταῖς χερσὶν*

nas nescio quas pinxit loricae gyala aptantes. (3) Laodicen pinxit Polygnotus stantem ultra aram. Hanc neminem poëtam inveni, qui inter captivas Troianas recensuerit: neque consentaneum mihi ullo pacto videri potest, non fuisse eam *statim* a Graecis dimissam. Sane Homerus in Iliade ab Antenore hospitio acceptos Menelaum et Ulyssem memoravit; et cum Helicaone Antenoris filio, Laodicen matrimonii causa fuisse. Lescheus vulneratum in pugna nocturna Helicaonem, ab Ulysse agnitum tradidit, vivumque e pugnae periculo liberatum. Consequens ergo fuerit, ut quum Menelao et Ulyssi curae fuerit domus Antenoris, neque in Helicaonis uxorem quidquam hostile commissum sit ab Agamemnone et Menelao: etsi Euphorion Chalcidensis de Laodice commentus est, quae prorsus ab omni veri abhorrent similitudine. Statim post Laodicen est fulcrum lapideum; cui aeneum labrum impositum est: Medusa utraque manu

ἀμφοτέραις τὸν ὑποστάτην ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κάθηται· ἐν δὲ ταῖς Πριάμου θυγατράσιν ἀριθμήσαι τὶς ἂν καὶ ταύτην κατὰ τοῦ Ἱμεραίου τὴν ᾠδήν. παρὰ δὲ τὴν Μέδουσαν ἐν χρῷ κεκαρμένη πρεσβῦτις ἢ ἄνθρωπός ἐστιν εὐνοῦχος, παιδίον δὲ ἐν τοῖς γόνασιν ἔχει γυμνόν· τὸ δὲ τὴν χεῖρα ὑπὸ δείματος ἐπίπροσθεν τῶν ὀφθαλμῶν πεποίηται.

CAPUT XXVII.

Picturae dextrae partis Lesches Delphicae descriptio continuatur et absolvitur.

Νεκροὶ δὲ, ὁ μὲν γυμνὸς Πῆλις ὄνομα ἐπὶ τὸν νῶτόν ἐστιν ἐῤῥιμμένος, ὑπὸ δὲ τὸν Πῆλιν Ἠϊονεύς τε κεῖται καὶ Ἄδμητος ἐνδεδυκότες ἔτι τοὺς θώρακας· καὶ αὐτῶν Λέσχεως Ἠϊονέα ὑπὸ Νεοπτολέμου, τὸν δὲ ὑπὸ Φιλοκτήτου φησὶν ἀποθανεῖν τὸν Ἄδμητον· ἄλλοι δὲ ἀνωτέρω τούτων, ὑπὲρ μὲν τὸ λουτήριον Λεώκριτός ἐστιν ὁ Πουλυδάμαντος τεθνεὼς ὑπὸ Ὀδυσσέως, ὑπὲρ δὲ Ἠϊονέα τε καὶ Ἄδμητον Κόροιβος ὁ Μύγδονος· τοῦ-

fulcrum id sustinens, in *imo* solo sedet. Hanc etiam inter Priami filias numeraverit, qui Himeraei poëtae canticum audierit. Prope Medusan est anus ad cutem detonsa, sive ille eunuchus est: nudum infantem genibus sustinet: manum infans prae metu ob oculos opponere videtur.

CAP. XXVII. Mortui illic, Pelis nomine unus, nudus et *pronus* in dorsum abiectus. Infra eum Eioneus et Admetus iacent, nondum detractis loricis. Eioneum a Neoptolemo, a Philoctete Admetum interfectos scribit Lescheus. Alia supra hos iacent cadavera: sub ipso labro Leocritus Polydamantis filius, ab Ulysse occisus: supra Eioneum et Admetum Coroebus Mygdonis filius.

του μνῆμά τε ἐπιφανὲς ἐν ὅροις πεποίηται Φρυγῶν ἐς τεκτορήνων, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ποιηταῖς Μύγδονας ὄνομα 865 ἐπὶ τοῖς Φρυξὶ τίθεσθαι καθέστηκεν. ἀφίκετο μὲν δὴ ἐπὶ τὸν Κασσάνδρας ὁ Κόροιβος γάμον, ἀπέθανε δὲ, ὡς μὲν ὁ πλείων λόγος, ὑπὸ Νεοπτολέμου· Λέσχεως δὲ ὑπὸ Διομήδους ἐποίησεν. εἰσὶ δὲ καὶ ἐπάνω τοῦ Κοροίβου Πρίαμος καὶ Ἀξίων τε καὶ Ἀγήνωρ. Πρίαμον δὲ οὐκ ἀποθανεῖν ἔφη Λέσχεως ἐπὶ τῇ ἐσχάρᾳ τοῦ Ἑρκείου, ἀλλὰ ἀποσπασθέντα ἀπὸ τοῦ βωμοῦ πάρεργον τῷ Νεοπτολέμῳ πρὸς ταῖς τῆς οἰκίας γενέσθαι θύραις. ἐς δὲ Ἑκάβην Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι ἐποίησεν, ἐς Λυκίαν ὑπὸ Ἀπόλλωνος αὐτὴν κομισθῆναι. Ἀξίονα δὲ παῖδα εἶναι Πριάμου Λέσχεως, καὶ ἀποθανεῖν αὐτὸν ὑπὸ Εὐρυπύλου τοῦ Εὐαίμονός φησι. τοῦ Ἀγήνορος δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν ποιητὴν Νεοπτόλεμος αὐτόχειρ ἐστί· καὶ οὕτω φαίνοιτο ἂν Ἔχεκλος μὲν φονευθεὶς ὁ Ἀγήνορος ὑπὸ Ἀχιλλέως, Ἀγήνωρ δὲ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Νεοπτολέμου. Λαομέδοντος δὲ τὸν νεκρὸν Σίνων τε ἑταῖρος Ὀδυσσέως

Est nobile Mygdonis monumentum intra Phrygum fines in Tectorenis: et ab eo poëtis translatitium, Phrygas Mygdonas appellare. Venerat Coroebus ad Cassandrae nuptias, *quae ipsi desponsa fuerat*. Interemptum a Neoptolemo fama vulgavit: Lescheus a Diomede occisum carminibus prodidit. Sunt supra Coroebum, Priamus, Axion, et Agenor. Priamum non fuisse ad aram Hercei *Iovis* mactatum scribit Lescheus, sed ab ara abstractum, quum pro regiae foribus obvius esset Neoptolemo factus, ab eo obtruncatum. De Hecuba Stesichorus iis carminibus, quae de Ilii eversione scripta reliquit, fuisse eam ab Apolline in Lyciam transportatam cecinit: Axionem Priami filium fuisse, et ab Eurypylo Euaemonis filio occisum tradidit Lescheus. Agenoris idem poëta testatur Neoptolemum interfectorem fuisse. Ita ergo accidit, ut huius Agenoris filius Echeclus ab Achille, Agenor ipse a Neoptolemo fuerint interfecti. Laomedontis cadaver

καὶ Ἀγχίαλός εἰσιν ἐκκομίζοντες. γέγραπται δὲ καὶ ἄλ-
λος τεθνεώς, ὄνομά οἱ Ἔρεσος· τὰ δὲ ἐς Ἔρεσόν τε
καὶ Λαομέδοντα, ὅσα γε ἡμεῖς ἐπιστάμεθα, ᾖσεν οὐ-
δείς. (2) Ἔστι δὲ οἰκία τε ἡ Ἀντήνορος, καὶ παρδά-
λεως κρεμάμενον δέρμα ὑπὲρ τῆς ἐσόδου, σύνθημα εἶναι
τοῖς Ἕλλησιν, ἀπέχεσθαι σφᾶς οἴκου τοῦ Ἀντήνορος.
γέγραπται δὲ Θεανώ τε καὶ οἱ παῖδες, Γλαῦκος μὲν κα-
θήμενος ἐπὶ θώρακι γυάλοις συνηρμοσμένῳ, Εὐρύμαχος
δὲ ἐπὶ πέτρᾳ· παρὰ δὲ αὐτὸν ἕστηκεν Ἀντήνωρ, καὶ
ἐφεξῆς θυγάτηρ Ἀντήνορος Κρινώ· παιδίον δὲ ἡ Κρι-
νὼ φέρει νήπιον· τῶν προσώπων δὲ ἅπασιν οἷον ἐπὶ
366 συμφορᾷ σχῆμά ἐστι. κιβωτὸν δὲ ἐπὶ ὄνον καὶ ἄλλα
τῶν σκευῶν εἰσιν ἀνατιθέντες οἰκέται· κάθηται δὲ ἐπὶ
ὄνου παιδίον μικρόν. κατὰ τοῦτο τῆς γραφῆς καὶ ἐλε-
γεῖόν ἐστι Σιμωνίδου·

Γράψε Πολύγνωτος, Θάσιος γένος, Ἀγλαοφῶντος
Υἱὸς, περθομένην Ἰλίου ἀκρόπολιν.

Sinon Ulyssis socius, et Anchialus efferunt. Est et alius illic inter caesos, cui nomen Eresus. De Ereso quidem et Laomedonte, quod sciam, nihil quisquam versibus mandavit. (2) Pro Antenoris aedibus suspensa est pardi pellis supra vestibulum. Tessera fuit ea Graecis, ne Antenoris domum violarent. Picta Theano etiam est cum filiis. Eorum Glaucus, loricae bipartita lamina excusae; saxo insidet Eurymachus. Huic adsistit Antenor, et continenter Antenoris filia Crino: infantem ea puerum gestat. Is est omnium vultus, qui adversis perculsis casibus esse consuevit. Cistam aselli dorso, et alia impedimenta imponunt servi: insidet asello parvulus puer. Sunt in ea picturae parte Simonidis elegi:

Sacra Polygnotus Thasio satus Aglaophonte,
Argivum pinxit Pergama capta manu.

CAPUT XXVIII.

Picturae laevae partis Lesches Delphicae, Ulyssis descensum ad inferos exprimentis, descriptio — fratrum Catanensium pietas in parentes — pietatis in deos nonnulla exempla — de Eurynomo Inferorum daemone.

Τὸ δὲ ἕτερον μέρος τῆς γραφῆς, τὸ ἐξ ἀριστερᾶς χειρὸς, ἔστιν Ὀδυσσεὺς καταβεβηκὼς ἐς τὸν ᾅδην ὀνομαζόμενον, ὅπως Τειρεσίου τὴν ψυχὴν περὶ τῆς ἐς τὴν οἰκείαν ἐπέρηται σωτηρίας· ἔχει δὲ οὕτω τὰ ἐς τὴν γραφήν. ὕδωρ εἶναι ποταμὸς ἔοικε, δῆλα ὡς ὁ Ἀχέρων, καὶ κάλαμοί τε ἐν αὐτῷ πεφυκότες, καὶ ἀμυδρὰ οὕτω δή τι τὰ εἴδη τῶν ἰχθύων σκιὰς μᾶλλον ἢ ἰχθῦς εἰκάσεις. καὶ ναῦς ἐστιν ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ ὁ πορθμεὺς ἐπὶ ταῖς κώπαις. ἐπηκολούθησε δὲ ὁ Πολύγνωτος (ἐμοὶ δοκεῖν) ποιήσει Μινυάδι· ἔστι γὰρ δὴ ἐν τῇ Μινυάδι ἐς Θησέα ἔχοντα καὶ Πειρίθουν·

Ἔνθ' ἤτοι νέα μὲν νεκυάμβατον, ἣν ὁ γεραιὸς
Πορθμεὺς ἦγε Χάρων, οὐκ ἔλλαβον ἔνδοθεν ὅρμου.

Cap. XXVIII. Habet altera picturae pars, quae ad laevam est, Ulyssem ad inferos descendentem, ut Tiresiae manes de suo domum reditu et salute consulat. Est vero talis eius picturae forma. Aqua conspicitur; quem Acherontem esse fluvium facile existimare possis. *Plurima* in eius luto *palustris* arundo; et piscium formae adeo exili corpore, ut piscium potius *sublustres* umbras, quam pisces ducas. Navis est in eodem amne, et ad remos portitor. Secutus est (ni fallor) Polygnotus Minyadem poesin; in qua, ubi de Theseo et Pirithoo agitur, hi sunt versus:

Hic ergo umbriveham, quam grandis portitor egit,
Naviculam in portu non offendere paratam.

ἐπὶ τούτῳ οὖν καὶ Πολύγνωτος γέροντα ἔγραψεν ἤδη τῇ ἡλικίᾳ τὸν Χάρωνα. οἱ δὲ ἐπιβεβηκότες τῆς νεὼς οὐκ ἐπιφανεῖς εἰς ἅπαν εἰσὶν, οἷς προσήκουσι. Τέλλις μὲν ἡλικίαν ἐφήβου γεγονὼς φαίνεται, Κλεοβοία δὲ ἔτι παρθένος, ἔχει δὲ ἐν τοῖς γόνασι κιβωτὸν, ὁποίας ποιεῖσθαι νομίζουσι Δήμητρι. ἐς μὲν δὴ τὸν Τέλλιν τοσοῦτον ἤκουσα, ὡς ὁ ποιητὴς Ἀρχίλοχος ἀπόγονος εἴη τρίτος Τέλλιδος· Κλεοβοίαν δὲ ἐς Θάσον τὰ ὄργια τῆς Δήμητρος ἐνεγκεῖν πρώτην ἐκ Πάρου φασίν. ἐπὶ δὲ τοῦ
867 Ἀχέροντος τῇ ὄχθῃ μάλιστα ὑπὸ τοῦ Χάρωνος τὴν ναῦν ἀνὴρ οὐ δίκαιος ἐς πατέρα ἀγχόμενός ἐστιν ὑπὸ τοῦ πατρός. (2) Περὶ πλείστου γὰρ δὴ ἐποιοῦντο οἱ πάλαι γονέας· ὥσπερ ἔστιν ἄλλοις τε τεκμήρασθαι καὶ ἐν Κατάνῃ τοῖς καλουμένοις Εὐσεβέσιν, οἳ, ἡνίκα ἐπέῤῥει τῇ Κατάνῃ πῦρ τὸ ἐκ τῆς Αἴτνης, χρυσὸν μὲν καὶ ἄργυρον ἐν οὐδενὸς μερίδι ἐποιήσαντο, οἱ δὲ ἔφευγον, ὁ μὲν ἀράμενος μητέρα, ὁ δὲ αὐτῶν τὸν πατέρα· προϊόντας

His adductus Polygnotus, iam grandem natu pinxit Charontem. Qui navi vehuntur, non satis internosci possunt; ita parum sunt evidenti specie. *Inter eos* Tellis aetate puber; et Cleoboea adhuc virgo. Cistam sustinet genibus, eadem forma, qua Cereri fieri cistas solenne est. De Tellide aliud nihil compertum habeo, quam Archilochum poetam esse Tellidis nepotem. Cleoboeam vero primam tradunt ex Paro insula Thason Cereris initia transtulisse. In Acherontis ripa expressa est res exempli non contemnendi. *Paulo* infra Charontis navem, iniquus in patrem filius, ab ipso parente suo *laqueo* strangulatur. (2) Prisci enim illi, parentes prae cunctis rebus plurimo dignabantur honore: quod *facile* quum ex aliis *exemplis* colligas, tum vero ex eorum *facto et eventu*, qui apud Catanen *Siciliae urbem*, Pii sunt *cognomento* appellati. Quum enim ex *proximo* Aetna igneus torrens in eam urbem devolveretur, nulla vel auri vel argenti habita ratione, fugientes matrem hic,

δὲ οὐ σὺν ῥαστώνῃ καταλαμβάνει σφᾶς τὸ πῦρ ἐπειγόμενον τῇ φλογί· καὶ (οὐ γὰρ κατετίθεντο οὐδὲ οὕτω τοὺς γονέας) διχῇ σχισθῆναι λέγεται τὸν ῥύακα, καὶ αὐτοὺς τοὺς νεανίσκους σὺν δὲ αὐτοῖς τοὺς γονέας τὸ πῦρ, οὐδέν σφισι λυμηνάμενον, παρεξῆλθεν· οὗτοι μὲν δὴ τιμὰς καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι παρὰ Καταναίων ἔχουσιν. ἐν δὲ τῇ Πολυγνώτου γραφῇ πλησίον τοῦ ἀνδρὸς, ὅς τῷ πατρὶ ἐλυμαίνετο, καὶ δι' αὐτὸ ἐν ᾅδου κακὰ ἀναπίμπλησι, τούτου πλησίον ἱερὰ σεσυληκὼς ἀνὴρ ὑπέσχε δίκην· γυνὴ δὲ ἡ κολάζουσα αὐτὸν φάρμακα, ἄλλα τε καὶ ἐς αἰκίαν οἶδεν ἀνθρώπων. (3) Περισσῶς δὲ ἄρα εὐσεβείᾳ θεῶν ἔτι προσέκειντο οἱ ἄνθρωποι· ὡς Ἀθηναῖοι δῆλά τε ἐποίησαν, ἡνίκα εἷλον Ὀλυμπίου Διὸς ἐν Συρακούσαις ἱερὸν, οὔτε κινήσαντες τῶν ἀναθημάτων οὐδὲν, τὸν ἱερέα τε τὸν Συρακούσιον φύλακα ἐπ' αὐτοῖς ἐάσαντες. ἐδήλωσε δὲ καὶ ὁ Μῆδος Δᾶτις λόγοις τε,

patrem ille, *humeris* sustulerunt. Sedenim quum haudquaquam otiose festinantes incendium tamen urgeret, neque illi propterea parentes dimitterent, ita *illum flammarum quasi* torrentem in duas aiunt partes discessisse, ut per medios ignes cum ipsis parentibus adolescentes incolumes evaserint. Iis apud Catanaeos hac etiam aetate *certi et solennes* honores *pietatis ergo* habentur. Prope eius effigiem, qui quod patrem insolentius tractasset, apud inferos poenas luit, est in eodem Polygnoti opere homo, qui ob sacrilegium plectitur: apparet mulierem, cui ille puniendus traditur, quum veneficiorum, tum aliorum tormentorum in homines commiscendorum esse gnaram. (3) Egregie sane, et supra quam dici possit, in religionis studium homines incumbebant. Praeclara eius rei documenta Athenienses dedere, quum capto Iovis Olympii apud Syracusas templo, nihil quicquam ex omnibus donariis amoverunt: Syracusanum etiam sacerdotem, qui ea custodiret, reliquerunt. Declaravit et Datis Medus homo, *quam impense deos vereretur*, neque magis ora-

οὓς εἶπε πρὸς Δηλίους, καὶ τῶν ἔργων εἵνεκα· ἐν Φοι-
νίσσῃ νηῒ ἄγαλμα εὑρὼν Ἀπόλλωνος, ἀπέδωκεν αὖθις
Ταναγραίοις ἐς Δήλιον. οὕτω μὲν τὸ θεῖον καὶ οἱ πάν-
τες τότε ἦγον ἐν τιμῇ, καὶ ἐπὶ λόγῳ τοιούτῳ τὰ ἐς τὸν
συλήσαντα ἱερὰ ἔγραψε Πολύγνωτος. (4) Ἔστι δὲ ἀνω-
868 τέρω τῶν κατειλεγμένων Εὐρύνομος· δαίμονα εἶναι τῶν
ἐν ᾅδου φασὶν οἱ Δελφῶν ἐξηγηταὶ τὸν Εὐρύνομον, καὶ
ὡς τὰς σάρκας περιεσθίει τῶν νεκρῶν, μόνα σφίσιν ἀπο-
λείπων τὰ ὀστᾶ. ἡ δὲ Ὁμήρου ποίησις ἐς Ὀδυσσέα,
καὶ ἡ Μινυάς τε καλουμένη, καὶ οἱ Νόστοι (μνήμη γὰρ
ἐν ταύταις καὶ ᾅδου καὶ τῶν ἐκεῖ δειμάτων ἐστὶν) ἴσα-
σιν οὐδένα Εὐρύνομον δαίμονα. τοσοῦτο μέντοι δηλώ-
σω, ὁποῖός τε ὁ Εὐρύνομος καὶ ἐπὶ ποίου γέγραπται
σχήματος· κυανοῦ τὴν χρόαν μεταξύ ἐστι καὶ μέλανος,
ὁποῖαι καὶ τῶν μυιῶν αἳ πρὸς τὰ κρέα εἰσὶ προσιζάνου-
σαι· τοὺς δὲ ὀδόντας φαίνει, καθεζομένῳ δὲ ὑπέστρω-

tione, qua ad Delios usus est, quam re ipsa. Nam quum Apollinis signum in Phoenissa navi reperisset, illud *statim* Tanagraeis Delium reportandum tradidit. Erat enimvero omnibus olim *gentibus* praecipuae curae deorum cultus: cuius rei non inscius Polygnotus, sacrorum expilatorem ad eum modum pinxerat. Supra eos quos iam enumeravimus, est Eurynomus. Inter deos inferos Eurynomum numerant, qui Delphis sunt *sacrorum* interpretes, et circumrodere eum dicunt mortuorum carnes, ita ut nuda relinquat ossa. Sed neque Homeri de Ulysse Carmina, neque poësis ea quae Minyas appellata, nec *postremo quae* Nosti (*id est reditus*) *inscribitur* (in iis enim *potissimum libris* de Orco, deque inferûm terroribus multa exposita sunt) ullum norunt inter *manium* deos Eurynomum. Illud mihi fuerit reliquum, ut qualis hic sit, et quâ adumbratus forma, ostendam. Colore est inter caeruleum et nigrum medio, quales muscae sunt, quae carnibus insident: dentes ostentat: sedenti, vultu-

ται οἱ δέρμα γυπός. ἐφεξῆς δὲ μετὰ τὸν Εὐρύνομον ἥ τε ἐξ Ἀρκαδίας Αὔγη καὶ Ἰφιμέδειά ἐστι· καὶ ἡ μὲν παρὰ Τεύθραντα [ἡ Αὔγη] ἀφίκετο ἐς Μυσίαν, καὶ γυναικῶν, ὁπόσαις ἐς τὸ αὐτὸ Ἡρακλέα ἀφικέσθαι λέγουσι, μάλιστα δὴ παῖδα ἐοικότα ἔτεκε τῷ πατρί· τῇ δ' Ἰφιμεδείᾳ γέρα δέδοται μεγάλα ὑπὸ τῶν ἐν Μυλάσοις Καρῶν.

CAPUT XXIX.

Picturae laevae partis Lesches Delphicae descriptio continuatur — de Ocno et Ionum proverbio inde petito.

Τῶν δὲ ἤδη μοι κατειλεγμένων εἰσὶν ἀνώτεροι τούτων ἱερεῖα καὶ οἱ ἑταῖροι τοῦ Ὀδυσσέως Περιμήδης καὶ Εὐρύλοχος φέροντες· τὰ δέ ἐστι μέλανες κριοὶ τὰ ἱερεῖα. (2) Μετὰ δὲ αὐτοὺς ἀνήρ ἐστι καθήμενος, ἐπίγραμμα δὲ Ὄκνον εἶναι λέγει τὸν ἄνθρωπον· πεποίηται μὲν πλέκων σχοινίον, παρέστηκε δὲ θήλεια ὄνος ἐπεσθίουσα τὸ πεπλεγμένον ἀεὶ τοῦ σχοινίου. τοῦτον εἶναι τὸν Ὄκνον φιλεργόν φασιν ἄνθρωπον, γυναῖκα δὲ ἔχειν δαπανηράν·

ris est substrata pellis. Continenti post Eurynomum spatio, proxima est Auge ex Arcadia et Iphimedea. Auge in Mysiam ad Teuthrantem venit; *ubi una* prae ceteris omnibus, quibus cum familiarius fuerit Hercules congressus foeminis, patri simillimum filium peperit. Iphimedeae vero Mylassis (Cariae ea civitas est) magni fuerunt honores tributi.

Cap. XXIX. Loco in ea tabula superiore iis, quos nominavimus, sunt socii Ulyssis, Perimedes et Eurylochus, hostias afferentes. Nigri eae hostiae arietes sunt. (2) Secundum illos vir quidam sedet: inscriptio indicat Ocnum esse: texit e iunco restim: adest asella, totum id quod ille iam texuerit, pertinaciter abrodens. Hunc Ocnum aiunt gnavum et industrium hominem fuisse, qui

καὶ ὁπόσα συλλέξαιτο ἐργαζόμενος, οὐ πολὺ ἂν ὕστερον
ὑπὸ ἐκείνης ἀνήλωτο· τὰ οὖν ἐς τοῦ Ὄκνου τὴν γυ-
869 ναῖκα ἐθέλουσιν αἰνίξασθαι τὸν Πολύγνωτον. οἶδα δὲ
καὶ ὑπὸ Ἰώνων, ὁπότε ἴδοιέν τινα πονοῦντα ἐπὶ οὐδενὶ
ὄνησιν φέροντι, ὑπὸ τούτων εἰρημένον, ὡς ὁ ἀνὴρ οὗ-
τος συνάγει τοῦ Ὄκνου τὴν θώμιγγα. Ὄκνον δ' οὖν
καὶ μάντεων οἱ ὁρῶντες τοὺς οἰωνοὺς καλοῦσί τινα ὄρ-
νιθα· καὶ ἔστιν οὗτος ὁ ὄκνος μέγιστος μὲν καὶ κάλ-
λιστος ἐρωδιῶν· εἰ δὲ ἄλλος τις ὀρνίθων σπάνιός ἐστι
καὶ οὗτος. γέγραπται δὲ καὶ Τιτυὸς οὐ κολαζόμενος
ἔτι, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ συνεχοῦς τῆς τιμωρίας ἐς ἅπαν ἐξα-
νηλωμένος· ἀμυδρὸν καὶ οὐδὲ ὁλόκληρον εἴδωλον. ἐπιόντι
δὲ ἐφεξῆς τὰ ἐν τῇ γραφῇ ἔστιν ἐγγυτάτω τοῦ στρέφον-
τος τὸ καλώδιον Ἀριάδνη· κάθηται μὲν ἐπὶ πέτρας,
ὁρᾷ δὲ ἐς τὴν ἀδελφὴν Φαίδραν, τό τε ἄλλο αἰωρου-
μένην σῶμα ἐν σειρᾷ, καὶ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέρωθεν τῆς
σειρᾶς ἐχομένην. παρεῖχε δὲ τὸ σχῆμα καὶ πρὸς τὸ εὐ-

uxorem sumtuosam et prodigam habuerit; quae quicquid ille opere faciendo per summum laborem quaeritasset, profundere solita esset. Eam rem credunt per ambages voluisse Polygnotum significare. *Satis* scio Ionum verbum esse, quoties viderint hominem in re quae nullam afferat utilitatem, laborare, Vir ille, inquiunt, Ocni funiculum torquet. Inter *praepetes* etiam volucres Ocnum augures numerant: est ea in ardearum genere maxima et pulcherrima, et quae tam raro, quam avis alia quaevis, conspicitur. Iam vero Tityus ita se in ea pictura habet, ut non plecti amplius, sed ipsa poenae diuturnitate iam *prope* absumtus et confectus videatur: subobscura enim quaedam umbra est, ac vix iam sub oculorum sensum cadens. Reliquas oculis picturae partes persequentibus, proxime ab eo qui funem torquet, Ariadna in conspectu est. 'E saxo, super quo sedet, Phaedram sororem aspicit, reliquo pendentem corpore e funiculo, funiculum vero utraque manu prensantem. Nimirum

πρεπέστερον πεποιημένον συμβάλλεσθαι τὰ ἐς τῆς Φαίδρας τὴν τελευτήν. τὴν δὲ Ἀριάδνην ἢ κατὰ τινὰ ἐπιτυχὼν δαίμονα, ἢ καὶ ἐπίτηδες αὐτὴν λοχήσας, ἀφείλετο Θησέα ἐπιπλεύσας Διόνυσος στόλῳ μείζονι· οὐκ ἄλλος κατὰ ἐμὴν δόξαν, ἀλλὰ ὁ πρῶτος μὲν ἐλάσας ἐπὶ Ἰνδοὺς στρατιᾷ, πρῶτος δὲ Εὐφράτην γεφυρώσας ποταμόν. Ζεῦγμά τε ὠνομάσθη πόλις, καθότι ἐζεύχθη τῆς χώρας ὁ Εὐφράτης· καὶ ἔστιν ἐνταῦθα ὁ κάλως καὶ ἐς ἡμᾶς, ἐν ᾧ τὸν ποταμὸν ἔζευξεν ἀμπελίνοις ὁμοῦ πεπλεγμένοις καὶ κιττοῦ κλήμασι. τὰ μὲν δὴ ἐς Διόνυσον πολλὰ ὑπό τε Ἑλλήνων λεγόμενα καὶ ὑπὸ Αἰγυπτίων ἐστίν. (3) Ὑπὸ δὲ τὴν Φαίδραν ἐστὶν ἀνακε- 870
κλιμένη Χλῶρις ἐπὶ τοῖς Θυίας γόνασιν. οὐχ ἁμαρτήσεται μὲν δὴ οὔτε ὅστις φησὶ φιλίαν εἶναι ἐς ἀλλήλας, ἡνίκα ἔτυχον αἱ γυναῖκες ζῶσαι· ἦσαν γὰρ δὴ ἡ μὲν ἐξ Ὀρχομενοῦ τοῦ ἐν Βοιωτίᾳ Χλῶρις· εἶπον δὲ καὶ ἄλλοι τὸν ἐς αὐτὰς λόγον, τῇ μὲν συγγενέσθαι Ποσειδῶνα τῇ Θυίᾳ, Χλῶριν δὲ Ποσειδῶνος παιδὶ Νηλεῖ συν-

quae de Phaedrae nece prodita memoriae sunt, videntur honestiore argumenti specie significata. Ariadnam certe vel fortuito rei eventu, vel consulto insidiis factis, Theseo eripuit Liber Pater, quum esset illo classe multo superior: neque fuit opinione mea hic Liber alius ab eo, qui primus ad Indos cum exercitu penetravit, quum Euphratem ponte iunxisset, quo loco urbi Zeugma nomen fuit: in ea ad hanc usque aetatem servatur funis, qui ad fluvium iungendum usus dicitur, vitigineis et hederaceis contortus sarmentis. De Libero quidem Patre multa sunt priscarum rerum monumentis, et a Graecis et ab Aegyptiis mandata. (3) Inferius aliquanto quam Phaedra est, recumbit Chloris sub Thyiae genua. Nihil omnino fallitur, qui eas, dum viverent, *eximia quadam* se mutuo benevolentia prosecutas putat. Fuit Chloris ex Orchomeno, quae est in Boeotia. De ipsis vulgatus est etiam sermo, cum Thyia Neptunum fuisse congressum,

οἰκῆσαι. παρὰ δὲ τὴν Θυίαν Πρόκρις τε ἕστηκεν ἡ Ἐρεχθέως, καὶ μετ' αὐτὴν Κλυμένη· ἐπιστρέφει δὲ αὕτη τὰ νῶτα ἡ Κλυμένη. ἔστι δὲ πεποιημένα ἐν Νόστοις, Μινύου μὲν τὴν Κλυμένην θυγατέρα εἶναι, γήμασθαι δὲ αὐτὴν Κεφάλῳ τῷ Δηΐονος, καὶ γενέσθαι σφίσιν Ἴφικλον παῖδα. τὰ δὲ ἐς αὐτὴν τὴν Πρόκριν καὶ οἱ πάντες ᾄδουσιν, ὡς προτέρα Κεφάλῳ ἢ Κλυμένη συνῴκησε, καὶ ὃν τρόπον ἐτελεύτησεν ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. ἐσωτέρω δὲ τῆς Κλυμένης Μεγάραν τὴν ἐκ Θηβῶν ὄψει· ταύτην γυναῖκα ἔσχεν Ἡρακλῆς τὴν Μεγάραν, καὶ ἀπεπέμψατο ἀνὰ χρόνον, ἅτε παίδων τε ἐστερημένος τῶν ἐξ αὐτῆς, καὶ αὐτὴν ἡγμένος οὐκ ἐπὶ ἀμείνονι δαίμονι. γυναικῶν δὲ τῶν κατειλεγμένων ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἥ τε Σαλμωνέως θυγάτηρ ἐπὶ πέτρας καθεζομένη, καὶ Ἐριφύλη παρ' αὐτήν ἐστιν ἑστῶσα, διὰ μὲν τοῦ χιτῶνος ἀνέχουσα ἄκρους παρὰ τὸν τράχηλον τοὺς δακτύλους· τοῦ χιτῶνος δὲ ἐν τοῖς κοίλοις εἰκάσεις τῶν χειρῶν ἐκεῖνον τὸν ὅρμον αὐτὴν ἔχειν. (4) Ὑπὲρ δὲ τὴν Ἐριφύ-

Chlorin cum Neleo Neptuni filio nuptam fuisse. Adstat *proxime* ad Thyian Procris Erechthei filia, et post ipsam Clymene; sed avertit se Clymene. In ea poësi, cui Nosti nomen, scriptum est, Minyae filiam Clymenen fuisse, ac Cephalo Deionis filio nuptam, e qua ille Iphiclum genuerit. De Procri vero sunt passim pervulgata, fuisse illam cum Cephalo *multo* ante Clymenen, et ab eo ipso viro suo fuisse interemptam. Interius post Clymenen Megaram Thebanam videas: fuit haec Herculis uxor: sed posteaquam iis, quos ex ea ille susceperat, filiis est orbatus, mulierem sibi ratus non satis faustis coniunctam auspiciis, dimisit. Supra earum, quas recensuimus, foeminarum caput, est Salmonei filia saxo insidens, prope adstante Eriphyle: ea per tunicam summos digitos iuxta collum exserit. Facile vero coniicias intra tunicae sinus manibus eam occultare celebratum illud poëtarum versibus monile. (4) Supra Eriphylen,

λην ἔγραψεν Ἐλπήνορά τε καὶ Ὀδυσσέα ὀκλάζοντα ἐπὶ
τοῖς ποσὶν, ἔχοντα ὑπὲρ τοῦ βόθρου τὸ ξίφος· καὶ ὁ
μάντις Τειρεσίας πρόεισιν ἐπὶ τὸν βόθρον· μετὰ δὲ τὸν
Τειρεσίαν ἐπὶ πέτρας ἡ Ὀδυσσέως μήτηρ Ἀντίκλειά ἐστιν·
ὁ δὲ Ἐλπήνωρ ἀμπέχεται φορμὸν ἀντὶ ἐσθῆτος, σύνη-
θες τοῖς ναύταις φόρημα. κατωτέρω δὲ τοῦ Ὀδυσσέως
ἐπὶ θρόνων καθεζόμενοι, Θησεὺς μὲν τὰ ξίφη, τό τε
Πειρίθου, καὶ τὸ ἑαυτοῦ, ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἔχει,
ὁ δὲ ἐς τὰ ξίφη βλέπων ἐστὶν ὁ Πειρίθους· εἰκάσαις
ἂν ἄχθεσθαι τοῖς ξίφεσιν αὐτὸν ὡς ἀχρείοις καὶ ὄφε-
λός σφισιν οὐ γεγενημένοις ἐς τὰ τολμήματα. Πανύα- 871
σις δὲ ἐποίησεν, ὡς Θησεὺς καὶ Πειρίθους ἐπὶ τῶν θρό-
νων παράσχοιντο σχῆμα οὐ κατὰ δεσμώτας, προσφυὲς
δὲ ἀπὸ τοῦ χρωτὸς ἀντὶ δεσμῶν σφισιν ἔφη τὴν πέτραν.
Θησέως δὲ καὶ Πειρίθου τὴν λεγομένην φιλίαν ἐν ἀμ-
φοτέραις ἐδήλωσεν Ὅμηρος ταῖς ποιήσεσι. καὶ Ὀδυσ-
σεὺς μὲν πρὸς Φαίακας λέγων ἐστίν·

Καί νύ κ' ἔτι προτέρους ἴδον ἀνέρας, οὓς ἔθελόν περ,
Θησέα, Πειρίθοόν τε, θεῶν ἐρικυδέα τέκνα.

Elpenorem pinxit, et Ulyssem pronum demisso poplite, et supra scrobem gladium stringentem. Ad scrobem accedit Tiresias vates. Secundum Tiresiam saxo insistit Anticlea Ulyssis mater. Elpenor pro vestimento, nautarum more, storea velatur. Infra Ulyssem in soliis sedent *Theseus et Pirithous:* Theseus Pirithoi ensem, et suum ipsius, ambabus manibus stringit. Ad gladios respicit Pirithous: indignari videtur, quod ad facinus capessendum, quod animo agitabant, nulli sibi sint illi enses usui. Panyasis versibus testatus est suis, non fuisse illos tanquam captivos ad solia religatos, sed quasi agnatum adhaesisse pro vinculis corpori saxum. Celebrem hominum sermone eorum amicitiam utraque poësi nobilitavit Homerus. Ulysses enim apud Phaeacas sic est *de ipsis* locutus:

Vidi etiam, iuvit quos tunc vidisse, priores,
Thesea, Pirithoumque, deûm de semine cretos.

πεποίηται δὲ αὐτῷ καὶ ἐν Ἰλιάδι ὁ Νέστωρ ἄλλα τε ἐπὶ Ἀγαμέμνονος καὶ Ἀχιλλέως νουθεσίᾳ, καὶ ἔπη τάδε εἰρηκώς·

Οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι,
Οἷον Πειρίθοόν τε, Δρύαντά τε ποιμένα λαῶν,
Καινέα τ', Ἐξάδιόν τε, καὶ ἀντίθεον Πολύφημον,
Θησέα τ' Αἰγείδην ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν.

CAPUT XXX.

1. Pictura laevae partis Lesches Delphicae porro describitur: de Pandarei filiabus, de Phoco et Iaseo narratio.

Ἐφεξῆς δὲ τὰς Πανδάρεω θυγατέρας ἔγραψεν ὁ Πολύγνωτος. Ὁμήρῳ δὲ ἐν Πηνελόπης λόγοις ἐστὶν, ὡς ἀποθάνοιεν μὲν ταῖς παρθένοις οἱ γεινάμενοι κατὰ μήνιμα ἐκ θεῶν· αὐτὰς δὲ ὀρφανὰς τραφῆναι μὲν ὑπὸ Ἀφροδίτης, λαβεῖν δὲ καὶ παρ' ἄλλων θεῶν, Ἥρας μὲν φρονεῖν τε ἱκανὰς εἶναι καὶ εἶδος καλάς· μῆκος δὲ τοῦ σώματος Ἄρτεμίν φησιν αὐταῖς δωρήσασθαι· ἔργα δὲ

Et in Iliade quum alia Nestor, Agamemnonem et Achillem *ad reditum in gratiam* adhortans, tum illa memorat, quae sunt his versibus perscripta:

Namque viros nunquam vidi, talesve videbo,
Qualem Pirithoum fortem, regemque Dryanta,
Caenea et Exadium, et superis similem Polyphemum,
Theseaque Aegiden dis immortalibus aequum.

Cap. XXX. Pinxit deinceps idem Polygnotus Pandari filias, de quibus Penelopen Homerus dicentem fecit: dum virgines *etiamnum* essent, ereptos illis deorum ira parentes, orbas a Venere educatas. Tribuisse vero illis et alias deas *certa munera:* Iunonem certe prudentiam et formositatem, corporis proceritatem Dianam, elargitas. Iam vero a Minerva edoctas *lanificium*, et quicquid

γυναιξὶν ἁρμόζοντα ὑπ' Ἀθηνᾶς διδαχθῆναι· Ἀφροδίτην μὲν οὖν ἐς οὐρανὸν ἀνέρχεσθαι, παρὰ Διὸς γάμον εὐδαίμονα ἐθέλουσαν ταῖς παισὶν εὕρασθαι. τὰς δὲ ἀπούσης ἐκείνης ἁρπασθῆναί τε ὑπὸ Ἁρπυιῶν, καὶ
Ἐριννύσιν ὑπ' αὐτῶν δοθῆναι. τάδε μέν ἐστιν ἐς αὐ- 872
τὰς Ὁμήρῳ πεποιημένα. Πολύγνωτος δὲ κόρας τε ἐστεφανωμένας ἄνθεσι καὶ παιζούσας ἔγραψεν ἀστραγάλοις· ὄνομα δὲ αὐταῖς Καμειρώ τε καὶ Κλυτίη. τὸν δὲ Πανδάρεων Μιλήσιόν τε ἐκ Μιλήτου τῆς Κρητικῆς ὄντα ἴστω τις, καὶ ἀδικήματος ἐς τὴν κλοπὴν Ταντάλῳ καὶ τοῦ ἐπὶ τῷ ὅρκῳ μετασχόντα σοφίσματος. μετὰ δὲ τοῦ Πανδάρεω τὰς κόρας Ἀντίλοχος τὸν μὲν ἕτερον ἐπὶ πέτρας τῶν ποδῶν, τὸ δὲ πρόσωπον καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπὶ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἔχων ἐστίν. Ἀγαμέμνων δὲ μετὰ τὸν Ἀντίλοχον σκήπτρῳ τε ὑπὸ τὴν ἀριστερὰν μασχάλην ἐρειδόμενος, καὶ ταῖς χερσὶν ἐπανέχων ῥάβδον. Πρωτεσίλαος δὲ πρὸς Ἀχιλλέα ἀφορᾷ καθεζόμενον, καὶ ὁ Πρωτεσίλαος τοιοῦτον παρέχεται σχῆμα· ὑπὲρ δὲ τὸν Ἀχιλλέα Πάτροκλός ἐστιν ἑστηκώς. οὗτοι πλὴν τοῦ

mulieribus didicisse in laude ducitur. Postremo Venerem in coelum ascendisse, quo a Iove puellis faustas nuptias conficeret; quum interea Venere absente ab Harpyiis abreptae, Diris traditae fuerint. Haec de illis Homerus. Sed Polygnotus floreis eas corollis exornavit, et talis ludentes fecit. Nomina puellarum fuere Camiro, et Clytie. Pandarum *earum patrem* constat fuisse Milesium, e Mileto Cretae urbe; Tantaloque quum in furto per *summum* scelus committendo, tum vero in iureiurando subdole concipiendo, socium fuisse. Post Pandari filias, Antilochus cernitur saxum altero pede premens, os et caput utraque manu sustinens. Agamemnon Antilocho proximus sinistra ala sceptro innititur: manibus virgam tenet. Protesilaus Achillem sedens aspicit. Stat supra Achillem Patroclus. Imberbes omnes, excepto

Ἀγαμέμνονος οὐκ ἔχουσι γένεια οἱ ἄλλοι. (2) Γέγραπται δὲ ὑπὲρ αὐτοὺς Φῶκός τε ἡλικίαν μειράκιον καὶ Ἰασεύς· γενείων δὲ εὖ ἔχει· δακτύλιον δὲ ἐκ τῆς ἀριστερᾶς τοῦ Φώκου περιαιρούμενος χειρὸς ἐπὶ τοιῷδέ ἐστι λόγῳ. Φώκῳ τῷ Αἰακοῦ διαβάντι ἐξ Αἰγίνης ἐς τὴν νῦν καλουμένην Φωκίδα, καὶ ἀνθρώπων τε ἀρχὴν τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ ταύτῃ κτήσασθαι, καὶ αὐτῷ θέλοντι ἐνταῦθα οἰκῆσαι, ἀφίκετο ἐπὶ πλεῖστον ὁ Ἰασεὺς φιλίας, καί οἱ δῶρα ἄλλα τε, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐδωρήσατο, καὶ λίθου σφραγῖδα ἐνδεδεμένην χρυσῷ. Φώκῳ δὲ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον ἀνακομισθέντι ἐς Αἴγιναν, Πηλεὺς αὐτίκα ἐβούλευσε τοῦ βίου τὴν τελευτήν· καὶ τοῦδε εἵνεκα ἐν τῇ γραφῇ ἐς ἀνάμνησιν ἐκείνης τῆς φιλίας ὅ τε Ἰασεὺς τὴν σφραγῖδά ἐστιν ἐθέλων θεάσασθαι, καὶ ὁ Φῶκος παριεὶς λαβεῖν αὐτήν. (3) Ὑπὲρ τούτους Μαῖρά ἐστιν ἐπὶ πέτρᾳ καθεζομένη. περὶ δὲ αὐτῆς πεποιημένα ἐστὶν ἐν Νόστοις, ἀπελθεῖν μὲν παρθένον ἔτι ἐξ ἀνθρώπων, θυγατέρα δὲ αὐτὴν εἶναι Προίτου τοῦ Θερσάνδρου, τὸν

Agamemnone. (2) Phocus superior loco pictus est, impuberi adhuc aetate, praeclara admodum indole. Anulum ei de sinistrae manus digito demit Iaseus. Id cuiusmodi sit, iam exponetur. Quum Phocus Aeaci filius ex Aegina transmisisset in eam regionem, quae nunc Phocis dicitur; ibique, parto sibi eius continentis terrae imperio, domicilium suum statuisset, cum eo Iaseus singularem quandam amicitiam conciliavit, et alia quidem illi pro dignitate dona dedit, et caelatum lapidem anulo aureo inclusum. Sed quum non multo post Phocus in Aeginam revertisset, Pelei insidiis vitam amisit. Veteris igitur amicitiae monumentum ex anuli signo in ea tabula Iaseus postulat agnoscere: ac *facile* quidem Phocus patitur gemmam inspici. (3) Supra hos est Maera, saxo insidens. De ea scriptum in iis libris reperias, qui Nosti appellantur, virginem adhuc e vita excessisse: filiam Proeti fuisse, qui Thersandro genitus est Sisyphi

δὲ εἶναι Σισύφου. ἐφεξῆς δὲ τῆς Μαίρας Ἀκταίων
ἐστὶν ὁ Ἀρισταίου, καὶ ἡ τοῦ Ἀκταίωνος μήτηρ, νε-
βρὸν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες ἐλάφου, καὶ ἐπὶ δέρματι 873
ἐλάφου καθεζόμενοι· κύων τε θηρευτικὴ παρακατάκει-
ται σφισι βίου τοῦ Ἀκταίωνος εἵνεκα, καὶ τοῦ ἐς τὴν
τελευτὴν τρόπου. ἀποβλέψαντι δὲ αὖθις ἐς τὰ κάτω
τῆς γραφῆς, ἔστιν ἐφεξῆς μετὰ τὸν Πάτροκλον οἷα ἐπὶ
λόφου τινὸς Ὀρφεὺς καθεζόμενος, ἐφάπτεται δὲ καὶ τῇ
ἀριστερᾷ κιθάρας, τῇ δὲ ἑτέρᾳ χειρὶ ἰτέας ψαύει· κλῶ-
νές εἰσιν, ὧν ψαύει, προσανακέκλιται δὲ τῷ δένδρῳ· τὸ
ἄλσος ἔοικεν εἶναι τῆς Περσεφόνης, ἔνθα αἴγειροι καὶ
ἰτέαι δόξῃ τοῦ Ὁμήρου πεφύκασιν· Ἑλληνικὸν δὲ τὸ
σχῆμά ἐστι τῷ Ὀρφεῖ, καὶ οὔτε ἡ ἐσθὴς, οὔτε ἐπίθη-
μά ἐστιν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ Θρᾴκιον· τῷ δένδρῳ δὲ τῇ
ἰτέᾳ κατὰ τὸ ἕτερον μέρος προσανακεκλιμένος ἐστὶν αὐ-
τῇ Προμέδων. εἰσὶ μὲν δὴ οἳ νομίζουσι καθάπερ ἐς
ποίησιν ἐπεισῆχθαι τὸ Προμέδοντος ὄνομα ὑπὸ τοῦ
Πολυγνώτου· τοῖς δὲ εἰρημένον ἐστὶν, ἄνδρα Ἕλληνα

filio. Proxime abest Actaeon Aristaei filius, et mater eius, cervae hinnuleum manu tenentes, ac cervinae insidentes pelli: adiacet venaticus canis: ad vitam haec omnia, et Actaeonis interitum pertinent. Iam si ad inferiores tabulae partes oculos demiseris, Orpheum statim post Patroclum videas, in quodam tumuli vertice sedentem: laeva citharam contingit, altera salicis frondes contrectat: ipse arboris trunco acclivis est. Lucus ille Proserpinae *sacer* existimari potest: in eo (uti visum est Homero versibus mandare) nigrae populi et salices exsurgunt. Orpheo Graecus est ornatus. Nam neque vestimentum, neque capitis integumentum, quicquam Thracium prae se ferunt. Aversae salicis parti innititur Promedon. Sunt qui nomen hoc in *picturam*, tanquam in poesin inductum a Polygnoto arbitrentur. Tradiderunt alii Graecum fuisse hominem, cui praecipuum fuerit stu-

ἔς τε τὴν ἄλλην ἅπασαν γενέσθαι φιλήκοον μουσικὴν, καὶ ἐπὶ τῇ ᾠδῇ μάλιστα τῇ Ὀρφέως. (4) Κατὰ τοῦτο τῆς γραφῆς Σχεδίος ὁ Φωκεῦσιν ἡγησάμενος ἐς Τροίαν, καὶ μετὰ τοῦτον Πελίας ἐστὶν ἐν θρόνῳ καθεζόμενος, τὰ γένεια ὁμοίως καὶ τὴν κεφαλὴν πολιός· ἐνορᾷ δὲ ἐς τὸν Ὀρφέα· ὁ δὲ Σχεδίος ἐγχειρίδιόν τε ἔχων καὶ ἄγρωστίν ἐστιν ἐστεφανωμένος. Θαμύριδι ἐγγύς τε καθεζομένῳ τοῦ Πελίου διεφθαρμέναι αἱ ὄψεις, καὶ ταπεινὸν ἐς ἅπαν σχῆμά ἐστι, καὶ ἡ κόμη πολλὴ μὲν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, πολλὴ δὲ αὐτῷ καὶ ἐν τοῖς γενείοις· λύρα δὲ ἔῤῥιπται πρὸς τοῖς ποσὶ, κατεαγότες αὐτῆς οἱ πήχεις, καὶ αἱ χορδαὶ κατεῤῥωγυῖαι. (5) Ὑπὲρ τούτου ἐστὶν ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος Μαρσύας, καὶ Ὄλυμπος παρ' αὐτὸν παιδός ἐστιν ὡραίου καὶ αὐλεῖν διδασκομένου σχῆμα ἔχων. οἱ δὲ ἐν Κελαιναῖς Φρύγες ἐθέλουσι μὲν τὸν ποταμὸν, ὃς διέξεισιν αὐτοῖς διὰ τῆς πόλεως, ἐκεῖνόν ποτε εἶναι τὸν αὐλητήν· ἐθέλουσι δὲ καὶ εὕρημα εἶναι τοῦ Μαρσύου τὸ Μητρῷον αὔλημα· φασὶ

dium, tum omnes alios vocum numeros, tum maxime Orphei cantus audire. (4) In eadem tabulae parte est Schedius, qui Phocenses ad Troiam duxit: et post eum Pelias in solio sedens, cana aeque barba, ac capite. Intuetur is Orpheum. Schedius pugiunculum stringit, gramine coronatus. Assidet Peliae Thamyris iam calamitate oculorum affectus: fracto illum esse et abiecto animo indicat habitus corporis obsoletus, promissa caesarie et barba. Iacet ante pedes lyra fractis cornibus, disruptis *omnibus* nervis. (5) Paulo superius saxo insidet Marsyas; prope Olympus: habitus est pueri iam pubescentis; tibiis discere videtur. Phryges qui Celaenas incolunt, amnem qui per oppidum labitur, *et Marsyas dicitur*, tibicinem olim illum *nobilem* fuisse dictitant. Addunt Marsyae inventum fuisse eum tibiarum cantum, quem Matroum vocant: *credo ob eam causam, quod in Magnae matris sacris usurparetur.* Eundem vero Marsyam con-

δὲ, ὡς καὶ τὴν Γαλατῶν ἀπώσαιντο στρατιὰν, τοῦ Μαρσύου σφίσιν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ὕδατί τε ἐκ τοῦ ποταμοῦ καὶ μέλει τῶν αὐλῶν ἀμύναντος.

CAPUT XXXI.

Descriptio picturae laevae partis Lesches Delphicae continuatur et finitur — de Meleagri morte varia narratio.

Εἰ δὲ ἀπίδοις πάλιν ἐς τὸ ἄνω τῆς γραφῆς, ἔστιν ἐφεξῆς τῷ Ἀκταίωνι Αἴας ὁ ἐκ Σαλαμῖνος, καὶ Παλαμήδης τε καὶ Θερσίτης κύβοις χρώμενοι παιδιᾷ, τῷ Παλαμήδους εὑρήματι· Αἴας δὲ ὁ ἕτερος ἐς αὐτοὺς ὁρᾷ παίζοντας· τούτῳ τῷ Αἴαντι τὸ χρῶμά ἐστιν, οἷον ἂν ἀνδρὶ ναυαγῷ γένοιτο, ἐπανθούσης τῷ χρωτὶ ἔτι τῆς ἅλμης. ἐς δὲ τὸ αὐτὸ ἐπίτηδες τοῦ Ὀδυσσέως τοὺς ἐχθροὺς ἤγαγεν ὁ Πολύγνωτός. ἀφίκετο δὲ ἐς Ὀδυσσέως δυσμένειαν ὁ τοῦ Ὀϊλέως, ὅτι τοῖς Ἕλλησιν Ὀδυσσεὺς παρῄνει καταλιθῶσαι τὸν Αἴαντα ἐπὶ τῷ ἐς Κασσάνδραν τολμήματι· Παλαμήδην δὲ ἀποπνιγῆναι προελ- 874

tra Gallos sibi opem tulisse, quum irrumpentes in Phrygiam, et amnis *late stagnantibus* aquis, et tibiarum modis exterruisset.

Cap. XXXI. Quod si rursus oculos ad superiores tabulae partes sustuleris, cernes illic continenti serie Actaeoni proximum Aiacem Salaminium. Mox Palameden et Thersiten tesseris (quod *ludicrum ipse* Palamedes excogitavit) lusitantes, alter Aiax aspicit. Huic Aiaci idem est, qui naufragis esse solet color, perfuso etiamnum corpore multa maris aspergine. Videtur Polygnotus dedita opera Ulyssis inimicos uno in loco constituisse. Idcirco vero Aiax Oilei filius cum Ulysse inimicitias exercuit, quod post nefarium Cassandrae stuprum, sententia sua censuerat Ulysses Aiacem lapidibus obruendum. Nam Palamedem quum piscatum isset, ab Ulysse et Dio-

θόντα ἐπὶ ἰχθύων θήραν, Διομήδην δὲ τὸν ἀποκτείναντα εἶναι καὶ Ὀδυσσέα, ἐπιλεξάμενος ἐν ἔπεσιν οἶδα τοῖς Κυπρίοις. Μελέαγρος δὲ ὁ Οἰνέως ἀνωτέρω μὲν ἢ ὁ τοῦ Ὀϊλέως Αἴας ἐστὶν ἐν τῇ γραφῇ· ἔοικε δὲ ὁρῶντι ἐς τὸν Αἴαντα· τούτοις πλὴν τῷ Παλαμήδει γένειά ἐστι τοῖς ἄλλοις. (2) Ἐς δὲ τοῦ Μελεάγρου τὴν τελευτὴν Ὁμήρῳ μέν ἐστιν εἰρημένα, ὡς Ἐριννὺς καταρῶν ἀκούσαι τῶν Ἀλθαίας, καὶ ἀποθάνοι κατὰ ταύτην ὁ Μελέαγρος τὴν αἰτίαν. αἱ δὲ Ἠοῖαί τε καλούμεναι καὶ ἡ Μινυὰς ὡμολογήκασιν ἀλλήλαις· Ἀπόλλωνα γὰρ αὗταί φασιν αἱ ποιήσεις ἀμῦναι Κούρησιν ἐπὶ τοὺς Αἰτωλούς, καὶ ἀποθανεῖν Μελέαγρον ὑπὸ Ἀπόλλωνος. τὸν δὲ ἐπὶ τῷ δαλῷ λόγον, ὡς δοθείη μὲν ὑπὸ Μοιρῶν τῇ Ἀλθαίᾳ, Μελεάγρῳ δὲ οὐ πρότερον ἔδει τὴν τελευτὴν συμβῆναι, πρινὴ ὑπὸ πυρὸς ἀφανισθῆναι τὸν δαλὸν, καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καταπρήσειεν αὐτὸν ἡ Ἀλθαία, τοῦτον τὸν λόγον Φρύνιχος ὁ Πολυφράδμονος πρῶτος ἐν δράματι ἔδειξε Πλευρωνίαις·

mede demersum in aquis periisse, ex iis carminibus cognovi, quae Cypria dicuntur. Aliquanto superior loco est quam Aiax, Oenei filius Meleager: is Aiacem intueri videtur. Cum barba ceteri; solus Palamedes imberbis. (2) De Meleagro scriptum Homerus reliquit, Althaeae imprecationibus diris confixum e vita excessisse. At *ii libri*, quae sunt *magnae* Eoeae appellatae, et Minyas, in idem *utraque poësis* consentit, adiutos ab Apolline contra Aetolos Curetas; *in eo bello* ab ipso Apolline occisum Meleagrum. Torrem vero a Parcis Althaeae datum, quo demum igni consumto Meleagrum extingui necesse foret, et illum torrem ab Althaea *acri* ira concitata exustum: eam rem primus omnium versibus mandavit Phrynichus Polyphradmonis filius, quum Pleuronem fabulam docuit. *Versus in ea fabula sunt:*

— — — κρυερὸν γάρ οὐκ
Ἤλυξεν μόρον, ὠκεῖα δέ νιν φλὸξ κατεδαίσατο
Δαλοῦ περθομένου ματρὸς ὑπ' αἰνᾶς κακομηχάνου.

οὐ μὴν φαίνεταί γε ὁ Φρύνιχος προαγαγὼν τὸν λόγον 873
ἐς πλέον, ὡς εὕρημα ἄν τις οἰκεῖον, προσαψάμενος δὲ αὐτοῦ μόνον ἅτε ἐς ἅπαν ἤδη διαβεβοημένου τὸ Ἑλληνικόν. ἐν δὲ τοῖς κάτω τῆς γραφῆς μετὰ τὸν Θρᾷκά εἰσι Θάμυριν Ἕκτωρ μὲν καθεζόμενος· ἀμφοτέρας ἔχει τὰς χεῖρας περὶ τὸ ἀριστερὸν γόνυ, ἀνιωμένου σχῆμα ἐμφαίνων· μετὰ δὲ αὐτὸν Μέμνων ἐστὶν ἐπὶ πέτρᾳ καθεζόμενος, καὶ Σαρπηδὼν συνεχὴς τῷ Μέμνονι· ἐπικέκλιται δὲ τὸ πρόσωπον ἐπὶ τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας ὁ Σαρπηδών· ἡ δὲ ἑτέρα τῶν χειρῶν τοῦ Μέμνονος ἐπὶ τῷ ὤμῳ τοῦ Σαρπηδόνος κεῖται· γένεια μὲν πᾶσίν ἐστιν αὐτοῖς· ἐν δὲ τοῦ Μέμνονος τῇ χλαμύδι καὶ ὄρνιθές εἰσιν ἐπειργασμέναι· Μεμνονίδες ταῖς ὄρνισίν ἐστιν ὄνομα· κατὰ δὲ ἔτος οἱ Ἑλλησπόντιοί φασιν αὐ-

Atrae neque ille mortis laqueos
Effugit: vorax peredit virum
Inextincti flammula stipitis
Insidiosae matris heu dolo.

Non tamen pluribus est eam rem versibus persecutus Phrynichus: quod facturus fuisse videri posset, si peculiare ipsius hoc inventum fuisset. Satis vero (opinor) habuit, uti rem inter Graecos pervagatam, locum hunc *paucis* perstringere. Infima tabula post Thracem Thamyrin, Hectorem habet sedentem, et utraque manu laevum genu prementem, tristi *admodum facie, et lugubri* habitu. Et post Hectorem saxo insidens Memnon: adhaeret Sarpedon. Sarpedon capite in utramque manum incumbit: Memnon alteram manum eius humero imponit. Promissa est his omnibus a mento barba. In Memnonis chlamyde aves pictae, quae sunt Memnonides appellatae. Eas volucres dicunt Hellespontii ad Memnonis se-

τὰς ἐν εἰρημέναις ἡμέραις ἰέναι τε ἐπὶ τοῦ Μέμνονος τὸν τάφον, καὶ ὁπόσον τοῦ μνήματος δένδρων ἐστὶν ἢ πόας ψιλὸν, τοῦτο καὶ σαίρουσιν ὄρνιθες, καὶ ὑγροῖς τοῖς πτεροῖς τοῦ Αἰσήπου τῷ ὕδατι ῥαίνουσι. παρὰ δὲ τῷ Μέμνονι καὶ παῖς Αἰθίοψ πεποίηται γυμνὸς, ὅτι ὁ Μέμνων βασιλεὺς ἦν τοῦ Αἰθιόπων γένους. ἀφίκετο μέντοι ἐς Ἴλιον οὐκ ἀπ' Αἰθιοπίας, ἀλλὰ ἐκ Σούσων τῶν Περσικῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ Χοάσπου ποταμοῦ, τὰ ἔθνη πάντα, ὅσα ᾤκει μεταξὺ, ὑποχείρια πεποιημένος. Φρύγες δὲ καὶ τὴν ὁδὸν ἔτι ἀποφαίνουσι, δι' ἧς τὴν στρατιὰν ἤγαγε, τὰ ἐπίτομα ἐκλεγόμενος τῆς χώρας· τέτμηται δὲ διὰ τῶν μονῶν ἡ ὁδός. (3) Ὑπὲρ δὲ τὸν Σαρπηδόνα τε καὶ Μέμνονα, ἔστιν ὑπὲρ αὐτοὺς [ὁ] Πάρις οὐκ ἔχων πω γένεια· κροτεῖ δὲ ταῖς χερσὶν, οἷος ἂν γένοιτο ἀνδρὸς ἀγροίκου κρότος· ἐοικέναι τὸν Πάριν φήσεις τῷ ψόφῳ τῶν χειρῶν Πενθεσίλειαν παρ' αὐτὸν καλοῦντι· ἔστι δὲ καὶ ἡ Πενθεσίλεια ὁρῶσα ἐς τὸν Πάριν· τοῦ προσώπου δὲ ἔοικε τῷ νεύματι ὑπερορᾶν τε αὐτὸν καὶ ἐν οὐδενὸς τίθεσθαι λόγῳ· τό τε σχῆμά

pulcrum statis diebus quotannis advolantes, everrere soli aream, quae circa tumulum *pura*, et arboribus *undique* atque herba nuda sit, et eam collecta pinnis ex amne Aesepo aqua, aspergere. Prope Memnonem nudus est puer ex Aethiopia, quod nempe Aethiopum rex fuit Memnon. Venit tamen ad bellum Troianum non ex Aethiopia, sed a Susis Persarum urbe, debellatis iis omnibus nationibus, quae mediae sunt usque ad Choaspen flumen. Monstrant etiamnum Phryges, quo itinere exercitum duxerit, dum locorum compendia consectaretur. Intersecta vero est per mansiones via. (3) Supra Sarpedonem et Memnonem est Paris impuber adhuc: plausum dat manibus, qualem agrestes homines solent: facile coniicias ea manuum complosione Penthesilean accersiri. Aspicit Paridem Penthesilea, et eo sane vultu, ut appareat contemni illum, et omnino pro nihilo haberi. Vir-

ἐστι τῇ Πενθεσιλείᾳ, παρθένος τόξον ἔχουσα τοῖς Σκυθικοῖς ἐμφερὲς, καὶ παρδάλεως δέρμα ἐπὶ τῶν ὤμων. 876
αἱ δὲ ὑπὲρ τὴν Πενθεσίλειαν φέρουσαι μέν εἰσιν ὕδωρ ἐν κατεαγόσιν ὀστράκοις· πεποίηται δὲ ἡ μὲν ἔτι ὡραία τὸ εἶδος, ἡ δὲ ἤδη τῆς ἡλικίας προήκουσα· ἰδίᾳ μὲν δὴ οὐδὲν ἐπίγραμμα ἐπὶ ἑκατέρᾳ τῶν γυναικῶν, ἐν κοινῷ δέ ἐστιν ἐπὶ ἀμφοτέραις, εἶναι σφᾶς τῶν αὐ μεμυημένων· τῶν γυναικῶν ἀνωτέρω τούτων ἐστὶν ἡ Λυκάονος Καλλιστὼ, καὶ Νομία τε καὶ ἡ Νηλέως Πηρώ· ταύτης ἕδνα τῶν γάμων βοῦς ὁ Νηλεὺς ᾔτει τὰς Ἰφίκλου. τῇ Καλλιστοῖ δὲ ἀντὶ μὲν στρωμνῆς ἐστιν αὐτῇ δέρμα ἄρκτου· τοὺς πόδας δὲ ἐν τοῖς Νομίας γόνασιν ἔχει κειμένους. ἐδήλωσε δέ μοι τὰ πρότερα τοῦ λόγου, φάναι τοὺς Ἀρκάδας, Νομίαν εἶναί σφισιν ἐπιχώριον Νύμφην· τὰς Νύμφας δὲ εἶναι πολὺν μέν τινα ἀριθμὸν βιούσας ἐτῶν, οὐ μέντοι παράπαν γε ἀπηλλαγμένας θανάτου, ποιητῶν ἐστιν ἐς αὐτὰς λόγος. μετὰ δὲ τὴν Καλλιστὼ, καὶ ὅσαι σὺν ἐκείνῃ γυναῖκες, κρημνοῦ τε

ginis in morem ornata est: arcum gerit Scythicis persimilem, pardi pelle ab humeris demissa. Quae supra eum locum ubi Penthesilea est, aquam pertusis fictilibus urnulis portant; earum altera specie adolescentula est, altera aetate iam adultior. Neutri est quicquam privatim adscriptum: communis testatur inscriptio, esse de numero earum, quibus *interdictum sit sacris arcanis, quod* initiatae non fuerint. Superiores iis loco sunt Lycaonis Callisto, Nomia, et Nelei filia Pero: pro qua Neleus sponsalium nomine Iphicli boves poposcit. Callisto pro stragula veste ursae pellem habet: pedibus imminet Nomiae genibus. Expositum est superius, vulgatum Arcadum sermone, Nomiam unam fuisse de Nymphis Arcadiae indigenis: ac Nymphas quidem annos vivere pene innumerabiles, non tamen esse mortis immunes, poëtarum est carminibus decantatum. Post Callisto et eas, quae cum ipsa sunt mulieres, rupes consurgere videtur;

σχῆμά ἐστι, καὶ ὁ Αἰόλου Σίσυφος ἀνῶσαι πρὸς τὸν κρημνὸν βιαζόμενος τὴν πέτραν. (4) Ἔστι δὲ καὶ πίθος ἐν τῇ γραφῇ, πρεσβύτης δὲ ἄνθρωπος, ὁ δὲ ἔτι παῖς, καὶ γυναῖκες, νέα μὲν ἐπὶ τῇ πέτρᾳ, παρὰ δὲ τὸν πρεσβύτην ἐοικυῖα ἐκείνῳ τὴν ἡλικίαν· οἱ μὲν ἄλλοι φέροντες ὕδωρ εἰσί, τῇ δὲ γραῒ κατεάχθαι τὴν ὑδρίαν εἰκάσεις· ὅσον δὲ ἐν τῷ ὀστράκῳ λοιπὸν ἦν τοῦ ὕδατος, ἐκχέουσά ἐστιν αὖθις ἐς τὸν πίθον. ἡμεῖς δ' ἐτεκμαιρόμεθα, εἶναι καὶ τούτους τῶν τὰ δρώμενα Ἐλευσῖνι ἐν οὐδενὸς θεμένων λόγῳ· οἱ γὰρ ἀρχαιότεροι τῶν Ἑλλήνων τελετὴν τὴν Ἐλευσινίαν πάντων, ὁπόσα ἐς εὐσέβειαν ἥκει, τοσούτῳ ἦγον ἐντιμοτέραν, ὅσῳ καὶ θεοὺς ἐπίπροσθεν ἡρώων. ὑπὸ τούτῳ δὲ τῷ πίθῳ Τάνταλος καὶ ἄλλα ἔχων ἐστὶν ἀλγεινά, ὁπόσα Ὅμηρος ἐπ' αὐτῷ πεποίηκεν, ἐπὶ δὲ αὐταῖς πρόσεστιν οἱ καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐπηρτημένου λίθου δεῖμα. Πολύγνωτος μὲν δῆλός ἐστιν ἐπακολουθήσας τῷ Ἀρχιλόχου λόγῳ· Ἀρχίλοχος δ', οὐκ οἶδα, εἴτε ἐδιδάχθη παρὰ ἄλλων τὰ ἐς τὸν λί-

in cuius summum verticem Sisyphus Aeoli filius saxum nititur subvolvere. (4) In eadem tabulae parte dolium, et senex vir atque puer, porro duae foeminae, altera iuvenilis aetatis prope illud Sisyphi saxum, altera seni adstat, aequali aetate. *Haustam* reliqui aquam portant. Anus illa, fracta urna, quod reliquum est aquae, e testa in dolium rursus transfundit. Quantum coniectura assequi possum, significatos eos putarim, qui *in operto* quae Eleusine fiunt sacra, naucifaciant. Veteres enim Graeci initia Eleusinia religione quanta non alia quaevis sacra sanxerunt, tantoque *ceteris initiis* augustiora duxerunt, quanto dii heroibus praestent. Infra dolium est Tantalus, inter eos cruciatus, quos versibus suis exposuit Homerus: ad quos accedit silicis impendentis, *et iam casurae*, terror. Ab Archilocho id sumsisse Polygnotum perspicuum est: acceperitne vero Archilochus ipse de saxo, quod dixit, ab aliis, an ipse primus id in poësin

θον, εἴτε καὶ αὐτὸς ἐς τὴν ποίησιν εἰσηνέγκατο, τοσαύτη μὲν πλῆθος, καὶ εὐπρεπείας ἐς τοσοῦτόν ἐστιν ἤκουσα ἡ τοῦ Θασίου γραφή.

CAPUT XXXII.

Reliqua memoranda Delphorum — memoranda in via Parnassum versus, antrum Corycium — antra maxime memoranda in orbe terrarum, antrum Steunos — antrum Apollini sacrum et Apollinis signum corporis robur augens — antri Corycii descriptio — de urbe Tithorea — Antiope et Phoco ac fluvio Cachali — templo et signo Aesculapii cognomine Archagetae — sanctissimo Isidis adyto et cultu — simili Isidis apud Aegyptios cultu eximio Tithoraeae regionis oleo.

Τοῦ περιβόλου δὲ τοῦ ἱεροῦ θέατρον ἔχεται θέας 877 ἄξιον. ἐπαναβάντι ἐκ τοῦ περιβόλου Διονύσου ἄγαλμα ἐνταῦθα Κνιδίων ἐστὶν ἀνάθημα. στάδιον δέ σφισιν ἀνωτάτω τῆς πόλεώς τοῦτό ἐστιν· ἐπεποίητο δὲ ἐκ τῆς πέτρας, ὁποῖαι παρὰ τὸν Παρνασσόν εἰσιν αἱ πολλαί· ἄχρι Ἀθηναῖος Ἡρώδης λίθῳ τῷ Πεντέλησιν αὐτὸ μετεκόσμησε. τὰ μὲν δὴ ἀνήκοντα ἐς συγγραφὴν τοσαῦτά τε καὶ τοιαῦτα κατ' ἐμὲ ἦν τὰ λειπόμενα ἐν Δελφοῖς.

induxerit, non satis mihi liquet. Ac tam multa sunt numero, tamque decore et eleganter expressa, quae Thasius pictor tabulis illis mandavit.

Cap. XXXII. Adiunctum est sacro septo insigni opere theatrum. Qua disceditur a septo, superiore loco est Liberi Patris signum. Cnidii dedicarunt. Est in suprema urbis parte stadium, eo saxi genere, quo Parnassus mons abundat, exstructum: sed illud postea Pentelico lapide exornavit Herodes Atticus. Atque ea quidem, quae literarum monumentis cum aliqua dignitate mandari posse videantur; neque plura illic, neque aliter se habentia, ad aetatem usque meam vetustas reliqua fecit.

(2) Ἰόντι δὲ ἐκ Δελφῶν ἐπὶ τὰ ἄκρα τοῦ Παρνασσοῦ σταδίοις μὲν ὅσον ἑξήκοντα ἀπωτέρω Δελφῶν ἐστιν ἄγαλμα χαλκοῦν καὶ ῥᾴων εὐζώνῳ ἀνδρὶ ἡμιόνοις τε καὶ ἵπποις ἐπὶ τὸ ἄντρον ἐστὶν ἄνοδος τὸ Κωρύκιον· τούτῳ δὲ τῷ ἄντρῳ γενέσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ νύμφης Κωρυκίας, ἐδήλωσα ὀλίγῳ τινὶ ἔμπροσθεν· σπηλαίων δὲ, ὧν εἶδον, θέας ἄξιον μάλιστα ἐφαίνετο εἶναί μοι. (3) Ὅσα μὲν γὰρ ἐπί τε αἰγιαλοῖς καὶ ἀγχιβαθεῖ τῇ θαλάσσῃ, τούτων μὲν οὐδὲ ἀριθμὸν ἄν τις ἐθέλων ἐξεύροι· ὀνομαστότατα δὲ ἔν τε Ἕλλησι καὶ ἐν γῇ τῇ βαρβάρων ἐστί· Φρύγες οἱ ἐπὶ ποταμῷ Πευκέλλᾳ, τὰ δὲ ἄνωθεν ἐξ Ἀρκαδίας καὶ Ἀζάνων ἐς ταύτην ἀφικόμενοι τὴν χώραν, δεικνύουσιν ἄντρον καλούμενον Στεῦνος, περιφερές τε καὶ ὕψους ἔχον εὐπρεπῶς· Μητρὸς δέ ἐστιν ἱερὸν, καὶ ἄγαλμα Μητρὸς πεποίηται. Θεμισώνιον δὲ τὸ ὑπὲρ Λαοδικείας Φρύγες μὲν καὶ τοῦτο οἰκοῦσιν· ὅτε δὲ ὁ Γαλατῶν στρατὸς ἔφερε καὶ ἦγεν Ἰωνίαν καὶ Ἰωνίας τὰ ὅμορα, οἱ Θεμισωνεῖς φασιν αὐτοῖς Ἡρα-

(2) Qua Delphis ad Parnassi iuga iter est, intervallo stadiûm ferme LX, est aeneum signum. * Et facilior iam expedito viatori, mulis etiam et equis clivus ad antrum Corycium. Huic antro nomen inditum a Corycia Nympha paulo superius docui. Omnium vero quae unquam viderim antrorum, quod spectetur dignissimum hoc mihi visum est. (3) Nam in litoribus et profundo mari vicinis partibus quam sit magnus huiusmodi cavernarum numerus, nemo ne diligenti quidem investigatione assequi possit. Sed maximi sunt nominis *quaedam* tum in Graecia, tum in Barbarorum terris. Nam Phryges amnis Peucellae accolae, oriundi ab Arcadiae Azanum gente, ad se venientibus antrum monstrant: Steunos nuncupant. forma illud est orbiculari, altitudine decenti: sacrum est magnae Matri, Matrisque in eo signum positum. Themisonium urbs supra Laodicean est: incolunt Phryges. Quum Gallorum exercitus Ioniam, et finitimas Ioniae oras,

κλέα βοηθὸν καὶ Ἀπόλλωνα γενέσθαι καὶ Ἑρμῆν· τού-
τους γὰρ τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν ἄντρον τε δι' ὀνει-
ράτων δεῖξαι, καὶ ἀποκρυφθῆναι Θεμισωνεῦσι καὶ γυ-
ναιξὶν αὐτῶν καὶ παισὶν ἐς τοῦτο προστάξαι τὸ ἄντρον·
καὶ ἐπὶ τούτῳ πρὸ τοῦ σπηλαίου σφίσιν ἀγάλματα οὐ
μεγάλα ἐστὶν Ἡρακλέους, καὶ Ἑρμοῦ τε καὶ Ἀπόλλω- 878
νος, Σπηλαΐται καλούμενα· τὸ δὲ ἀπέχει ὅσον τριά-
κοντα τοῦ ἄστεως σταδίους· ὕδατος δέ εἰσιν ἐν αὐτῷ
πηγαί· οὔτε δὲ ἔσοδος ἐς αὐτὸ φέρει, οὔτε ἐπὶ πολὺ ἡ
αὐγὴ δίεισι τοῦ ἡλίου, τοῦ τε ὀρόφου τὰ πλέονα ἐγγυ-
τάτω τοῦ ἐδάφους γίνεται. (4) Ἔστι δὲ καὶ τοῖς ἐπὶ
ποταμῷ Ληθαίῳ Μάγνησιν Ὕλαι καλούμενον χωρίον·
ἐνταῦθα Ἀπόλλωνι ἀνεῖται σπήλαιον, μεγέθους μὲν εἵ-
νεκα οὐ πολλοῦ θαύματος· τὸ δὲ ἄγαλμα τοῦ Ἀπόλ-
λωνος τὰ μάλιστα ἀρχαῖον, καὶ ἰσχὺν ἐπὶ ἔργῳ παρέ-
χεται παντί· καὶ αὐτῷ ἄνδρες ἱεροὶ κατὰ κρημνῶν τε

cuncta ferens et agens vexaret, Herculem, Apollinem, et Mercurium Themisonenses narrant ad ferendum auxilium praesto fuisse: eorum numinum monitu, per somnium iussos qui summae reipublicae praeerant, popularibus suis imperare, ut in antrum, quod iidem dii ostenderant, et ipsi descenderent, et in eo uxores et liberos occultarent. In huius rei memoriam signa non sane magna pro speluncae faucibus Herculi, Apollini, et Mercurio erecta; et ea sigilla Spelaitae appellati. Abesse aiunt ab oppido stadia XXX. Intra speluncam sunt *perennis* aquae fontes. Ad eam neque semita ulla viam indicat, neque solis lumen longe pervadit: et fornicis utique pars maior non valde se supra solum attollit. (4) Est praeterea apud Magnetas Lethaei fluminis accolas vicus, cui nomen Hylae. In eo specus Apollini sacer, ea magnitudine; quae sane nullam afferat admirationem: intra specum vero signum Apollinis valde priscum. Ex eo corporibus mirificum ad omne opus robur afflari autumant. Quo fit, ut sacri Apollini homines desiliant *il-*

ἀποτόμων καὶ πετρῶν πηδῶσιν ὑψηλῶν, καὶ ὑπερμήκη δένδρα ἐριπόντες ἐκ ῥιζῶν κατὰ τὰ στενώτατα τῶν ἀτραπῶν ὁμοῦ τοῖς ἄχθεσιν ὁδεύουσι. (5) Τὸ δὲ ἄντρον τὸ Κωρύκιον μεγέθει τε ὑπερβάλλει τὰ εἰρημένα, καὶ ἔστιν ἐπὶ πλεῖστον ὁδεῦσαι δι' αὐτοῦ καὶ ἄνευ λαμπτῆρος· ὅ τε ὄροφος ἐς αὔταρκες ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀνέστηκε, καὶ ὕδωρ τὸ μὲν ἀνερχόμενον ἐκ πηγῶν, πλέον δὲ ἔτι ἀπὸ τοῦ ὀρόφου στάζει, ὥστε καὶ δῆλα ἐν τῷ ἐδάφει σταλαγμῶν τὰ ἴχνη διὰ παντός ἐστι τοῦ ἄντρου. ἱερὸν δὲ αὐτὸ οἱ περὶ τὸν Παρνασσὸν Κωρυκίων τε εἶναι Νυμφῶν καὶ Πανὸς μάλιστα ἥγηνται. ἀπὸ δὲ τοῦ Κωρυκίου χαλεπὸν ἤδη καὶ ἀνδρὶ εὐζώνῳ πρὸς τὰ ἄκρα ἀφικέσθαι τοῦ Παρνασσοῦ· τὰ δὲ νεφῶν τέ εἰσιν ἀνωτέρω τὰ ἄκρα, καὶ αἱ Θυιάδες ἐπὶ τούτοις τῷ Διονύσῳ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι μαίνονται.

(6) Τιθορέα δὲ ἀπωτέρω Δελφῶν ὀγδοήκοντα, ὡς εἰκάσαι, σταδίοις ἐστὶν, ἰόντι τὴν διὰ τοῦ Παρνασσοῦ· τὴν δὲ οὐ πάντα ὀρεινὴν, ἀλλὰ καὶ ὀχήμασιν ἐπιτήδειον,

laesi de summis rupibus, praeruptisque saxis: iidemque praecelsas arbores radicitus evulsas *haud magno negotio* portantes, per angustissimos tramites *et anfractus* iter faciant. (5) Verum haec omnia, quae enumeravimus, magnitudine facile superat antrum Corycium: qui introierit, sine ulla face longissime progredi possit. Ab imo solo ad superiorem partem, quae pro tecto est, satis multum interest spatii: multi *hinc illinc* e vivis fontibus fluitant rivi; sed humoris multo plus ex ipsa quasi antri testudine destillat. Cernuntur vero passim in ipso solo guttarum vestigia. Parnassi accolae sacrum Coryciarum Nympharum, et Panos maxime, putant. A Corycio antro vel expedito iter arduum ac difficile ad Parnassi iuga. Sunt enim ea fere supra nubes, et illic Thyiades per furorem sacra Libero et Apollini faciunt. (6) Abest a Delphis Tithorea stadia plus minus LXXX, iter per Parnassum facienti: viam vero non prorsus montanam,

πλεόνων ἔτι ἐλέγετο εἶναι σταδίων. διάφορα δὲ ἐς τὸ ὄνομα οἶδα τῆς πόλεως Ἡροδότῳ τε εἰρημένα ἐν ἐπιστρατείᾳ τοῦ Μήδου, καὶ Βάκιδι ἐν χρησμοῖς. Βάκις μέν γε Τιθορέας τοὺς ἐνθάδε ἐκάλεσεν ἀνθρώπους· Ἡροδότου δὲ ὁ ἐς αὐτοὺς λόγος ἐπιόντος φησὶ τοῦ βαρβάρου τοὺς ἐνταῦθα οἰκοῦντας ἀναφυγεῖν ἐς τὴν κορυφήν· ὄνομα δὲ Νέωνα μὲν τῇ πόλει, Τιθορέαν δὲ εἶναι τοῦ Παρνασσοῦ τὴν ἄκραν. ἔοικεν οὖν ἀνὰ χρόνον, πρῶτα 879
μὲν δὴ τῇ ἁπάσῃ χώρᾳ, μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπειδὴ ἀνῳκίσθησαν ἀπὸ τῶν κωμῶν, ἐκνικῆσαι καὶ ἐπὶ τῇ πόλει Τιθορέαν μηδὲ ἔτι Νέωνα ὀνομάζεσθαι. Τιθορέαν δὲ οἱ ἐπιχώριοι κληθῆναί φασιν ἀπὸ Τιθορέας νύμφης, οἷαι τῷ ἀρχαίῳ λόγῳ τῷ ποιητῶν ἐφύοντο ἀπό τε ἄλλων δένδρων, καὶ μάλιστα ἀπὸ τῶν δρυῶν. γενεᾷ δέ, ἢ με γενέσθαι, μιᾷ πρότερον ἐς τὸ χεῖρον ἔτρεψεν ὁ δαίμων τὰ ἐν τῇ Τιθορέᾳ. θεάτρου μὲν δὴ [καὶ] κατασκευὴ καὶ περίβολός ἐστιν ἀγορᾶς ἀρχαιοτέρας. τὰ δὲ τῶν ἐν

sed qua vehicula etiam agi possint, tenenti, aliquot stadiis longior esse dicitur. Quod ad urbis nomen pertinet, diversa ab Herodoto, quo loco agit de Persarum in Graeciam irruptione, dicta scio ab iis, quae Bacidis oraculis prodita sunt. Bacis enim hunc populum Tithorenses vocavit: Herodotus vero, invadente Barbaro milite, horum locorum incolas in montis verticem effugisse dicit: urbemque Neonem, at Parnassi iugum Tithorean nominat. Quare credibile fuerit totam aliquando regionem Tithorean nuncupatam: temporis vero longiore curriculo ita accidisse, ut, quum e dispersis pagis in unam se urbem denno contulissent, eam non Neonem amplius, sed de regionis nomine Tithoream appellari obtinuerit. Sumtum hoc nomen incolae dicunt a Tithorea Nympha, *de iis una*, quas prisci poëtarum sermones, quum ex ceteris arboribus, tum vero e quercubus maxime genitas prodiderunt. Aetate sane una ante me natum, Tithoreae res *adversae* fortunae impulsu pessum ire coeperunt. Manet

τῇ πόλει μάλιστα ἐς λόγον ἥκοντα Ἀθηνᾶς ἐστιν ἄλσος καὶ ναός τε καὶ ἄγαλμα· καὶ ἐς μνήμην Ἀντιόπης μνῆμά ἐστι καὶ Φώκου. (7) Καί μοι τοῦ λόγου τὰ ἔχοντα ἐς Θηβαίους ἐδήλωσε μὲν, ὡς ἡ Ἀντιόπη δι' ὀργὴν ἐκ Διονύσου μανείη, καὶ κατὰ αἰτίαν ἥντινα ἐπεσπάσατο ἐκ τοῦ θεοῦ τὸ μήνιμα, ἐδήλωσε δὲ καὶ, ὡς ἐρασθέντι Φώκῳ τῷ Ὀρνυτίωνος συνῴκησε, καὶ τέθαπται ὁμοῦ τῷ Φώκῳ, καὶ Βάκιδι ὁποῖά ἐστι τῷ χρησμολόγῳ κοινὰ ἐς τοῦτον τὸν τάφον καὶ ἐς τὸν Ζήθου τε ἐν Θήβαις καὶ Ἀμφίονος. τὰ μὲν δὴ ἐς συγγραφὴν τῶν ἐν τῷ πολίσματι, ὅτι μὴ τὰ εἰρημένα, ἄλλο ἦν οὐδέν. ποταμὸς δὲ παρὰ τῶν Τιθορέων τὴν πόλιν ποτόν σφισι γίνεται καταβαίνουσί τε ἐπὶ τὴν ὄχθην, καὶ ἀρυομένοις τὸ ὕδωρ· ὄνομα δέ ἐστιν αὐτῷ Καχάλης. (8) Σταδίοις δὲ ἀπωτέρω Τιθορέας ἑβδομήκοντα ναός ἐστιν Ἀσκληπιοῦ, καλεῖται δὲ Ἀρχαγέτας· τιμὰς δὲ παρὰ αὐτῶν ἔχει Τιθορέων, καὶ ἐπίσης παρὰ Φωκέων τῶν ἄλ-

adhuc theatri *pristina* superficies, et vetustioris fori ambitus. Intra oppidum sunt non indigna, quae literis mandentur, Minervae lucus, fanum, et signum; et in memoriam Antiopes et Phoci monumentum. (7) Iam tum, quum res Thebanorum stylo persequeremur, Antiopen ira Liberi in furorem actam, quaque fuerit culpa eam noxam commerita, commemoravimus. Ostendimus eodem loco Phoco Ornytionis filio eam nupsisse, et una cum eo sepultam fuisse: et *simul indicavimus*, quae cecinerit fatidicus Bacis *eodem carmine* tam de hoc, quam de Zethi et Amphionis apud Thebanos sepulcro. Et haec in oppido extant, quae merito fuerint historia comprehendenda: aliud praeterea nihil. Praeter Tithoreae moenia labitur amnis: aquatum ad eius ripas descendunt oppidani: fluvio nomen Cachales. (8) Tithorea stadia LXX distat Aesculapii fanum. *Cognomento* deus Archagetas (*id est, originum auctor*) vocatur. Colitur multa cum religione a Tithorensibus, atque omnino pari a ceteris

λων. ἐντὸς μὲν δὴ τοῦ περιβόλου τοῖς τε ἱκέταις, καὶ ὅσοι τοῦ θεοῦ δοῦλοι, τούτοις μὲν ἐνταῦθά εἰσι καὶ οἰκήσεις· ἐν μέσῳ δὲ ὅ τε ναὸς καὶ ἄγαλμα λίθου πεποιημένον, γένεια ἔχον μέγεθος καὶ ὑπὲρ δύο πόδας· κλίνη δὲ ἐν δεξιᾷ κεῖται τοῦ ἀγάλματος· θύειν δὲ αὐτῷ τὰ πάντα ὁμοίως νομίζουσι, πλὴν αἰγῶν. (9) Τοῦ 880
δὲ Ἀσκληπιοῦ περὶ τεσσαράκοντα ἀπέχει σταδίους περίβολος, καὶ ἄδυτον ἱερὸν Ἴσιδος, ἁγιώτατον, ὁπόσα Ἕλληνες θεῷ τῇ Αἰγυπτίᾳ πεποίηνται. οὔτε γὰρ περιοικεῖν ἐνταῦθα οἱ Τιθοραιεῖς νομίζουσιν, οὔτε ἔσοδος ἐς τὸ ἄδυτον ἄλλοις γε ἢ ἐκείνοις ἐστὶν, οὓς ἂν αὐτὴ προτιμήσασα ἡ Ἶσις καλέσῃ σφᾶς δι᾽ ἐνυπνίων. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐν ταῖς ὑπὲρ Μαιάνδρου πόλεσι θεοὶ ποιοῦσιν οἱ καταχθόνιοι· οὓς γὰρ ἂν ἐς τὰ ἄδυτα ἐσιέναι θελήσωσιν, ἀποστέλλουσιν αὐτοῖς ὀνειράτων ὄψεις. ἐς δὲ τὴν Τιθορέων καὶ δὶς ἑκάστου τοῦ ἔτους τῇ Ἴσιδι πανήγυριν ἄγουσι, τὴν μὲν τῷ ἦρι, τὴν δὲ μετοπωρινήν·

Phocensibus. Intra *sacrum* areae septum, qui supplices ad deum confugerint, et simul *sacrati* deo servi, domicilia habent. In medio templum, et marmoreum simulacrum cum barba, duûm et amplius pedum altitudine. Ad simulacri dexteram lectus collocatus est. Deo quibusvis hostiis praeterquam capellis faciunt. (9) Ab Aesculapii, stadia ferme XL abest circumsepta area, cum penetrali sacrario Isidis: religione sanctissimum hoc est, eorum omnium, quotcunque Graeci Aegyptiae deae consecrarunt. Neque enim, quantum soli in ambitum patet, habitari Tithoraeenses fas ducunt: neque ad id penetrale accessus est aliis, quam quos Isis ipsa per somniorum visa sibi prae ceteris delectos advocaverit. Quod ipsum in iis quae supra Maeandrum sunt urbibus faciunt subterranei dii. Quos enim intra penetralia descendere facile patiantur, per nocturnas imagines exsuscitant. Et Isidi sane Tithoreae binae celebrantur quotannis nundinae, vere scilicet anni, et autumno. Tertio vero ante

τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ πρότερον κατὰ ἑκατέραν τῶν πανηγύρεων, ὅσοις ἐστὶν ἐσελθεῖν ἄδεια, τὸ ἄδυτον ἐκκαθαίρουσι τρόπον τινὰ ἀπόῤῥητον, καὶ δὴ καὶ τῶν ἱερείων, ἃ ἐπὶ τῆς προτέρας ἐνεβλήθη πανηγύρεως, τούτων ὁπόσα ἂν ὑπολειπόμενα εὕρωσι, κομίζουσιν ἐς τὸ αὐτὸ ἀεὶ χωρίον, καὶ κατορύσσουσιν ἐνταῦθα· δύο τε ἀπὸ τοῦ ἀδύτου στάδια ἐτεκμαιρόμεθα ἐς τοῦτο εἶναι τὸ χωρίον. ταύτῃ μὲν δὴ τῇ ἡμέρᾳ τοσαῦτα περὶ τὸ ἱερὸν δρῶσι· τῇ δὲ ἐπιούσῃ σκηνὰς οἱ καπηλεύοντες ποιοῦνται καλάμου τε καὶ ἄλλης ὕλης αὐτοσχεδίου· τῇ τελευταίᾳ δὲ τῶν τριῶν πανηγυρίζουσι πιπράσκοντες καὶ ἀνδράποδα καὶ κτήνη τὰ πάντα, ἔτι δὲ ἐσθῆτας καὶ ἄργυρον καὶ χρυσόν· μετὰ δὲ μεσοῦσαν τὴν ἡμέραν τρέπονται πρὸς θυσίαν. θύουσι δὲ καὶ βοῦς καὶ ἐλάφους οἱ εὐδαιμονέστεροι, ὅσοι δέ εἰσιν ἀποδέοντες πλούτῳ, καὶ χῆνας καὶ ὄρνιθας τὰς μελεαγρίδας· ὗς δὲ ἐς τὴν θυσίαν οὐ νομίζουσιν, οὐδὲ ὑσὶ χρῆσθαι καὶ αἰξίν. ὅσιον μὲν δὴ καθαγίσασι τὰ ἱερεῖα ἐς τὸ ἄδυτον ἀποστεῖλαι πεποιημένοις πυράν· κα-

ambas nundinas die, quibus introire fas, arcano illi penetralia ritu lustrant; si quas etiam victimarum, quae superioribus nundinis in penetrale immissae fuerunt, reliquias invenerint, eas omnes in eundem semper locum deportatas defodiunt. Abest locus ille (quantum coniicimus) a penetrali stadia duo. Solennis hic est illius diei ritus. Postero die institores tabernas sibi erigunt ex arundine, et alia fortuita quavis materia. Postremo tertio die, qui *ad eum mercatum* convenere, vendunt mancipia, et quodvis genus pecudes: vestem etiam, argentum, et aurum. Pomeridianis iam horis ad sacra animum adiiciunt: immolant lautiores, boves et cervos: tenuiores, anseres, et meleagrides aves. Impuras hostias suem et capram ducunt: eas idcirco non caedunt. *Summa* est religio, ubi adoleverint, victimas intra adytum, ubi exstructa iam pyra est, demittere. Obvolvere vero illas necesse habent lineis vel byssinis fasciis; modus autem

θειλίξαι δὲ δεῖ σφᾶς τὰ ἱερεῖα λίνου τελαμῶσιν ἢ βύσ-
σου. τρόπος δὲ τῆς σκευασίας ἐστὶν ὁ Αἰγύπτιος· πομ-
πεύει τε δὴ πάντα, ὅσα ἔθυσαν, καὶ οἱ μὲν ἐς τὸ ἄδυ-
τον τὰ ἱερεῖα ἐσπέμπουσιν, οἱ δὲ ἔμπροσθεν τοῦ ἀδύ-
του καθαγίζουσι τὰς σκηνὰς, καὶ ἀποχωροῦσιν αὐτοὶ
σπουδῇ, καί φασί ποτε ἄνθρωπον, οὐ τῶν καταβαινόν- 881
των ἐς τὸ ἄδυτον, βέβηλον δὲ, ἡνίκα ἤρχετο ἡ πυρὰ
καίεσθαι, τηνικαῦτα ἐσελθεῖν ἐς τὸ ἄδυτον ὑπὸ πολυ-
πραγμοσύνης τε καὶ τόλμης· καί οἱ πάντα ἀνάπλεα εἰ-
δώλων φαίνεσθαι· καὶ ἀναστρέψαι μὲν αὐτὸν ἐς τὴν
Τιθοραίαν, διηγησάμενον δὲ, ἃ ἐθεάσατο, ἀφεῖναι τὴν
ψυχήν. (10) Ἐοικότα δὲ ἀνδρὸς ἤκουσα Φοίνικος, ἄγειν
τῇ Ἴσιδι Αἰγυπτίους τὴν ἑορτὴν, ὅτε αὐτὴν τὸν Ὄσιριν
πενθεῖν λέγουσι· τηνικαῦτα δὲ καὶ ὁ Νεῖλος ἀναβαί-
νειν σφίσιν ἄρχεται, καὶ τῶν ἐπιχωρίων πολλοῖς ἐστιν
εἰρημένα, ὡς τὰ αὔξοντα τὸν ποταμὸν καὶ ἄρδειν τὰς
ἀρούρας ποιοῦντα δάκρυά ἐστι τῆς Ἴσιδος. τότε οὖν
τὸν Ῥωμαῖον, ὃς ἐπετέτραπτο Αἴγυπτον, ἄνδρα ἔφη χρή-
μασιν ἀναπείσαντα ἐς τὸ ἄδυτον καταπέμψαι τῆς Ἴσι-

eas conficiendi est Aegyptius. Cum pompa vero quae immolantur omnia transmittuntur: et alii victimas in adytum immittunt, alii qui ante adytum constiterunt, tabernis exustis propere abeunt. Hominem aliquando aiunt, non illum quidem ex eorum numero, quibus non est adyto interdictum, sed *plane* profanum, quum coepta esset iam pyra incendi, prae curiositate et confidentia ingredi ausum; ac sibi illum visum videre lemurum plena omnia: reversumque Tithoraean, quum quae viderat *cuncta* enarrasset, statim animam efflasse. (10) His consimilia de Phoenice quodam homine audivi: Aegyptios Isidi festos dies agitare, qua anni parte lugeri ab ea Osirin dicunt: ac per illos sane dies incipere Nilum *anniversario auctu* excrescere. Quo fit, ut incolarum turba dictitet, augeri Nilum atque impleri, lateque *ex eo* arva irrigari, Isidis lacrymis. Eo ipso tempore Romanum ho-

δος τὸ ἐν Κόπτῳ· καὶ ὁ ἐσπεμφθεὶς ἀνέστρεψε μὲν ἐκ τοῦ ἀδύτου, διηγησάμενον δὲ, ὁπόσα ἐθεάσατο, καὶ τοῦτον αὐτίκα ἐπυνθανόμην τελευτῆσαι: τὸ ἔπος οὖν ἀληθεύειν ἔοικε τὸ Ὁμήρου, σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ τοὺς θεοὺς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐναργῶς ὁρᾶσθαι. (11) Τὸ δὲ ἔλαιον τὸ ἐν τῇ Τιθοραιέων ἀποδεῖ μὲν πλήθει τοῦ τε Ἀττικοῦ καὶ τῆς Σικυωνίας, χρόᾳ δὲ ὑπερβάλλει καὶ ἡδονῇ τό τε Ἰβηρικὸν καὶ τὸ ἐκ τῆς νήσου τῆς Ἰστρίας· καὶ μύρα τε ἀπ' αὐτοῦ παντοῖα ἕψουσι, καὶ τὸ ἔλαιον ὡς βασιλέα ἄγουσιν.

CAPUT XXXIII.

Urbs Ledon — Lilaea eiusque memoranda — Charadra et fluvius Charadros — regio ad Cephissum fertilissima et de Parapotamiis — urbs Amphiclea seu Ophitea et Dionysi sacra — Tithronium et Drymaea.

Ἑτέρα δὲ ἐκ Τιθοραίας ὁδὸς ἡ ἐπὶ Λέδοντά ἐστιν· πόλις δέ ποτε ἐνομίζετο καὶ αὕτη· κατ' ἐμὲ δὲ ὑπὸ ἀσθενείας ἐξελελοίπεσαν οἱ Λεδόντιοι τὴν πόλιν, καὶ ἄν-

minem, qui Aegyptum provinciam obtinebat, quendam mercede conductum iussisse Isidis adytum intrare, quod Copti erat; redisse illum; sed mox, ubi, quae conspexerat, exposuit, e vita discessisse. Homeri igitur illud facile existimari potest nihil a vero abhorrere. Non posse cuiquam hominum bene vertere, cui deos perspicue cernere contigerit. (11) Abundat oleo Tithoraea minus omnino quam vel Atticus vel Sicyonius ager: sed colore et saporis bonitate anteit id, quod ex Hispania, quodque item ex Istria mittitur. Hoc varia incoquunt unguenta: hoc ipsi Caesari *munus gratissimum* perfertur.

Cap. XXXIII. A Tithoraea via altera Ledontem ducit. Et haec olim in urbium numero fuit: sed hac aetate, rebus prorsus accisis, oppidum relinquere Le-

ἄνθρωποι περὶ ἑβδομήκοντα οἱ οἰκοῦντες ἦσαν ἐπὶ τῷ Κη-
φισσῷ· Λέδων δ' οὖν ὄνομα ταῖς οἰκήσεσιν αὐτῶν 882
ἐστι, καὶ ἐς τὸν Φωκέων σύλλογον κοινὸν τελεῖν ἠξιών-
ται καὶ οὗτοι, καθάπερ γε καὶ οἱ Πανοπεῖς. τῶν δὲ
ἀνθρώπων, οἳ οἰκοῦσιν ἐπὶ τῷ Κηφισσῷ, τεσσαράκοντά
ἐστιν ἀνωτέρω σταδίοις Λέδοντος τῆς ἀρχαίας τὰ ἐρεί-
πια, καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ ἀνδρὸς λαβεῖν τὴν πόλιν φασὶν
αὐτόχθονος. κακῶν δὲ ἀπέλαυσαν μὲν ἀνιάτων καὶ ἄλ-
λαι πόλεις δι' ἀδικίαν ἐπιχωρίων ἀνδρῶν· ἐς τελέαν δὲ
ἀπώλειαν ὤλισθον Ἴλιον μὲν διὰ τὴν ἐς Μενέλαον ὕβριν
τοῦ Ἀλεξάνδρου· Μιλήσιοι δὲ διὰ τὸ ἐς τὰς ἐπιθυμίας
Ἑστιαίου πρόχειρον καὶ ἔρωτα ἄλλοτε μὲν τῆς ἐν Ἠδω-
νοῖς πόλεως, τοτὲ δὲ εἶναι Δαρείου σύμβουλον, ἄλλοτε
δὲ ἐπανήκειν ἐς Ἰωνίαν. καὶ δὴ καὶ Λεδοντίοις Φιλό-
μηλος ἀσέβειαν τὴν ἑαυτοῦ δημοσίᾳ παρέσχε σφίσιν ἀνα-
μάξασθαι. (2) Λίλαια δὲ ἡμέρας μὲν ὁδὸν καὶ ὥρᾳ
χειμῶνος ἀπέχει Δελφῶν κατιοῦσι διὰ τοῦ Παρνασσοῦ·
στάδια δὲ τεκμαιρόμεθα εἶναι ὀγδοήκοντα τῆς ὁδοῦ καὶ
ἑκατόν. τοὺς δὲ ἐνταῦθα ἀνθρώπους, καὶ ἐπειδὴ ἀνῳ-

dontii coacti sunt. *Eorum* ad LXX ad Cephissum accolunt. Manet nomen vico, ubi domicilia habent, Ledon. Recepti et hi in Phocensium conventum sunt, sicuti Panopenses. Ab eo vico ubi nunc ad Cephissum habitant, qua ad superiora iter est, absunt priscae urbis ruinae stadia XL. Nomen urbem accepisse tradunt ab homine indigena. Multas enimvero alias urbes magnis affecit calamitatibus civium suorum scelus. Sed funditus quidem perierunt, Ilium ob Alexandri in Menelaum contumeliam; Milesii autem propter Hestiaei animum ad cupiditates pronum, eiusque studium modo urbis in Edonis condendae, modo Dario consulendi, modo in Ioniam revertendi. Sic et Philomelus Ledontiis suam impietatem publico exitio luendam praebuit. (2) Lilaea iter *duntaxat* abest unius vel hyberni diei a Delphis, per Parnassum contendentibus. Viae spatium esse coniici

κίσθη αὐτοῖς ἡ πόλις, ἀτύχημα ἐκ Μακεδονίας δεύτερον σφᾶς ἔμελλεν ἐπιλήψεσθαι. πολιορκηθέντες ὑπὸ Φιλίππου τοῦ Δημητρίου παρέστησαν κατὰ συνθήκας, καὶ ἐσήχθη φρουρά σφισιν ἐς τὴν πόλιν, ἕως οὗ ἀνὴρ ἐπιχώριος, ὄνομα δέ οἱ ἦν Πάτρων, τούς τε ἐν ἡλικίᾳ τῶν πολιτῶν συνέστησεν ἐπὶ τὴν φρουρὰν, καὶ κρατήσας τοὺς Μακεδόνας μάχῃ, ἠνάγκασεν ἀπελθεῖν σφᾶς ὑποσπόνδους· Λιλαιεῖς δὲ αὐτὸν ἀντὶ τῆς εὐεργεσίας ταύτης ἀνέθεσαν ἐς Δελφούς. ἔστι δὲ ἐν Λιλαίᾳ θέατρον, καὶ ἀγορά τε καὶ λουτρά· ἔστι δὲ καὶ θεῶν ἱερὰ, Ἀπόλλωνος, τὸ δὲ Ἀρτέμιδος· ἀγάλματα δὲ ὀρθὰ ἐργασίας τε τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Πεντέλησι λιθοτομίας. Λίλαιαν δὲ τῶν καλουμένων Ναΐδων, καὶ θυγατέρα εἶναι τοῦ Κηφισσοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς νύμφης τὸ ὄνομα τεθῆναι τῇ πόλει φασί· καὶ ὁ ποταμὸς ἐνταῦθα ἔχει τὰς πηγάς· ἄνεισι δὲ ἐκ τῆς γῆς οὐ τὰ πάντα μεθ' ἡσυχίας,
883 ἀλλ' ὡς τὰ πλείω συμβαίνει, μεσούσης μάλιστα τῆς ἡμέρας παρέχεται φωνὴν ἀνερχόμενος· εἰκάσαις δ' ἂν μυ-

potest stadiûm CLXXX. Hanc civitatem, posteaquam restituta est, alterum e Macedonia infortunium oppressit. Obsessi a Demetrio, quum ad pacis conditiones adacti oppidani fuissent, quin praesidium intra moenia acciperent, recusare non potuerunt. Neque prius ea calamitate liberati sunt, quam de indigenis unus, cui fuit nomen Patron, ad arma omnibus, qui militari essent aetate, concitatis, victos pugna Macedonas, pacto foedere abire coegit. Ei Lilaeenses ob tanti erga se meriti memoriam statuam Delphis posuerunt. Est Lilaeae theatrum, forum, lavacra: deorum vero templa duo, Apollinis unum, Dianae alterum. Signa recto statu, Attici operis, e lapicidinis Pentelicis. Lilaean de Naidibus unam, Cephissi filiam fuisse, et ab ea urbi nomen datum putant. Hic sunt amnis ipsius fontes: erumpit e terra non perpetuo quietus, sed plerunque (meridiana maxime hora) cum sonitu, et taurinis mugitibus persimili voce.

κωμένῳ ταύρῳ τὸν ἦχον τοῦ ὕδατος. ἔχει δὲ ἡ Λίλαια καὶ πρὸς τὰς τοῦ ἔτους ὥρας μετοπώρου καὶ ἐν θέρει καὶ ἦρος ἐπιτηδείως· τὸν δὲ χειμῶνα μὴ ὁμοίως ἤπιον γίνεσθαι, κωλύει τὸ ὄρος ὁ Παρνασσός. (3) Χαράδρα δὲ εἴκοσι σταδίοις ἀπωτέρω ἐστὶν ὑπὲρ ὑψηλοῦ κειμένη κρημνοῦ, καὶ ὕδατος οἱ ἐνταῦθα σπανίζουσιν ἄνθρωποι· ποτὸν δέ σφισι ποταμός ἐστι Χάραδρος κατερχομένοις ὅσον τρία ἐπ' αὐτὸν στάδια· ἐκδίδωσι δὲ ἐς τὸν Κηφισσὸν, καί μοι τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ φαίνεται τεθῆναι τοῦ Χαράδρου τῇ πόλει. Χαραδραίοις δὲ ἡρώων καλουμένων εἰσὶν ἐν τῇ ἀγορᾷ βωμοὶ, καὶ αὐτοὺς οἱ μὲν Διοσκούρων, οἱ δὲ ἐπιχωρίων εἶναί φασιν ἡρώων. (4) Γῆ δὲ διακεκριμένως ἀρίστη τῆς Φωκίδος ἐστὶν ἡ παρὰ τὸν Κηφισσὸν καὶ φυτεῦσαι καὶ σπεῖρειν καὶ ἀνεῖναι νομάς· καὶ γεωργεῖται ταῦτα μάλιστα τῆς χώρας· ὥστε καὶ λόγος ἐστὶ, πόλιν μὲν Παραποταμίους μὴ ὀνομασθῆναι, ἐπὶ δὲ τῶν παρὰ τὸν Κηφισσὸν γεωργούντων πεποιῆσθαι τὸ ἔπος·

Utitur Lilaea coeli temperie anni tribus temporibus, vere aestate et autumno: quo sit hyems minus clemens, efficit Parnassus. (3) Abest stadia ferme XX *castellum* in praecelsa rupe situm, *nomine* Charadra. Aquae illic *summa* penuria homines laborant. Quod potent, e fluvio Charadro petendum. Labens is per declivia, tria procul stadia, in Cephissum influit. Nomen sumsisse oppidum a flumine crediderim. Sunt Charadraeis erectae sub divo arae, iis, qui *apud ipsos* heroes appellantur: Gemellos alii esse existimant, patrios alii heroas. (4) Ager circa Cephissum, solum omne Phocidis ubertate superat, ferendis arboribus idoneus, frugibus foecundus, et pabulo. Iure itaque tractus hic diligentissime colitur, Quare nonnulli dicunt, non civitatem Parapotamios esse nominatos, sed de iis qui ad Cephissum agros colunt hunc ab Homero versum esse factum:

Οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισὸν δῖον ἔναιον.

τούτῳ τῷ λόγῳ διάφορα μὲν ἐν τῇ Ἡροδότου συγγραφῇ, διάφορα δέ ἐστιν αὐτῷ καὶ ὅσα ἐπὶ ταῖς νίκαις ταῖς Πυθικαῖς μνημονεύουσιν· Ἀμφικτύονες γὰρ Πύθια ἔθεσαν πρῶτον, καὶ Αἰχμαίας Παραποτάμιος πυγμὴν ἐνίκησεν ἐν παισίν· ὡσαύτως δὲ Ἡρόδοτος καταλέγων τὰς πόλεις, ὅσας βασιλεὺς Ξέρξης τῶν ἐν Φωκεῦσιν ἐνέπρησε, καὶ Παραποταμίους κατείλοχεν ἐν αὐταῖς πόλιν. οὐ μέντοι οἱ Παραποτάμιοί γε ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ Βοιωτῶν ἀνῳκίσθησαν, ἀλλὰ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις οἱ ἄνθρωποι κατενεμήθησαν ὑπὸ ἀσθενείας, καὶ σπάνει χρημάτων· Παραποταμίων μὲν δὴ οὔτε ἐρείπια ἔτι ἦν, οὔτε, ἔνθα τῆς χώρας ᾠκίσθη ἡ πόλις, μνημονεύουσιν. (5) Ὁδὸς δὲ ἡ ἐς Ἀμφίκλειαν σταδίων ἐκ Λιλαίας ἐστὶν ἑξήκοντα· ταύτην τὴν Ἀμφίκλειαν ἐλυμήναντο οἵ τε ἐπιχώριοι τῷ ὀνόματι καὶ Ἡρόδοτος μὲν Ἀμφίκαιαν ἐκά-
884 λεσεν, ἑπόμενος τῷ ἀρχαιοτάτῳ τῶν λόγων· Ἀμφικτύονες δὲ δόγμα ἐπὶ τῇ τῶν πόλεων ἀπωλείᾳ τῶν ἐν Φω-

Quique habitant propter Cephissi flumina amoeni.

Sed eorum opinio quum ex Herodoti historia, tum vero ex iis, quae de victoriis Pythicis memorant, facile arguitur. Amphictyones enim primi instituerunt Pythicos ludos, et in iis Aechmacas Parapotamius pugilatu pueros vicit. Herodotus item urbes Phocensium enumerans, quas Xerxes exussit, inter eas Parapotamios recensuit. Non tamen sunt ii ab Atheniensibus et Boeotiis restituti: sed adversis ac duris rebus debilitati, et ad magnam pecuniae egestatem redacti, in alias dissipati sunt civitates. Oppidi vestigia nulla iam relicta; neque omnino quo maxime loco fuerit, memorare possunt. (5) A Lilaea ducit Amphicleam via stadium LX. Urbis vocabulum cives ipsi depravarunt. Herodotus veterem famam secutus, Ophitean nominavit. Amphictyones vero decreto de Phocensium urbibus delendis edito, Ophitean ei nomen po-

κύσιν ἐξενεγκόντες, ὄνομα ἔθεντο αὐτῇ Ἀμφίκλειαν. οἱ δὲ ἐπιχώριοι τοιάδε ἐπ' αὐτῇ λέγουσι· δυνάστην ἄνδρα ἐπιβουλὴν ἐχθρῶν ὑποπτεύσαντα ἐς νήπιον παῖδα, καταθέσθαι τὸν παῖδα ἐς ἀγγεῖον, καὶ ἀποκρύψαι τῆς χώρας, ἔνθα οἱ ἄδειαν ἔσεσθαι πλείστην ἠπίστατο· λύκον μὲν δὴ ἐπιχειρεῖν τῷ παιδί· δράκοντα δὲ ἰσχυρὰν ἔχειν τὴν φρουρὰν ἐσπειραμένον περὶ τὸ ἀγγεῖον. ὡς δὲ ὁ πατὴρ ἦλθε τοῦ παιδὸς, τὸν δράκοντα ἐπιβουλεῦσαι τῷ παιδὶ ἐλπίζων, ἀφίησι τὸ ἀκόντιον, καὶ ἐκεῖνόν τε καὶ ὁμοῦ τῷ δράκοντι τὸν παῖδα ἀπέκτεινε· διδαχθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν ποιμαινόντων, ὡς εὐεργέτην καὶ φύλακα τοῦ παιδὸς ἀπεκτονὼς εἴη, πυρὰν τῷ δράκοντι καὶ τῷ παιδὶ ἐποίησεν ἐν κοινῷ· τό τε δὴ χωρίον ἐοικέναι ἐς τόδε καιομένῃ πυρᾷ φασι, καὶ ἀπὸ τοῦ δράκοντος ἐκείνου τὴν πόλιν ἐθέλουσιν Ὀφιτεῖαν ὀνομασθῆναι. θέας δὲ μάλιστα ἄξιον Διονύσῳ δρῶσιν ὄργια· ἔσοδος ἐς τὸ ἄδυτον, οὐδὲ ἐν φανερῷ σφισιν ἄγαλμα οὐκ ἔστι. λέγεται δὲ ὑπὸ τῶν Ἀμφικλειέων, μάντιν τέ σφισι τὸν θεὸν

suerunt. Incolae haec de ea memorant. Potentem quendam *et factiosum* hominem, inimicorum metuentem insidias, parvulum filium in cistam impositum, in eum locum abdidisse, ubi tutum maxime fore confidebat: contra lupum in puerum iam impetum facturum, praevalidum draconem cistam spiris complexum, puero praesidio fuisse: patrem, quum filium reviseret, a dracone puerum appeti suspicatum: misso itaque iaculo, una cum dracone filium etiam confixisse. Verum ubi de pastoribus cognovit, a se pueri custodem occisum, communi draconem et filium rogo cremasse; et adhuc locum illum pyrae ardentis speciem praebere, urbemque a dracone illo fuisse Ophiteam nuncupatam. Quod spectes illic dignum est adytum, in quo *arcana* Libero Patri sacra fiunt: acceditur certa semita: signum in conspectu nullum. Narrant Amphicleenses, et futura sibi deo auctore praedici, et contra morbos in promptu esse remedia:

τοῦτον καὶ βοηθὸν νόσων καθεστηκέναι· τὰ μὲν δὴ νοσήματα αὐτοῖς Ἀμφικλειεῦσι καὶ τοῖς προσοικοῦσιν ἰᾶται δι' ὀνειράτων· πρόμαντις δὲ ὁ ἱερεύς ἐστι· χρᾷ δὲ ἐκ τοῦ θεοῦ κάτοχος. (6) Ἀμφικλείας δὲ ἀπωτέρω σταδίοις πεντεκαίδεκά ἐστι Τιθρώνιον ἐν πεδίῳ κείμενον· παρέχεται δὲ οὐδὲν ἐς μνήμην. ἐκ Τιθρωνίου δὲ εἴκοσιν ἐς Δρυμαίαν στάδιοι· καθότι δὲ αὕτη ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἐς Δρυμαίαν ἐξ Ἀμφικλείας ἡ εὐθεῖα περὶ τὸν Κηφισσὸν συμμίσγουσιν, ἔστιν Ἀπόλλωνος Τιθρωνεῦσιν ἐνταῦθα ἄλσος τε καὶ βωμοί· πεποίηται δὲ καὶ ναός· ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔστιν. ἀπέχει δὲ Ἀμφικλείας ἡ Δρυμαία σταδίους ὀγδοήκοντα ἀποτραπέντι ἐς ἀριστερὰν * [κα-
885 τὰ Ἡροδότου λόγους], Ναυβολεῖς δὲ τὰ ἀρχαιότερα· καὶ οἰκιστὴν οἱ ἐνταῦθα γενέσθαι σφίσι Φῶκον παῖδα τοῦ Αἰακοῦ. Δήμητρος δὲ Θεσμοφόρου Δρυμαίοις ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν λίθου πεποίηται· καὶ αὐτῇ Θεσμοφόρια ἑορτὴν ἄγουσιν ἐπέτειον.

quod et in somnis tam ipsi quam finitimi de morborum medelis ab eo moneantur: et sacrificulus divino afflatu instinctus, de futuris consulentes certiores faciat. (6) Stadia XV ab Amphiclea abest Tithronium, situm plano loco oppidum. Nihil in eo ad memoriam insigne. Hinc ad Drymaean stadia intersunt XX. Eo loco quo et haec via, et quae ex Amphiclea Drymaean recta fert, ad Cephissum amnem coniunguntur, ibi Tithronenses Apollinis lucum habent et aras: delubrum etiam, sine ullo simulacro. Quod si ad laevam flexeris, ab Amphiclea stadia ferme LXXX abest Drymaea. Id ei nominis in Herodoti historia; Naubolenses antiquiore nomine appellati. Origines referunt suas ad Phocum Aeaci filium. Habent Drymaei pervetus Legiferae Cereris fanum: signum *in eo* e lapide, stantis habitu. Thesmophoria sacrum anniversarium faciunt.

CAPUT XXXIV.

De Elatea — Elateënsium rebus bello gestis et calamitatibus — Elateae memorandis — templo Minervae Cranaeae eiusque cultu.

Ἐλάτεια δὲ τῶν ἐν Φωκεῦσι μεγίστη πόλεών ἐστι τῶν ἄλλων μετά γε τοὺς Δελφούς· κεῖται δὲ κατὰ Ἀμφίκλειαν, καὶ ἐς αὐτὴν ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν ὁδός ἐστιν ἐξ Ἀμφικλείας σταδίων πεδιὰς ἡ πολλή· καὶ αὖθις οὐκ ἐπὶ πολὺ ἀνάντης ἡ ἐγγυτάτω τοῦ Ἐλατειέων ἄστεως. ῥεῖ δὲ ἐν τῇ πεδιάδι ὁ Κηφισσός· αἱ δὲ ὠτίδες καλούμεναι παρὰ τὸν Κηφισσὸν νέμονται μάλιστα ὀρνίθων. (2) Ἐλατειεῦσι δὲ ἐξεγένετο μὲν Κάσσανδρον καὶ τὴν Μακεδόνων ἀπώσασθαι στρατιάν· ὑπῆρξε δὲ καὶ Ταξίλου Μιθριδάτῃ στρατηγοῦντος τὸν πόλεμόν σφισιν ἐκφυγεῖν· ἀντὶ δὲ τούτου τοῦ ἔργου Ῥωμαῖοι δεδώκασιν αὐτοῖς, ἐλευθέρους ὄντας ἀτελῆ νέμεσθαι τὴν χώραν. ἀμφισβητοῦσι δὲ οὗτοι ξενικοῦ γένους, καὶ Ἀρκάδες φασὶν εἶναι τὸ ἀρχαῖον· Ἔλατον γὰρ τὸν Ἀρκάδος, ἡνίκα ἐπὶ τὸ ἱερὸν Φλεγύαι τὸ ἐν Δελφοῖς ἐστρατεύσαντο, ἀμῦ-

CAP. XXXIV. Elatea omnium quae in Phocide sunt urbium, exceptis Delphis, multo est maxima. Amphicleae ex adverso sita est: intervallo abest ab ea stadium CLXXX. Via magna ex parte plana; molliter assurgit proxime ad Elateae moenia. Fluit per campos Cephissus: circa eum frequentes pascuntur aves, Otides appellatae; *sive Tardae sint aves, ut nonnulli eas a Latinis appellari posse crediderunt.* (2) Inter ea, quae de Elateensibus *ad laudem* commemorari possunt, ea minime obscura, quod Cassandri Macedonum regis exercitum repulerunt; quodque se Taxilo Mithridatis praefecto non dediderunt, quo merito sunt a Romanis et libertate, et agri immunitate donati. Controversia est de eorum originibus. Ipsi quidem se esse affirmant inquilinos ex Arcadia. Elatum enim dicunt, Arcadis filium, quo tempore Phlegyae cum exercitu Delphici Apollinis templum

ναί τε τῷ θεῷ, καὶ ἐν τῇ Φωκίδι ὁμοῦ τῷ στρατεύματι αὐτὸν καταμείναντα Ἐλατείας οἰκιστὴν γενέσθαι. ἐν δὲ ταῖς Φωκέων πόλεσιν, ἃς ὁ Μῆδος ἐνέπρησεν, ἀριθμῆσαι καὶ τὴν Ἐλάτειαν ἔστιν ἐν ταύταις. συμφοραὶ δὲ αἱ μὲν πρὸς Φωκέας τοὺς ἄλλους γεγόνασί σφισιν ἐν κοινῷ· τὰς δὲ καὶ ἰδίᾳ τοῖς Ἐλατειεῦσιν ἐκ Μακεδόνων παρεσκεύασεν ὁ δαίμων. καὶ ἐπὶ μὲν Κασσάνδρου πολεμήσαντος Ὀλυμπιόδωρος κατέστη μάλιστα αἴτιος, ἄπρακτον τοῖς Μακεδόσι γενέσθαι πολιορκίαν· Φίλιππος δὲ ὁ Δημητρίου τόν τε ἐν Ἐλατείᾳ δῆμον πρὸς τὸ
886 ἔσχατον δέους ἤγαγε, καὶ ὑπηγάγετο ἅμα τοὺς δυνατωτέρους δωρεᾷ. Τίτος μὲν δὴ ὁ ἄρχων Ῥωμαίων (τὸ γὰρ δὴ Ἑλληνικὸν ἅπαν ἐλευθερώσων ἀπέσταλτο ἐκ Ῥώμης) πολιτείαν τε Ἐλατεῦσιν ἀποδώσειν τὴν ἀρχαίαν ἐπηγγέλλετο, καὶ δι' ἀγγέλων ἐπεκηρυκεύετό σφισιν ἀπὸ Μακεδόνων ἀφίστασθαι· οἱ δὲ ὑπὸ ἀγνωμοσύνης ὁ δῆμος ἢ οἱ ἔχοντες τὰς ἀρχάς, Φιλίππῳ τε ἦσαν πιστοί, καὶ ὑπὸ τοῦ Ῥωμαίου πολιορκίᾳ παρέστησαν. χρόνῳ δὲ οἱ

adorti sunt, praesto fuisse ad arcendam iniuriam: ac deinde cum suis copiis in Phocide permansisse; ubi fuerit ab eo primum Elatea munita. Inter Phocensium urbes, quas Persae incenderant, ipsa etiam Elatea numeranda. Ac multae sane fuerunt ei civitati cum reliquis Phocensibus communes calamitates: multas etiam propria sua ipsius fortuna, dum a Macedonibus oppugnaretur, importavit. Factum vero est Olympiodori opera, ut Cassandro et Macedonibus obsidio irrita fuerit. At Philippus Demetrii filius, civitatis principibus largitione corruptis, facile multitudinem iniecto metu in ordinem redegit. Interea Titus Flaminius, cum imperio ad Graeciam liberandam missus, redditurum se Elateensibus pristinam rempublicam per legatos edixit, modo ut a Macedonibus deficerent: sed sive *universi* populi vecordia, sive magistratuum suorum persuasu, in Philippi fide permanentes, obsideri se a Romanis passi sunt. Interiecto

Ἐλατεῖς ὕστερον Ταξίλου τε Μιθριδάτῃ στρατηγοῦντος
καὶ τῶν ἐκ τοῦ Πόντου βαρβάρων ἀντέσχον τῇ πολιορ-
κίᾳ· ἐπὶ τούτῳ δὲ ἐλευθέρους εἶναι τῷ ἔργῳ δέδοταί
σφισιν ὑπὸ Ῥωμαίων. τὸ δὲ Κοστοβώκων [τε] τῶν λῃ-
στικῶν τὸ κατ᾽ ἐμὲ τὴν Ἑλλάδα ἐπιδραμὸν ἀφίκετο καὶ
ἐπὶ τὴν Ἐλάτειαν· ἔνθα δὴ ἀνὴρ Μνησίβουλος λόχον
τε περὶ αὐτὸν ἀνδρῶν συνέστησε, καὶ καταφονεύσας πολ-
λοὺς τῶν βαρβάρων, ἔπεσεν ἐν τῇ μάχῃ. οὗτος ὁ Μνη- 3
σίβουλος δρόμου νίκας καὶ ἄλλας ἀνείλετο, καὶ Ὀλυμ-
πιάδι πέμπτῃ πρὸς ταῖς τριάκοντά τε καὶ διακοσίαις στα-
δίου καὶ τοῦ σὺν τῇ ἀσπίδι διαύλου· ἐν Ἐλατείᾳ δὲ
κατὰ τὴν ὁδὸν τοῦ δρομέως Μνησιβούλου χαλκοῦς ἕστη-
κεν ἀνδριάς. (3) Ἡ δὲ ἀγορὰ αὐτή τέ ἐστι θέας ἀξία,
καὶ ὁ Ἔλατος ἐπειργασμένος στήλῃ· σαφῶς δὲ οὐκ οἶ-
δα, εἴτε τιμῶντες οἷα οἰκιστὴν, εἴτε καὶ μνήματος ἐπί-
θημα ἐποιήσαντο τὴν στήλην. τῷ δὲ Ἀσκληπιῷ ναὸς
ᾠκοδόμηται, καὶ ἄγαλμα γένεια ἔχον ἐστί· τοῖς δὲ ἐρ-
γασαμένοις τὸ ἄγαλμα ὀνόματα μὲν Τιμοκλῆς καὶ Τι-

dein tempore Taxili Mithridatis praefecti, et Barbarorum e Ponto obsidionem sustinuerunt: quod factum Romani libertate data remunerati sunt. Quum vero aetate mea Costoboci (latronum haec manus fuit) excursionibus in Graeciam factis Elatean usque penetrassent, Mnesibulus, comparata *voluntariorum* cohorte, quum magnam Barbarorum stragem edidisset, et ipse fortiter dimicans cecidit. Idem hic Mnesibulus, et alias de cursu victor palmas tulit, et Olympiade quinta ac tricesima supra ducentesimam, stadii, et duplicati cum clypeo curriculi. Erecta est cursori Mnesibulo aenea statua Elateae in ipsa *militari* via. (3) Forum egregie conspicuum est: in eo columna cum Elati statua. Mihi certe non satis constat, utrum honorem habitum voluerint conditori suo, an vero sepulcro insigne columnam illam imposuerint. Aesculapio templum erexere; in quo signum dei barbatum. Opus qui fecerunt, iis nomina fuere Timocles et

μαρχίδης, γένους δὲ εἰσι τοῦ Ἀττικοῦ. ἐπὶ τῷ πέρατι τῷ ἐν δεξιᾷ τῆς πόλεως θέατρόν τέ ἐστι καὶ χαλκοῦν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἀρχαῖον· ταύτην τὴν θεὸν λέγουσιν ἀμῦναί σφισιν ἐπὶ τοὺς ὁμοῦ Ταξίλῳ βαρβάρους. (4) Ἐλατείας δὲ ὅσον σταδίους εἴκοσιν ἀφέστηκεν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Κραναίας ἱερόν. ἡ δὲ ὁδὸς ἐπὶ τοσοῦτον ἀναντεστέρα, ὡς ἀνιόντι μηδὲν, καὶ λεληθέναι μᾶλλον αὐ-
887 τῆς τὸ ἄναντες. λόφος δὲ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῷ πέρατι τὰ πλείω μὲν ἀπότομος, οὐ μέντοι ἄγαν ἢ μεγέθους ἔχων ἐστὶν ἢ ὕψους· ἐπὶ τούτῳ τῷ λόφῳ τὸ ἱερὸν πεποίηται· καὶ στοαί τέ εἰσι καὶ οἰκήσεις διὰ τῶν στοῶν, ἔνθα οἰκοῦσιν, οἷς τὴν θεὸν θεραπεύειν καθέστηκε, καὶ ἄλλοις, καὶ μάλιστα τῷ ἱερωμένῳ. τὸν δὲ ἱερέα ἐκ παίδων αἱροῦνται τῶν ἀνήβων, πρόνοιαν ποιούμενοι πρότερον τῆς ἱερωσύνης ἐξήκειν οἱ τὸν χρόνον, πρινὴ ἡβῆσαι· ἱερῶνται δὲ ἔτη συνεχῆ πέντε, ἐν οἷς τήν τε ἄλλην δίαιταν ἔχει παρὰ τῇ θεῷ, καὶ λουτρὰ ἀσάμινθοι κατὰ τρόπον εἰσὶν αὐτῷ τὸν ἀρχαῖον. τὸ δὲ ἄγαλμα

Timarchides: genus illis ex Attica terra. In extrema urbe ad dexteram est theatrum, et Minervae pervetus ex aere signum. Deam hanc opem sibi tulisse aiunt contra Taxili copias. (4) Distat ab Elatea stadia ferme XX, Minervae cognomento Cranaeae. Via ipsa *qua ad templum iter est*, paulo acclivior; sed ita, ut, qui progrediantur, ne ascendere se quidem sentiant. In extrema via vertex consurgit praeruptus magna sui parte; non tamen late patens, aut valde eminens. In eo vertice templum exaedificatum est, et porticus, in quibus cellae per intervalla; ubi et alii habitant deae ministri, et is etiam, qui sacris praeest. Eum ex impuberum numero deligunt: provident vero *religione summa*, ut eo munere se abdicet, priusquam pubescere incipiat. Annis *fere* quinque perpetuis sacerdotium terminatur; quo toto sane tempore vivit apud deam; et in soliis vero veterum more

ἐποίησαν μὲν καὶ τοῦτο οἱ Πολυκλέους παῖδες· ἔστι δὲ ἐσκευασμένον ὡς ἐς μάχην, καὶ ἐπείργασται τῇ ἀσπίδι τῶν Ἀθήνῃσι μίμημα ἐπὶ τῇ ἀσπίδι τῆς καλουμένης ὑπὸ Ἀθηναίων Παρθένου.

CAPUT XXXV.

Urbs Abae — Abae Apollini sacrae et oraculo antiquitus inclytae — Abarum memoranda — urbs Hyampolis eiusque memoranda — urbs Stiris et templum Cereris Stiritidis.

Ἐς Ἄβας δὲ ἀφικέσθαι καὶ ἐς Ὑάμπολιν ἔστι μὲν [καὶ] ἐξ Ἐλατείας ὀρεινὴν ὁδὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἐλατέων ἄστεως· ἡ δὲ ἐπὶ Ὀποῦντα λεωφόρος ἡ ἐξ Ὀρχομενοῦ καὶ ἐς ταύτας φέρει τὰς πόλεις. ἰόντι οὖν ἐς Ὀποῦντα ἐξ Ὀρχομενοῦ καὶ ἐκτραπέντι οὐ πολὺ ἐπ' ἀριστερὰν, ὁδὸς ἡ ἐς Ἄβας. οἱ δὲ ἐν ταῖς Ἄβαις ἐς γῆν τὴν Φωκίδα ἀφικέσθαι λέγουσιν ἐξ Ἄργους, καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ Ἄβαντος τοῦ οἰκιστοῦ λαβεῖν τὴν πόλιν· τὸν δὲ Λυγκέως τε καὶ Ὑπερμνήστρας τῆς Δαναοῦ παῖδα εἶναι. (2) Ἀπόλλωνος δὲ ἱερὰς νενομίκασιν εἶναι καὶ Ἄβας ἐκ παλαιοῦ·

lavat. Simulacrum fecerunt Polyclis filii, eo sane habitu, ut dea in pugnam vadere videatur. In clypeo expressa imitando sunt eadem quae Athenis in clypeo Minervae cognomento Virginis.

Cap. XXXV. Abas et Hyampolim ex Elatensibus via est montana, ad dexteram Elateae, quae vero ex Orchomeno Opuntem militaris est via, eadem in haec quoque oppida deducit. Si ergo e via quae Orchomeno fert Opuntem deflectas ad sinistram, modico viae spatio Abas venies. Qui eam urbem incolunt, Argis venisse in Phocidem terram se dictitant: nomen oppido impositum esse a conditore Abante, Abantem vero Lynceo et Hypermnestra Danai filia genitum: (2) et antiquitus quidem sacras duxerunt Apollini Abas. Oraculum illic

καὶ χρηστήριον καὶ αὐτόθι ἦν Ἀπόλλωνος. Θεῷ δὲ τῷ ἐν Ἄβαις οὐχ ὁμοίως Ῥωμαῖοί τε ἀπένειμαν τὰ ἐς τιμὴν καὶ ὁ Πέρσης· ἀλλὰ Ῥωμαῖοι μὲν εὐσεβείᾳ τῇ ἐς τὸν Ἀπόλλωνα Ἀβαίοις δεδώκασιν, αὐτονόμους σφᾶς εἶναι, στρατιὰ δὲ ἡ μετὰ Ξέρξου κατέπρησε καὶ τὸ ἐν Ἄβαις ἱερόν. Ἑλλήνων δὲ τοῖς ἀντιστᾶσι, τῷ βαρβάρῳ τὰ κατακαυθέντα ἱερὰ μὴ ἀνιστάναι σφίσιν ἔδοξεν, ἀλλὰ ἐς τὸν πάντα ὑπολείπεσθαι χρόνον τοῦ ἔχθους ὑπομνήματα· καὶ τοῦδε εἵνεκα οἵ τε ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ ναοὶ καὶ Ἀθηναίοις τῆς Ἥρας ἐπὶ ὁδῷ τῇ Φαληρικῇ, καὶ ὁ ἐπὶ Φαλήρῳ τῆς Δήμητρος καὶ κατ᾽ ἐμὲ ἔτι ἡμίκαυτοι μέ-
888 νουσι· τοιαύτην θέαν καὶ τοῦ ἐν Ἄβαις ἱεροῦ τότε γε εἶναι δοκῶ, ἐς ὃ ἐν τῷ πολέμῳ τῷ Φωκικῷ βιασθέντας μάχῃ Φωκέων ἄνδρας καὶ ἐς Ἄβας ἐκπεφευγότας, αὐτούς τε οἱ Θηβαῖοι τοὺς ἱκέτας καὶ τὸ ἱερὸν, δεύτερον δὲ οὗτοι μετὰ Μήδους, ἔδοσαν πυρί· εἱστήκει δ᾽ οὖν καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι οἰκοδομημάτων ἀσθενέστατον, ὁπόσα

Apollinis fuit. Neque vero eadem Persae *olim*, qua *post* Romam veneratione sunt deum prosecuti. Abaeis enim Romani ut suis legibus uterentur, dei cultu adducti, concesserunt: Xerxis vero exercitus, ipsum etiam, quod Abis templum fuit, exussit. Et sane Graeci, qui contra Persas arma ceperunt, non esse, quae illi concremassent deorum templa restituenda censuerunt; quo sempiterna exstarent inimicitiarum monumenta; eamque ob rem in Haliartiorum finibus delubra multa, et apud Athenienses Iunonis in Phalerica via, Cereris in ipso Phalero hac etiam aetate semiusta ostenduntur. Eandem olim fuisse faciem existimo templi apud Abaeos, eousque donec Phocico bello pugna superatos Phocensium *lectissimos quosque* viros, qui Abas confugerant, et ipsos supplices ignibus circumdatis Thebani perdiderunt, et una templum iam iterum post Persicum illud incendium inflammarunt: quo factum, ut omnium, quae igni corrupta sunt, aedificiorum, hoc usque ad meam aetatem es-

ἤδη φλὸξ ἐλυμήνατο, ἅτε ἐπὶ τῷ Μηδικῷ προλωβησαμένῳ πυρὶ, αὖθις ὑπὸ τοῦ Βοιωτίου πυρὸς κατειργασμένον. (3) Παρὰ δὲ τὸν ναὸν τὸν μέγαν ἐστὶν ἄλλος ναὸς, ἀποδέων ἐκείνου μέγεθος· βασιλεὺς δὲ Ἀδριανὸς ἐποίησε τῷ Ἀπόλλωνι· τὰ δὲ ἀγάλματα ἀρχαιότερα, καὶ αὐτῶν ἐστιν Ἀβαίων ἀναθήματα, χαλκοῦ δὲ εἴργασται, καὶ ὁμοίως ἐστὶν ὀρθὰ, Ἀπόλλων καὶ Λητώ τε καὶ Ἄρτεμις. Ἀβαίοις δὲ ἔστι μὲν θέατρον, ἔστι δὲ καὶ ἀγορά σφισι, κατασκευῆς ἀμφότερα ἀρχαίας. (4) Ἐπανελθόντα δὲ ἐς τὴν ὁδὸν τὴν ἐς Ὀποῦντα εὐθεῖαν, Ὑάμπολις τὸ ἀπὸ τούτου σε ἐκδέξεται. τῶν δὲ ἐνταῦθα ἀνθρώπων καὶ αὐτὸ κατηγορεῖ τὸ ὄνομα, οἵτινες ἦσαν ἐξ ἀρχῆς, καὶ ὁπόθεν ἐξαναστάντες ἀφίκοντο ἐς ταύτην τὴν χώραν· Ὕαντες γὰρ οἱ ἐκ Θηβῶν Κάδμον καὶ τὸν σὺν ἐκείνῳ φυγόντες στρατὸν, ἀφίκοντο ἐνταῦθα. τὰ μὲν δὴ ἀρχαιότερα ὑπὸ τῶν προσχώρων ἐκαλοῦντο Ὑάντων πόλις· χρόνῳ μέντοι ὕστερον Ὑάμπολιν ἐξενίκησεν ὀνομασθῆναι. ἅτε δὲ καὶ βασιλέως Ξέρξου καταπρήσαντος τὴν πόλιν, καὶ αὖθις Φιλίππου κατασκάψαν-

set maxime ruinosam. Nam quod reliquum fecerant Persarum flammae, postea fere *funditus* deletum fuit igne a Boeotiis immisso. (3) Coniuncta est magno illi templo aedes alia, *multo* inferior magnitudine; quam Apollini dedicavit Adrianus Imperator. Simulacra tamen vetustiora sunt: et quae ipsi Abaei statuerunt, ex aere omnia, erecto statu, Apollo, Latona, Diana. Est in eodem oppido theatrum et forum, utrumque prisci operis. (4) In viam, quae recta Opuntem ducit, reversos Hyampolis excipiet. Ipsum urbis nomen, quae fuerint hominum origines, et unde pulsi huc venerint, indicat. Hyantes enim a Cadmo et eius copiis superati, Thebis profugi huc se receperunt: et a finitimis iam tum ab initio Hyantων polis (*id est Hyantum urbs*) appellata: pervicit deinde temporis diuturnitas, ut Hyampolis diceretur. Incendit eam Xerxes, funditus evertit Philip-

τος, ὅμως τὰ ὑπολειπόμενα ἦν ἀγορᾶς τε ἀρχαίας κατασκευὴ καὶ βουλευτήριον, οἴκημα οὐ μέγα, καὶ θέατρον οὐ πόρρω τῶν πυλῶν. Ἀδριανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς στοὰν ᾠκοδομήσατο, καὶ ἐπώνυμος ἡ στοὰ τοῦ ἀναθέντος βασιλέως ἐστί. φρέαρ δὲ σφίσιν ἐστὶν ἕν· ἀπὸ τούτου μόνου καὶ πίνουσι καὶ λούονται, ἀπ' ἄλλου δὲ ἔχουσιν οὐδενὸς, πλήν γε δὴ ὥρᾳ χειμῶνος τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ. σέβονται δὲ μάλιστα Ἄρτεμιν, καὶ ναὸς Ἀρτέμιδός ἐστιν αὐτοῖς· τὸ δὲ ἄγαλμα ὁποῖόν τι ἐστιν, οὐκ ἐδήλωσαν· δὶς γὰρ, καὶ οὐ πλέον, ἑκάστου ἐνιαυτοῦ τὸ ἱερὸν ἀνοιγνύναι νομίζουσιν. ὁπόσα δ' ἂν τῶν βοσκημάτων ἱερὰ ἐπονομάσωσιν εἶναι τῇ Ἀρτέμιδι, ἄνευ
889 νόσου ταῦτα καὶ πιότερα τῶν ἄλλων ἐκτρέφεσθαι λέγουσιν. (5) Ἐσβολὴ δὲ ἐκ Χαιρωνείας ἐς γῆν τὴν Φωκίδα οὐ μόνον ἡ εὐθεῖά ἐστιν ἐς Δελφοὺς, ἡ διά τε Πανοπέως καὶ παρὰ τὴν Δαυλίδα καὶ ὁδὸν τὴν Σχιστήν· φέρει δὲ ἐκ Χαιρωνείας καὶ ἑτέρα τραχεῖά τε ὁδὸς καὶ ὀρεινὴ τὰ πλέονα ἐς πόλιν Φωκέων Στῖριν· μῆκος δὲ

pus. Reliqua tamen adhuc sunt, veteris fori forma, et senatus habendi locus, non magnum utique aedificium: theatrum etiam non procul a portis. Adrianus Imperator porticum erexit, quae de nomine auctoris est nuncupata. Puteum unicum habent, neque aliam vel ad lavandum, vel ad bibendum aquam, nisi ex imbribus collectam nonnunquam per tempestátem. Venerantur praecipuo cultu Dianam: ei deae sua est apud ipsos aedes. Signum quale sit, non habeo dicere. Bis enim tantum quotannis, et saepius nunquam, eam aedem aperire fas ducunt. Ex omni quidem pecudum numero, quas Dianae nuncuparint victimas, eas neque ullo morbo tentari, et ceteris pinguiores inter pascendum reddi autumant. (5) A Chaeronea in Phocidem penetratur non modo recta illa via quae per Panopeum praeter Daulidem et *viam scissam* Delphos ducit, sed altera etiam, aspera illa quidem, et sui maiore parte montana, Stirin, quae

εἴκοσι στάδιοι τῆς ὁδοῦ καὶ ἑκατόν. οἱ δὲ ἐνταῦθά φασιν οὐ Φωκεῖς, Ἀθηναῖοι δὲ εἶναι τὰ ἄνωθεν, καὶ ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὁμοῦ Πετεῷ τῷ Ὀρνέως ἀφικέσθαι διωχθέντι ὑπὸ Αἰγέως ἐξ Ἀθηνῶν· ὅτι δὲ τῷ Πετεῷ πολὺ ἐκ τοῦ δήμου τοῦ Στειριέων ἠκολούθησεν, ἐπὶ τούτῳ κληθῆναι τὴν πόλιν Στίριν. Στιρίταις δέ ἐστιν ἐπὶ ὑψηλοῦ καὶ πετρώδους ἡ οἴκησις· σπανίζουσιν οὖν κατὰ τοῦτο ὕδατος θέρους ὥρᾳ· φρέατα γὰρ αὐτόθι οὔτε πολλὰ, οὔτε ὕδωρ παρεχόμενά ἐστιν ἐπιτήδειον· ταῦτα μὲν δὴ λουτρά σφισι καὶ ὑποζυγίοις ποτὸν γίνεται· τὸ δὲ ὕδωρ οἱ ἄνθρωποι τὸ πότιμον ὅσον στάδια τέσσαρα ὑποκαταβαίνοντες λαμβάνουσιν ἐκ πηγῆς· ἡ δὲ ἐν πέτραις ἐστὶν ὀρωρυγμένη, καὶ ἀρύονται κατιόντες ἐς τὴν πηγήν. Δήμητρος δὲ ἐπίκλησιν Στιρίτιδος ἱερόν ἐστιν ἐν Στίριδι· πλίνθου μὲν τῆς ὠμῆς τὸ ἱερὸν, λίθου δὲ τοῦ Πεντελησίου τὸ ἄγαλμα· δᾷδας ἡ θεὸς ἔχουσα· παρὰ δὲ αὐτὴν κατειλημένον ταινίαις ἄγαλμα ἀρχαῖόν ἐστιν ἄλλο * ὁπόσα Δήμητρι ἐς τιμήν.

Phocensium urbs est, contenditur. Est ea longa haud minus stadium C et XX. Qui eos incolunt fines, Athenienses olim se fuisse praedicant; et cum Peteo Ornei filio ab Aegeo Athenis eiecto, se in ea loca venisse; et ex eo Stirin urbem appellatam, quod magna Petei comitum pars fuerit e Stiriensium curia, *quae in tribu censetur Pandionide.* In *valde* edito et saxoso loco sunt Stiritarum domus: ob eamque rem aquarum penuria aestivis mensibus laborant. Puteos enim neque multos habent, neque ex illis aquam satis expetendam hauriunt. Lavacra tantum suppeditat, veterinis quidem potum. Nam homines ad potionis usum aquatum descendunt ad fontem, qui stadia ferme quatuor infra oppidum in saxis fossus est. Quo fit, ut hausturis illic descendendum sit. Est Stiride Cereris cognomento Stiritidis fanum, e crudo exstructum laterculo: Deae signum e Pentelico lapide; et faces praefert. Adhaeret ei alterum signum valde priscum vittis redimitum. * quoscunque Cereri honores habent.

CAPUT XXXVI.

Fruticis cocci descriptio — urbs Ambrysus eiusque memoranda — urbs Anticyra, Diana Dictynnaea, Anticyrae calamitates — de elleboro et Anticyrae memorandis.

Ἐς δὲ Ἄμβρυσον στάδιοι περὶ ἑξήκοντά εἰσιν ἐκ Στίρεως· πεδιὰς ἡ ὁδὸς, ὀρῶν ἐν μέσῳ πεδίον κείμενον· 890 ἄμπελοι δὲ τὸ πολύ εἰσι τοῦ πεδίου, καὶ ἐν γῇ τῇ Ἀμβρυσέων συνεχεῖς μὲν, ὥσπερ αἱ ἄμπελοι, πεφύκασιν οἱ θάμνοι· τὴν δὲ θάμνον ταύτην Ἴωνες μὲν καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν κόκκον, Γαλάται δὲ οἱ ὑπὲρ Φρυγίας φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ σφίσιν ὀνομάζουσιν ὗς· γίνεται δὲ αὕτη μέγεθος μὲν ἡ κόκκος κατὰ τὴν ῥάμνον καλουμένην, φύλλα δὲ μελάντερα μὲν καὶ μαλακώτερα ἢ ἡ σχῖνος· τὰ μέντοι ἄλλα ἐοικότα ἔχει τῇ σχίνῳ. ὁ δὲ αὐτῆς καρπὸς ὅμοιος τῷ καρπῷ τῆς στρύχνου, μέγεθος μέν ἐστι κατὰ ὄροβον· γίνεται δέ τι ἐν τῷ καρπῷ τῆς κόκκου βραχὺ ζῷον· τοῦτο εἰ ἀφίκοιτο ἐς τὸν ἀέρα πεπανθέντος τοῦ καρποῦ, πέτεται αὐτίκα, καὶ ἐοικὸς κώνωπι φαίνοιτο ἄν· νῦν δὲ πρότερον, πρὶν ἢ τὸ ζῷον κινηθῆναι, συλλέγουσι τῆς κόκκου τὸν καρπόν·

Cap. XXXVI. Stiride Ambryssum intersunt stadia circiter LX. Via *admodum* plana: iacent *enim* inter montes campi. Vites tum in toto Ambryssensium agro quamplurimae. Perpetui inter vites eius fruticis ordines, quem Iones et reliqui Graeci coccum, (*id est granum*) Galli, qui supra Phrygiam sunt (*Gallograeci scilicet*), patria voce hys nominant. Magnitudo eadem fere, quae spinae albae, folia nigriora et molliora quam lentisci: nam cetera lentisco persimilis. Fructus qualis fere solani, ervi magnitudine. Gignitur in huius plantae fructu pusillum animal: id si maturo grano exilierit, volucre iam libero fertur coelo, culici simillimum. Verum eas baccas, priusquam insectum conceptum maturetur legunt: est tamen etiam bestiolae eius sanguis inficiendis

καὶ ἔστι τοῖς ἐρίοις ἡ βαφὴ τὸ αἷμα τοῦ ζώου. (2) Ἡ δὲ Ἄμβρυσος κεῖται μὲν ὑπὸ τὸ ὄρος τὸν Παρνασσὸν, τὰ ἐπέκεινα δὲ οἱ Δελφοί· τεθῆναι δὲ τὸ ὄνομα τῇ πόλει ἀπὸ ἥρωός φασιν Ἀμβρύσσου. Θηβαῖοι δὲ ἐς τὸν Μακεδόνων καὶ Φιλίππου καθιστάμενοι πόλεμον, περιέβαλον τῇ Ἀμβρύσῳ διπλοῦν τεῖχος· τὸ δέ ἐστιν ἐπιχωρίου λίθου, χροιὰν μέλανος, ἐς τὰ μάλιστα ἰσχυροῦ· κύκλος δὲ ἑκάτερος τοῦ τείχους πλάτος μὲν ἀποδέων ὀλίγον ἐστὶν ὀργυιᾶς, τὸ δὲ ὕψος ἐστὶν ἐς ἡμίσειάν τε καὶ δύο ὀργυιὰς, ὅπου μὴ τὸ τεῖχός πεπόνηκε· διάστημα δὲ ἀπὸ τοῦ προτέρου τῶν κύκλων ἐπὶ τὸν δεύτερόν ἐστιν ὀργυιά· κατασκευὴ δὲ πύργων, ἢ ἐπάλξεων, ἢ εἴ τι ἄλλο ἐς εὐπρέπειαν τείχους, παρεῖται τὰ πάντα σφίσιν, ἅτε τειχίζουσιν ἐπὶ μόνῳ τῷ αὐτίκα ἀμύνεσθαι. ἔστι δὲ ἀγορά τε Ἀμβρυσεῦσιν οὐ μεγάλη· καὶ ἀνδριάντων ἐν αὐτῇ λίθου πεποιημένων κατεάγασιν οἱ πολλοί. (3) Τραπέντι δὲ ἐπὶ Ἀντίκυραν, ἀνάντης τὰ πρῶτά ἐστιν ὁδός· ἀναβάντι δὲ ὅσον δύο στάδια

lanis utilis. (2) Sub monte Parnasso sita est Ambryssus: ulterius Delphi *sunt*. Nomen oppido ab Ambrysso heroe impositum putant. Thebani certe bello contra Philippum Macedonem suscepto duplici muro urbem cinxerunt. Ad eum exstruendum usi sunt vernaculo lapide: niger is est colore, *materia* oppido quam durus. Utriusque muri structura in ambitum lata est paulo minus quam passum unum: altitudo duorum est passuum, et amplius dimidii, ubi murus nondum est collapsus. Intervallum est inter utrumque murum passus unius. Pinnae, et turres ac caetera, quae ad speciem et ornatum addi consueverunt, praetermissa, quod eas munitiones *ex tempore* ad subitam solum propugnationem substruxere. Est Ambryssensibus non magnum sane forum; et e statuis marmoreis, quae in eo fuerunt positae, multae fractae sunt. (3) Iam Anticyram flectentibus via est acclivis primum: qui stadia duo ascenderint, eos plana excipit area. Ad

ὁμαλὲς τε χωρίον, καὶ ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ Δικτυνναίας ἐπίκλησιν ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος· ταύτην οἱ Ἀμβρυσεῖς
891 ἄγουσι μάλιστα ἐν τιμῇ· τῷ δὲ ἀγάλματι ἐργασία τέ ἐστιν Αἰγιναία, καὶ μέλανος τοῦ λίθου πεποίηται. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τῆς Δικτυνναίας κατάντης ὁδὸς ἐς Ἀντίκυραν πᾶσά ἐστι. τὰ δὲ ἀρχαιότερα ὄνομα εἶναι Κυπάρισσον τῇ πόλει φασί· καὶ Ὅμηρον ἐν Φωκέων καταλόγῳ τὸ ὄνομα θελῆσαι θέσθαι γε αὐτὸν, ὅτι ἤδη τηνικαῦτα ἐκαλεῖτο Ἀντίκυρα· εἶναι γὰρ δὴ τὸν Ἀντικυρέα κατὰ Ἡρακλέα ἡλικίαν. κεῖται μὲν δὴ ἡ πόλις κατὰ Μεδεῶνος τὰ ἐρείπια· ἐδήλωσα δὲ ἀρχομένης τῆς ἐς Φωκέας ἐς τὸ ἱερὸν ἀσεβῆσαι τὸ ἐν Δελφοῖς. Ἀντικυρέας δ' ἐποίησεν ἀναστάτους καὶ ὁ Ἀμύντου Φίλιππος· ἐποίησε δὲ καὶ δεύτερα [ὁ] Ἀτίλιος ὁ Ῥωμαῖος, ὅτι ἦσαν ὑπήκοοι καὶ οὗτοι Φιλίππου τοῦ Δημητρίου βασιλεύοντος Μακεδόνων· ὁ δὲ ἐπὶ τὸν Φίλιππον ἀμύνειν Ἀθηναίοις ὁ Ἀτίλιος ἀπέσταλτο ἐκ

viae dexteram, Dictynnaeae cognomento Dianae templum exsurgit. Huic Ambryssenses deae praecipuos habent honores: signum Aeginaeae artis est, e nigro lapide. A templo Dictynnaeae Anticyram usque declivis tota via est. Priscis olim temporibus Cyparissum urbi nomen fuisse dicunt: et Homerum quidem in recensendis Phocensibus ipsum antiquius nomen memoriae prodere voluisse: fuisse enim tunc Anticyram iam coeptam appellari; nam Anticyreum, *à quo urbi nomen*, fuisse Herculi aequalem. Sita urbs est iuxta Medeonis ruinas. In huius vero ipsius de Phocensium rebus commentarii initio expositum est a me, *Medeonem de iis civitatibus fuisse, quae* Delphici Apollinis templum spoliarunt. Anticyrenses vero a Philippo, Amyntae filio sedibus eiecti suis fuere. Eadem clade eos postea affecit Titus Flaminius Romani exercitus imperator, eo nempe nomine, quod ipsi quoque se dicto audientes praebuissent Philippo Demetrii filio in Macedonia regnanti. Missus ex Urbe cum

'Ρώμης. (4) *Τὰ δὲ ὄρη τὰ ὑπὲρ τὴν Ἀντίκυραν πε-
τρώδη τέ ἄγαν ἐστὶ, καὶ ἐν αὐτοῖς φύεται μάλιστα ὁ
ἐλλέβορος. ὁ μὲν αὐτοῦ μέλας χωρεῖται ἀνθρώποις, καὶ
ἔστι γαστρὶ καθάρσιον· ὁ δὲ ἕτερος λευκὸς δι' ἐμέτου
καθαίρειν πέφυκε· τὸ δὲ φάρμακον τὸ ἐς τὴν κάθαρ-
σιν ἡ τοῦ ἐλλεβόρου ῥίζα ἐστίν. Ἀντικυρεῦσι δὲ εἰσὶ
μὲν ἀνδριάντες ἐν τῇ ἀγορᾷ χαλκοῖ, ἔστι δέ σφισιν ἐπὶ
τῷ λιμένι Ποσειδῶνι οὐ μέγα ἱερὸν, λογάσιν ᾠκοδομη-* 892
*μένον λίθοις· κεκονίαται δὲ τὰ ἐντός· τὸ δὲ ἄγαλμα
ὀρθὸν χαλκοῦ πεποιημένον, βέβηκε δὲ ἐπὶ δελφῖνι τῷ
ἑτέρῳ τῶν ποδῶν· κατὰ τοῦτο δὲ ἔχει καὶ τὴν χεῖρα
ἐπὶ τῷ μηρῷ· ἐν δὲ τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ τρίαινά ἐστιν αὐ-
τῷ. τοῦ γυμνασίου δὲ, ἐν ᾧ καὶ τὰ λουτρά σφισι πε-
ποίηται, τούτου πέραν ἄλλο γυμνάσιόν ἐστιν ἀρχαῖον·
ἀνδριὰς δὲ ἕστηκεν ἐν αὐτῷ χαλκοῦς. φησὶ δὲ ἐπ' αὐ-
τῷ τὸ ἐπίγραμμα, Ξενόδαμον παγκρατιαστὴν Ἀντικυρέα
ἐν ἀνδράσιν Ὀλυμπικὴν ἀνῃρῆσθαι νίκην. εἰ δὲ ἀλη-*

imperio fuerat Titus ad ferendam contra Philippum Atheniensibus opem. (4) Qui Anticyrae imminent montes, valde sunt saxosi. In his frequens elleborum nascitur: et nigrum quidem in usum hominum venit; (alvum enim purgat) candidum (quae est eius altera forma) stomachi molestias per vomitum levat. Et haec utique ad purgandum corpus apposita medela, ex ellebori radice evenit. Sunt apud Anticyrenses aeneae statuae in foro. In portu modica Neptuni aedes, vilibus lapidibus exstructa: interiorum parietum dealbatum est tectorium. Signum ex aere factum est, recto statu: pedum altero insistit delphini, ab eoque latere femori impositam habet manum: altera manu tridentem tenet. Gymnasia duo habent: in altero lavacra aedificata: in eo quod e regione est, superiore multo antiquius, statua spectatur aenea, indicante inscriptione, esse illum Xenodamum pancratiasten Anticyrensem, qui viros Olympicis ludis vicerit. Quod si ea inscriptio vera est, indicari facile possit, oleastrum

θεύει τὸ ἐπίγραμμα, Ὀλυμπιάδι τῇ πρώτῃ μετὰ δέκα καὶ διακοσίας φαίνοιτο ἂν τὸν κότινον ὁ Ξενόδαμος εἰληφώς· αὕτη δὲ ἐν τοῖς Ἠλείων γράμμασι παρεῖται μόνη πασῶν ἡ Ὀλυμπιάς. ἔστι δὲ ὑπὲρ τὴν ἀγορὰν ἐν φρέατι ὕδατος πηγή· σκέπη δὲ ἀπὸ ἡλίου τῷ φρέατι ὄροφός τε καὶ ἀνέχοντες τὸν ὄροφον κίονες. ἔστι δὲ οὐ πολὺ ἀνωτέρω τοῦ φρέατος λίθοις τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ᾠκοδομημένον μνῆμα· ταφῆναι δέ φασιν ἐνταῦθα τοὺς Ἰφίτου παῖδας· τὸν μὲν ἀνασωθέντα ἐξ Ἰλίου, καὶ ἀποθανόντα ἐν τῇ οἰκίᾳ· Σχεδίῳ δὲ ἐν μὲν γῇ τῇ Τρῳάδι τὴν τελευτὴν συμβῆναι λέγουσιν, ἀχθῆναι δὲ οἴκαδε καὶ τούτου τὰ ὀστᾶ.

CAPUT XXXVII.

Memoranda extra urbem Anticyram — Bulis urbs Phocidi finitima — fluvius Heracleus et memoranda Bulidis — Cirrha navale Delphorum et Pythiorum circus, qui equos territare ferebatur — Solonis strategemata in Cirrhaeos — memoranda Cirrhae.

Τῆς πόλεως δὲ ἐν δεξιᾷ, δύο μάλιστα προελθόντι ἀπ' αὐτῆς σταδίους, πέτρα τέ ἐστιν ὑψηλή, μοῖρα ὄρους ἡ

accepisse Xenodamum Olympiade undecima supra ducentesimam; atque haec una Olympias ex omnibus in Eleorum literis praeterita est. Supra forum fons est in puteo *perennis* aquae; solem arcet fastigium columnis fultum. Paulo superiore quam puteus est loco, monumentum exstructum e lapide vulgari: in eo sepultos tradunt Iphiti filios; quorum alterum e bello Troiano reducem, domi suae mori contigerit: alter, Schedius nempe, ad Troiam mortem oppetierit; cuius tamen ipsius ossa domum fuerint reportata.

Cap. XXXVII. Ad dexteram duobus circiter ab urbe stadiis saxum eminet excelsum, montis pars. Ere-

πέτρα, καὶ ἱερὸν ἐπ' αὐτῆς πεποιημένον ἐστὶν Ἀρτέμιδος· ἔργων τῶν Πραξιτέλους, δᾷδα ἔχουσα τῇ δεξιᾷ, καὶ ὑπὲρ τῶν ὤμων φαρέτραν· παρὰ δὲ αὐτὴν κύων ἐν ἀριστερᾷ· μέγεθος δὲ ὑπὲρ τὴν μεγίστην γυναῖκα τὸ ἄγαλμα.

(2) Τῇ δὲ γῇ τῇ Φωκίδι ἐστὶν ὅμορος, ἣ ὀνομάζεται μὲν ἀπὸ Βούλωνος ἀγαγόντος τὴν ἀποικίαν ἀνδρὸς, συνῳκίσθη δὲ ἐκ πόλεων τῶν ἐν τῇ ἀρχαίᾳ Δωρίδι· λέγονται δὲ οἱ Βουλίδιοι Φιλομήλου καὶ Φωκέων σύλλογον τὸν κοινόν *. ἐς δὲ τὴν Βοῦλιν ἐκ μὲν τῆς Βοιωτίας Θίσβης σταδίων ἐστὶν ὁδὸς ὀγδοήκοντα, ἐξ Ἀντικύρας δὲ τῆς Φωκέων δι' ἠπείρου μὲν καὶ εἰ ἀρχήν ἐστιν, οὐκ οἶδα· οὕτω δύσβατα ὄρη καὶ τραχέα τὰ μεταξὺ Ἀντικύρας τέ ἐστι καὶ Βούλιδος· ἐς δὲ τὸν 893
λιμένα σταδίων ἐξ Ἀντικύρας ἐστὶν ἑκατόν· τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ λιμένος στάδια ὁδοῦ τῆς πεζῆς τὰ ἐς Βοῦλιν ἑπτὰ εἶναι μάλιστα εἰκάζομεν. (3) Κάτεισι δὲ καὶ ποταμὸς ἐς θάλασσαν ταύτῃ χείμαῤῥος, ὃν οἱ ἐπιχώριοι ὀνομάζουσιν Ἡρακλεῖον. κεῖται δὲ ἐπὶ ὑψηλοῦ τε ἡ Βοῦλις,

ctum ibi Dianae templum. *Deae signum*, unum de Praxitelis operibus, dextera facem gerit, ab humeris pendente pharetra: canis ad laevam adsistit: superat simulacrum illud maximae cuiusque foeminae proceritatem. (2) Finitima est Phocidi urbs Bulis. Nomen ei a Bulone, qui coloniam illam deduxit ex priscae Doridis urbibus. Contribuerunt se Bulidii Philomelo et Phocensibus in eundem conventum. Bulin a Thisbe Boeotiae oppido via *media* est stadiûm LXXX. Ab Anticyra vero per continentem terram num ulla eo pateat via, compertum certe non habeo. Montes enim sane quam ardui et asperi intersunt. Ab Anticyra ad portum stadiûm C iter. A portu Bulim usque nihilo longiorem quam stadiûm VII pedestrem viam esse coniicimus. (3) Descendit ea via in mare torrens fluvius, quem accolae Herculeum nominant. Sita est Bulis excelso loco, eam-

καὶ ἐν παράπλῳ περαιουμένοις ἐξ Ἀντικύρας ἐς Λέχαιον τὸ Κορινθίων. οἱ δὲ ἄνθρωποι οἱ ἐνταῦθα πλέον ἡμίσεις κόχλων ἐς βαφὴν πορφύρας εἰσὶν ἁλιεῖς. κατασκευὴ δὲ ἡ ἐν τῇ Βούλιδι οὔτε ἡ ἄλλη θαύματος πολλοῦ, καὶ ἱερὰ θεῶν ἐστιν Ἀρτέμιδος, τὸ δὲ αὐτῶν Διονύσου· τὰ δὲ ἀγάλματα ξύλου μέν ἐστιν εἰργασμένα· ὅστις δὲ ἦν ὁ ποιήσας, οὐχ οἷοί τε ἐγενόμεθα συμβαλέσθαι. θεῶν δὲ ὅντινα οἱ Βουλίδιοι σέβουσι μάλιστα, Μέγιστον μὲν ὀνομάζουσι· Διὸς δὲ κατὰ ἡμετέραν δόξαν ἐστὶν ἐπίκλησις. καὶ πηγὴ Βουλιδίοις ἐστὶ καλουμένη Σαύνιον. (4) Ἐς δὲ Κίῤῥαν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν ὁδὸς μὲν σταδίων ἑξήκοντά ἐστιν ἐκ Δελφῶν· καταβάντι δὲ ἐς τὸ πεδίον ἱππόδρομός τέ ἐστι, καὶ ἀγῶνα Πύθια ἄγουσιν ἐνταῦθα τὸν ἱππικόν. τὰ μὲν δὴ ἐς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ Ταράξιππον ἐδήλωσέ μοι τὰ ἐς Ἠλείους τοῦ λόγου· ὁ δὲ ἱππόδρομος ἔοικε τοῦ Ἀπόλλωνος τάχα μέν που καὶ αὐτὸς τῶν ἱππευόντων τινὰ ἀνιᾶσαι,

que praetervehuntur, qui ex Anticyra Lechaeum Corinthiorum navibus petunt. Eius loci incolarum pars plusquam dimidia conchas ad purpuream tincturam piscantur. Ornamenta intra eius urbis moenia neque alia ulla sunt, quae visentibus admirationem efficiant: et duarum aedium, quarum una Dianae, altera Liberi est, simulacra e ligno elaborata fuerunt: neque omnino quis ea fecerit, ulla coniectura consequi possumus. Ex *omnibus* dis, quem prae ceteris venerantur Bulidii, Maximum illum nominant: cognomentum id ex nostra opinione Iovis est. Iidem Bulidii Saunium fontem habent. (4) Cirrham, quod est Delphorum navale, ab ipso Delphorum oppido via stadium LX perducit. Quum in campos descensum fuerit, circus illic est, ubi equestres Pythiorum ludi fiunt. De Taraxippo (*id est, inani quodam equorum terriculo*) quo in Olympia equi consternantur, tunc diximus, quum res Eleorum stylo persequeremur. Sed in hoc circo Apollini dedicato, gravis aurigis noxa aliquando est in-

ἅτε ἀνθρώποις τοῦ δαίμονος ὁμοίως ἐπὶ ἔργῳ παντὶ καὶ ἀμείνω καὶ τὰ χείρω νέμοντος· οὐ μέντοι καὶ αὐτὸς ταραχὴν τοῖς ἵπποις ὁ ἱππόδρομος οὔτε κατὰ αἰτίαν ἥρωος, οὔτε ἐπ' ἄλλῃ πέφυκεν ἐργάζεσθαι προφάσει. τὸ δὲ πεδίον τὸ ἀπὸ τῆς Κίῤῥας ψιλόν ἐστιν ἅπαν, καὶ φυτεύειν δένδρα οὐκ ἐθέλουσιν, ἢ ἔκ τινος ἀρᾶς, ἢ ἀχρεῖον τὴν γῆν ἐς δένδρων τροφὴν εἰδότες. λέγεται δὲ ἐς τὴν Κίῤῥαν· καὶ ἀπὸ τῆς Κίῤῥας τὸ ὄνομα τὸ ἐφ' ἡμῶν τεθῆναι τῷ χωρίῳ φασίν. Ὅμηρος μέντοι Κρῖσαν ἔν τε Ἰλιάδι ὁμοίως καὶ ὕμνῳ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα 894
ὀνόματι τῷ ἐξ ἀρχῆς καλεῖ τὴν πόλιν. χρόνῳ δὲ ὕστερον οἱ ἐν τῇ Κίῤῥᾳ ἄλλα τε ἠσέβησαν ἐς τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ ἀπέτεμνον τοῦ θεοῦ τῆς χώρας. πολεμεῖν οὖν πρὸς τοὺς Κιῤῥαίους ἔδοξεν Ἀμφικτύοσι, καὶ Κλεισθένην τε Σικυωνίων τυραννοῦντα προεστήσαντο ἡγεμόνα εἶναι καὶ Σόλωνα ἐξ Ἀθηνῶν ἐπηγάγοντο συμβουλεύειν· χρωμένοις δέ σφισιν ὑπὲρ νίκης, ἀνεῖπεν ἡ Πυθία·

cussa, ut est in rebus omnibus modo infensior, modo aequior fortuna. Non tamen vel ipse hippodromus, vel heros aliquis infensior, vel alia quaepiam res ad equos consternandos ibi comparata est. Campi Cirrhae adiacentes puri undique sunt, sive quod vestiri eos dirae execrationes prohibeant, seu quod soli natura non est arboribus educandis opportuna. Urbi nomen hoc, quod hac aetate in usu est, a Cirrha Nympha exstitisse arbitrantur. Homerus tamen et in Iliade, et item in hymno, quem fecit in Apollinem, Crissam prisco nomine appellat. *Longo* deinde post tempore quum incolae et aliis impietatis generibus Apollinis numen laesissent, et in sacrorum finium possessionem temere irruissent, publico Amphictyonum decreto arma sunt in sacrilegos mota. Bellum id Clistheni Sicyoniorum tyranno mandarunt; Athenisque, cuius ille consilio uteretur, Solonem evocarunt: ac de victoria consulentibus oraculum Delphici Apollinis, ita responsum est:

Οὐ πρὶν τῆσδε πόληος ἐρείψετε πύργον ἑλόντες,
Πρίν κεν ἐμῷ τεμένει κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης
Κῦμα ποτικλύζῃ, κελαδοῦν ἐπὶ οἴνοπα πόντον.

(5) Ἔπεισεν οὖν ὁ Σόλων καθιερῶσαι τῷ θεῷ τὴν Κιῤῥαίαν, ἵνα δὴ τῷ τεμένει τοῦ Ἀπόλλωνος γένηται γείτων ἡ θάλασσα. εὑρέθη δὲ καὶ ἕτερον τῷ Σόλωνι σόφισμα ἐς τοὺς Κιῤῥαίους. τοῦ γὰρ Πλειστοῦ τὸ ὕδωρ ῥέον διὰ ὀχετοῦ σφισιν ἐς τὴν πόλιν ἀπέστρεψεν ἀλλαχόσε ὁ Σόλων. καὶ οἱ μὲν πρὸς τοὺς πολιορκοῦντας ἔτι ἀντεῖχον, ἔκ τε φρεάτων καὶ ὕδωρ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ πίνοντες· ὁ δὲ τοῦ ἐλλεβόρου τὰς ῥίζας ἐμβαλὼν ἐς τὸν Πλειστὸν, ἐπειδὴ ἱκανῶς τοῦ φαρμάκου τὸ ὕδωρ ᾔσθετο ἔχον, ἀντέστρεψεν αὖθις ἐς τὸν ὀχετόν· καὶ (ἐνεφορήσαντο γὰρ ἀνέδην οἱ Κιῤῥαῖοι τοῦ ὕδατος) καὶ οἱ μὲν ὑπὸ ἀπαύστου τῆς διαῤῥοίας ἐξέλιπον οἱ ἐπὶ τοῦ τείχους τὴν φρουράν. Ἀμφικτύονες δὲ ὡς εἷλον τὴν πόλιν, ἐπράξαντο ὑπὲρ θεοῦ δίκας παρὰ Κιῤῥαίων. (6) Καὶ

Non datur ante urbis celsas evertere turres,
Caerula quam lucis immiserit Amphitrite
Rauca fluenta meis, vasti de gurgite ponti.

(5) Persuasit igitur Solon, ut Cirrhaeum agrum sacrarent Apollini, quo sacro dei agro mare vicinum fieret. Alio etiam idem Solon est in Cirrhaeos usus astu, quod aquam Plisti amnis ex alveo, unde intra urbem influebat, alio avertit. Sed quum obsidentibus resisterent oppidani, et partim puteanas, partim pluvias aquas e cisternis potarent, ellebori radices *quamplurimas* in Plistum coniiciendas curavit; atque ubi satis infectam medicamento aquam intellexit, in pristinum alveum amnem reposuit. Cirrhaei quum avidius de aqua illa bibissent, alvi perpetua profluentia laborantes, moenium praesidium deserere coacti sunt. Amphictyones urbe potiti, ad Cirrhaeis male multatis, dei iniurias ulti sunt. (6) Et tunc

ἐπίνειον Δελφῶν ἐστιν ἡ Κίῤῥα· παρέχεται δὲ καὶ ἐς
θέαν· Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Λητοῦς ναός τε
καὶ ἀγάλματα μεγέθει μεγάλα, καὶ ἐργασίας Ἀττικῆς·
ἡ δὲ Ἀδράστεια ἵδρυται μὲν ἐν τῷ αὐτῷ σφισι, μεγέ- 895
θει δὲ τῶν ἄλλων ἀποδέουσα ἀγαλμάτων ἐστίν.

CAPUT XXXVIII.

De Locris confinibus Phocensium et de eorum denominatione mira et varia narratio — Amphissa urbs — memoranda Amphissae et initia celebrata pueris, qui Ἄνακες appellantur — Locrorum urbes, Myonia eiusque memoranda — Oeanthea eiusque memoranda ac Naupactus — carmina Naupactia et memoranda Naupacti — templi Aesculapii rudera.

Ἡ δὲ γῆ ἡ Λοκρῶν τῶν καλουμένων Ὀζολῶν προςεχὴς τῇ Φωκίδι ἐστὶ κατὰ τὴν Κίῤῥαν· ἐς δὲ τὴν ἐπίκλησιν τῶν Λοκρῶν τούτων διάφορα ἤκουσα, ὁμοίως δὲ ἅπαντα δηλώσω. Ὀρεσθεῖ τῷ Δευκαλίωνος βασιλεύοντι ἐν τῇ χώρᾳ κύων ἔτεκεν ἀντὶ σκύλακος ξύλον· κατορύξαντος δὲ τοῦ Ὀρεσθέως τὸ ξύλον, ἅμα τῷ ἦρι φῦναι ἄμπελον ἀπ' αὐτοῦ λέγουσι, καὶ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῶν ὄζων γενέ-

sane coepit Cirrha Delphorum navale esse. Extant adhuc, quae spectentur digna, Apollinis, Dianae, Latonae, commune fanum: signa in eo praegrand a Attici operis. In eadem aede Adrastea dedicata est, inferior magnitudine signis ceteris.

Cap. XXXVIII. Ager Locrorum, qui sunt Ozolae vocati, iuxta Cirrham Phocidi contiguus est. De huius populi cognomine diversa sunt, ac dissidentia inter se, quae audivi: referam pariter omnia. Orestheo Deucalionis filio, regnum in hac regione obtinenti, sua canis pro catulo lignum peperit. Id quum Orestheus defodisset, vere appetente vitem ex ea materia enatam

σθαι τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις. οἱ δὲ Νέσσον πορθμεύοντα ἐπὶ τῷ Εὐήνῳ τρωθῆναι μὲν ὑπὸ Ἡρακλέους, οὐ μέντοι καὶ αὐτίκα γε ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ἐς τὴν γῆν ταύτην ἐκφυγεῖν νομίζουσι· καὶ ὡς ἀπέθανεν, σήπεσθαί τε ἄταφον, καὶ ὀσμῆς τῷ ἐνταῦθα ἀέρι μεταδοῦναι δυσώδους. ὁ δὲ τρίτος τῶν λόγων καὶ ὁ τέταρτος, ὁ μὲν ποταμοῦ τινος ἄτοπον τήν τε ἀτμίδα καὶ αὐτό φησιν εἶναι τὸ ὕδωρ, ὁ δὲ τὸν ἀσφόδελον φύεσθαι πολὺν καὶ ἀνθοῦντα ὑπὸ τῆς ὀσμῆς* λέγεται δὲ καὶ, ὡς οἱ πρῶτοι τῶν ἐνταῦθα ἀνθρώπων ἦσαν αὐτόχθονες· ἐσθῆτα δὲ οὐκ ἐπιστάμενοί πω ὑφαίνεσθαι, σκέπην πρὸς τὸ ῥῖγος θηρίων δέρματα ἐποιοῦντο ἀδέψητα, τὸ δασὺ τῶν δερμάτων ἐς τὸ ἐκτὸς ὑπὲρ εὐπρεπείας τρέποντες· ἔμελλεν οὖν κατὰ τὸ αὐτὸ ταῖς βύρσαις καὶ ὁ χρώς σφισιν ἔσεσθαι δυσώδης. (2) Δελφῶν δὲ ἀπωτέρω σταδίοις εἴκοσι καὶ ἑκατόν ἐστιν Ἄμφισσα μεγίστη καὶ ὀνομαστοτάτη πόλις τῶν Λοκρῶν· ἐσποιοῦσι δὲ αὐτοὺς ἐς

tradunt. A ramis itaque ex eo caudice editis (*qui Ozi a Graecis appellantur*) nomen gentem duxisse. Narrant alii Nessum, qui portitoris ad Euenum amnem operam *viatoribus* navabat, non statim ab Hercule accepto vulnere occubuisse; sed intra huius terrae fines effugisse. Ibi quum animam efflasset, a tetro insepulti cadaveris odore, noxam aërem contraxisse. Tertius quidam dissipatus est sermo: graviter olentem vaporem e foetida *proxime* fluminis aqua exhalari. Sunt qui dicant, illic *hastulam regiam* plurimam (Asphodelon *vocant*) gigni, e cuius florum odore nomen hoc exstiterit. Accedit *ad nominis originem investigandam*, quod hos homines fuisse indigenas accepimus; eos quum vestem texere nondum didicissent, velare corpora solitos ad frigus propulsandum ferarum recentibus coriis, pilo extrorsum converso, quo vestitus plus decoris haberet. Oportuisse itaque consimilem tergoribus odorem membra redolere. (2) Stadiûm CXX itinere Delphis abest Amphissa, Lo-

τὸ Αἰτωλικόν, αἰσχύνῃ τῶν Ὀζολῶν τοῦ ὀνόματος· καὶ 896 δὴ καὶ ἔχει λόγον εἰκότα, ὅτε βασιλεὺς ὁ Ῥωμαίων ἀναστάτους ἐς τὸν Νικοπόλεως συνοικισμὸν ἐποίησεν Αἰτωλούς, ἀποχωρῆσαι τοῦ δήμου τὸ πολὺ ἐς τὴν Ἄμφισσαν. τὸ μέντοι ἐξαρχῆς γένους τοῦ Λοκρῶν εἰσι· τεθῆναι δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἀπὸ Ἀμφίσσης τῆς Μάκαρος τοῦ Αἰόλου φασίν, καὶ Ἀπόλλωνα ἐραστὴν γενέσθαι τῆς Ἀμφίσσης. (3) Κεκόσμηται δὲ ἡ πόλις κατασκευῇ τε τῇ ἄλλῃ, καὶ τὰ μάλιστα ἥκοντα ἐς μνήμην ἔστι μὲν μνῆμα Ἀμφίσσης, ἔστι δὲ Ἀνδραίμονος· σὺν δὲ αὐτῷ ταφῆναι λέγουσι καὶ Γόργην τὴν Οἰνέως συνοικήσασαν τῷ Ἀνδραίμονι. ἐν δὲ τῇ ἀκροπόλει ναός σφισιν Ἀθηνᾶς, καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν χαλκοῦ πεποιημένον· κομισθῆναι δὲ ὑπὸ Θόαντός φασιν αὐτὴν ἐξ Ἰλίου, καὶ εἶναι λαφύρων τῶν ἐκ Τροίας· οὐ μήν γε καὶ ἐμὲ ἔπειθον. ἐδήλωσα δὲ ἐν τοῖς προτέροις τοῦ λόγου, Σαμίους Ῥοῖκον Φιλαίου καὶ Θεόδωρον Τηλεκλέους εἶναι

crorum urbs maxima et nobilissima: sed Ozolarum quod nominis suppudebat, cum Aetolis censeri se maluerunt. ac probabilem sane rationem habet quod aiunt, quum Romanus Imperator Aetolos suis sedibus exeitatos Nicopolim transferret (ut scilicet novam illam coloniam inquilinis locupletaret) maiorem Aetolicae plebis multitudinem se Amphissam recepisse. Sed omnino ab ipsis originibus, civitas haec Locrorum fuit: et nomen ei quidem inditum ab Amphissa, quam a Macareo Aeoli filio genitam Apollo adamavit. (3) Multis est ea operibus exornata; sed omnium, quae memoriae commendentur dignissima, Amphissae monumentum, et item Andraemonis: una cum eo sepultam dicunt Gorgen uxorem, Oenei filiam. In arce est Minervae aedes cum aeneo signo, quod erecto statu est. Depertatum a Thoante ab Ilio credi volunt, e Troiana praeda exemptum. Mihi certe id minus persuadent. Docuimus in alia huius historiae parte, Samios homines, Rhoecum Philaei, et Theodorum

τοὺς εὑρόντας χαλκὸν ἐς τὸ ἀκριβέστατον τῆξαι· καὶ ἐχώνευσαν οὗτοι πρῶτοι. Θεοδώρου μὲν δὴ οὐδὲν ἔτι οἶδα ἐξευρὼν, ὅσα γε χαλκοῦ πεποιημένα· ἐν δὲ Ἀρτέμιδος τῆς Ἐφεσίας πρὸς τὸ οἴκημα ἐρχομένῳ τὸ ἔχον τὰς γραφὰς, λίθου θριγγός ἐστιν ὑπὲρ τοῦ βωμοῦ τῆς Πρωτοθρονίης καλουμένης Ἀρτέμιδος· ἀγάλματα δὲ ἄλλα τε ἐπὶ τοῦ θριγγοῦ, καὶ γυναικὸς εἰκὼν πρὸς τῷ πέρατι ἕστηκε, τέχνη τοῦ Ῥοίκου, Νύκτα δὲ οἱ Ἐφέσιοι καλοῦσι. τοῦτο οὖν τὸ ἄγαλμα τῆς ἐν τῇ Ἀμφίσσῃ Ἀθηνᾶς καὶ ἰδεῖν ἐστιν ἀρχαιότερον, καὶ ἀργότερον τὴν τέχνην. ἄγουσι δὲ καὶ τελετὴν οἱ Ἀμφισσεῖς Ἀνάκων καλουμένην παίδων· οἵτινες δὲ θεῶν εἰσιν οἱ Ἄνακες παῖδες, οὐ κατὰ ταὐτά ἐστιν εἰρημένον, ἀλλὰ
897 οἱ μὲν εἶναι Διοσκούρους, οἱ δὲ Κούρητας, οἱ δὲ πλέον τι ἐπίστασθαι νομίζοντες, Καβείρους λέγουσι. (4) Τούτων δὲ τῶν Λοκρῶν τοσαίδε ἄλλαι πόλεις εἰσίν· ἄνω μὲν ὑπὲρ Ἀμφίσσης πρὸς ἤπειρον Μυωνία, σταδίοις ἀπω-

Telecelis filium primos omnium aeris fundendi rationem quam exactissimam monstrasse: iidem sane primi *aes* conflarunt. Nullum tamen Theodori opus, *etsi nihil* quod fuerit ex aere fabricatum, *me omnia investigantem praeteriit*, reperire usquam potui. Nam in Dianae Ephesiae, qua ad cellam itur, quae multis depicta est rerum argumentis, super ara Dianae, cui Protothroniae cognomen, septum est e lapidibus structum. Eminent ex eo et alia signa, et foeminae cuiusdam effigies in extremo septo: Rhoeci ea opus est; Noctem Ephesi vocant. Hoc igitur simulacrum ea Minerva, quae Amphissae visitur, tum aspectu est vetustius, tum arte rudius. Initia quoque celebrant Amphissenses, quae Anactum (*id est, praesidum*) puerorum appellant. Quinam di sint Anactes pueri, variat hominum opinio. Alii Castoras, Curetas alii: qui plus intelligendo se assecutos putant, Cabiros esse censent. (4) Huius cognominis Locrorum aliae sunt urbes, superiore quam Amphissa est loco, et a mari in-

τέρω, τριάκοντα Ἀμφίσσης· οὗτοι καὶ τῷ Διὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ οἱ ἀναθέντες εἰσὶ Μυωνεῖς τὴν ἀσπίδα. κεῖται δὲ τὸ πόλισμα ἐπὶ ὑψηλοῦ· καί σφισιν ἄλσος καὶ βωμὸς θεῶν Μειλιχίων ἐστί· νυκτεριναὶ δὲ αἱ θυσίαι θεοῖς τε τοῖς Μειλιχίοις εἰσὶ, καὶ ἀναλῶσαι τὰ κρέα αὐτόθι πρινὴ ἥλιον ἐπισχεῖν, νομίζουσι· καὶ Ποσειδῶνός ἐστιν ὑπὲρ τὴν πόλιν τέμενος, καλούμενον Ποσειδώνιον, ἐν δὲ αὐτῷ ναὸς Ποσειδῶνος· τὸ δὲ ἄγαλμα ἐς ἐμὲ οὐκ ἦν. (5) Οὗτοι μὲν δὴ ὑπεροικοῦσιν Ἀμφίσσης· ἐπὶ θαλάσσης δὲ Οἰάνθεια, καὶ ταύτῃ ὁμοροῦσά ἐστι Ναύπακτος. πλὴν δὲ Ἀμφίσσης ὑπ' Ἀχαιῶν οἱ ἄλλοι Πατρέων ἄρχονται, βασιλέως σφίσι δόντος Αὐγούστου. ἐν Οἰανθείᾳ δὲ Ἀφροδίτης τε ἱερὸν, καὶ ὀλίγον ὑπὲρ τὴν πόλιν κυπαρίσσου τε ἀναμὶξ καὶ τῆς πίτυός ἐστιν ἄλσος· καὶ ναός τε Ἀρτέμιδος, καὶ ἄγαλμα ἐν τῷ ἄλσει· γραφαὶ δὲ ἐπὶ τῶν τοίχων ἐξίτηλοί τε ἦσαν ὑπὸ τοῦ χρόνου, καὶ οὐδὲν ἔτι ἐλείπετο ἐς θέαν αὐτῶν. κληθῆ-

terius. Ex iis una est Myonia. Abest ea ab Amphissa stadia XXX. Haec civitas in Olympia clypeum Iovi dedicavit. Praecelso loco oppidum situm est. Lucus est apud Myonenses, et ara Mitium deorum: *Milichios* vocant. His nocturna fiunt sacra; in quibus ante solis exortum carnes *victimarum* absumere eodem ipso in loco solenne habent. Neptuno supra urbem sacra area est: Posidonium appellant. In ea est Neptuni aedes: sed aetate mea iam nullum reliquum fuit simulacrum. (5) Interius igitur hi quam Amphissenses habitant. Mari proxima est Oeanthea; cui finitima Naupactus. Praeter Amphissam, alii *omnes Locrorum populi*, sub ditione Patrensium sunt. Hunc Patrensibus honorem *seorsum a ceteris* Achaeis *Augustus* Imperator habuit. Oeantheae est Veneris fanum; et paulum supra oppidum lucus mistim cupresso et pino condensus. In ipso luco Dianae templum et signum. Obsoleverunt vetustate picturae parietum; neque ex illis quicquam restat aspectabile. Appellatam

ναι δὲ ἀπὸ γυναικὸς ἢ νύμφης τεκμαίρομαι τὴν πόλιν· ἐπεὶ ἐπὶ Ναυπάκτῳ γε οἶδα εἰρημένον, ὡς Δωριεῖς οἱ ὁμοῦ τοῖς Ἀριστομάχου παισὶ τὰ πλοῖα αὐτόθι ἐποιήσαντο, οἷς ἐς Πελοπόννησον ἐπεραιώθησαν· καὶ ἀντὶ τούτου γενέσθαι τὸ ὄνομα τῷ χωρίῳ φασί. τὰ δέ μοι Ναυπακτίων, ὡς τοῖς ἐς Ἰθώμην ἀποστᾶσιν ὁμοῦ τῷ σεισμῷ τῷ ἐν Λακεδαίμονι Ἀθηναῖοι Ναύπακτον ἐνοικῆσαί σφισιν ἔδοσαν, ἀφελόμενοι τοὺς Λοκρούς, καὶ ὡς τοῦ Ἀθηναίων ὕστερον πταίσματος τοῦ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς Λακεδαιμόνιοι τοὺς Μεσσηνίους ἐδίωξαν καὶ ἐκ τῆς Ναυπάκτου, τάδε μὲν ἐπεξῆλθέ μοι καὶ ἐς πλέον ἡ Μεσσηνία συγγραφή. ἐκλειπόντων δὲ ὑπὸ ἀνάγκης τῶν Μεσσηνίων, οὕτως οἱ Λοκροὶ συνελέχθησαν αὖθις ἐς τὴν Ναύπακτον. (6) Τὰ δὲ ἔπη τὰ Ναυπάκτια ὀνο-
898 μαζόμενα ὑπὸ Ἑλλήνων ἀνδρὶ ἐσποιοῦσιν οἱ πολλοὶ Μιλησίῳ· Χάρων δὲ ὁ Πύθεώ φησιν αὐτὰ ποιῆσαι Ναυπάκτιον Καρκίνον· ἑπόμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς τῇ τοῦ Λαμ-

urbem sive a foemina, seu a Nympha suspicor. Nam quod ad Naupactum attinet, traditum scio Dorienses, qui sunt Aristomachi filios secuti, hoc in loco classem aedificasse, qua in Peloponnesum transmiserunt; et a navium compactu urbi nomen datum. De Naupactiis ipsis, quemadmodum Messeniis, qui in Ithomen montem secesserant, deleta prope terrae motu Sparta, Naupactum Locris ereptam, in qua habitarent, Athenienses assignaverint; atque uti post cladem Atheniensium ad Aegospotamos Messenios e Naupacto quoque eiecerint Lacedaemonii: haec satis copiose a nobis exposita sunt in eo libro, quem de rebus Messeniorum conscripsimus. Coactis itaque novis inquilinis Naupactum deserere, rursus Locri in unum convenientes, eam occuparunt. (6) Iam quae a Graecis Naupactia carmina dicuntur, attribuuntur ea vulgo Milesio homini: sed Charon Pythei filius, auctorem eorum perhibet Naupactium Carcinum: Nobis certe Lampsaceni hominis probatur sententia. Nam quae tan-

ψακηνοῦ δόξῃ· τίνα γὰρ καὶ λόγον ἔχοι ἂν ἔπεσιν ἀνδρὸς Μιλησίου πεποιημένοις ἐς γυναῖκας, τεθῆναί σφισιν ὄνομα Ναυπάκτια; Ἐνταῦθα ἔστι μὲν ἐπὶ θαλάσσῃ ναὸς Ποσειδῶνος, καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν χαλκοῦ πεποιημένον· ἔστι δὲ καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος, καὶ ἄγαλμα λευκοῦ λίθου· σχῆμα δὲ ἀκοντιζούσης παρέχεται, καὶ ἐπίκλησιν εἴληφεν Αἰτωλή. Ἀφροδίτη δὲ ἔχει μὲν ἐν σπηλαίῳ τιμάς· εὔχονται δὲ καὶ ἄλλων εἵνεκα, καὶ αἱ γυναῖκες μάλιστα αἱ χῆραι γάμον αἰτοῦσι παρὰ τῆς θεοῦ. (7) Τοῦ δὲ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερὸν ἐρείπια ἦν· ἐξ ἀρχῆς δὲ ᾠκοδόμησεν αὐτὸ ἀνὴρ ἰδιώτης Φαλύσιος. νοσήσαντι γάρ οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ οὐ πολὺ ἀποδέοντι τυφλοῦ, ὁ ἐν Ἐπιδαύρῳ πέμπει θεὸς Ἀνύτην τὴν ποιήσασαν τὰ ἔπη φέρουσαν σεσημασμένην δέλτον· τοῦτο ἐφάνη τῇ γυναικὶ ὄψις ὀνείρατος· ὕπαρ μέντοι ἦν αὐτίκα· καὶ εὗρέ τε ἐν ταῖς χερσὶ ταῖς αὐτῆς σεσημασμένην δέλτον, καὶ πλεύσασα ἐς τὴν Ναύπακτον, ἐκέ-

dem ratio afferri potest, quamobrem versus, quos in foeminas Milesius homo fecisset, Naupactiorum nomine circumferantur? Est Naupacti proxime ad mare Neptuni aedes. Stat signum ex aere factum. Est etiam Dianae delubrum, cum signo e candido lapide, iaculantis habitu. Deae cognomen Aetola. Veneri in spelunca suos habent honores, vota ei nuncupant et aliis de causis; sed in primis viduae mulieres sibi a dea *alteras* nuptias exposcunt. (7) Aesculapii fanum iam nihil est praeter rudera: sed *à fundamentis* illud olim erexit vir privatus Phalysius. Ei aliquando graviter ex oculis et fere usque ad caecitatem laboranti, qui Epidauri colitur deus, Anyten misit nobilem versibus faciendis foeminam, cum tabulis obsignatis. Eas per visum in quiete mulier sibi accipere visa fuerat; sed vero eventu res est comprobata. Quum enim evigilasset, in manibus suis obsignatum libellum invenit. Naupactum igitur quum appulis-

λευσεν ἀφελόντα τὴν σφραγῖδα Φαλύσιον ἐπιλέγεσθαι τὰ γεγραμμένα· τῷ δὲ ἄλλως μὲν οὐ δυνατὰ ἐφαίνετο ἰδεῖν τὰ γράμματα ἔχοντι οὕτω τῶν ὀφθαλμῶν· ἐλπίζων δέ τι ἐκ τοῦ Ἀσκληπιοῦ χρηστὸν, ἀφαιρεῖ τὴν σφραγῖδα, καὶ ἰδὼν ἐς τὸν κηρὸν, ὑγιής τε ἦν, καὶ δίδωσι τῇ Ἀνύτῃ τὸ ἐν τῇ δέλτῳ γεγραμμένον, στατῆρας δισχιλίους χρυσοῦ.

set, iubet Phalysium amoto signo literas perlegere. Ille primo putare literas a se aspici non posse, qui oculis captus esset: in spem deinde erectus, salutare sibi fortasse aliquid ab Aesculapio apportari, tabulis resignatis in ceras aspexit, et simul se *oculorum calamitate* levatum sensit. Et Anytae quidem, quae *ei* in illis tabulis scripta fuerat, pecuniam expendit, bis mille nummûm aureorum.

CORRIGENDA.

VOL. III.

Pag. V. vers. 10. legendum — *erunt* Pag. 7. v. 11. a f. — *effigiem* 8. v. 13 a f. — *invaserunt* 24. v. 4 a f. — *confodit* 24. v. 2 a f. — *pretio* 27. v. 9 a f. — (4) Atenim 58. v. 6 — *Ἀστύλλος* seu *Ἀστύλος* 62. v. 14 a f. — del. *de* ante *vict.* 63. v. 12 τύχην *Νικασύλος* 64. v. 12 — *Νικασύλου* 65. v. 10 a f. — *panico.* 94. v. 9 a f. — *occultam* 109. v. 6 a f. — *offerre* 111. v. 15 a f. — *illud.* 115. v. 7 a f. — *statio* 118. v. 13 a f. — *Libero* 130. v. 7. — comma del. post *οἰκήσαντι* 138. extr. — post *oppidani* del. *distinct.* 156. v. 12 a f. — *obversatas* 177. v. 2 — *ἐπελύσετο* 195. v. 10 a f. — documenta (3) 201. v. 16 — *ἐνέδραν* 205. v. ult. — (7) Non 216. v. 19 a f. — *venerit* 262. v. ult. — *ephebi* 276. v. 16. — *ὠνόμασεν* 279. v. 1 — *οὗτος* 285. v. 16 a f. — (3) Quum 288. v. 12 — (9) *τούτου* 317. v. 5 a f. — *Thesprotide.* 322. v. 3 a f. — *Aroanium* 324. v. 10 a f. — *praerupta* 358. v. 17 a f. — *a.* 371. v. 1 — *καὶ.* 383. — XXIX. 413. v. 5 — *Τιτάνας* 473. v. 1 — *ἐστὶν* 474. v. 3 a f. — *et* 478. v. 5 — *μοῖραι*

Adnotat. pag. 7. v. 7 a f. legend. — *porta* 16. v. 11 a f. — *Plasticen* 42. v. 2 — *προεδήλωσεν* 51. v. 3 — ornant — isti codices sunt — latent 70. v. 14 — *hoc* 108. v. 22 — *quo* 111. v. 22 — *λόγων* 118. v. 17 a f. — *κρίσις* 124. v. 6 — *scripsit* 177. v. 19 a f. — post *vide* punctum del. 182. v. 7 — *Ara* 187. v. 9 a f. — *Fluss* 188. v. 7 — *ἀπαγγεῖλαι* 205. v. penult. — *correctionem* 207. v. 18 a f. — *ἐγκαταμεμιγμένου* 22. v. 7 a f. — *veram* 233. v. 3 a f. — *Τεγεάτας* 234. v. ult. — *interprete* 241. v. 11 et 23 — *ἱστιάτορας* 245. v. 8. — *Artemis* 243. v. 9 a f. — *propius* 245. v. 18 — *apte* 260. v. 5 a f. — *refert* 268. v. 20 — post *non nihil* comma del. 271. v. 7 a f. — *Ἐρυκίνης* 278. v. 6 a f. — *παιδίον* 279. v. 18 a f. — *ob* 288. v. 13 — post *Leuctricae* comma pon. 289. v. 17. — *et* 292. v. 9 a f. — *have.* 297. v. 7 a f. — *Δαμαφῶντος* 302. v. 8 *ἐπῶν* 316. v. 9. — *quod* 323. v. 15. — *oak* 326. v. 15 a f. — *Oenomao* 335. v. penult. — *Potami* 338. v. 10. — *deminutam* 350. v. 6 a f. — *στρατηγῆσαι* 256. v. 26. — *τὶ*

VOL. IV.

Pag. XIV. v. 10. legend. *imparatum* 5. v. 5. — *ἀπέφαινον.* 7. v. 3 a f. — *ostendunt* 18. v. 4 — *ὀνομασθῆναι* 18. v. 6. — *cuiusmodi.* 25. v. 4 — *et* pro *quum* 30. v. 5 — *φασὶν* 30. v. 5 — *ὕβριν.* 31. v. 1 et 2 — *vel mansuetum, vel ferum* 31. v. 6 — *erat* pro *est* 34. v. 5 a f. — *obsidionem* 36. v. 2 a f. — *lauri* 41. v. 5 — *καταλύσαντες* 46. v. 8 — *ἐσβολὴν* 46. v. 1. — *Spartani* 47. v. 7 — del. prius *καὶ* 48. v. 7 — del. Parenthesin et

pone comma post *Βραγχυλλίδης*. Idem valet de Latinis, ubi etiam parenthesis delenda et comma ponendum post *fuit* 48. v. 4 a f. — *suis suaeque* 52. v. 5 — *Ἀγησιπόλιδος* 54. v. 1 — deest numerus 740. 55. v. ult. — *venit* pro *venisset* 57. v. 4 a f. — *eius* pro *suum* 71. v. 8. — *κίονας* 81. v. 6 a f. — *ἦσεν* 85. v. 5 — *Cyrtonem* 89. v. 3 a f. — *Πελαργὴν* 108. v. 2 a f. — *Diastae* 110. v. 6 — del. comm. p. *αὐτίκα δὲ*. 116. v. ult. — *Hinc* 120. v. ult. — *secuti* 134. v. 5 — *δεινοὶ* 135. v. ult. — *provectum* 136. v. penult. — *mox*. 149. v. 3 — *ἀποδέουσα*. 150. v. 9 — *τε ἔντι* 154. v. 13 a f. — *filium* 158. v. 14 a f. — *Ilio* 170. v. 7. — *βλάπτοντες* 173. v. 3 a f. — *Graecis* 174. v. 7 — *a* 183. v. 4 a f. — *redonata* 191. v. 5 a f. — *palmam* 192. v. ult. — 192. v. ult. — *congeretur* pro *congruebant* 209. v. 7 a f. — *sustentanti* pro *sustentans* 215. v. 13 a f. — *divasque* 217. v. 9 a f. — *condensa* 222. v. 14 a f. — *Arcadum* 224. v. 13 — *ἔχοντας* 225. v. penult. — *plusiq* 226. v. 6 a f. — *nostro* 226. v. 5 a f. — *subito* 228. v. 7. — *Bucula* 241. v. 5 — *stirpium* 243. v. 6 — *ea* 249. v. 6 — *Paeonium* 253. v. 1 — *restiterunt* 254. v. 1 — *ἀριθμὸν* v. 3 — *pleniorem* 281. v. 2 — *Barbatus* 283. v. 3 a f. — *quos* 287. v. 10 — *expressus* 295. v. 8 — *comminiscendorum* 315. v. 4 — magnitudine, 316. v. 12 — *πρὸς* 331. v. 14 — *στήλη* 334. v. 2 — *Romani* 346. v. 2 a f. — *ac* 351. v. 5 — *αὐτόθι*

Adnotat. pag. 3. v. 18 a f. legend. — *ante* 3. v. 14 a f. — *ἔωθεν* 6. v. 16 a f. — *πολυανδρ*. 13. v. 20 a f. — *τὸν* 23. v. 16 a f. — post *commemoravit* del. punctum 69. v. 6 a f. — *eos* 38. v. 6 a f. — *Phyle* 41. v. ult. — ante *cognomen* inseres *non* 50. v. 19 a f. — *quanquam* 54. v. 21 — *fing*. 71. v. 11 a f. — *Messapius* 75 v. 17 a f. — *tabulam* 77. v. 9 — *dans ce* 85. v. 6 — *data* 101. v. 9 — *nescio* 111. v. 4 — *ob*. 146. v. 8 — *adcommod*. 170. v. 23. — *versiculus* 171. v. 2. *Πινδάρῳ* 173. v. 15 a f. — *Castalium* 173. v. 14 a f. — *Castalius* 175. v. 7 a f. — *hoc ipso* 177. v. 5 a f. — *Ἐχέμβροτος* 188. v. 6 — *hoc paragr*. 188. v. 11 — apprend statues, qu. 192. v. 12 — *facturus* 200. v. 13 — *Mosq*. pro *idem* 205. v. penult. — *Baume* 221. v. 11 a f. — *apud* 228. v. 4 — *ἀσήματον* 229. v 17 a f. — *proposuisse* 234. v. 19 — VIII pro XIII. 239. v. 16 — *νεώς* 239. v. 21 — *ponticulus* 241. v. 7 a f. — vett. 245. v. 17 — *item* 261. v. 7 — *putatur* pro *citatur* 262. v. 16 a f. — *Vulgata* 269. v. 7 a f. — alterum *est* del. 275. v. 3 — *dectam* 279. v. 17 — *Eurynomus* 282. v. 12 a f. — *hanc nostram emend*. 285. v. 7 a f. — *by nearly* 286. v. 21 — *videtur vera Bryanti* 287. v. 3 — *inhabitants* 298. v. 21 — *so that* 308. v. 12 — *γενέσθαι Κάδμου* 321. v. 19 — *bibere* 323. v. 3 — *sint* v. 8 — *diei* 324. v. 18 a f. — *πρωτ*. 327. v. 21 — *Naupactus*
